9
-G

6
10 N
10

~~5. G. 13~~

VII 7 [illegible]

37. A. 18.

ONOMASTICON

HISTORIAE ROMANAE, IOANNE GLANDORPIO AVCTORE:

Quo veluti per ſatyram de Familiis & reliquis illuſtrib. perſonis Rom. quæ ſimul a bonis auctoribus, ſimul aliis id genus priſcis monumentis celebrantur, collecta expoſitio eſt: Ad hiſtoriam Rom. dextre & integre cognoſcendam apprime cum vtile tum neceſſarium.

Addita præcipuarum Familiarum ſtemmata eodem auctore: Adhæc Cognominum & Agnominum Index accuratus: Auctorum item, quorum teſtimoniis auctor vſus eſt, Catalogus.

Editionis poſt auctoris mortem adornatæ occaſionem & rationem; quaque eam in rem collatà opera ſit, docet REINERI REINECCII *præfatio.*

FRANCOFVRDI

Apud Andreæ Wecheli heredes,

Claudium Marnium, & Ioann. Aubrium:

M D L X X X I X.

Cum S. Cæſareæ Maieſtatis priuilegio.

NOMENCLATIO AVCTORVM, QVI *A GLANDORPIO IN HOC Opere citantur.*

ACTA conciliorum.
Ambroſius Epiſc.
Angelus Politianus.
Appianus Alexandr.
Antiquitates orbis terrarum.
Auctor de viris illuſtribus.
Auguſtinus Epiſc.
Auſonius.
Barthol. Merula.
Cælius Rhodiginus.
Cæſar.
Capitolinus.
Caſſiodorus.
Cataneus.
Catullus.
Cenſorinus.
Codex Iuſtiniani.
Columella.
Cotta Mediolan.
Cuſpinianus.
Diodorus.
Dion.
Dionyſius.
Egnatius Venetus.
Ephemerides Eccleſiaſt.
Euſebius.
Eutropius.
Feſtus Pompeius.
Florus.
Frontinus.
Gallicanus.
Gellius.
Glareanus.
Gyraldus.
Hegeſippus.
Herodianus.
Hieronymus.
Horatius.
Inſtitutiones Iuris.
Ioſephus.
Iulius Obſequens.
Iuuenalis.
Lactantius.
Lampridius.
Liuius.
Macrobius.
Mapheus Vegius.
M. Caro.
M. Cicero.
M. Varro.
Marlianus.
Martialis.
Nicephorus.
Oroſius.
Ouidius.
Pand. iuris ciuilis.
Paterculus.
Paulus Manutius.
Perſius.
Petrus Crinitus.
Petrus Victorius.
Plinius iunior.
Plinius Secundus.
Plutarchus.
Polybius.
Pomponius Lætus.
Pomponius Mela.
Priſcianus.
Propertius.
Quintilianus.
Raphael Volaterran⁹.
Rutilius Bernhard.
Saluſtius.
Seneca.
Serenus.
Seruius.
Sex. Rufus.
Solinus.
Spartianus.
Strabo.
Suetonius.
Symmachus.
Tabulæ Capitol.
Tacitus.
Tertullianus.
Trebellius Pollio.
Valerius Max.
Victor.
Virgilius.
Virgilius Polydorus.
Vitruuius.
Zaſius Vlrichus.

Quæ præterea noſtris appendicibus adducuntur, de iis commonefactione opus non eſſe videbatur.

IN ONOMASTICON ROMANVM,

Ad

INVICTISS. ET POTENTISS. IMP. CAES. RVDOLFVM II.

P.F. AVG. P. PATR. GERMANIÆ, HVNGARIAE, BOIEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE, Slavoniæ &c. Regem, Archiducem Auſtriæ, Ducē Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Comitem Tirolis &c. Principem opt. Dominum clementiſſimum,

PROOEMIVM

REINERI REINECCII STEINHEMII.

GENTIS LATINAE, & ſingulariter ROMANORVM originem, tum quæ apud vtrosque regna efflorucrint, quæque in his familiæ rerum potitæ ſint, alibi enucleauimus. Sunt enim in medio hiſtoriæ Rom. ſcriptores tam eius temporis, quam quo Regibus pulſis, Romæ primum RESPVBLICA inſtituta fuit, deinde MONARCHIA, ſeu Principum, qui & IMPERATORES, CAESARES & AVGVSTI nuncupati, dominatus ſucceſſit. Niſi quod ex eo numero non pauci deperiere, & qui reliqui ſunt, raro integri offenduntur, edace illa rerum omnium vetuſtate, iſta quoque in parte nimis intemperanter graſſata. Qui ad cæteras Romanas familias, inprimis vero quæ Rempublicam condiderunt, ſtabilierunt, amplificarunt, animum appulerint, in iis antiquiſſimus occurrit M. TERENTIVS VARRO, Gellii elogio celebratus lib. 19. cap 14. & altero Auguſtini Epiſcopi lib. 6. de ciuitate DEI cap. 2. Vt ne repetam, quæ de eodem ceu συγχρόνῳ Cicero habet in Quæſtionibus Academicis. Ac Seruius quidem in 5. Æneid. tantum de Troianę ſtirpis familiis Varronem ſcripſiſſe, tradit. Cum probatior auctor Plinius lib. 35. cap. 2. ſeptingentos illuſtres Varronis commemoret, & ita commemoret, vt non ſolum nomina horum, verum etiam imagines ingenio eius conſeruatas dicat. Circa idem tempus in eodem argumenti genere illuſtre T. POMPONII ATTICI, quē Cicero inter amicos principe loco coluit, ſtudium extitit. Etenim cum

moris maiorum ſummus imitator eſſet,antiquitatiſque Rom.amator, eam totam expoſuit,& quod difficilimum fuit, ſic familiarum origiñem ſubtexuit,vt ex eo opere clatorum virorum propagiñes liquido cognoſcerentur, quemadmodum auctor eſt Cornelius Nepos.Qui & iſtud adiicit,hiſce Attici libris nihil potuiſſe dulcius eſſe iis, qui cupiditatem aliquam haberent noticiæ clarorum virorum:imo AVGVSTVM Cæſ.nullum prætermiſiſſe dié, quo non ad Atticum ſcriberet,& de antiquitate aliquid ſciſcitaretur.Sed & Cicero huic, vti paulo antè ſcripſimus,amici ſui labori grauiſſimum teſtimoniũ tribuit in Oratore: *Cognoſcat,*inquit, *Orator rerum geſtarũ & memoriæ veteris ordinem,maxime ſcilicet noſtræ ciuitatis: ſed & imperioſorum populorum & Regum illuſtrium:quem laborem nobis Attici noſtri leuauit labor, qui conſeruatis notatiſque temporibus,nihil cum illuſtre prætermitteret, annorum ſeptingentorum memoriam vno libro colligauit.* NESCIRE AVTEM, QVID, ANTEQVAM NATVS SIS, ACCIDERIT, ID EST, SEMPER ESSE PVERVM. *Quid enim eſt ætas hominis? niſi eum memoria rerum veterum cum ſuperiorum ætate contexitur. Commemoratio autem antiquitatis,exemplorũq; prolatio,ſumma cum delectatione & auctoritatem orationi affert & fidem.* Hæc ille. Agit de eodem epiſtolarum ad Attic,lib.12.epiſt.5. Suntque inde quæſtiones eius ibidem epiſt.20.21.23.item lib.13.epiſt.32.& ſeq.lib.16.epiſt.13. Mox in Attici veſtigia ſucceſſit HYGINVS,Auguſti Cæſ.libertus,ſucceſſit M.VALERIVS MESSALA,Orator,ampliſſimæ & familiæ & dignitatis. Nã ille quidem genealogiarum libros ſuos citat lib.2. de ſignis cœleſtibus, hic iam ſenex de familiis volumina condidit teſte Plinio. Tametſi de Hygino incertum ſit,Romanaſne vel aliorum populorum genealogias tractarit. Vti de Meſſala iſtud memorabile,quod operam eam non indignus generoſo animo ſtomachus ipſi expreſſit, nempe quod Scipionis Africani tranſiens atrium,vidiſſet adoptione teſtamentaria Salutionis,Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini,ſicque veras & genuinas familiatum propagines ab inſititiis promendas ac diſcernendas ſibi putaret. Sed & SVETONII Romanorum illuſtrium ſtirpes citantur a Suida Τεχνικῶς. Iã ſi ad reliquorum Imperatorum ætatem progrediare, plane ἐξαίρετον eſt,quod de VALENTINIANO I. ſcriptum reliquit Aurelius Victor,hunc vt pluribus aliis rebus, ita genera vetuſtiſſimorum tenendo ADRIANO proximum fuiſſe. Omitto laudatiſſimi exempli morem, quem ante deſcriptiones illas, de quibus diximus,introductas, ipſaſmet Romanas familias obſeruaſſe,apud Plinium legimus. Locum ex eo, quem ſupra citauimus, libro & cap.vel ideo inſerere placuit, quod eiuſdem moris cum a Saluſtio Hiſtorico,tum a Iuuenale Poëta mentio fiat,deniq; Plinius diſerte fateatur, etiam Atticum de imaginibus volumen edidiſſe Sic igitur auctor ille: *Apud maiores,* inquit, *imagines in atriis erant, quæ ſpectarentur,non ſigna externorum artificum,nec æra aut marmora. Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis,vt eſſent imagines,quæ comitarentur gentilicia funera:ſemperque defuncto aliquo,totus aderat familiæ eius,qui vnquam fuerat,populus. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas.Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Aliæ foris,& circa limina,animorum ingentium imagines*

gines erant, affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantque etiam dominis mutatis ipſæ domus: & erat hæc ſtimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie, imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Hactenus Plinius. Pertinent etiam huc, quæ idem cap. ſeq. diſſerit de clypeis imaginum, publice priuatimque poſitis. Quare neque iſta præteriri appendix debebat: *Suorum,* inquit, *clypeos in ſacro vel publico dicare primus inſtituit, vt reperio, App. Claudius, qui Coſ. cum Seruilio fuit anno vrbis* CCLIX. *Poſuit enim in Bellonæ æde maiores ſuos, placuitque in excelſo ſpectari, & titulos honorum legi. Decora res vtique, ſi liberorum turba paruulis imaginibus ceu nidum aliquem ſobolis pariter oſtendat: quales clypeos nemo non gaudens fauensque aſpicit. Poſt eum M. Æmilius, collega in Conſulatu Q. Luctatii, non in baſilica modo Æmilia, verum & domi ſuæ poſuit, id quoque Martio exemplo. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines. Vnde & nomen habuere clypeorum, non vt peruerſa Grammaticorum ſubtilitas voluit, a cluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in ſcuto cuiusque qui fuerit vſus illo* &c. Item aſſuatur plenioris cuiusdam demonſtrationis gratia, quod ante attigimus, Saluſtii teſtimonium: quia vſum ſeu documenta imaginum, quam a Plinio factum, euidentius, deque ſummorum virorum exemplis, ob oculos ponit. Quod teſtimonium belli Iugurthini hiſtoria eiuſmodi ſubminiſtrat: *Sæpe audiui ego, Q. Maximū, P. Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere: Cum maiorum imagines intuerentur, vehementiſſime animum ſibi ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, neque figuram, tantam vim in ſe habere: ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere: neque prius ſedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquauerit.*

Verum enimuero quam hic iterum miſerabilis ruinæ ſeſe facies offert! Nam de tam præclariſſimæ atque vtiliſſimæ operæ monumentis nihil hodie ſuperat. Niſi cui ſuſpicari libet, & Ciceronem in epiſtolis de Papiria, & Gellium lib 13. cap. 18. de Porcia domo ὑπομνήματα inde deliba ſſe. Ac iacuere cum ipſa Roma ſua familiæ Romanæ in ruderibus ſepultæ, donec RAPHAEL VOLATERRANVS Anthropologiæ ſtylum admouit. Eſt id opus in omnium manibus: ideo ad noſtram limam reuocaretur, neceſſe non eſſe duximus. Leguntur etiam recentes FVLVII VRSINI e vetuſtis numiſmatibus ab V.C. vſque ad Auguſti tempora collectæ Romanæ familię, leguntur aliæ, ſed paucæ, id eſt triginta numero, ANTONII AVGVSTINI, Epiſcopi Ilerdenſis. E noſtra gente primus Romanas familias explanando attigit, earumque ſtemmata concinnauit, illuſtris Baro RICHARDVS STREINIVS, quę ipſa quoque hiſtoria typis exſcripta extat. Et quo tempore Academia Ienēſis me ciuem habuit, in ſumma expectatione erant IOANNIS ROSAE de Rom. familiis commentarii. Quanquā auctore interea vita defuncto, nihil de iis pręterea cognoſcere potui. Cum quidē optādū eſſet, doctiſſimi & diligētiſſimi viri lucubrationes quā primū promi, & in lucem atque aſpectum exponi. Nobis pueris magna de IOANNIS GLANDORPII, præceptoris mei ſempiterna memoria & colendi

& prædicandi, ſimili elaboratione ſuſcepta opinio fuit: quippe qui induſtria & ſedulitate incredibili, doctrina multiplici, iudicio exquiſito præditus eſſet: & euulgata Antoniæ familiæ deſcriptione egregium inſtituti ſui ſpecimen dediſſet. Nec minorem laudem promeruit facta publici iuris poſt mortem Glandorpii ab Ambroſio F. de familia Iulia hiſtoria. Qua ipſa in re, quia is opera nonnulla noſtra vſus & adiutus fuerat, non deſtiti deinde eum hortari, rogare, obteſtari, vt & cæteras addendas putaret. Atqui hoc benè multis annis fruſtra fuit. Vbi demum in hanc immigraui Academiam, ipſa loci propinquitas hominem expugnauit. Cõmunicatum igitur ab eo mecũ ἀπόγραφον, e paternis chartis collectum, cum id aliquãdiu apud clariſſimũ Iureconſultum, VALENTINVM FORSTERVM, delituiſſet, factaq; ſimul poteſtas, vt arbitratu meo emitterem. Quemadmodum enim in Epiſtolas Ciceronis, & alteræ in Commentarios Cæſaris, conſcriptę a Glandorpio Annotationes iam ante cura & fide noſtra prodierant, idque eo euentu & emolumento, vt auide a doctis legerentur, ſic & hæc prouincia non obſcure nobis deſtinabatur, præſertim cum Ambroſius ad Rempubl. ſe contuliſſet, & ſcholaſticis hiſce ſcriptionibus nuncium remiſiſſe exiſtimaretur. Ergo perluſtrare aggreſſus, Deum immortalem, in quas non dico tricas apinas, ſed pene Bœotica ænigmata, incidi. Nam bona pars negligenter, deprauate & confuſe exſcripta erat. Neque in librario culpam omnem reſidere, ipſe ſubiectionibus ſuis paſſim teſtatum facere. Reliquum erat, vt de ipſo αὐτογράφῳ cogitarem, indeq; incommodo illi mederer. Non denegatũ hoc tandem fuit. Et ego tum veluti de Crœſi gaza, aut Pelopis talentis mihi & gaudere & gratulari. Sed ecce tibi ſubitam & inopinatam immutationem. Poſteaquam enim e ſarcina erutum inſpexi, pro libro, quem rebar, ſolummodo chartarum farraginem, & paucis exceptis pagellis, tantum non Sibyllæ folia, quibus Glandorpius, vt quidque in mentem ei veniſſet, aut inter legendum occurriſſet, illeuerat, reperi. Niſi quod ἐποχή, quæ ante de Glandorpio animo meo inhæſerat, & ita inhæſerat, vt auctoremne omnia eum haberent, ambigerem, tũ manus eius teſtimonio ſublata fuit. Id quod tamen aliter, ac par eſt, accipi nolim. Sic enim ſentio, Glandorpium in tam vaſto argumento diligenter omnia rimatum fuiſſe, atque adeo ne ea quidem, quæ diſcrepare inter ſe viderentur, pręteriiſſe, ſed quæ ſuo tempore accuratius ponderaturus, & quaſi ſub incudem reuocaturus eſſet, ad eum modum, quo gentem Antoniam ab ipſo, Iuliam a filio editam, legimus. Verum iſtam bonis litteris felicitatem neſcio quæ ἄτη inuidit, Glandorpio in eius conatus limine extincto. Poſſetque de hoc veluti fonte multiplex alia cautio deriuari. Vt nec iſtud de me omitti debebat, diu ſuſpenſum me deliberationem tenuiſſe, an ad expreſſionem procedendum eſſet. Quemadmodum enim alias ſæpe, ita hac quoque in parte verum eſſe deprehendi, quod vulgo dicitur, æque arduum eſſe, alienos libros edere, atque alienos liberos educare. Sed peruicit commodi publici reſpectus, vt in eã ſententiam irem: peruicit pręceptori debita obſeruantia, vt ad labores eius ab interitu vindicandos nullis vigiliis parcendum ſtatuerem. Nam vt de iis inſtitutum noſtrum perſequar, quæ hic nobis remoræ, ſecundum Lucilii

cilii poetæ verbum,iniectæ,quæ moleſtiæ deuorandæ fuêre? Dies me deficeret,ſi ſigillatim,& quaſi in membra rem deducere inſtituerem. Tantum ergo pauca quædam,eaq; potiſſima fere,perſtringam. Principio dãda nobis opera fuit,vt quæ perperam poſita & diuulſa eſſent,ad ſuas claſſes reducerentur,iuſtaq; quædam compages effingeretur. Deinde aduertendus ſtylus fuit:de eo enim Glandorpius mire variare,cum alibi in apertum dicendi campum expatietur,alibi gradum reuocans,ſeque veluti occultans, tantum indicis ſeu nomencl atoris fungatur partibus: neque id eodem modo, ſed vt alia omittat,alia parcius attingat. Hic quid ageremus?niſi vt quantũ in alieno ſcripto licuit, τὸ πρέπον tueremur, id eſt, e fumo fulgorem eliceremus,lacunas expleremus,perplexa euolueremus, dubia roboraremus; obſcura nitore aliquo expoliremus. Præterea ab vſitatis ſæpiſſime editiones variabant,quas Glandorpius aduocabat,imo non raro is contrarias ſententias inculcabat.Sed de hoc nonnihil iam ante egimus. Illud, opinor, vel inde apud candidum lectorem veniam facilem promerebitur, quod quotani-nis fere bonos auctores caſtigatiores prodire cernimus. Quocirca in eo acquieſcimus:liberumque cuiuis eſſe volumus,vt omnia ad accuratiorem trutinam reuocet. Quid?quod plurimæ,peneque dixerim,innumeræ,nonnullæ etiam minime obſcurę perſonę, atque adeo plenior de Imperatorum familiis,iis inquam,quæ ſanguine Romano editæ,primæ imperium id adminiſtrarunt,explicatio deſideratur,quod in nominibus pleriſque & aliis vocibus exquiſitioris illius ſcripturæ,quam νεοπάλαιοι nonnulli ſatis ſollicite & venantur,& propugnãt,nulla propemodum habita ratio,quod Chronologia de annis V.C. modice alicubi hallucinatur. Nec mihi de ſingulis inſtituere ἀπολογίαν libet. Concedimus enim de perſonis,vel potius dolemus, ea ſe ita habere,nec paucas ipſimet hac de cauſa paſſim inſeruimus, adiecturi plures,niſi ea in alieno latifundio luxuriantis culturæ ſeges, aut importuni æruſcatoris collecta quædam videri poſſet. Et prudenter Varro monuit in fine lib. 6. de ling. Lat. neminem reprehenſum, qui e ſegete ad ſpicilegium reliquiſſet ſtipulam. Optandum etiam eſſet, Glandorpium de Imperatorum familiis expoſitiones luculentiores dediſſe. Tamen vnde iactura ea ſarciatur,& Onuphrii Panuinii,& Caroli Sigonii hiſtoriæ exiſtunt. De tertia ἐνστάσει nihil prorſus laborandum nobis cenſeo: fruanturque ſane deliciis iſtis quibus illæ curæ ſunt,eousque tamen, vt abſit φιλονεικία; abſit inſectationis peruerſitas. Placet enim Ariſtophanis iſtud:

--- λοιδορεῖσθαι δ᾽ οὐ πρέπει
ἄνδρας ποιητὰς ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.

Placet Ciceronis lib. 6. ad Attic. de inſcriptionis fabrili errato ſubiectio. Nã certum mihi fixumque eſt,idem in multis aliis id genus antiquitatis monumentis accidiſſe. Neque negant illi qui Inſcriptiones vetuſtatis euulgarunt, has proprium catalectum, proprium dicendi genus,in quo nec orthographia,nec aliæ Grammaticorum leges ſeruentur,habere. Quod ad Chronologica attinet, leuat eũ nobis laborem plurimorum huius temporis labor,

tot de ea Hiſtoriæ parte doctiſſimorum virorum lucubrationibus publicatis. Licet inter hos ipſos non plane conueniat: quo minus de Glandorpio credibile, eum vel voluiſſe, vel potuiſſe ambages haſce, quæ non niſi ἐν παρόδῳ attingendæ eſſent, plene & examuſſim excutere. Atq; vt commentationi huic finem faciamus, eſto ea ſumma; vt ut forte reperiantur, quibus Glandorpii opus hoc non quidem ſordeat, ſed non plane ſatisfaciat, eos vel inuitos fateri oportebit, vberrimam & locupletiſſimam illo ad argumentum hoc integre pertractandum ſiue ἰχνογραφίαν ſiue χειραγωγίαν ſubminiſtrari. Cum interim de tam præclare ſuſcepto, bonaq; ex parte exantlato labore eæ videantur Glandorpio deberi exiſtimationis vindiciæ, quas carmine, edictoq; ſuo AVGVSTVS Cæſ. Æneidi Virgilii aſſeruit, & nobili pictori, Apelli, de imagine Veneris inchoata non abſoluta manſiſſe, e Plinio lib. 35. cap. 10. & Epiſtolarum Ciceronis lib. 1. epiſt. 9 euidens fit. Equidem non potui nō hoc loco de me adiicere, quamuis ſæpe me pœnituerit, quod cum cæterorum imperiorum, regnorum, tyrannidum &c. familias pertractare aggreſſus eſſem, non eadē opera ad Romanas acceſſiſſem, tamē ea vna & ſola re ab hoc propoſito me deterritū, quod idē argumentū Glandorpius in manus ſumpſiſſet, & quæ dixi, Antoniæ & Iuliæ familiæ ſpecimina edidiſſet. Futurū enim exiſtimabā, poſſe hoc in eā maleuolorum reprehenſionē incidere, me præceptoris auctoritati derogare, vel potius poſt Homerū Iliada canere voluiſſe, quemadmodum habet adagium. Quando nemini dubium eſſe poſſit, Glandorpium, ſi vita diuturnior ei contigiſſet, Spartā ſuā ita ornaturū fuiſſe, vt nihil in eo ſcriptionis genere haberetur perfectius. Cæterū vt de vſu familiarū Romanarum, qui in omnes ſeſe diſciplinarū omniū auctores extendit, quos ab imperio Rom. altos & ſuppeditatos fortuna nobis reliquos fecit, hic diſſererem, neceſſe non eſſe, cenſui. Eſt enim res in medio. Neq; negari poteſt, his, qui nullā vel perſonarū, vel familiarū, quæ in veterū ſcriptis occurrunt, noticiam habent, cum iiſdem haud aliter, quam cū ignotis cultu, moribus, lingua hoſpitibus agendum, nec raro fieri, vt illa ipſa ignoratio incredibile quoddam in lectoris animo tædium pariat. Vti contra vbi e rebus geſtis, & maiorum imaginibus, illæ cognoſcendas ſe præbēt, eo ipſo nos mox ad ſe alliciunt, & ad familiarem quaſi cōgreſſionem perducunt. Ne dicam, expoſitionibus iſtis infinitas veluti regulas vitæ proponi, ducentes tam ad vitiorum fugam, quam ad virtutis amorem. Forſan tamen requiri explicatio poterat de MAGISTRATIBVS, SACERDOTIIS, ORDINIBVS imperii Romani, pertinebatq; eodem de amplitudine huius & potentia ſchola: quandoquidem ea capita dignitatem & nobilitatem familiarum mirifice cum commendant tum illuſtrant. Sed vltimum hoc tralaticium haberi poterat. Leguntur etiam de Magiſtratibus & Sacerdotiis alii aliorum commentarii, & plane operæ precium factum a IOANNE ROSINO in antiquitatibus Romanis Ordines Reipubl. Roman. habet editus a me lingua populari liber de Nobilitate. Idcirco iſta quaſi μυροθήκια nobis ſufficiant. Poſtremo incumbere mihi videbatur, vt inſcriptionis cauſam afferrem. Nam Glandorpii charta quæ-

dam

dam nominabat librum primum Anthropologiæ, ſiue familiarũ Rom. ſed vt nuſquam alibi eius vel inſcriptionis, vel librorum diſtributionis mentio iteraretur. Quare ab vtraque abſtinuimus, maluimusque ONOMASTICON ROMAN. nũcupare: quia inſtar Satyræ (qua voce de ſuis miſto orationis genere perſcriptis, commentariis, Petronium Arbitrum, nec non de hiſtoriarum libris ſuis e variis ſcriptoribus excerptis, Peſcennium vſos accepimus, vti Iuſtinianus Imp. de legum ſuarum farragine eandem retulit præfatione in Pand. reperiasque inſuper apud Sex. Pompeium lib. 17. Diomedem lib. 3. Soſipatrum Cariſium lib. 2. item apud Iſidorum cap. 16. vnde porro Gratianus repetiit Decret. part. 2. diſtinct. 2.) nõ ſolum familias, ſed & cæteras perſonas Rom. ſimul bonorum auctorum, ſimul aliis id genus monumẽtis celebratas, enarrat. Quod ſupereſt, inuictiſſ. Imp. Cæſar RVDOLFE Aug. Domine clementiſs. offero & conſecro ſacratiſſimæ Maieſtati T. Opus hoc, qua par eſt, & debeo, ſubiectione: tum quod de Romana hiſtoria exempli Rom. morem, expreſſum Vegetii ad Valentinianum Imp. procemio, retinendum ſtatuerem, præſertim cum id decus, quod prępotenti Auſtriacę domui pene gentilitium eſſe cœpit, vt Hercules Muſarum in ea recognoſcamus, egregia duraturaq; ad omnem poſteritatem fama ſuſtineas, tum quod Germania noſtra, vnde genus & originem ducis, hodie Imperii Rom. nomine veniat, eiusque ſummi faſces atque poteſtas penes te conſpiciantur. Siquidem prima & veteri nobilitate Romana, de qua idem Opus agit extincta, noſtrarum gentium ſucceſſit. Falluntur enim, &, quod aiunt, toto cœlo errant, qui Principum noſtrorum ſtemmata inde repetunt. Quaſi vero non ipſorum Romanorum ſcriptorum confeſſione Germani propria eaque illuſtri ſemper laude enituerint, ſic quidem vt Tacitus hoc annalibus ſuis inſerere præconium, ſane notabile, non dubitarit: NVLLOS MORTALES ARMIS ET FIDE ANTE GERMANOS ESSE. Atque vt his veluti χριτηρίοις de eo, quod dixi, Romanæ nobilitatis excidio deficeremur, an non vel ſolę Onomaſtici συλλογαὶ nobis fidem fecerint? Taceo, vt imperia, ſic & familias imperioſas, ſuas habere periodos, nec quicquam in rebus humanis perpetuum exiſtere. Ergo Romanis ciuibus, deque Republ. Rom. optime meritis Ducib. & Imperatoribus, ſacratiſſima Maieſtas T. nẽpe rei Rom. domina, benigne faueat, vt tuo auſpicio, patrocinio, fide poſt tot ſeculorum ętates tandem aliquando poſtliminio redeant, denique me ipſum & labores meos clementiſſ. reſpectu & tutela dignere, ſubiectiſſime precor etiam atque etiam. Deus opt. max. cuius inſpiratione & ductu ſalutaria imperia fundantur, amplificantur, conſeruantur, quique per ſanctiſſimos vates ſuos Romanum vltimum fore prædixit, id ſartum tectum pręſtet: reprimat & protelet barbaricas gentes & Tyrannos: magiſtratus omnium ordinum ſoſpitet, tueatur, protegat; vt Eccleſiæ & Muſis certum quaſi domicilium ſuppetat, vigeat pax, vigeat omnium honeſtarum artium & officiorum cultura. Amen. Ex Acad. Iulia Helmętad. M. Maij. D. xv. CIↃ.CI. XXCVI.

EPIGRAMMA
ERNESTI SCHAWENBVRGII COMITIS,

In Onomaſticon Rom. IOANNIS GLANDORPII, nunc primum a REINERO REINECCIO, Hiſtorico, poſt auctoris mortem in lucem editum.

QVi cupis hiſtorias Romanæ gentis ad vnguem,
Illius & clarum perdidiciſſe genus,
GLANDORPI euoluas vigili monumenta labore,
Quæ te Romulidûm ſtemma decusq́ docent.
Tale opus his ſeclis nondum ſub luminis auras
Exiit, haud expers vtilitatis opus.
Omnia REINERI lima mage culta niteſcunt,
Abfuit auctoris quando ſuprema manus.
Magna tibi a doctis, REINERE, hinc fama refulget,
Et te diſcipulum denotat eſſe pium;
Qui præceptoris, defuncti tempora lucis
Iamdudum, nomen lucida ad aſtra vehis;
Illius ingenii quum tu monumenta reſeruas,
Atque, vbi res poſcit, ſplendidiora facis.
Hæc eſt diſcipuli longè pulcerrima virtus,
Et meritam laudem rurſus alumnus habet.

Aliud eiuſdem.

STemmata Romulidûm, veteresq́ ex ordine ceras,
In ſacris ſtatuit ſplendida Roma locis.
At fera barbaries monumenta hæc læſit, & igni
Abſtulit antiquum depopulante decus.
Martia nunc miſerans cladem Germania rurſus,
Relliquias ſtudio conueniente legit.
Nam ſuus hic honor eſt preciumq́ laboribus ingens,
Siue quis hiſtorias, ſiue poëma legat.
Laus tibi, REINECCI, qui, quæ GLANDORPIVS auctor
E veterum ſcriptis non ſine laude tulit,
Clarius exponis, librisq́ recentibus auges,
Te duce limatum lector habebit opus.

Aliud

HENRICI RANZOVII, EQVItis Holſati, Proregis Danici in Ducatu Schleſuic. Holſatia, Ditmarſia &c.

SI iuuat hiſtoriam recte cognoſcere priſcam,
Quæ res Romanas continet atque docet:
Hunc euolue librum, Romanæ ſtemmata gentis
Qui celebrat, nec non nomina clara ducum,
Roma quibus celebris fuit, & caput extulit alte,
Quorum non vllo laus moritura die eſt.
Iſta quidem clarus meritis GLANDORPIVS olim
Eruit e variis innumerisque libris.
At manus incepto quia defuit vltima ſcripto,
Auſpice REINERO cultius exit opus.

Aliud

Aliud eiuſdem.

SI iuuat indomitæ cognoſcere fortia Romæ
Facta, foris ſeu ſint geſta vel illa domi:
Hunc tu Romanæ referentem ſtemmata gentis
Peruigili ſtudio volue reuolue librum.
Ille viros celebrat, totum qui viribus orbem
Miſerunt patriæ ſub iuga dura ſuæ.
Hæc congeſta prius, multo limatius edit
REINERVS, *celebris conditor Hiſtoriæ.*

Aliud

IOACHIMI MYNSINGERI a Frundeck I C. Com. Sac. Palatii, & Ducatus Brunouic. Camerarii hæreditarii.

QVis precor inficias ibit? cum laude volenti
Noſcere res geſtas, inclyta Roma, tuas,
Eſſe opus in primis, vt nobilitatis auitæ
Stemmata, prognatos norit & inde viros?
Multus enim ſcrupulus, dubitandi occaſio crebra
Obuenit: hærenti nec via certa patet.
Scinditur in multas cum ſtirps CORNELIA *partes:*
Et noua ſortitur nomina quæque domus.
Difficileis etiam progignit Adoptio ſenſus,
Quando METELLORVM *Scipio nomẽ habet.*
Indiſtincta moras lectoribus iſta frequenter
Obiiciunt, ſalebris impediuntq́; nouis.
Scrutandæ ſtirpes igitur deductaq́; recte
Nomina ſunt ſerie conſtituenda ſua.
Sic lux Hiſtoricis ſic Oratoribus ipſis,
Atq́; Poëtarum redditur ampla libris.
Gratia REINERO, *qui talia publicat, vnde*
Proueniunt tantæ cognitionis opes.
Stemmata Nobilium cum tractes, & inclyta geſta,
Nobilitas faueat cui bona, dignus erit.

Aliud

IOANNIS A BENEKENdorf, equitis Marchici, præfecti aulæ Regenſteiniæ.

REs Romanorum geſtas, & inobruta facta
Perlegere, eſt magnæ commoditatis opus.
Conſiliis etenim iuuenem prudentibus æquat
His, ſenio multa qui grauitate valent.
Natu maiori rerum experimenta miniſtrat,
Omnes, quæ caute ſint facienda, docet.
Ergo Romuleæ gentis ſublimia facta
Quemlibet attenta voluere mente decet.
Forte ſed obiicies, LECTOR, *non commoda deſunt,*
Verum obſtat, ſtudii quod remoretur iter:
Scilicet occurrunt illuſtria ſtemmata, multi
Præſtantes rigido Marte togaque viri.
Sæpe videtur idem nomen, quod contigit illis,
Qui ſunt diſtincti tempore, ſtirpe, gradu.

Plenius vt factum cognoſcam, ſcire neceſſe eſt,
De quo præcipue mentio fiat ibi.
Et licet autorum ſpatioſa volumina verſem,
Se tamen haud offert abſque labore graui.
Hæc ſunt, quæ pariunt faſtidia longa, moraſque
Iungunt? A vero non aliena refers.
Conſulere in mediũ voluit GLANDORPIVS, *arte*
Præditus eximia, & nobile cœpit opus.
Extremam licuit ſed non imponere dextram,
Nam fera mors illum ſuſtulit ante diem.
Succurrit tandem REINECCIVS, *omnia priſci*
Qui bene fixa animo temporis acta tenet.
Conueniente ſtylo qui tot labentibus annis
Hiſtorias lucem iuſsit habere nouam.
Ille opus incœptum non paucis auxit, acute
Limando variis expoliitque modis.
Ac prodeſſe volens ſtudiis iuuenumque ſenumque,
Vt liber in lucem prodeat iſte, facit.
Continet is Latii proceres & ſtemmata priſca,
Quæ longa ſerie Roma ſuperba tulit.
Ingens huius erit (mihi crede) voluminis vſus,
Si cupis hiſtorica cognitione frui.
Quod reliquum eſt grata cape, lector candide, mente,
Quæ tibi REINERVS *ſcripta legenda dedit.*

Aliud

NATHANIS CHYTRÆI.

QVantus in hiſtoria fuerit GLANDORPIVS *olim,*
~~*Romulidûm inprimis,* GLANDORPIVS~~
ille fidelis
Saxonicæ & felix Chiron, Phœnixve iuuentæ,
Et viuo validoq; illo res ipſa docebat,
Cum laudis præco illius foret ipſe Melanchthon,
Cui tanto placuiſſe viro vel maxima laus eſt:
Nec monimenta tacent iam poſthuma, pluſcula quorũ
Obruta iam tenebris in luminis intulit oras,
Atque infert noſtro polyhiſtoris æmulus æuo
Iuliados REINECCIADES *vernantis ocellus.*
Cui tu perpetuas iſto dic nomine grates,
Et gratus fruere amborum ſoſpesque labore.

DE REINERO REINECCIO HISTORICO CL.

HIſtorias legiſſe, locoque & tempore poſſe
Promere, res magnæ laudis & artis ea eſt.
Hiſtoriam certi generis, regnive locive
Condere, maioris laudis & artis erit.
Hiſtorias generis cuncti, vno faſce ligatas
Condere, quis ſummæ laudis id eſſe neget?
Hanc tu, REINECCI, laudem, perdocte, mereris,
Condendæ hiſtoriæ cui genus omne patet.

HENRICVS PORSIVS D. *Sac. Cæſ. M. &c. a libellis in Cam. Aul. literarum politiorum Profeſſor in archigymnaſio Vienen.*

IOANN.

IOANN. GLANDORPII MONASTER.

ONOMASTICON ROMANVM.

A B L A V I I.

ABLAVIAM Romæ gentem fuiſſe non primis illis temporibus, quibus libertas viguit, ſed cùm in Principum poteſtatē reſpublica iam ceſſiſſet, veterum monumentis conteſtatũ deprehēdimus. Nomen ipſum à Græcis mutuatum conuerſos mores arguit, vſurpante iam P. R. cum cæteris vitæ deliciis tranſmarinam linguam non minus atq; ſuam: id quod amplius ex Arcadiis, Aſpaſiis, Aſteriis, Nebridiis, Olybriis & Toxotiis conſtare poteſt. Quanquam & apud priſcos illos Romanos non diſplicuiſſe prorſus appellationes Græcas, cùm ad Æmilios, Helios, Pinarios, cæteraſq; id genus familias peruentum erit, docebimus.

¶ Ablauius Muræna, per inferiores honorũ gradus ad Prætorii præfecturam, quæ proxima ab imperiali faſtigio poteſtas fuit, ſub Valeriano conſcendit. Intimum fuiſſe Principi, & conſiliorum eius participē, indicat fragmentum epiſtolæ de moribus Claudii, qui poſt Gallienũ imperauit, deq; eius ad ducatum ſubuectione perſcriptæ. Vide Trebellium Pollionē in vita Claudii.

Ablauius, genere quidem Ægyptius, ſed tamē in hanc familiã cooptatus, ſub Conſtantino Magno & conſulatum & ſimiliter Prætorii præfecturam conſecutus eſt. Defuncto Conſtantino, cui propter fidem, & in rebus gerendis dexteritatē, gratiſſimus erat, cùm ſe ſucceſſori nõ perinde acceptũ animaduerteret, ſeceſſit in Bithyniam, vbi tandem illum interfectum volunt. Filiam eius Olympiada, Conſtantis fratris ſponſam, Conſtantius Auguſtus Arſaci, Armeniæ regi, collocauit. Eunapius in vita Ædeſii, & Ammianus Marcellinus lib. 20.

Ablauius, gente Gotthus (quid enim vetat, ob nominis gratiam & propinquitatem hic adiungi?) educatus Rauennæ, ſcripſit de bello Gotthorum, temporum illorum hiſtoriam complexus.

A B R O N I I.

Abronius Silo, pater Silonis eius, qui Pantomimis fabulas ſcripſit, auditor Porcii Latronis, refertur Senecæ inter declamatores ſui temporis, Suaſoria ſecunda.

A B V N D A N T I I.

Abundãtius, collega Theodoſii Magni in tertio conſulatu. Exulauit poſtea Pityunte. Hieronymus ad Heliodorũ de morte Nepotiani.

Abundantia & Apollonia, matronæ Chriſtianæ, citantur in Martyrologio noſtro 8. Cal. Iun.

A B V R I I.

M. Aburius, Trib. pl. M. Fuluio Proconſuli in petitione triumphi diu reſtitit. Prætor, Cn. Scipione Hiſpalo, Q. Petilio Coſſ. iuriſdictionem inter peregrinos exercuit. Liuius lib. 39. & 41.

C. Aburius, mittitur legatus ad Maſaniſſam regem & Carthaginenſes. Idē lib. 42.

¶ ABVRINIANÆ reſcribitur ab Alexandro A. lib. 5. Cod. tit. de repudiis.

A B V R N I I.

Aburnius Valens I C. ſcripſit fidei commiſſorum libros ſeptem, quorum fragmēta in Pand. iuris ciuilis extant. Floruit ſub Antonino.

A B V T I I.

Abutius Tertius, cum Terentia Valentiniana coniuge, refertur in Antiquitatibus Italicis pag. 183.

¶ ACCEPTIA Erepta: Inſcript. ant. pag. 467.

A C C I I plebeii.

¶ D. Accius Nauius, Augur, cotem nouacula diſſecuit: vnde ſumma auguriis ac ſacerdotio auctoritas acceſſit. Liuius 1. Dionyſius 3. Valerius 1. cap. 4. Cicero de Diuinatione. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pag. 17. & ſeq.

L. Accivs, Poeta Tragicus, paulo iunior M. Pacuuio: quippe cum quo in eiſdem ædibus fabulas docuerit, cùm Pacuuius 80. Accius 30. annos natus eſſet, vt Cicero in Bruto. Editur in lucem Mancino & Serano Coſs. libertinus. Ab illo fundus Accianus iuxta Piſaurum dictus eſt: quia illuc inter colonos deductus fuit, teſte Euſebio. Qui cùm breuis eſſet, maxima tamen forma ſtatuam ſibi in Camænarum æde poſuit. Plin. 34. cap. 5. Interrogatus, cur cauſas non ageret, cùm illi in tragœdiis tanta vis eſſet, optimè reſpondit, quoniam, inquit, illic ea diceret, quæ vellet, in foro eſſent dicturi aduerſarii, quæ minimè vellet. Fabius 5. cap. 13. Apud P.R. quāto in honore habitus ſit, hinc æſtimari poteſt, quòd P. Mutius eum, qui Poetam Accium ſine præfatione honoris nominaſſet, condēnauit. Cataneus. Pertinet eodem locus Valerii Max. lib. 8. cap. 15. de D. Bruto. Cicero Philippica 1. inter illius ætatem, & Cæſaris quintum Conſulatum, annos 60. interceſſiſſe, innuit: *Niſi fortè*, inquit, *Accio tum plaudi, & ſexageſimo poſt anno palmam dari putabatis: non Bruto, qui ludis ita caruit, vt in illo apparatiſſimo ſpectaculo ſtudium P.R. tribuerit abſenti.* Citatur apud Nonium in Amphitryone, ἐπιναυσιμάχῃ, Euryſace, Phœniſſis, Telepho, Alpheſibœa, Oenomao, Menalippo, Meleagro, Epigono, Medea, Alcmæone, Philoctete, Prometheo, στασιασταῖς vel Trophæo, Andromeda, Æneadis, Athamante, Armorum iudicio, Neoptolemo, Erigona, Fidicinis, Diomede, Ægiſtho, Tereo, Achille, Bacchis, Myrmidonibus, Clytemnæſtra, Antenoridis, Putatoribus, Aſtyanacte, Thebaide, Agamemnonidibus, Pragmaticis, Chryſippo, Nyſtereſia, &c. apud Sex. Pompeium in Hellenibus, Io, Phinidis, Annali, &c. ¶ Fragmenta Accii, collecta ab Roberto Stephano, leguntur Henrici Stephani typis.

L. Accius, Poeta, alius ab hoc lōgo pòſt tempore, venienti Cæſari Dictatori in Poetarum collegium aſſurgere noluit, nō maieſtatis eius immemor. Sed quòd in comparatione communium ſtudiorum, aliquanto ſe ſuperiorem eſſe confideret. Valerius Max. lib. 3. cap. 7. qui & hoc ſubiicit, inſolentiæ eum crimine caruiſſe: *quia*, inquit, *ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.*

¶ M. Accivs Plavtvs, Poeta Comicus: cuius 20. fabulæ extant, & epitaphium ab illo, vt volunt, conditum apud Gellium 1. cap. 24. Quintilianus lib. 10. cap. 1. hæc de Plauto habet: In Comœdia maximè claudicamus, licet Varro dicat, Muſas Ælii Stolonis ſententia, Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latinè loqui vellent. Hæc ille. Citatur Macrobio in Baccharia, in Calceolo, apud Nonium Aſtraba, Cornicularia, Friuolaria, Medico, Neruolaria, Plorino, Carbonaria, &c. De Aſtraba tamen ait, incertum eſſe. De cæteris cōſulenda appendix Georgii Fabricii, ſubiecta ei Plautinarum Comœdiarū editioni, quæ omnibus numeris abſolutiſſima Ioachimo Camerario accepta ferenda eſt. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pag. 47. Ploti appellati ſunt Vmbri, quòd eſſent pedib. planis. Vnde ſoleas dimidiatas, quibus vtūtur in venando, quo planius pedem ponerent, vocant ſemiplotia. Et ab eadem cauſa M. Accius Poeta, quia Vmber Sarſinas erat, à pedum planicie initiò Plotus, poſtea Plautus cœptus eſt dici.

Accius, ſcriptor Hiſtoriæ, de quo Cicero lib. 1. de LL. *Nam quid Accium memorem? cuius loquacitas habet aliquid argutiarū, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, ſed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multus & ineptus ad ſummam impudentiam.* Eius amicus Siſenna fuit. Ibidem.

¶ T. Accius Piſaurenſis, accuſator A. Cluentii, pro quo extat Ciceronis oratio. Dicebar accuratè & ſatis copioſè, doctus præterea Hermagoræ præceptis. Cicero in Bruto.

L. Accius, Eques Rom. ante bellū ciuile Pompeianum ſingula paria columbarum denariis 400. vendidit. Plin. li. 10. cap. 37.

¶ Accius Pigmentarius, vixit ſub Cæſare Dictatore, teſte Cicerone epiſtola 17. lib. 15.

¶ M. Accivs Balbvs, paterna ſtirpe Aricinus, multis in familia Senatoriis imaginibus, à matre Magnum Pompeium arctiſſimo cōtingebat gradu, functuſq; honore Præturæ, inter xx. viros agrum Campanum plebi Iulia lege diuiſit. Suetonius. Iuliæ, ſororis Cæſaris Dictatoris, maritus. Cicero Phil. 3. & Sueton. Ex cuius filia Accia, & C. Octauio, natus eſt. C. Octauius, poſtea dictus Cæſar Auguſtus. Accia obiit ſub pugnā Philippenſem. Vide Dionē lib. 47.

¶ P. Accius Varus, Pōpeianus, de quo Cæſar in Commentariis. Periit in bello Hiſpanienſi ad Mundam.

¶ C. Ac-

¶ C. Accius Pelignus, alius à Varo, Pompeianarum & ipſe partium, captus Sulmone in bello, ciuili à Cæſare, dimiſſus eſt. Com. 1. de bello ciuil.

Q. Accius, familiaris Ciceronis, ad quẽ ſcripſit Tiro libertus, vt eſt apud Gellium 7. cap. 3. Meminit huius Q. Accii Cicero ad Attic. lib. 10. epiſtola 13.

¶ Accius Rufus, itẽ Pompeianus. Cæſ. Com. 3. Poſtulauit Afranium proditionis exercitus, in Hiſpania factæ. Ibidem.

¶ Accius Labeo, cuius Ilias notata à Perſio.

¶ Accius Priſcus, pictor ſub Veſpaſiano. Plinius 35. cap. 10. in fine.

¶ P. Accius Aquila, Centurio ſextæ cohortis equeſtris ſub Traiano, cuius ille filiæ ciuitatem Romanam dedit. Plinius Epiſtolarum 10.

¶ M. Accius Plancus, citatur C. Plinio lib. 18. & 19. Scripſit praxidica. ¶ De cognomento ad hunc modũ Sex. Pompeius lib. 14. *Plancæ tabulæ planæ, ob quam cauſam Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus plani ſunt.*

¶ Accia Variola, pro qua dixit Plinius iunior, vt ipſe ſcribit ad Romanum lib. 6. & Sidonius Apollinaris ad Ruſticum libro 8. Hæc ab octogenario patre exhæredata vndecimo die poſtquã is nouercam ei ſuperinduxerat, reſciſſo teſtamento centumuirali iudicio, in bona paterna reſtituta eſt.

¶ L. Accius Creſcens pater, L. Accius Chariſtus F. Accia Tyche mater. Inſcription. antiq. pag. 335.

¶ Accius Poſthumius, declamator, citatur Senecæ controuerſ. lib. 7. contr. 6.

¶ Accius Mimus, citatur Iuuenali Saty. 6.

¶ Accio Suræ, natalib. claro, & in paupertate ſummæ integritatis viro, Plinius à Traiano Præturam petit Epiſtolarum lib. 10.

M. Accius Seneca, refertur in inſcriptione, quæ eſt de L. Volcario Q. F. poſita.

Accii Grammatici didaſcalikῶν libri 9. citantur à Chariſio.

¶ ACCOLEII.

Gens Accoleia agnoſcitur tantùm è veterum nummorum inſcriptionibus. Auctor Fuluius Vrſinus de familiis Rom.

¶ C. Acerronivs Proculus, Conſul fuit cum C. Pontio Nigrino, quãdo vitã poſuit Tiberius Aug. ann. V. C. dcclxxxix.

Achilleo reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 23.

Achilleus, ſub Diocletiano cùm ſumſiſſet impetium apud Ægyptios, à feris dilaceratus eſt.

¶ Achiuæ reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 13.

¶ Acindyno ab AA. & CC. 7. Cod. titul. 72.

¶ A. Acivs Archiata, apud Paulum Manutium in Orthographia.

ACILII.

Acilii plebeĩ erant. Liuius lib. 35.

Aciliæ legis de Auentino publicando, vt quæ iam ante creatos Decemuiros lata fuerit, meminit Liuius lib. 3. compiti Acilii, in quo taberna emta ſit Archagatho Medico, Plinius lib. 29. capit. 1. Adhæc idem Liuius citat Acilianos annales, vtpote quos ex Græco in latinum ſermonem tranſtulerit Claudius.

M. Acilius, bello Pun. ſecundo, Marcello, & Valerio Leuino Coſſ. ann. V. C. dxliiii. miſſus legatus cũ M. Attilio ad Ptolemæum & Cleopatram, Reges, Alexandriam ad renouandam amicitiã. Liuius 27.

Glabriones.

M. Acilivs C. F. L. N. Glabrio, Tribunus pl. cũ Q. Minutio Thermo ann. V. C. dliii. Prætor ann. dlviii. inter ciues & peregrinos ius dixit, & coniurationem ſeruorum, quæ Hetruriam propè infeſtam reddiderat, vna cum legione miſſus, oppreſſit. Liuius 33. Conſul. ann. dlxiii. cũ P. Scipione Antiochum regem ad Thermopylas vicit, quo nomine per triduum ſupplicatio decreta, & ab ipſo triumphus actus, & ſpectaculo & fama rerum magnificus. Idem X. Vir ſacrorum factus eſt ann. dliiii. Cenſuram cùm peteret, partim inuidia nobilitatis, quòd homo nouus eſſet, partim Catonis, qui competitor erat, falſo teſtimonio afflictus, à petitione deſtitit. Vide Liuium lib. 37.

M. Acilius Glabrio M. F. Duum vir ædem Pietatis in foro Olitorio, quam pater, quo die cum Antiocho ad Thermopylas depugnauit, vouerat, dedicauit, ſtatuãq; auratam, quę prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patris Glabrionis poſuit, ann. V. C. dlxxiii. Liuius libro quadrageſimo, pag. 201. De æde pietatis, eo in loco conſecrata, vbi quondam mulier habitârat, quæ patrem incluſum carceri mammis ſuis clàm aluerat, ob quod factum illi impunitas conceſſa, diſertius Valerius libro 5. cap. 4. Sex Pompeius lib. 14.

M. Acilius Glabrio, ſuperioris, vt puto F. legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis ſeueriſſimam, in qua nec comperendinari quidem reum licebat. Aſcon. Pedianus.

M. Acilius Glabrio, Prætor & iudex Cicerone Verrem accuſante. Cõſul inde poſt bienniũ, ann. videlicet V. C. DCLXXXVII. Ciliciam prouinciam obtinuit. Vide Dionem libro 35. Patrem habuit Acilium Glabrionem, qui legem Aciliam tulit, auum Scæuolam, Iuriſperitum illum, qui cum Piſone Cõſul fuit, quo anno cæſus eſt Tib. Gracchus, coniugem Æmiliam, Scauri filiam. Cicero in Verrem & in Bruto, Pedianus in oratione Ciceronis.

M. Acilius Glabrio, ſuperioris F. Scauri illius Principis viri nepos, auunculo M. Scauro, repetundarum reo, in iudicio adfuit. Aſcon. Pedianus. Sed & ipſe bis à Cicerone in iudicio capitis defenſus fuit. Proconſul Siciliæ ſub Cæſare, & legatus Cæſaris in bello ciuili, præfuit Orico, dum Cæſar Dyrrachii Pompeium obſidet. Cæſar Comment. bell. ciuil. 3. Meminit eius Cicero epiſtolarum 13 & lib. 7. cum legionibus in Græciam miſſum ſcribit.

L. Acilius Glabrio, refertur à Porcio Latrone in declamatione contra Catilinam, vt cuius ſica in Senatu deprehenſa ſit.

M. Acilius Glabrio, Conſul ſub Domitiano ann V. C. DCCCXLIII. collega in eo honore Traiani, pòſt Auguſti. Huius filium Domitianus interemit, quòd cum feris pugnaret, reuera autem propter inuiſum robur. Nam in Albano leonem confecit. Iuuenalis Sat. 4.

Proximus eiuſdem properabat Acilius æui
Cum iuuene indigno, quem mors tam ſæua maneret,
Et domini gladiis iam deſtinata: ſed olim
Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus, &c.

M. Acilius Glabrio, Conſul ſub Hadriano ann. V. C. DCCCLXXVI. Ad hunc Conſulem ſcripta epiſtola Hadriani Imperatoris citatur Pand. 48. de accuſationibus & reſcript. L. 12.

Glabrio, Cõſul an. V. C. DCCCCIIII. ſub Pio, de quo fortè Ariſtides Sacr. Serm. 4. Alius ſub Commodo bis Conſul, teſte Herodiano, omnium Patriciorum nobiliſſimus, genus ſuum ad AEneam referens, quem etiam Pertinax Imp. dignum imperio iudicauit. Rurſum alius ſub Valeriano ann. M. VIII. Haud dubiè omnes Acilii. Aciliũ Glabrionẽ D. Seuerus & Imp. Antoninus nõ audiuerunt, incolorarẽ reſtitui deſiderantem aduerſus fratrem, poſt ſpeciem eorum in auditorio finitam. Pand. 4. de minoribus 25. annis l. 18.

Anicius Acilius Glabrio Fauſtus Coſ. cum Theodoſio iuniore Imp. ann. V. C. MCXXXIX.

¶ C. Acilius Butas, Prætorius, cùm patrimonium ingens cõſumſiſſet, & paupertatem ſuam apud Tiberium fateretur: Serius, inquit Cæſar, ò Buta experrectus es. Seneca epiſtola 123. Meminit ibidem huius Acilii Butæ vt hominis lucifugæ, qui ad cereos & faces viueret. Locus eſt elegantiſſimus.

¶ L. Acilius, Prætor ann. V. C. DLVII. quo tempore primùm ſex Prætores creati ſunt, creſcentibus prouinciis, & latius iam pateſcente imperio. In eo magiſtratu obtigit illi Sardinia.

C. Acilius, fors L. frater, Trib. pl. eodem tempore, quo L. Prætor factus eſt, ad populum tulit, vt quinque coloniæ in oram maritimam deducerẽtur, duæ ad oſtia fluminum Vulturni Liternique, vna Puteolos, vna ad caſtrum Salerni, quibus Buxentum adiectum. Vide Liuium 32.

L. Acilius, legatus (ſic puto) Q. Fuluii Flacci, Prætoris Celtiberiæ ann. V. C. DLXXIII. ſtrenuam operã vincendis iis populis nauauit. Vide Liuiũ 40. Hic, opinor, eſt Iuriſconſultus ille & ſapiens, cuius vitã ſcripturus Rutilius, miro quo genio impulſus, nomen illi commutat, Attiliorumque & Aciliorum cognomenta confundit. Meminit Acilii huius Cicero in de amicitia.

C. Acilius, miles C. Cæſaris bello ciuili miræ fortitudinis. Vide Sueton. & Plutarchum in Cæſare. Valerius lib. 3. cap. 2. vocat Atilium.

Acilius, proſcriptus, quæratur apud Appianum lib. 4.

Acilia, mater Lucani Poetæ.

P. Acilii, vt viri grauis & prudentis, quique fuerit auunculus Minutii Aciliani, meminit Plinius epiſtolarum 1. ad Iunium Mauricum.

¶ Acilius Auiola, legatus Tiberii in Galliis quarto ipſius & ſecundo Druſi Conſulatu, Gallos rebus nouis ſtudentes compeſcuit ann. V. C. DCCLXXIII. Tac. lib. 3. Hic, puto, eſt Cõſularis ille, qui in rogo reuixit. Vide Valerium 1. c. 8. & Plinium 7. c. 52.

M. Aci-

M. Acilius Auiola, fors F. Conſul ann. V.C. DCCCVI. quãdo Claudius Imp. obiit.

Acilius Auiola, curator aquarũ publicarũ ſub Veſpaſ. & Domitiano, Principib. cui Frõtinus in eo munere ſe ſucceſſiſſe, ſcribit.

Acilius Auiola, Conſul ann. V.C. DCCCLXXIIII. ſub Hadriano.

Auiola, haud dubiè Aciliæ gentis, Conſul ſub Gordiano ann. V. C. DCCCCXCI.

Auiolæ reſcribitur à Seuero & Ant. 5. C. tit. 62.

¶ M. Acilius Balb. Coſ. ann. V.C. DCIIII.

M. Acilius M.F. Balb. Coſ. an. V.C. DCXL.

¶ P. Acilius Felix. Inſcript. ant. pag. 247.

¶ P. Acilius Piſonianus. Ibidem pag. 54.

¶ Acilius Rufus, vir Conſularis ſub Traiano. Plinius Epiſtol. 5.

¶ Acilius Seuerus, Conſul & Præfectus vrbis ſub Conſtantino Magno ann. V. C. MLXXV. Reſcribitur illi à Conſtantino C. 1. de precibus Imperatori offerendis.

Acilius Sthenelus, è plebe libertina, de quo Plinius lib. 14. cap. 4.

¶ M. Acilius L. F. maritus Furiæ Sex. F. refertur in monumẽtis Mantuanis, Inſcrip. ant. pag. 323.

M. Acilius Maximianus pag. 29.

M. Acilia M.F. Iuſtina P. Stirius Serpicanus maritus vxori optimæ & chariſſimæ. Reperitur in epigraphis antiquæ vrbis, teſte Carolo Sigonio de nominibus.

¶ ACILINVS, miles Beliſarii, ad portam Pincianã ſolus impetũ Gotthorũ repreſſit.

ACONII.

Aconius Catulinus, Cõſul & Præfectus vrbis ſub Conſtantiis principibus, an. V.C. MCII. Huius arbitror filiam, aut certè ex filia neptem eſſe, de qua in antiquis memoriis huiuſmodi legitur inſcriptio: *Fabiæ Aconiæ Paulinæ Ce. F. Aconis Catulini V. C. Ex praef. & Conſul. ord. vxori Vetti prætextati V. C. praef. & Conſ. deſ. ſacratæ apud Eleuſinam Deo Baccho, Cereri & Coræ, ſacratæ apud Laernam Deo Libero & Cereri & Coræ, ſacratæ apud Æginam deabus Taurobolio Sicæ Hierophantriæ Deæ Cereris.* Alciatus in Tacitum. Vide inſcriptiones ant. pag. 101.

Aconi Q.F. Fab. Labeonis policis vixit annos XV. Extat Patauii citante Scardeonio.

ACTIENI.

Actienus Carbo, deprehenſus in adulterio à Bilieno, & caſtratus. Val. Max. 6. c. 1.

ACTILII.

P. Actilius Rufus, cum Actilia Beronice coniuge, ambo eiuſdem ætatis, eadẽ hora, fungorum eſu mortui. Vide inſcriptiones antiquas pag. 128.

ACTORII.

ACTORIA PAVLA, Catonis Cenſorii coniunx, de qua ad hunc modum D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum: *M. Cato Cenſorius*, inquit, *habuit vxorem Actoriam Paulam, humili loco natam, vinolentam, impotentem, & (quod nemo poſſet credere) Catoni ſuperbam. Hoc ideo dico, ne quis putet, ſi pauperem duxerit, ſatis ſe concordiæ prouidiſſe*, &c. Vt tamẽ alii de familia varient, infrà in SALONIIS monebimus.

M. Actorius Naſo, citatur à Suetonio in Cæſare.

ACVTII.

Acutius, Tribun. plebis an. V.C. CCCLIIII.

Acutia, P. Vitellũ quondã vxor, damnata ſub Tiberio. Tacitus 5.

¶ Acutius Nerua, Cõſul deſignatus ſub Traiano. Plinius epiſtolarum 2. ad Arrianum. Ridiculum exponit illic, Acutius, pro aduerbio per Cataneum.

M. Acutius, vt Poeta Comicus, & cuius ſint pleræq; fabulæ, nõ rectè Plauto adſcriptæ, memoratur à M. Varrone lib. 1. de comœdiis Plautinis, citante Gellio 3. cap. 3.

M. Acutio M. F. Rom. Marcello. C. Acutio M.F. Rom. Secundo, citatur Scard. pag 72.

¶ ACVTILIVS, homo querulus. Meminit eius Cicero ad Att. 1. epiſtola 3. & 4. Acutilianæ controuerſiæ, ibidem.

¶ ADELPHIVS, Proconſularis vir, cuius vxor fuit Proba illa Falconia, docta.

Adelphius, Antonii familiaris, expeditionem illius in Parthos conſcripſit, in qua ipſe adfuit, & præfuit. Strabo lib. 11.

¶ ÆDISIO reſcribitur ab AA. & CC. 6. C. tit. 2.

ÆGILII.

L. Ægilius, Triumuir deducendæ Lucã coloniæ, Claudio Pulchro, Sẽpronio Graccho Coſſ. an. V.C. DLXXVII. Liuius lib. 41.

¶ Ægilius, ſuperioris fors filius, cũ videretur mollis, nec eſſet, ac illi Q. Opimius, Conſularis, qui adoleſcentulus malè audiret, dixiſſet: *Quid tu Ægilia mea, quando ad me venis cũ tua colu & lana? non pol*, inquit, *audeo; nam me ad famoſos mater vetuit accedere.* Cicero de Oratore 2. Nonius in voce, colus, legit: Quid tu Decilla mea? &c.

ÆLII.

Ælii, vel etiam Æelii, dicti ſunt, quibus nupſiſſent duæ ſorores, autore Euſtathio

in Iliad. 2. p. 162. Cælio 15. c. 24. Æliorum familia Romæ paupertima fuit, adeò vt vno tempore 17. Ælii eandem domum habitârint, vnũ tantùm habentes agrũ Veientanum, & locum ſpectandi in Circo. Eadẽ gens nullum ante ſcrupulum argẽti habuit, quàm Paulus, Perſe rege deuicto, Q. Ælio Tuberoni genero ſuo 5. pondo argenti ex præda donaret, auctore Valerio lib. 4. cap. 4. Volaterranus ſcribit, Ælios cũ diphthõgo, & Helios cum aſpiratione iuxtà ſcriptos in antiquis marmoribus inueniri, qua in re valde fallitur, cùm longè diuerſi ſint ab Heliis, Ælii. Porro in imaginibus Æliorum præter Tuberonis & Lamiæ, ne quid nunc de cæteris dicam, fuiſſe etiam Pæti, cognomina, teſtis eſt Cicero pro A. Cluentio.

Vetuſtiſſimum omnium Æliorũ inuenio P. Ælium, qui Quæſtor factus eſt tunc, cùm ij primùm ex plebe creati ſunt, nempe ann. V. C. CCCXLV. Liuius lib. 4.

P. Ælius Pætus, Conſul cum C. Sulpitio Longo ann. V. C. CCCCXVIII. Idem Magiſter equitum fuit C. Fabio Ambuſto, Dictatori comitiorum cauſa creato, anno CCCCXXXIII. Liuius 8. & 9.

C. Ælius, Tribunus pl. à Thuriis ſtatua & corona aurea donatus, perlata lege in Septimium Statilium Lucanũ, à quo bis infeſtati erant. Plinius lib. 34. cap. 6. Fieri poteſt, vt hic ſit C. Ælius Pætus, qui poſtea Conſulatum geſſit ann. V. C. CCCCLXVII. C. Fabricio Luſcino natu maior. Tempora certè congruunt.

¶ L. Ælius, Eques Rom. vir valde doctus, qualis poſtea Varro, ſcripſit multa. Vide Ciceronem in Bruto. Neſcio nũ hic ſit, cuius filia, cùm ipſe cum vxore Roma in Apuliã iret, fulmine icta interiit, illæſo tamẽ corpore, quemadmodũ narrat Oroſius lib. 5. c. 15. Iulius Obſequens Pompeium Heluiũ vocat, Plutarchus in Rom. quæſtionib. ipſam virginem, fulmine ictam, Heluiã. De eadem re infra in familia Cluuiorum.

Q. Ælius Pætus, haud dubiè Prætorius, cecidit in acie Cannenſi, cùm paulo antè Conſulatum cum C. Terentio Varrone petiiſſet. Idem & Pontifex fuit. Liuius lib. 22. & 23.

P. Ælius Pætus Q. F. Q. N. vir moderatus & prudens, cùm Ædilis plebis eſſet, factus eſt Prætor ann. V. C. DL. In quo magiſtratu vrbanam iuriſdictionẽ obtinuit. Deinde proximo anno Magiſter equitum, & poſt biennium Conſul, quo tempore finitũ eſt bellum Punicum ſecũdum. Exacto anno à Conſulatu, creatus eſt Cenſor vnà cũ P. Scipione Africano. Fuit & Augur. Deceſſit ann. DLXXVIII. Liuius 30. & 31. & 41. Rutilius hunc inſciè inter Iureconſultos refert.

Sex. Ælius Pætus Catus P. fr. Conſul an. V. C. DLVI. cum T. Quintio Flaminio, Italiam prouinciam habuit, cùm T. Quintio collegæ Macedonia obtigiſſet. Geſſit Cenſurã cum C. Cornelio Cethego, ann. DLX. Liuius 32. & 34. Hunc eſſe reor, de quo ſcripſit Ennius, teſte Cicerone in Tuſculanis quæſtionibus.

Egregiè cordatus homo Catus Æliu' Sextus.

Citatur eidẽ in Epiſtolis ad Trebatium, citatur & in de Senectute, ſed perperam vulgò Æmilius legitur, cũ debeat eſſe Sex. Ælius. Ab hoc ius Ælianum dictum fuit. Vide plura apud Pomponium Iuriſconſultũ Pand. lib. 1. de origine iuris, & Rutilium.

Q. Ælius P. F. Pætus, Conſul ann. V. C. DLXXXVII. Galliam prouinciam habuit. Nouennio ante factus eſt Augur in locum P. Ælii patris. Atque huic Conſuli, opinor, Ætolos, cũ in fictilibus prandentẽ inueniſſent, argentea vaſa dono miſiſſe, vt eſt apud Valer. 4. c. 3. & Plinium 33. c. 11. In quibus tamen poſterior mendo nõ vacat, qui Paulum eius ſocerum facit. Nec Valerius eundem rectè Tuberonem appellat & Catilium, qui dicendus erat Ælius Catus, vel certè Catulus. Rutilius hîc fingit Ælium Iuriſconſultum, qui nuſquam fuit.

¶ Sex. Ælius Catus, Cõſul ſub Auguſto ann. V. C. DCCLVI. Hic, opinor, eſt qui Straboni libro 7. Ælius Cato nominatur, quem ſuis temporibus ex tranſiſtrana regione 50. Getarum millia in Thraciã habitatum traduxiſſe, ſcribit.

L. ÆLIVS PÆTVS TVBERO, cùm Prætor vrbanus in foro pro tribunali iura redderet, picus illi in capite ita placidè ſedit, vt manu apprehenderetur. Reſpondêre vates, exitium imperio portendi, ſi dimitteretur, at ſi exanimaretur, Prætori. Ille protinus auem cõcerpſit, nec multo pòſt impleuit prodigium. C. Plinius 10. cap. 18. Valerius 5. capit. 6. qui addit, decem & ſeptem militum familiam, eximiæ fortitudinis viros, Cannenſi prælio amiſiſſe. Nonius citans Varronem, corruptè habet Pedium Ælium Pætum, vbi legendum arbitror, P. Ælium Pætum, etſi Plinius L. vocat.

P. Ælius Pætus Tubero, Prætor an. V. C. DLIII.

DLIII. Cn. Cornelio Lentulo P. Ælio Pæto Coſs. Siciliam prouinciam tenuit, Liuius 30. Iterum Prætor ann. DLXXVII. vrbanam iuriſdictionem tenuit Liuius 41. Si tamen hic non eſt idem cum Ligure, vt in cognomine erratum ſit. Fuit autem hic Ligus Conſul ann. DLXXXII. cum C. Popilio Lænate, & Ligures prouinciam habuit. Liuius. 42.

Q. Ælius Tubero, Trib. pl. ann. V.C. DLX. tulit ad plebem, plebesq́ꝫ ſciuit, vt Latinæ duæ coloniæ, vna in Brutios, altera in Thurinum agrum deducerentur. Liuius 34.

Q. Ælius Tubero, L. Æmilii Pauli gener, militauit ſub ſocero in bello Macedonico, à quo ipſi Perſei regis captiui cura mandata eſt. Liuius libro 45. Huic quemadmodum ſuprà meminimus, L. Paulus ex ea victoria & præda quinque pondo argenti dedit. Auctor Valerius. De honoribus eius nihil inuenio, quos tamen haud dubiè ſummos geſſit.

Q. Ælius Tubero Q. F. L. Pauli nepos, ob ſordes Præturæ tulit repulſam. Vide Ciceronem pro Muræna, & in Bruto, Valerium 7. cap. 5. Stoicus hic fuit. In Triumuiratu contra Africani auunculi ſui teſtimonium iudicauit, Graccho in primis moleſtus. Cicero in Bruto plura.

L. Ælius Tubero, Hiſtoricus, neceſſarius Ciceronis, legatus Q. Ciceronis in Aſia. Citatur à Nonio Marcello in voce Luxuriabat, item à Chariſio.

Q. ÆLIVS TVBERO L. F. Iuriſconſultus, Q. Ligariũ accuſauit apud Cæſarẽ, defendente illum Cicerone. Volaterranus hunc Stoici nepotem facit.

Q. Ælius Tubero, Conſul ſub Auguſto ann. V. C. DCCXLIII. Q. F. Dioni. Meminit ſæpe Frontinus de aquæductibus.

C. Ælius Tubero, Prætura functus, à rogo relatus. Plinius 7. cap. 52.

ÆLIA PAETINA, Conſulari patre nata, ex familia Tuberonum, Claudii Imperatoris vxor, ex qua ille Antoniam ſuſtulit, leuibus offenſis ab illo repudiata. Sueton. & Tacitus.

Cæſar cum Tuberone Prætore Quæſtor in Iberiam abiit, illiusq́ꝫ filium, Prætor ipſe, Quæſtorem creauit. Plutarchus in Cæſare.

Tubero, Stoicus, cùm extructiones Luculli inſpexiſſet, appellauit eum Xerxem togatum. Idem in Lucullo.

ÆLII Lamiæ.

Lamiarum familiam Horatius à Lamo, qui regnarit Formiis, deductam aſſerit. Sed quis neſcit, Poetas id genus aſſentationibus magnatibus gratificari ſolere? Nos vt Atuinas à pinguedine, Neruas à robore, Capellas à capillorũ hirſutia dictos accepimus, ſic etiam Lamias à voracitate, vel ab inſigni corporis deformitate, nominatos iudicamus.

L. Ælius Lamia, homo deformis, accuſauit Aculeonem, in quẽ L. Craſſus Orator, Aculeonis patronus, ſuauiter luſit, multo aſtantium riſu puerum pulchellũ & diſertum appellans. Vide Ciceronem de Oratore libro 2: vbi tamen mendosè pro L. Ælius. L. Heluius legitur.

L. AElius Lamia, Eques Rom. quòd Ciceronis ſalutem enixius propugnaret, à Piſone & Gabinio relegatus eſt. Cicero in Piſonem & pro Seſtio. Poſtea geſta AEdilitate, Præturam quoque à morte Cæſaris petiit. Commendatur a Cicerone in epiſtolis D. Bruto & Q. Cornificio. Ferocius etiam reſponſum illius refertur ad Q. fratrẽ Epiſtolarum 2. Nã cùm Domitius dixiſſet, *veſtra culpa hac acciderunt, Equites Romani, diſſolutè enim iudicatis: Nos iudicamus*, inquit, *vos laudatis.*

L. AELIVS L. F. LAMIA, conſulatum geſſit ſub Auguſto Cæſare an. V. C. DCCLV. Meminit Valerius libro 1. cap. 8. Celebrat hunc Horatius Poeta, vt virum doctum & amicum, nobilitate quoque generis præſtantem, quippe à Lamo, vetuſto illo Formiarum rege, prognatũ, Carminum 1. & 3. Præfuit vrbi ſub Tiberio circa extrema eius tempora, clarus funere Cenſorio. Cornel. Tacitus lib. 5.

L. Lamia, vir Prætorius, cui ſuper rogũ vocem fuiſſe, tradunt Valerius Max. lib. 1. cap. 8. & C. Plinius 7. cap. 52.

L. AElius Lamia, vir haud dubiè Conſularis, ſub Flauiis principibus floruit, cæſus à Domitiano ob ſuſpicioſos quidẽ, verũ veteres & innoxios iocos, quòd poſt abductam vxorem (hæc erat Domitia Longina) quam Domitianus adhuc Cæſar ereptam ſibi matrimonio cõiunxerat, laudãti vocẽ ſuã, Heu taceo, dixerat: quodq́ꝫ Tito hortanti ſe ad alterum coniugiũ, reſponderat: μὴ ϗ σὺ γαμῆσαι θέλεις; Trãquillus. Iuuenalis Satyra 4. Domitiani crudelitatem inſectans:

Sed periit, (inquit) poſtq̃ cerdonib eſſe timẽdus
Cœperat, hoc nocuit Lamiarum cæde madẽti.

ÆLII diuerſorum temporum & familiarum, ſecundum cognomenta digeſti.

P. AElius P. F. Agrippinus Cornicularius Proc. prouinciæ Belgicæ, refertur cum fratre Victorino, inſcriptionum veterum pag. 117. Eidem reſcribitur ab AA. & CC. Cod. 4. tit. 29.

T. AElius Antiochus, patronus, & T. AElius Creſcens, libertus. Ibid. pag. 301.

T. M. L. AElii Antonini, quærãtur, pxime ſecundũ Æliũ Hadrianũ, & in Aureliis.

AElia Aphrodiſia, mater P. Aelii Philologi.

¶ AElius Atiſtides, Sophiſta, cuius orationũ Tomos tres Latinos fecit Gulielmus Canterus. De hoc Suidas & idẽ Canterus Scitũ eſt apophthegma eius in Adrianum quendã. Cùm enim is cum magna omniũ admiratione ex tempore dixiſſet: *At nos, inquit, non vomimus, ſed accuratè dicimus, & placemus.* Item dictum: τοὺς μὲν νεὼς τοῖς θεοῖς προσήκει καθιεροῦν, τοὺς δ' ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν, Templa Diis conſecrare conuenit, viros verò eximios decet librorum dedicatione honorare.

Tres P. P. P. AElii, Aſpaſus, Iſidorus & Aſpaſus, memorantur Inſcript. ant. p. 318.

AElius Baſſianus, Proconſul Africę ſub Antoninis, affinis Ceioniis. Capitolinus in Clodio Albino.

T. AElius Boryſthenes.

AElia Catula, fœmina nobiliſſ. & ditiſſima, iamq; octogenaria, ſaltauit in Iuuenalibus Neronis. Dion.

AElius Celſus, occiſus à Seuero Imperatore Spartianus.

AElius Ceſetianus, Pręfectus vrbis, lecto in Imp. Tacito. Vopiſcus in Tacito.

Hic iacet Aelius Conſtantius, vir Conſularis, Comes & Magiſter vtriuſque militiæ, atq; Patricius, ſecundo Conſul ordinarius. Extat Treuiris, & apud Apianũ inſcript. ant. pag. 486.

AElius Corduenus, vir fortis & ſtrenuus ſub Commodo. Spartianus.

AElius Dionyſ. Pręfectus vrb. ſub Diocle(tiano.

AElius Donatus, præceptor D. Hieron. cuius extat Grammatica & alia opuſcula.

AElius Feſtinus iunior, cũ vxore Secundia Secundina, & AElio Secundino F. referuntur Inſcription. ant. pag. 75.

AElius Firmus, veteranus, citatur Vlpiano Pand. 49. tit. de veteranis.

P. AElius Flauus, cum AElia Flauina F. & omnibus honoribus ſuis, refertur Inſcription. ant. pagin. 449.

AElius Fortunatus, miles, ibid. pag. 125.

AElius Gallus, miſſus in AEgyptũ ab Augusto pſectus, vir equeſtris ordinis, primus Arabiæ bellũ intulit, oppida diruit antè nõ nominata. Vide Plin. lib. 7. c. 28. Strabonẽ 16. qui virum inſignem vocat, amicitia & conſuetudine ſibi deuinctum.

AElius Gallus I. C. ſcripſit de verborum, quæ ad ius pertinent, ſignificatione. Citatur paſſim à Varrone, & Sex. Pompeio.

Sex AElius Hadrianus, Afer cognomẽto, conſobrinus Traiani Imperatoris, Hadriani principis pater extitit. Eius originem generis ſcriptores ab Hadria eſſe volunt, vnde maiores ipſius tempore Scipionum in Hiſpaniam migrauerint. ¶ De ſtẽmate horũ AEliorũ & Antoninorũ cõſulendus Onuphrius Pãuinius p. 58.

P ÆLIVS HADRIANVS, Imp. Traiani cõſanguineus; quippe patre natus Sex. Ælio, Traiani cõſobrino, Romæ, & matre Domitia Paulina, Gadib. orta, vnde & illi ſoror Paulina fuit. Peruenit ad imperiũ gratia & fauore Plotinæ, quã illius amore flagraſſe volũt, vir vtriuſq; linguæ & Matheſeos peritiſſimus, ambitioſus valde, imperii

——— medius præſignis in actis,

Principis & finem fama notat grauior,

vt verè & elegãter luſit Auſonius. Præfuit annis 20. & mẽſib. 11. cũ ageret annũ ætatis 62. hinc abreptus. Vitã eius plenius deſcripſere, Dion, Spartianus, Victor & Suidas. E Dione hic ampllus de eo locus notetur: φύσει φιλόλογος ἦν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ, καὶ τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ καταλέλοιπε, id eſt, Natura amans erat litterarũ vtriuſq; linguæ, & multa ſcripta partim ſoluta oratione, partim carmine compoſita reliquit.

L. Ælius Verus, patrem habuit L. Ceionium Commodum. Adoptatus ab Hadriano, & Cæſar dictus, non diu ſuperſtes fuit, ſemper imbecillis & valetudinarius.

T. ÆLIVS AVRELIVS ANTONINVS PIVS, Hadriani poſt L. Æliũ Verũ F. adoptiuus, & ſucceſſor, imperauit annos 23. natus patre Aurelio Fuluio, matre Arria Fadilla, Arrii Antonini filia. Solus omniũ fermè principum, qui ſine ciuili hoſtilique ſanguine vixerit. Deceſſit ſeptuagenarius.

M. ÆLIVS AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS, & L. Ælius Antoninus Verus, filii adoptiui Antonini Pii, patri in imperio ſucceſſerũt pari poteſtate, Augusti ambo, Diuiq; fratres appellati. Præfuerunt ſimul annos 10. deinde M. ſolus annis nouem. Marco pater fuit Annius Verus,

rus, vir Prætorius, Lucio, L. Ælius Cōmodus Cæſar, quem diximus ab Hadriano adoptatū, coniux Lucilla, Marci F. cùm ipſe Marcus Fauſtinam, Pii ex vxore Fauſtina F. duxiſſet. ¶ Habet Marci encomium Suidas Μάρκος.

L. ÆLIVS ANTONINVS COMMODVS, M. Philoſophi & Fauſtinæ F. omnium ante ſe Principum facilè nobiliſſimus, ſed moribus & vita turpiſſimus, nihilo Caligula, & Nerone inferior. Quamobrem à ſuis occiſus eſt. anno. imperii 13. vitæ 32. Coniugem habuit Criſpinam, ſorores, Lucillam & Fabiam, quarum mariti fuere Claudius Pompeianus, Antiſtius Burrhus & Petronius Mamertinus. Pompeianus Pompeianum filiū, Mamertinus Antoninū reliquit.

P. Ælius Iunianus, cum Aurelia matre, refertur in antiquis inſcriptionibus p. 445.

Q. Ælius Lætus, Præfectus prætorio ſub Commodo, mortem eius cum cōſciis procurauit. Inſidiatus eſt & Pertinaci, quamuis à ſe ad imperiū promoto. Seuero ſimiliter cùm in tempore non ſubueniſſet, ſibi parans imperium, ab eodem poſtea victore, memoreq; proditionis, occiſus eſt. Herodianus lib. 3.

T. Ælius Aug. lib. Lucifer Vrbius ſibi poſuit. Extat inter antiquas inſcriptiones pag 179.

L. Ælius L. F. Fab. Macer VI. vir ſibi & L. Ælio Antigono lib. conſorti, & P Salio Myſtico, & Saliæ Eutychia H.M.H.N.S Extat Paduæ, & inter antiq. inſcription.

Ælius Mantia Formianus, libertini F. Qua libertate dicendi vſus ſit in Pompeiū, cùm L. Libonē accuſaret, memorat Valerius Max. lib. 6. cap. 2.

Ælius Martianus, Proconſul Vticæ, imperante Antonino Pio, ſcripſit inſtitutionū lib. 16. Regularum 5. de appellationibus 2. de publicis iudiciis 2. de delatoribus 1. ad S.C. Turpilianum 1. ad hypothecariā formulam 1. Reſcripſit illi Antoninus Pius, vt videre eſt 1. Inſtitutionum 9.

Ælia Martiana C. Seii Maſculini coniunx. Inſcript. ant. pag 319.

P. Ælius Maximinus, miles. Ibid. p. 253.

P. Ælius Metrodorus, cum vxore Iulia Paulina, pag. 288.

P. Ælius Olympianus refertur pag. 204.

P. Ælius Aug. lib. Pantagathus, cū Flauia Agatha coniuge, pag. 235.

P. Ælius Philetianus, medicus Ælii Antonini, pag. 324.

Ælio Philippo Seuerina Procula nuptiis à patre teſtamento deſignata. Pand. lib. 35. de conditionib. & demonſtrationibus, &c. quæ in teſtamento ſcribuntur. l. 100.

P. Ælius P. F. Philologus Aug Decurio Capuæ cum matre Ælia Aphrodiſia. Inſcript. ant. pag. 132.

T. Ælius Aug. lib. primus, cum filiis Florido & Torquato, pag. 247.

Ælius Priſcus, matrem, dubium vero, an ſimulato furore, occidit ſub M. Antonino Philoſopho, qui ea de re ad Tertullum Scapulam reſcripſit Pand. lib. 1. tit. 18. l. 14.

P. Aelius Priſcillianus, & Aelia Criſte, religionis Iudaicæ metuēts, &c. Inſcrip. veterū p. 258.

Ælia Quadratilla, nominatur iātū p. 486.

Ælius Rufinus & Antoninus Clarus, veterani, Pand. de priuilegiis veteranorum.

Ælius Saturninus, quòd carmina in Tiberium famoſa ſparſiſſet, ab eodem in Senatum adducitur, damnatusq; de Capitolio præcipitatur. Dion lib. 57.

Ælius Scorpianus, Conſul, confirmato Imperatore Probo. Vopiſcus in vita Probi.

L. AELIVS SEIANVS, genitus Vulſiniis patre Seio Strabone, Equite Romano, matre Iunia, Iunii Blæſi, ſub Tiberio Procōſulis Africæ, ſorore, prima iuuenta C. Cæſarē, Auguſti nepotē, ſectatus eſt. Deinde Tiberio variis artibus ſe deuinxit, laboris patiēs, induſtrius, audax, ſed ſuperbus & arrogās. Cohortib. prætoriis præfectus, primus præfecturæ eius vim, antea modicam, intēdit. Caſtra militi extra vrbem fecit. Tiberiū ita addictum ſibi habuit, vt ſocius laborum ab illo vocaretur, colerenturq; eius imagines in vrbe & inter legionum principia. Facturus autem viam ad dominationem, liberos Germanici, ac Druſum, Tiberii filium, impulit. Tandem gener Principis, & in quinto Cōſulatu collega aſſumptus, in ipſo honore, miſſis à Tiberio literis, in Senatu accuſatus, damnatus, & à populo vnco tractus eſt. Statuæ & imagines disiectæ, liberi & amici oēs occiſi. Hæc ex lib. 4. & 5. Taciti. Vxor illi prior Apicata erat, ex qua tres liberos genuerat, fratres, conſobrini & auunculus Conſulares, teſte Paterculo. Meminit potentiæ eius & exitus triſtiſſimi Iuuenalis Saty. 11. Adhæc Dion ſcribit lib. 57. M. Apicii, gulonis iſtius, quandoq; illum catamitū fuiſſe, quemadmodum & Cælius prodidit lectionum antiquarum lib. 9. c. 11. Elogium eius adhuc florentis reperias apud Paterculum volumine poſteriore ſub finem. Idem hominis noui honoribus è vetuſtate petitis

exemplis patrocinaturus: *Intereſt,* inquit, *rei pub. quod vſu neceſſarium, & dignitate eminere: vtilitatem'q́, auctoritate muniri.* Et paulo pòſt: *Neque nouus hic mos Senatus populiq́, Rom eſt, putandi, quod optimum eſt, eſſe nobiliſſimum.* Item: *Profectò hoc ſenſerunt, in cuiuſcunque animo virtus ineſſet, ei plurimum eſſe tribuendum, &c.*

Ælius Serenus, Grammaticus. De hoc Suidas Σερῆνος.

Ælius Serenianus, omnium vir ſanctiſſimus, à cõſilio Alexandro Imp. Lamprid.

L. Ælius Speratus, cum Clodia Nic. & Clodia Sperata, refertur antiquarũ inſcriptionum pag. 237.

C. Ælius Stalenus, vir nefarius, & qui iudicia corrumperet. Vide Ciceronẽ pro A. Cluẽtio. Pæti cognomẽ ex imaginibus. Æliorũ ſibi vſurpabat, cùm tamẽ Ligus eſſet. Ibid. De genere illius dicendi, de Quæſtura & exitu, vide Ciceronem in Bruto.

L. Ælius Stylo, qui & Præconius dictus eſt, quòd patrem haberet præconem, Stylo verò, quòd orationes nobiliſſimo cuiq; ſcribere ſoleret, refertur à Tranquillo inter claros Grammaticos. Citatur à Plinio lib. 9. cap. 35. & lib. 33. cap. 1. à Gellio lib. 10. cap. 1. Eundem hunc eſſe puto, qui interpretationem carminum Saliorum ſcripſit, citante Varrone lib. 6. de lingua Latina, & Feſto paſſim. ¶ Vide Eliæ Vineti annotationes in Suetonii Grammaticos.

L. Ælius Stylo, alius, cæſus à Seuero Imperatore. Spartianus.

Ælius Tertullus, cum Maxima Secunda vxore, refertur Inſcriptionum pag. 396.

Ælius Varro, citatur à Flauio Vopiſco, in Firmo Saturnino, vti ſcriptor.

P. Ælius Verus, cum Lucida coniuge. Inſcript. ant. pag. 293.

P. Ælius Verinus, pag. 378.

Ælius Vrbicus, pag. 75.

Ælius Xifidius, Præfectus ærarii ſub Valeriano. Vopiſcus in Aureliano. (242

Ælius Zoſimus, refertur Inſcriptionũ p.

ÆLIANI.

Ælianus, Conſul cum M. Marcello ann. V. C. DCCCCXXXVI. Sub Commodo.

Ælianus alius, Conſul cum Maximino ſub Alexandro, ann. V. C. DCCCCLXXV.

Ælianus Celſus, Conſul cũ Claudio Iuliano, quo tempore Maximini ſublati ſunt, teſte Capitolino, qui & Epiſtolam illius ad Maximum & Balbinum, Principes AA. ſuper ea victoria gratulatoriam ſubiicit.

Æliano, Procõſuli Africæ, reſcripſit Cõſtantinus C. de off. Procõſulis & legati. Meminit eius Æliani D. Auguſtin. epiſt. 68. etſi apud illũ nõ Ælianus, ſed Helianus legitur.

C. Ælianus, citatur Plinio.

Ælianus, dux ſub Valẽte. De hoc Suidas.

Ælianæ, quæ fratrẽ ſibi veneno peremtum querebatur, reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 35.

L. Ælianus, ſub Diuis fratribus Conſul ann. V. C. DCCCCXV.

Flauius Ælianus, Præfectus prætorio ſub Alexand. Quære in Flauiis. Fors hic eſt, qui Conſul fuit ſub eodẽ ann. V. C. DCCCCLXXV.

Æmilium Ælianum, Conſulem ann. V. C. DCCCLXVIII. quære in Æmiliis.

ÆMILII.

Æmiliam gentẽ, quemadmodũ ſcribit Feſtus Pompeius lib. 1. alii à Mamerco, Pythagoræ filio, deſcendere volunt, q̃ illi propter vnicã humanitatem cognomen αἰμύλιος fuerit, alii ad Aſcaniũ huius gentis originẽ referunt, qui duos habuerit filios, Iulum, à quo Iulii Cæſares, & Æmylõ, Æmilii generis propagatorẽ. Niſi quòd idẽ Feſtus lib. 11. iſtã ſentẽtiam quaſi retractãs: *Mamercus,* inquit, *prænomen eſt Oſcũ, ab eo, quòd ij Martẽ Mamertem appellant.* Sunt etiam, quod memorat Plutarchus, qui Numæ Põpilio quatuor fuiſſe filios tradant, & vnũ ex his Mamercum de nomine Pythagoræ filii eũ appellaſſe; adiecto Æmilii cognomẽto, quòd viri in dicendo ſuauitatem & gratiam ciuibus ſuis commendare percuperet. Nec omittendũ hic videbatur, q̃ Silius Punic. 8. ab Amulio, Albanorum rege, dictos autumat. Sed vt has opiniones ſeu ſententias nõ facilè pro veris receperim, maximè propter mentionem Pythagoræ Philoſophi, quem longè Numa poſteriorẽ fuiſſe conſtat, ita nihil certius, quin à dulci facundia, & ſuaui quodã lepore, nomẽ id auctori generis adhæſerit, quãdo & inter cætera cognomẽta, cũ alii Mamercos, alii Pappos, alii Paulos & Scauros ſe dicerent, peculiaris in hac gente domus Lepidi cognomen adſciuit, antiquam gentilicii nominis gratiã expoſitione renouatura. Familia hæc inter Patricios cenſa, & bonorum ciuium fœcunda, vt inquit Tacitus, ſummis ſemper honorib. perfuncta eſt. Effulſit enim Conſulatibus 38. Dictaturis 5. Triũphis 9. Cenſuris 5. & Põtificatibus Maximis duobus, vt reliquos magiſtratus & ſacerdotia prætercam. Sed & multa in vrbe monumenta, ac pleræque Italiæ

¶ αἰμύλιοι λέγονται κατὰ ἔρωτα κολακεύοντες. Euſtath. in Odyſſ. A. pag. 9.

Italiæ partes, Æmilii nominis appellatione vſque hodie celebrantur, vt Æmilius pons, & Æmilius ludus (vtriusq; meminit Horatius) & Æmilia ædificia extra vrbē, de quibus eſt apud Corn. Tacitū, & Æmiliæ viæ duæ, quarum altera iuncta Flaminiæ à Placentia Ariminum, altera per Piſas & Lunā in Sabbatios ducebat, & Æmilia regio Italiæ, in qua ſunt oppida hæc: Ariminum, Ceſena, Rauenna, Fauentia, Imola, Forum Liuii, Bononia & Ferraria. Quem loci tractum etiam Romandiolam vocant. Gentem Æmiliam cùm alii præſtantes viri, tum potiſſimè nobilitarunt Mamercus Æmilius, qui Dictator quinquennalē Cenſuram ad ſeſquianni ſpatium coarctauit, & duo Æmilii Pauli, quorum alter ad Cannas occubuit, alter Perſen, Macedoniæ regem, ante currum duxit, & M. Æmilius Lepidus, bis Conſul, Cenſor & Pont. Max. & M. Æmilius Scaurus, qui propemodū Lepido par, vir Conſularis, triumphalis & Cēſorius, etiam princeps Senatus emicuit. Sed iam de omnibus ordine memorabimus, au ſpicio ſumto à Mamercis, quibus haud dubiè cognomentū id à ſingulari in bellis audacia & ſtrenuitate obuenit, quaſi dicas viros Martios, eiusq; Dei robur & vim referentes. Nā vt antè monuimus, veteri Oſcorum lingua Mamers Mars dicitur.

Mamerci.

L. Æmilius Mamercus, Mamerci filius, Conſul ann. V. C. CCLXX. Volſcos & Æquos proſpera pugna vicit. Iterum Conſul ſexto anno pòſt, Veientes fuſos pacem expoſcere coegit. Adeptus & tertium Conſulatum quinto pòſt anno, id eſt V. C. CCLXXXI. acrē plebis ſeditionem vnà cum collega, non ſine conſularis maieſtatis diminutione, ſuſtinuit. Author horum Liuius ſecundo. Dionyſius, quod miror, contraria Liuio tradēs, primo Conſulatu victum à Volſcis ſcribit, ſecundo verò Conſulatu, quod mitiores pacis conditiones Veientibus dediſſet, negatum illi à Senatu triumphum. Vide antiq. lib. 9.

T. Æmilius Mamercus L. F. teſte Dionyſio, Conſul ann. V. C. CCLXXXIIII. contra Sabinos rem geſſit. Iterum Conſul triēnio pòſt, quòd ad dandos plebi agros conſentiret, Patrum gratiam non tenuit. Liuius 2. & 3. Dionyſ. 9.

M. Æmilius Mamercus, vir ſummæ dignitatis, lectus Trib. militum Conſulari poteſtate, ann. V. C. CCCXVII. mox anno ſequenti Dictator Fidenates & Veientes memorabili pugna ſuperauit, deque iis triumphum duxit. Iterum Dictator quinquēnalem Cenſuram ad annum & ſemeſtre ſpacinm contraxit. Eo nomine factus ærarius à Cenſoribus, ignominiam forti animo tulit, populo eam rem indigniſſimè ferente. Tertiùm Dictator Fidenas à ſe captas militi diripiendas dedit, ac inde triūphauit, 16. die Dictatura depoſita. Liuius 4.

M. Æmilius Mamercus, Conſulatū adminiſtrauit eum C. Valerio Potito, ann. V. C. CCCXLV. Deinde tres Tribunatus militū Conſulari poteſtate obiuit, ex quibus primus, quem geſſit anno poſt Conſulatum quinto, clarus & notabilis fuit prima Veiorum circumſeſſione. Vide Liuium 4.

C. Æmilius Mamercus, duos Tribuna- CCCLXI.
tus militū Conſulari poteſtate conſecutus
legitur. Priore cum duobus collegis rem CCCLXIIII.
aduerſus Æquos geſſit varia fortuna, altero cum L. Lucretio Volſinienſes acie fudit, 8. millibus ad deditionē adactis. Liuius lib. 5.

M. Æmilius Mamertinus, vnde paulo diuerſius à cæteris cognomē habeat, quaſue res geſſerit, nuſquam traditur. Tantùm in collegio Tribunorum militum Conſularis poteſtatis ann. V. C. CCCLXIIII. à Liuio recenſetur.

L. Æmilius Mamertinus, fors M. fr. quartùm Tribunus militum Conſulari poteſt. Latinos & Volſcos cum collega P. Valerio vicit. Inde M. Equitum Camillo Dictatori fuit ann. V. C. CCCLXXXVI. Demum etiam duos Cōſulatus, ſed domi & in toga, geſſit. Liuius 6. & 7.

T. Æmilius Mamercus, vnus ex Quin- CCCCIII.
queuiris menſariis, quando res fœnebris P. R. leuata, omneq; æs alienū ſine vlla cuiuſquam querimonia diſſolutū eſt. Inde Prætor, & paulo pòſt Conſul, ob negatū trium-
phum ſibi, quem collegæ Q. Publio tribuiſ- CCCCXVI.
ſent Patres, alienatus à Senatu, ſeditioſis Tribunatibus ſimilem deinde Conſulatū geſſit. Liuius 7. & 8.

L. Æmilius Mamercus, M. Equit. Dictatore C. Iulio, deinde bis Conſul & Dictator euaſit. Priore Conſulatu Samnites ad petēdam pacem compulit, ſecundo miſſum cū magnis copiis ad bellum Gallicum præter ſpem quies & ocium excepit. Liuius 8.

Iacuit dehinc Æmiliorū Mamercorū familia per annos amplius ducētos, vt ſunt omniū rerū fatales viciſſitudines. Nec. n. vllos honores aut magiſtratus obiiſſe legūtur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

qui quidem ordinarii fuerint. Recuperauit priſtinam maiorum dignitatem & gloriam M. Æmilius Mamercus, nactus Conſulatum ann. V. C. DCLXXVII. quem propinquũ C. Iulii Dictatoris fuiſſe, teſtatur Suetonius in Cæſare.

Barbulæ.

Q. Æmilius Q. F. L. N. Barbula, Conſul bis, anno videlicet V. C. CCCCXXXVI. & CCCCXLII. Triumphauit de Hetruſcis. Ex tabulis Capitolinis.

M. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula, Conſulatũ geſſit ann. V. C. CCCCLXVIII. vt Cuſpinianus, Haloander & Glareanus rectè annotarunt. Cæterum quas res geſſerit, ſcire non poſſumus, veterũ monumentis deſtituti. Huius creditur eſſe inſcriptio, quæ extat Romæ in baſi ſtatuæ: M. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula Dictator.

L. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula, Conſul ann. V. C. CCCCLXXII. Tarentinos, Samnites & Lucanos vicit, deq; iis triumphauit. Sic habent tabulæ Capitolinæ.

M. Æmilius L. F. Q. N. Barbula, Conſul cum D. Iunio Pera, ann. V. C. DXXIII.

Pappi.

Æmiliis vnde Papporum cognomẽ inoleuerit, Grammatici nõ tradunt. Veriſimile eſt, ab ætatis veneratione inditum eſſe: Pappum enim Latini auum vocant: vel ab inſigni leuitate, quòd Pappi, carduorũ flores, decuſſi, veluti flocci per aerem volitẽt: vnde & Lucretius pappos volãtes appellat.

M. Æmilius Pappus, Dictator creatus eo anno, quo ſub iugum miſſus eſt Romanus exercitus ad furcas Caudinas, habendis comitiis, nihil in tanta populi conſternatione efficere potuit. Liuius 9.

Q. Æmilius Pappus, bis Conſul, ann. videlicet V. C. CCCCLXXI. & CCCCLXXV. Cẽſor etiam, ſemper & vbiq; collega C. Fabricio Luſcino. M. Cicero in Lælio, Valerius lib. 4. cap. 4. Plinius lib. 33. cap. 12.

L. Æmilius Q. F. Cn. N. Pappus, Conſul ann. V. C. DXXIX. cum Gallis congreſſus, 40. millia illorum cecidit, 10. millia cepit, & in his Congolitanum regem. Spoliis Romam miſſis, Liguriam quoque latè depopulatus eſt. Exercitu ditato Romam rediit, ſpectatiſſimumq; triumphum duxit. Polybius 2. Liuianus abbreuiator 20. Florus 2. cap. 4. Appianus in Celtico. Geſſit aliquanto pòſt Cenſuram cum C. Flaminio, vt Liuius lib. 23. Quo magis miror, Glareanum tradere, periiſſe illum in bello Gallico, idq; ex auctoritate Polybii, diuerſum ſentientis.

M. Æmilius Pappus, Curio maximus, deceſſit anno belli Punici ſecundi duodecimo, V. C. DXLIIII. Liuius 27.

L. Æmilius Pappus, Prætor, Siciliã prouinciam ſortitus eſt. Obtinuit & Decemuiratum ſacrorum, in quo ſacerdotio mortem obiit ann. V. C. DLXXXII. Liuius 28. & 42. Meminit huius Æmilii Pappi Suetonius in Auguſto, proauum illius ſub hoc Æmilio Tribunum militum in Sicilia fuiſſe, ſcribens. DXLIX.

Pauli.

Antiquiſſimum inter Æmilios Paulos inuenio M. Æmilium Paulum L. F. L. N. qui cùm Conſul eſſet, M. Equit. dictus à Dictatore M. Val. Max. ann. V. C. CCCCLII. cùm abſente Dictatore pabulatum exiſſet, circumuentus ex inſidiis, aliquot ſigna amiſit, fœdaq; ſuorum cæde & fuga in caſtra compulſus eſt. Liuius 10.

¶ [illegible] nomen hoc gemino L ſcribunt. An notaunt tamen Fuluius Vrſinus, reperiri veterẽ denariũ, qui tantùm vnũ habeat.

M. Æmilius M. F. L. N. Paulus, Conſul ann. V. C. CCCCXCIX. cũ Ser. Fuluio Nobiliore collega claſſe 300. nauiũ primùm in Siciliam, deinde in Africam trãſgreſſus, Carthaginenſibus 114. naues ademit. Res vtriuſq; proſpere geſtas naufragium in mari Siculo deformauit, cùm ex 300. vix 80. naues incolumes manſiſſent. Polybius, Liuianæ epitomes autor lib. 18.

L. ÆMILIVS M. F. M. N. PAVLVS, Conſulatus duos geſſit. Priore domuit Illyrios, quemadmodum authores ſunt Polybius 3, & Florus 2. cap. 6. Altero, cùm interceſſiſſet biennium, contra Hannibalem pugnãs apud Cannas, rebus perditis, perire maluit, quàm videri ſuorum ciuium deſertor, cùm collegam, pugnæ tam infelicis autorem, fugere non puduiſſet. Liuius 22. Polybius 3. Florus 2. c. 6. Oroſius 4. cap. 15. Eutropius 3. cap. 3. Plutarch. in Hannibale. Horatius hanc viri fortitudinem admiratus li. 1. Carmin. Od. 12. ſic canit:

——animæq; magnæ
Prodigum Paulum, ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam Camæna.

Filia eius Tertia Æmilia Scipionis Africani cõiunx fuit, de qua præclarè Suidas Αἰμιλία, Valerius lib. 6. cap. 7. Gellius lib. 6. c. 8. Liuius Paulum etiã Pontificẽ fuiſſe ſcribit.

L. ÆMILIVS PAVLVS L. F. cum M. Æmilio Lepido Ædilitatem & Præturã geſſit. Ex Prætura Hiſpaniam vlteriorem ſortitus, ann. V. C. DLXIII. cum triumpho in vrbem

vrbem rediit. Deinde primo Conſulatu, cùm antè tres repulſas ſuſtinuiſſet, de Liguribus triumphauit. Iterum Conſul Perſen, Macedonum regem, bello victum apud Samothracas cepit, & in triumpho duxit. In hac lætitia duos filios amiſit. Quare progreſſus ad populum, fortunæ gratias egit, quòd ſi quid aduerſi Reipublicæ imminebat, ſua eſſet calamitate deciſum. Ob hæc omnia & à populo & à Senatu ei conceſſum eſt, vt ludis Circenſibus triumphali veſte vteretur. Obiuit & Cenſuram cum Quinto Martio Philippo. Deceſſit in tanta egeſtate, vt ex auctione bonorum eius vix redactum ſit, vnde dos vxori redderetur. Hæc erat Papyria, Caii Papyrii Maſſonis, Conſularis viri, filia, quam tot liberorum matrem repudiarat. Reliquit autem ex ea quatuor liberos ſuperſtites, duos filios, ſed in adoptionem datos, Scipionem Africanum Æmilianum, & Fabium Maximum Æmilianum, filias Æmilias duas, quarum alteram Catonis Cenſorii filio, alteram Quinto Ælio Tuberoni collocarat. Hæc ex Liuio, Floro, Paterculo & Plinio. Deſcripſit vitam eius copioſiſſimè Plutarchus. De eodem Suidas λεύκιος.

¶ De Tertia F. eiuſque omine, Valer. lib. 1. cap. 5.

Lepidi.

In Lepidorum gente, tres, intermiſſo ordine, obducto membrana oculo genitos, ſcribit Plinius ſeptimo, capite duodecimo.

Marcus Æmilius, Marci Filius, Marci Nepos, Lepidus, Conſul anno vrbis conditæ quingenteſimo viceſimo primo, quo Caius Flaminius legem tulit, vt Picenum, vnde Galli Senones pulſi erant, Romanis militibus diuideretur, quæ res maioris belli cauſa fuit, quomodo ſcribit Polybius. apud Liuium bis Conſulem & Augurem fuiſſe, legimus, & filios eius tres, Lucium Marcum & Quintum belli Punici ſecundi anno quarto per triduum ludos funebres & gladiatorum duo & viginti paria, in foro dediſſe.

¶ Marcus Æmilius Lepidus, Prætor per annum primum & ſecundum belli Punici ſecundi, petitor Conſulatus anno tertio, cùm à plebe Caium Terentium Varronem prælatum, ac Senatum ſtudere Lucio Æmilio Paulo cerneret, cum cæteris competitoribus à petitione deſtitit. Liuius 22.

Marcus Æmilius Lepidus, Ædilis curulis, & anno proximo, id eſt belli Punici ſecundi ſexto, Prætor, peregrinam iuriſdictionem, quam ſors dederat, Attilio collegæ, Prætori vrbano, mandauit, vt Luceriam prouinciam cum duabus legionibus haberet. Tertio anno pòſt, mortuo Marco Æmilio Numida, Decemuiro ſacrorum, in eius locum ſuffectus eſt. Liuius viceſimoquarto & viceſimoſexto. Hunc puto Marci Æmilii Conſulis & Auguris filium fuiſſe. DXLI.

M. Æmilivs, Marci Filivs, Marci Nepos, Lepidvs, & in ædilitate & in Prætura collegam Lucium Æmilium Paulum habuit. Ædilitatem Liuius inſignẽ fuiſſe ſcribit, multis pecuariorum ab vtroque damnatis, ex qua pecunia clypea inaurata in faſtigio Iouis ædis poſuerint, ſtructis duabus porticibus, vna extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adiecto, altera à porta Fontinali ad Martis aram, quà in campum iter eſſet, perducta. Conſul cũ Caio Flaminio collega Ligures domuit, deinde viam à Placentia, vt Flaminię committeret, Ariminum perduxit. Obuenit ei & Conſulatus alter duodecimo pòſt anno. Interim anno vrbis conditæ quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, defuncto Caio Seruilio Gemino, Pontificatus maximi ſacerdotium obtinuit, & mox annò ſequenti Cenſor creatur, collegam ſortitus Marcum Fuluium Nobiliorem, cum quo nobiles ei intercedebant inimicitiæ, quas tamen vterque cùm id vellet Senatus, depoſuit, eſtq; ab eis fideli concordia Senatus lectus, tribus tantùm ordine motis. Lepidus ipſe princeps Senatus conſtitutus, eum honorem ſextis Cenſoribus continuauit. Atque horum omnium authorem habemus Liuium. Mortuo Ptolemæo Philopatore, cùm Alexandrini miſiſſent ad Romanos, petentes tutorem pro pupillo quinquenni, quem filium Ptolemæus reliquiſſet, miſſus eſt Marcus Lepidus in Ægyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli adminiſtraret. Iuſtinus lib. trigeſimo, Tacitus ſecundo, Valerius libro ſexto, capite ſexto. Cneo Tremellio Tribuno plebis quòd cum Marco Lepido iniurioſè contendiſſet, ſacerdotium & amplitudinem ipſius nihil reueritus, grauis mulcta dicta eſt. Priuſquam decederet, præcepit filiis,

¶ Cicero de prouinc. conſularib. Val. lib. 4. cap. 2. Gellius lib. 12. cap. 8.

lecto ſeſtrato ſine linteis, ſine purpura efferrent, in reliquum funus ne plus quàm æris denos conſumerent: imaginum enim ſpecie non ſumtibus nobilitari maximorum virorum funera ſolere. Autor epitomes Liuianæ libro quadrageſimoſeptimo, & quadrageſimooctauo. ¶ Ad regiam huius Lepidi tutelam pertinet argenteus denarius, in cuius vna parte turrita imago Ægypti ſignata eſt, cum litteris ALEXANDREA; in altera inſcriptio, M. LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR REG. EX SC.

Vide Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pagina vigeſimanona.

Marcus Æmilius Lepidus, Pontificis Maximi Filius confligente cum Antiocho Lucio Scipione, caſtris præerat Tribunus militum. Is fugam ſuorum cernens, cum præſidio omni occurrit, & ſtare primò, deinde redire in pugnam iubebat, pauorem & turpem fugam increpans. Illi minis & terrore victi, cùm ſe ferro & vulneribus ab eo peti vidiſſent, in pugnam redeunt. Æmilius cum ſuo præſidio (duo millia erant virorum fortium) ſecutus, Regi acriter reſtitit, eaque res præcipuum ad victoriam momentum attulit. Rex namque eos, quorum terga viderat, pugnam repetentes, & aliam à caſtris, aliam item ex acie affluentem turbam conſpiciens (nam aderat, læuo hoſtium cornu fugato, frater Eumenis, Attalus) cum ducentis equitibus in fugam equum vertit, Romanis victoriam cedens. Sic Liuius trigeſimoſeptimo. Vide an idem ſit, de quo Valerius Maximus libro tertio, capite primo. Ad Conſulatum euectum, non eſt dubium: ſed quo anno hunc honorem obierit, quingenteſimo nonageſimoſexto ne an ſexcenteſimo vigeſimooctauo, nondum mihi ſatis compertum eſt, propter authoritatem Ciceronis, de qua inferius dicam. Franciſcus Maturantius in Pilippic. decimatertia Ciceronis indoctè huic tribuit, quæ à Liuio & cæteris in Marcum Æmilium Porcinam conferuntur.

Marcus Æmilius Lepidus Porcina, fors ſuperioris frater patruelis, vir Conſularis, Augur & Orator enituit. Conſulatum geſſit cum C. Hoſtilio Mancino anno vrbis conditæ ſexcenteſimo decimoſeptimo. Procõſul aduerſus Vacceos profectus, cladem ſimilem Numantinę paſſus eſt. Liuius quinquageſimoſexto. Patereulus ſcribit, à Cenſoribus, Caſſio & Cæpione, quod ſex millibus ædes conduxiſſet, adeſſe iuſſum, Valerius verò libro octauo, capite primo accuſatum a Lucio Caſſio crimine nimis ſublime extructæ villæ in Alſienſi agro, graui mulcta à populo affectum tradit. Cicero in Bruto & ſummum Oratorem habitum, & ſcriptorem ſanè bonum fuiſſe confirmat, in quo Latinorum omnium primo & lenitas illa Græcorum apparuerit, & verborũ comprehenſio cum artifice ſtylo.

Marcus Æmilius Lepidus, Conſul anno vrbis conditæ ſexcenteſimo viceſimo octauo cum Lucio Aurelio Oreſte, quibus Conſulibus quartos ludos ſeculares celebratos eſſe ex Quindecimuirum commẽtariis, aſſerit Cenſorinus in de die natali. Hunc Æmilium Pontificis Maximi nepotem fuiſſe, reor, & auum Æmilii Lepidi Triumuiri, licet Cicero Philippica decimatertia Pontificem Maximum Triumuiri, qui & ipſe Pontifex Maximus fuit, proauum faciat, quod temporum puto rationem non admittere, cum à primo Conſulatu Lepidi Pontificis Maximi vſque ad primum Conſulatum Triumuiri centum quadraginta vnus anni intercedant.

MARCVS ÆMILIVS LEPIDVS, Triumuiri pater, nixus fauore & potentia Pompeii Conſulatum aſſecutus eſt in annum vrbis conditæ ſexcenteſimũ ſeptuageſimũſextum. Quod Sylla iniquiſſimè ferens; *Vide, inquit, ò adoleſcens, ne nimium lateris: validiorem enim tibi aduerſarium conſtituiſti.* Nec falſus vates Sylla fuit. Inito namque magiſtratu, acta Syllæ reſcindere tentauit. Cui cùm aduerſaretur Quintus Catulus collega, habitis aliquot turbidis concionibus, in Hetruriam abiit; vt inde arma & exercitum vrbi admoueret. Sed pulſus à Catulo & Pompeio, qui Miluium pontem & Ianiculum occuparant, hoſtis iudicatus eſt. Cedens igitur retrò in Sardiniam fugit, vbi morbo & pœnitudine rerum geſtarum interiit. Liuius nonageſimo, & Florus in fine tertii. Plinius libro ſeptimo capite trigeſimoſexto, & Plutarchus in Pompeio charitate Apuleiæ coniugis, cùm eius adulterium reſciuiſſet, poſt repudium periiſſe tradunt. Illud ſatis conſtat, eodem Plinio

teſte

teſte libro trigeſimoſexto, capite 6. non in baſilica modò AEmilia, ſed & domi ſuæ primùm omnium limina ex Numidico marmore poſuiſſe magna reprehenſione, nec fuiſſe ea ætate domum quàm Lepidi pulchriorem. Oroſius libro quinto, capite vigeſimoſecundo, filium illi fuiſſe refert Scipionem, qui Albæ occiſus ſit.

M. ÆMILIVS LEPIDVS F. Cæſarianis partibus ſtudens, primùm Prætor, deinde Magiſter Equitum, poſtremò Conſul Cæſaris beneficio factus eſt, & quidem in tertii Conſulatus collegium aſſumtus. Poſt cædem Cæſaris, in confuſione rerum omnium, ſacerdotium maximi Pontificatus intercepit. Deinde profecturus in decretam ſibi prouinciam Hiſpaniam, in Gallia ſubſtitit, vbi non multo pòſt profugum ex clade Mutinenſi M. Antonium, coactus ab exercitu, in caſtra ſuſcepit, coniunctis cum eo copiis, cùm & Aſinius Pollio, & Munatius Plancus, & Ventidius eodem vires ſuas contuliſſent. Sancta mox inter ipſos & Cæſarem Octauianum gratia, conſtituendæ reipublicæ Triumuiratus inuaditur. Nec mora, M. Antonius L. Cæſarem auunculum, AEmilius L. Paulum fratrem, quòd ab ipſis hoſtes iudicati eſſent, proſcripſere. Nec defuit L. Planco gratia ad impetrandum, vt frater Plancus Plotius vnà proſcriberetur. Proinde inter iocos militares, triumphantibus ſimul Æmilio & Planco, cum ſumma execratione ciuium & hic verſus vſurpatus eſt:

De Germanis nō de Gallis ambo triumphant Conſules.

Triumphauit autem Lepidus ex Hiſpania pridie Calend. Ianuarii, anno vrbis conditæ ſeptingenteſimo decimo, cùm ex eadem ante quadriennium triumphaſſet, Quinto Fuſio & Vatinio Conſulibus. Stetit aliquandiu hæc Triumuirorum concordia. Sed

O dare ſumma Deos faciles, eademq́; tueri Difficiles.

Euocatus à Cæſare Lepidus ad Siculi belli ſocietatem, cùm à victoria, Pompeii exercitum ſibi coniunxiſſet, quia propior erat, cœpit homo vanus & ſegnis inſoleſcere, inflatuſque amplius viginti legionum numero in id furoris & amentiæ proceſſit, vt victoriam ſuam interpretaretur, Cæſarique denunciaret, excederet Sicilia. Verùm mox omnibus copiis à Cæſare exutus, amiſſa potentia & dignitate, quam tueri non potuit, cùm ſe Cæſaris genibus aduoluiſſet, tantùm vitam & ſuarum rerum poſſeſſionem obtinuit. Circeios in perpetuum relegatus. Authores horum Paterculus, Appianus & Suetonius.

Marcus AEmilius Lepidus, Triumuiri ex Iunia, Bruti ſorore, filius, iuuenis forma quàm mente melior, conſilium inierat interficiendi Cæſaris, ſimul ab Alexandrino bello in vrbem reuertiſſet. Sed à C. Mœcenate, quem Cæſar vrbis cuſtodiæ præfecerat, per ſummam quietem & diſſimulationem obſeruatus, vbi de conſiliis eius conſtitit, mira celeritate, nullaque rerum aut hominum perturbatione, oppreſſus eſt. Seruilia vxor, cognito illius interitu, viuo igni deuotato, mortem ſibi conſciuit. Paterculus & Liuius centeſimo trigeſimotertio.

Lucius Æmilius Marci Filius Paulus, Triumuiri frater, Quæſtor duos nefarios patriæ proditores domeſticis legibus exterminauit, vt Cicero in Vatinium. Ex eodem magiſtratu Macedoniam ſortitus eſt. Præturam geſſit Domitio & Meſſala Coſſ. teſte Cicerone pro Milone. In Conſulatu partes Cæſaris ſibi tuendas ſumſit, donatus mille & quingentis talentis, ex qua pecunia poſtea nobiliſſimam in foro baſilicam extruxit, quæ Pauli baſilica dicta eſt, quam Plinius inter magnifica opera vrbis Romæ connumerat. Dion ſcribit, porticum, quæ dicta ſit Pauli, cùm iterum Conſul eſſet in parte anni, Domitio & Soſio Conſulibus conſecraſſe, libro quadrageſimonono. Proſcriptus à fratre, quem hoſtem iudicarat, parcentibus militibus, nauigauit ad Brutum, vt tradit Appianus. Deinde Miletum ſe tranſtulit, ex quo loco paulo poſt, nondum confecta pace, reuocatus, in vrbem rediit, Auguſto Cæſari ſic probatus, vt ad Cenſuram eum euexerit, & filio illius Lucio Paulo Iuliam neptem collocarit. Vxorem habuit Corneliam, Publii Cornelii Scipionis Naſicæ & Scriboniæ, quæ Auguſto nupſit, filiam, ex qua tres liberos ſuſtulit, Lepidum, Paulum & AEmiliam Lepidam, vt eſt apud Propertium Elegiarum quarto. Cæterum de baſilica Pauli amplius conſulendi Cicero ad Atticum lib. 4. Plinius lib.

libro trigeſimoſexto, cap. decimoquinto. Appianus bell. ciuil. libro ſecundo. Plutarchus in Cæſare, Dion lib. quinquageſimoquarto.

M. Æmilius Lepidus L. F. vir moderatus & ſapiens, & ob id ab Auguſto ad Conſulatum perductus ann. V. C. DCCLVIII. Huic paternæ anguſtiæ, & nobilitas ſine probro acta, honori fuere. Auguſtus ſupremis ſermonibus de iis agens, qui imperium vel impares ambirent, vel ſuffecturi abnuerent, capacem imperii dixit, ſed aſpernantem. Sub Tiberio miſſus eſt in Aſiam. Deceſſit ſub eodem anno principatus eius 19. V. C. DCCLXXXV. Corn. Tacitus 4. & 5.

Æmilia Lepida, filia, Druſo, Germanici filio, nupta, crebris criminibus maritum inſecuta, quanquam inteſtabilis tamen impunita agebat, dum ſuperfuit pater Lepidus. Poſt à delatoribus corripitur ob ſeruum adulterū, nec dubitabatur de flagitio. Ergo omiſſa defenſione, finem vitæ ſibi poſuit, anno principatus Tiberii 22. Tacitus 5.

L. Æmilius Paulus, alter Cenſoris ex Cornelia filius, Conſul fuit cum C. Cæſare, Auguſti F. anno V. C. DCCLIII. Vxorem duxit Iuliam, Auguſti neptem, ex qua illi filia Æmilia Lepida nata eſt, quam ſibi deſponſatam Claudius, Germanici frater, qui poſt imperauit, quòd parentes eius Auguſtum offendiſſent, adhuc virginem repudiauit. Eandem App. Iunio Syllano nupſiſſe, infrà in familia Cæſarum docebimus. Paulus deinde in Auguſtum coniurauit, quæ res haud dubiè morte illi conſtitit. Phil. Beroaldus huius vult Corneliam illam Scriboniæ, quam patri dedimus, coniugem fuiſſe, manifeſto lapſu.

Æmilia Lepida, Cenſoris F. M. & L. fratrum ſoror, cui nupſerit, quamue fortunam habuerit, nondum comperi.

¶ M. Æmilius Lepidus, Conſul anno V. C. DCLXXXVIII. quas res geſſerit, nuſquam, quod ſciam, traditur. Vxor illi fuit Cornelia illa, mirificè caſta, teſte Aſconio Pediano.

ÆMILIA LEPIDA, quo patre prognata, compertum non habeo, profectò ſuper Æmiliorum decus L. Sylla & Cn. Pompeio proauis clara (nam matrem habuit Corneliam, natam Fauſto Sylla, Syllæ Dictatoris F. cui nupta eſſet Pompeia, Pompeii M. filia) tum L. Cæſari quondam vxor, & Diuo Auguſto nurus deſtinata, accuſatur ſub Tiberio, ſimulauiſſe partum ex P. Quirinio diuite & orbo, adiecta adulteria, venena, quæſitumque per Chaldæos in domum Cæſaris. Etſi autem à Manio Lepido fratre defenderetur, interdictum tamen ei aqua & igni, & Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur. Periit anno principatus Tiberii ſexto. Tacitus tertio. Meminit Suetonius in Tiberio, & generoſiſſimam fœminam vocat, tum de reliqua eius hiſtoria nonnihil variat. Ad hanc pertinet inſcriptio, quæ extat Bergomi in æde D. Agathæ: Pudens M. Lepidi L. Grammaticus.

Procurator eram Lepidæ, moreſque regebam.
Dum vixi, manſit Cæſaris illa nurus.

Inſcriptionum antiq. pagina nonageſimatertia.

Marcus Æmilius Lepidus Q. F. M. N. Conſulatum geſſit cum Statilio Tauro circa extrema tempora Auguſti anno V. C. DCCLXIII. Fit mentio illorum Pandect. vigeſimonono, tit. de Senatuſconſulto Silaniano. &c.

Q. Æmilius L. F. M. N. Lepidus, Coſ. ann. V. C. DCCXXII. De rebus geſtis huius Æmilii nihil præterea inuenio.

M. Æmilius Lepidus, ſtuprauit Agrippinam, Germanici F. annis eius puellaribus, vt Tacitus libro decimoquarto. Adücit tamen fœdiora Dion libro quinquageſimonono, & in matrimonio eum babuiſſe narrat ſororem Agrippinæ, Druſillā. Cùm Caligulæ familiariſſimus eſſet, ſic quidem, vt beneficio eius quinquennio antè quàm legibus permitteretur, magiſtratus adierit, & principatus ſucceſſor deſtinatus fuerit, tamen in eum coniurauit. Quo conſilio patefacto, punitus eſt ab eo capite. Dion ibidem, Suetonius in Caligula capite vigeſimoquarto, in Claudio capite nono. De hoc puto accipiendum illud Senecæ libro primo epiſtol. epiſtola quarta. *C. Cæſar iuſſit Lepidum Dextro Tribuno præbere ceruicem* &c. Meminit Philo inuectiua in Flaccum.

¶ I. Lipſius comment. in lib. decimūquartum Taciti L. AEmilio Paulo & Iulia natum ſuſpicatur. Et memorabilis de eo

& aliis

& aliis tribus infauſtis Lepidis Rutilii locus in Itinerario, quem ſubiicio:

Haud procul hinc petitur ſignatus ab Herculeportus:
Vergentem ſequitur mollior aura diem.
Inter caſtrorum veſtigia ſermo retexit
Sardoam, Lepido præcipitante fugam.
Littore namq; Coſæ cognatos depulit hoſtes,
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.
Ille tamen Lepidus peior, ciuilibus armis,
Qui geſſit ſociis impia bella tribus.
Inſidias pacis moliri tertius auſus,
Triſtibus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæſareo dum vult irrepere regno,
Inceſti pœnam ſoluit adulterii.

Æmilia Lepida, Galbæ Imp. vxor, duorum ex illo filiorum mater extitit. Suetonius.

Lepidus, Neronis magiſter, citatur inter declamatores Senecæ controuerſia 12. lib. tertii.

Lepidi, vt opinor, Æmilii, Proconſulis ſub Marco Imp. & eius fratris, ſit mentio apud Lucianum in Alexandro.

¶ M. Æmilius Numida, X. Vir ſacrorũ, obiit belli Punici ſecundi ann. nono, id eſt, V. C. DXLIII. Liuius.

¶ Æmilia, Veſtalis, de qua Valerius lib. 1. cap. 1. Dionyſius Halicarnaſ. lib. 2.

Regilli.

M. Æmilius, Regillus, Flamen Quirinalis, cùm in comitiis Conſularibus ſors prærogatiuæ iuniorum antè exiſſet, ab eaque Conſul ipſe cum T. Octacilio dictus eſſet, diſſuadente Q. Fabio Max. qui comitia habebat, quòd aliis viris aduerſus Hannibalẽ opus eſſet, facti Conſules ſunt ipſe Q. Fabius quartùm, M. Marcellus tertiùm. Deceſſit Scipione Coſ. ann. V. C. DXLIX. duobus filiis relictis, L. & M. Æmiliis Regillis. Liuius belli Pun. ſecundi 4. & nono.

L. Æmilius Regillus M. F. Prætor lectus ann. V. C. DLXIIII. L. Scipione & C. Lælio Coſſ. claſſem aduerſus Antiochi regis præfectos ducens, ad Myoneſum cum eiſdem nauali prælio conflixit, 42. nauibus illorum partim captis, partim incenſis & demerſis. Tam clara victoria maris imperio potitus, biennio pòſt de rege Antiocho ſplendidiſſimum triumphum egit. Liuius 37.

M. Æmilius, cũ fratre Prætore profectus, Sami ante eius victoriam deceſſit. Liuius ibidem.

P. Æmilio Pauli F. Pal. Regillo XV. *Viro F. Sagus faciendi præfecto vrbis iuridicund. Quæſtori Tiberii Cæſaris Aug. patrono.* Hæc inſcriptio extat Sagunti in Hiſpania. Inſcript. antiq. pag. 22.

Regillus, Lepidi filius, memoratur Ciceroni ad Atticum. lib. 12. epiſt. 23.

Scauri.

Authorem & principem familiæ Scaurorum non eſt dubium, inſigni tumore & prauitate talorũ notabilem fuiſſe. Hi enim Grammaticis Scauri dicuntur, vel Horatio teſte, cuius verſus ſunt libro 1. Sermonum Sat. 3.

At pater vt gnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium, non faſtidire. Strabonem
Appellat Paetum pater: & pullum, male paruus
Si cui filius eſt: vt abortiuus fuit olim
Siſyphus: hunc varum diſtortis cruribus, illũ
Balbutit Scaurum prauis fultum male talis.

Cognomen à pedum vitio ductum tranſiit ad poſteros, quorũ virtute & potentia paulatim in ſummæ nobilitatis appellationem ceſſit.

Scaurum præclaræ indolis adoleſcentẽ, militaſſe ſub Paulo & Varrone Coſſ. aduerſus Hannibalem, multorumq; populorum ducem fuiſſe, tradit Silius Punicorum 8. Sed hoc eùm ſit Poeticum, & ad gẽtis fortaſſe gratiam effictum, ad hiſtoriæ fidẽ trahi non ſuſtinet.

Primus Scaurorum Æmiliæ gentis occurrit L. Æmilius Scaurus. Militauit is ſub L. Æmilio Regillo, qui Prætor L. Scipione Conſule, claſſi contra Antiochum præfuit. Miſſus eſt igitur ab eo Scaurus cum 30. nauibus Helleſpontum ad exercitum Conſulis traiiciendum, cùm ipſe Prætor nauali pugna regiam claſſem profligaſſet. Liui. 37.

M. ÆMILII SCAVRI, qui poſtea Princeps Senatus extitit, domus, tribus ſupra eũ ætatibus iacuit. Nam neque pater, neque auus, neque etiam proauus honores, ob rei familiaris tenuitatem, adepti ſunt, quemadmodum eſt author Pedianus. Pater eius quamuis patricius, ob paupertatem carbonariam exercuit. Ipſe primùm dubitauit, honores peteret, an argentariã faceret. Sed eloquentiæ conſultus, ex ea gloriam pepetit. Primùm in Hiſpania corniculum meruit, ſub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit. Ædilis iuri reddendo magis quàm muneri edendo ſtuduit. Prætor aduerſatus Iugurthæ, tamẽ eius pecunia victus eſt. Con-

¶ Vide Ciceronem in orat. pro Muræna, Plutarchum de fortun. Rom.

ſul ann. V. C. DCXXXIX. legem de ſumtibus & libertinorum ſuffragiis tulit, P. Decium Prætorem tranſeunte ipſo ſedentem, iuſſit aſſurgere, eique veſtem diſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eum in ius iret, edixit. Proconſul Ligures domuit, deque his triũphauit. Cenſor viã Æmiliã ſtrauit, pontẽ Miluiũ fecit, tantumq; authoritate potuit, vt Opimiũ contra Gracchũ, Mariũ contra Glauciã & Saturninũ priuato conſilio armaret. Idem filium ſuum, quòd præſidium deſeruerat, in conſpectum ſuum vetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem ſibi conſciuit. Senex cùm à Vario Trib. pleb. argueretur, quaſi ſocios & Latium ad arma coegiſſet, ad populum ait: *Varius Sucronenſis Æmilium Scaurum, principem Senatus, ait ſocios ad arma coegiſſe. Scaurus negat. Teſtis eſt nemo, vtri potius credendum putatis?* Ea voce ita omnium animos commutauit, vt ab ipſo etiam Tribuno dimitteretur. Hæc ex ſcriptore virorum illuſtrium. Salluſtius Scaurum hominem nobilem, impigrum, factioſum, auidum potentiæ, honoris, diuitiarum, fuiſſe tradit, & qui vitia ſua callidè occultaret, eoque Iugurthæ largitiones, quòd eas famoſas & impudentes videret, metu primùm inuidiæ repudiaſſe, poſtea tamen in legatione cum Calphurnio Beſtia Coſ. non ita ab iis abſtinuiſſe, docet. Sed & Plinius lib. trigeſimoſexto, capite decimoquinto, rapinas eius notans, cùm de Curione loquatur: *Vnde*, inquit, *illi vitricus Sylla, & Metella mater, ſectrix proſcriptionum? vnde M. Scaurus pater, toties princeps Senatus, & Marianis ſodalitus rapinarum prouincialium ſinus?* M. Cicero hunc Scaurum inter Oratores reponit, deq; eo ſic iudicat: *In oratione*, inquiens, *Scauri, ſapientis hominis & recti, grauitas ſumma, & naturalis quædam inerat authoritas, non vt cauſam, ſed vt teſtimonium dicere putares, cùm pro reo diceret. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videbatur, ad ſenatoriam verò ſententiam, cuius ille princeps erat, vel maximè: ſignificabat enim non prudentiam ſolùm, ſed quod maximè rem continebat fidem. Huius & orationes ſunt, & tres ad L. Fuſidium ſcripti libri de vita ipſius acta, ſanè vtiles, quos nemo legit. At Cyri vitam & diſciplinam legunt, præclaram illam quidem, ſed neque tam rebus noſtris aptam, nec tamen Scauri laudibus anteponendam.* Hactenus Cicero. Vxor Scauro fuit Cæcilia, Q. Metelli Pii filia, quam poſtea L. Sylla duxit. Ex hac filium reliquit M. Æmiliũ Scaurum, & filiam Æmiliã, quæ primùm M. Acilio Glabrioni, deinde à L. Sylla vitrico Pompeio Magno collocata, mox apud illum ex partu deceſſit. Cæterũ quod ſuprà de filio ad mortem adacto retulimus, idem traditur à Valer. Maxim. libro quinto, cap. octauo, & à Frontino libro quarto. Idem Valerius libro quarto, cap. quarto citat de vita hiſtoriam eius: *M. Scaurus*, inquit, *quantulam à patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de vita ſua ſcripſit, refert.* Addit Tacitus in Agricola, hoc inſtitutum citra fidem, aut obtrectationi ei nõ fuiſſe: *adeò*, inquit, *virtutes iiſdem temporibus optimè æſtimantur, quibus facilimè gignuntur* &c. Agit de eodem idem Valerius lib. 8. cap. 5.

¶ Strab. li. 5.

¶ Adde quæ habet Aſconius in Scaurianam, Val. lib. 3. cap. 7. Quintilian9 lib. 5. cap. 12.

M. Æmilius Scaurus Hortenſius, functus Conſulatu an. V. C. DCXLVI. aliquantò pòſt legatus Conſulis aduerſus Cimbros profectus eſt: à quibus fuſo Romano exercitu captus cùm ab iis in conſilium euocatus, deterreret eos, ne Alpes tranſirent, Italiam petituri, eò quòd diceret, Romanos minimè vinci poſſe, à Bolo rege, feroce iuuene, peremptus eſt. Liuius ſeu Florus abbreuiator lib. ſexageſimoſeptimo. Oroſius 5. capite ſexto. De hoc Cicero in Bruto: *M. Scaurus*, inquit, *non ſæpè dicebat, ſed politè, Latinè verò inprimis eſt eleganter locutus.* Hunc Scaurum arbitror ſuperioris fratrem patruelem, vel certè propinquum fuiſſe. Etſi in pleriſq; codicibus non Æmilius ſed Aurelius vocatur.

M. Æmilius Scaurus, eius, qui Princeps Senatus extitit, F. Syllæ priuignus, quo victore & munifico in ſocios victoriæ, ita abſtinens fuit, vt nihil neque donari ſibi voluerit, neque ab haſta emerit. Ædilitatem ſumma magnificentia geſſit, adeo vt in eius impenſa opes ſuas abſumſerit, magnũque æs alienum contraxerit. Ex Prætura prouinciam Sardiniam obtinuit: in qua neque ſatis abſtinenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & valde arroganter, quod genus morum in ipſo paternum videbatur, cùm cætera induſtria nequaquam par eſſet. Erat tamen aliquando inter patronos cauſarum, ac poſteaquam ex prouincia rediit, dixit pro C. Catone, iſque abſolutus eſt. Ipſe cùm ad Conſulatus petitionem Romã rediſſet ad 3. Calend. Quintilis, querentibus de eo Sardis, poſtulatus eſt repetundarum ab App. Valerio Triario adoleſcente

apud

apud M. Catonem Prætorem pridie Nonas Quint. Summam autem fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn. Pompeii ponebat affinitate: habebat enim Mutiam, Scæuolæ filiam, in matrimonio, dimiſſam à Pompeio, & ex ea filium, liberorum Pompeii fratrem. Sed à Pompeio parum adiutorii ſenſit, offenſiore ob id, quòd ducta Mutia, iudicium ipſius de ea, propter impudicitiam dimiſſa, leuius feciſſe videretur. Defenſus eſt à ſex patronis, P. Clodio Pulchro, M. Marcello, M. Calidio, M. Cicerone, M. Meſſala Nigro & Q. Hortenſio. Ipſe quoque Scaurus pro ſe dixit, ac magnopere iudices mouit ſqualore & lachrymis, tum AEdilitatis effuſæ memoria. Proinde honeſtiſſimè abſolutus, & quidem amplius ſententiis 60. cùm vix 8. damnaſſent. Author horum Aſconius. De Ædilitate eius ſic loquitur Plinius lib. trigeſimoſexto, cap. decimoquinto, *M. Scauri*, inquit *neſcio an AEdilitas maximè proſtrauerit mores ciuiles, maiuſque ſit Syllæ malum tanta priuigni potentia, quàm proſcriptio tot millium. Hic fecit in AEdilitate ſua opus maximũ omnium, quæ vnquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, verùm etiam æternitatis deſtinatione: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine* CCCLX. *columnarum, in ea ciuitate, quæ ſex hymettias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. Ima pars ſcenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiã poſtea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ, vt diximus: imæ duodequadragenûm pedum. Signa ærea inter columnas fuere tria millia numero. Cauea ipſa cepit hominum 80. millia, cùm Pompeii amphitheatro toties multiplicata vrbe, tantoque maiore populo ſufficiat largè quadraginta millia ſedere. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, vt in Tuſculanam villam reportatis, quæ ſuperfluebant, quotidiani vſus deliciis, incenſa villa ab iratis ſeruis, concremaretur ad his millies ſeſtertium*, &c. Addantur inſuper, quæ Cicero habet pro Seſtio & ad Atticum libro quarto, Plinius libro octauo, cap. decimoſeptimo, & vigeſimoſexto, libro trigeſimoquinto, capite 11. Valerius Maximus lib. ſecundo, cap. 1. Solinus c. 31. & 36. Docet Ioſephus Pompeii in bello Mithradat. Proquæſtorẽ fuiſſe. Vide Antiquit. lib. decimoquartum, capite quarto & nono. de bell. Iudaic. lib. 1. cap. 4. & 6.

L. Æmilius Scaurus, Proconſul Syriæ, & qui eam prouinciam cum Q. Martio Criſpo volens Caſſio ceſſerit, citatur Ciceroni Philipp. 11.

M. Æmilius Scaurus, M. cuius paulò antè meminimus F. M. qui Princeps Senatus fuit, N. poſt cædem Cæſaris, cùm ſequutũ eſſet bellum Philippenſe, profligatis partibus, ſe ad Pompeium, cuius frater vterinus erat, contulit, teſte Appiano libro quinto. Deinde perditis Pompeii rebus, ad Antonium tranſiit, victo autem Antonio, cùm morti & ſupplicio deſtinatus eſſet, Mutiæ matris precibus vitam obtinuit, quemadmodum tradit Dion lib. quinquageſimoprimo. Vt autem pro patre M. Cicero, ita pro hoc Aſinius Pollio dixit, id quod liquet ex Fabii Quintiliani libro ſexto, capite primo.

Mamercus Æmilius Scaurus, M. Scauri, principis Senatus, pronepos, virq; Conſularis, floruit ſub Tiberio, inſignis nobilitate & orandis cauſis, ſed vita probroſus. Hunc labefecit odium Macronis: is enim detulerat argumẽtum tragœdiæ, à Scauro ſcriptæ, verſibus additis, qui in Tiberium flecterentur. Accuſatores Seruilius & Cornelius adulterium Liuiæ & ſacra Magorũ obiectarunt. Scaurus, vt dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteiuit, hortante Sextia vxore, quæ incitamentum mortis & particeps fuit. Tacitus libro quinto, qui illum & tertio libro patruum & vitricũ L. Syllæ, nobilis adoleſcentis, vocat. De cauſis interitus paria Tacito memorat Diõ libro quinquageſimooctauo. In hoc Scaurorum familiam extinctam, tradit Seneca Suaſoria ſecunda, qui illius inſuper quædam vitia refert de beneficiis 4. Idem non tantùm diſertiſſimum hominem, ſed & venuſtiſſimũ fuiſſe ſcribit, & qui nullius vnquam impunitam ſtultitiam tranſire paſſus ſit. Montanum item Vatienum, ſolitum ſententias ſuas repetere, appellatum ab eodem Ouidium inter Oratores. Et, non minus magnam virtutem eſſe, ſcire deſinere, quàm ſcire dicere. Vide Controuerſ. librũ primum, controuerſ. ſecund. Declamationum lib. 4. declam. 5. ¶ Vitia Scauri huius etiam hoc breui Tertulliani ſtigmate notantur de Pallio: *Dabo catharcticum impuritati Scauri, & alea Curii, & vinolentia Antonii.*

ÆMILII, ſecundum cognomenta congeſti.

Æmilius Alba, Ciceroni ſcurra & gladiator dicitur in Verrinis.

Æmilius Ælianus, Conſul anno V. C. DCCCLXVIII. ſub Traiano.

M. Æmilius Ælianus Cordubenſis, reus factus eſt, quòd inter alia malè opinari de Auguſto Cæſare ſoleret. De quo Cæſar ad accuſatorem conuerſus: *Velim*, inquit, *hoc mihi probes: faciam ſciat Ælianus, & me linguam habere, plura enim de eo loquar.* Nec quicquam vltrà, aut ſtatim, aut poſtea inquiſiuit. Suetonius Tranquillus.

Æmiliæ C.F. Æquæ Sacerd. Diuæ Plotinæ colleg. gent. titulo vſa. Hæc inſcriptio extat Brixiæ, teſte Apiano inſcript. antiq. p. 66.

M. Æmilius Auianus, amicus Ciceronis, Epiſtolarum 13.

Æmilius Aſper, interpres Virgilii, citatur à Probo & Macrobio.

L. Æmilius Bucca F. adfuit M. Scauro in iudicio. Aſcon. Pedianus.

Æmiliæ Calliopæ Curtia Priſca patrona lib. b. m. Hæc inſcriptio legitur Romæ in domo Platinæ. Inſcript. antiq. pag. 313.

AEmiliæ Chryſidi lib. & coniugi V. A. XXXII. C. AEmilius Calpurniã. Vit. N. Sur. & ſibi N. P. Hæc extat in Germania. Inſcrip. antiq. pag. 432.

AEmilius Dexter, inter alios magiſtratus & Præturam geſſit vrbanam. Liquet id ex Pand. 26. de tutoribus & curat. datis.

AEmilius Frontinus, Proconſul Aſiæ, vt opinor, ſub Marco Imperatore. Citatur hiſtoriæ Eccleſ. 5. c. 7.

AEmilio Furio reſcripſerunt diui fratres, Pand. 50. de legationibus.

AEmilius Ianuarius Martianæ:

Inuide quid gaudes? illa hîc mihi mortua viuet,
Illa meis oculis aurea ſemper erit.

Antiquitates Fabricii pag. 75.

AEmilius Iucundus, præfectus alæ in bello Iudaico ſub Veſpaſiano, cæſus eſt à Iudæis. Ioſephus lib. 2. cap. 24.

AEmilius Iucundus (ſic enim malo legere, quàm Iunctus) Conſul ſub Commodo cum Attilio Seuero, pulſus eſt in exilium. Lampridius.

AEmilius Largianus, ab Ouinio fundũ Puteolanũ lege commiſſoria emit, cui defuncto Rutiliana pupillaris ætatis ſucceſſit. Cæterũ ab eodem Ouinio, cũ illi nulla ſolutio facta eſſet, eundem fundũ emit Claudius Telemachus. Paulus Pand. lib. 4. tit. 4. l. 38.

AEmilius Macer Veronenſis, Poeta, cuius meminit Ouidius, ſcripſit de auibus, ſerpentibus & herbis. Citatur à Plinio & Nonio Marcello. Deceſſit in Aſia ſub Auguſto, teſte Euſebio. Lõgè diuerſus eſt ab hoc, qui vulgò extat, vtpote Galeno poſterior.

AEmilius Macer, Iuriſconſultus, ſcripſit de re militari lib. 2. de pub. iudiciis 2. de officio præſidis 2. de appellationibus 2. εἰκοστῶν, ſiue ad legem viceſimam hæreditatum 2.

L. AEmilius Maternus, cum AEmilia Materna F. & Fabia Fuſca cõiuge, memoratur in antiquitatibus Hiſpanicis. Inſcript. pag. 7.

AEmilia Muſa, locuples fœmina ſub Tiberio, cuius inteſtatæ bona, in fiſcum petita, AEmilio Lepido, cuius è domo videbatur, Imperator conceſſit. Tacitus 2.

AEMILIVS PAPINIANVS, Iuriſconſultus. De hoc agemus, in Papiniis. Habet autem nomen id epiſtola Iuſtiniani ad Tribonianum, præmiſſa Pandectis, & altera C. lib. 1. tit. 17.

AEmilius Parthenianus, Tyrannidis affectatores hiſtoriæ tradidit. Gallicanus in Auidio Caſſio.

M. AEmilius Philemon, M. AEmilii Lepidi libertus tempore Ciceronis. Aſcon. Pedianus.

AEmilia Pietas viua cõparauit ſibi & Pamphilio & libertis ſuis, libertabuſq;, poſteriſq; ſuis In. Fr. P. XI. in agro P. XI. Hæc inſcriptio extat Romæ. Inſcript. antiq. pag. 298.

AEMILIVS PROBVS, ſcripſit de externis imperatoribus. Alii tamen opus illud Cornelio Nepoti attribuunt. Quod emendatiſſimum demum in lucem prodiit opera Dionyſii Lambini.

AEmilius Ptolemæus, refertur Pand. 49. de iure fiſci. L. 47. Alius ab hoc Ptolemæus eſt, cuius vt ad miraculum diuitis meminit ex authoritate Varronis Plinius libro 33. cap. 10.

AEmilius Regulus (fors Regillus) ex Corduba originem ducens, coniurauit in C. Cæſarem Caligulam. Ioſephus 19. capit. primo.

AEmilius Rufus, ſub Corbulone præfectus equitũ in Armenia, quòd hoſti ceſſiſſet, notatus eſt ignominia. Vide Frontinum 4. cap. 1.

AEmilio Sequeſtri reſcripſit D. Pius Pand. 36.

AEmilius Sura de annis P. R. citatur à Paterculo.

T. AEmi-

T. Æmilius Syrus, cum Meſia Fortuna coniuge, memoratur in memoriis Italicis. Inſcript. antiq. pag. 60.

Æmilio Tironi reſcripſerunt diui fratres, Pand. de effractoribus & expilatorib.

ÆMILII ſine cognomentis.

Æmilio reſcripſerũt AA. & CC. 5. Cod. titul. 12.

C. Æmiliæ, Valerianus & Gallien. AA. 4. Cod. tit. 6.

Æmilia virgo damnata. Feneſtella apud Macrobium 1. cap. 6. Liuius. 63. Oroſius 5. cap. 15.

Æmilio, Proconſuli Africæ, reſcripſit Pius Pand. 5.

Q. Æmilius & T. Numicius, Trib. pleb. quòd illorũ authoritate pax ad furcas Caudinas cum Sammitibus facta eſſet, eiſdem, vt pax ea repudiaretur, dediti ſunt. Cicero off. 3.

ÆMILIANI.

Æmilianus, Græcus Rhetor, citatur Senecę Controuerſiarum 6. cont. penultima.

Æmilianus, inter duces Peſcennii Nigri victus à Seuero.

ÆMILIANVS, dictus Imperator, Vibiũ Gallum, cum filio ſuperauit, & cecîdit. Ipſe quarto pòſt mẽſe à ſuis militib. interemtus eſt, cum VALERIANVS imperare diceretur.

ÆMILIANVS alius, vnus è 30. Tyrannis ſub Gallieno. Trebellius. Periit in Ægypto, ac fieri poteſt, vt ſit idem, qui imperante Gallieno Tarraconenſis Hiſpaniæ præſes, incendio puniuit Fructuoſum Epiſcopum cum duobus Diaconis, Augurio & Eulogio, quemadmodum tradit Prudentius.

Æmilianus, laudatur apud Libanium in epiſtolis ab oratione coram Imp. Iuliano habita.

¶ ÆSOPVS, libertus Demoſthenis, conſcius adulterii, quod cũ Iulia patronus admiſerat, tortus diutiſſimè, perſeuerauit non prodere patronum, donec aliis coarguentibus ipſe fateretur. Macrobius Saturnal. 1.

ÆTEII.

P. Æteius, appellatur Ciceroni 1. de diuinatione vir bonus, & ciuis egregius, notatus tamen ab Appio Cenſore, quòd M. Craſſo, in Parthos eunti, auſpicia ementitus eſſet.

C. Æteius, Pompeianus fuit, cui Cæſar ignouit. Commentario quinto, etſi illic, vt opinor, mendosè Cetetius legitur.

T. Æteius, Eques, Romanus, in Venere periit. Valerius 9. cap. 12. & Plinius 7. capit. 53. Apud vtrumque tamen perperam Ætherius legitur.

¶ ÆTERNINVS Fronto, magiſter duarũ Alexandrinarum legionum. Ioſephus belli Iudaici 7. cap. 9.

¶ ÆTERNALI reſcribitur ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

¶ AETIVS, dux Valentiniani III. Imp. Celebris ob nobilem de Attila, rege Hunnorum, victoriam. Interficitur demum eiuſdẽ Imperatoris iuſſu, fraude Maximi ad id facinus inducti. Nam alius ex amicis ab Imperatore interrogatus: Ecquid Aetii mortẽ ex vſu reipub. fore cẽſeret? *Nequaquam*, inquit: *imò ſi illum virum è medio ſuſtuleris, ſiniſtra manu dextram tibi amputabis.* Vide de hac hiſtoria cùm alios, tùm omniũ pleniſſimè explicantem Carolum Sigonium de imperio occident.

¶ AFFABILI reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 51.

AFRANII.

C. Afranius Stellio, Prætor fuit an. V. C. DLXIX. Liuius 39.

L. AFRANIVS, Poeta, togatarũ ſcriptor, homo peracutus, & in fabulis diſertus. Quintilianus eum in togatis excellere ſcribit, vitium notans, quòd argumenta fœdis puerorũ amoribus inquinarit, amores ſuos faſſus. Horatius indicat, illum indicio multorum cum Menandro compoſitum. Inquit enim ad Auguſtum ſcribens,

Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro.

Huius illud eſſe de Senectute volunt: *Mala ætas nulla delinimenta inuenit.* Citatur apud Nonium Marcellum in Vopiſco, Priuigno, Suſpecta, Epiſtola, Diuortio, Fratribus, Compitalibus, Materteris, Homine, Promo, Auctione, Augure, Incendio, Emancipato, Depoſito, Pompa, Cinerario, Brunduſinis, Crimine, Virgine, Excepto; &c. apud Sex. Pompeium, in Prodito, Repudiato, Roſa, Abducta, Ida, Conſobrinis. ¶ Fragmenta eius, ſumma accuratione à Roberto Stephano congeſta, edidit Henricus Stephanus.

T. Afranius, in bello ſociali dux hoſtium, à Romanis in pugna cæſus. Appianus primo.

L. AFRANIVS A. F. Conſulatum geſſit an. V. C. DCLXXXXIIII. cum Metello Celere. Cicero ad Attic. In fine primi non Cõſulatum, ſed Pompeii Magni *animo* fuiſſe

ÆLII diuerſorum temporum & familiarum, ſecundum cognomenta digeſti.

P. AElius P. F. Agrippinus Cornicularius Proc. prouinciæ Belgicæ, refertur cum fratre Victorino, inſcriptionum veterum pag. 117. Eidem reſcribitur ab AA. & CC. Cod. 4. tit. 29.

T. AElius Antiochus, patronus, & T. AElius Creſcens, libertus. Ibid. pag. 301.

T. M. L. AElii Antonini, quæ rãtur, pximè ſecundũ Æliũ Hadrianũ, & in Aureliis.

Aelia Aphrodiſia, mater P. Aelii Philologi.

¶ AElius Ariſtides, Sophiſta, cuius orationũ Tomos tres Latinos fecit Gulielmus Canterus. De hoc Suidas & idẽ Canterus Scitũ eſt apophthegma eius in Adrianum quendã. Cùm enim is cum magna omniũ admiratione ex tempore dixiſſet: *At nos*, inquit, *non vomimus, ſed accuratè dicimus, & placemus.* Item dictum: τοὺς μὲν ναοὺς τοῖς θεοῖς προσήκει καθιεροῦν, τοὺς δ᾽ ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν, Templa Diis conſecrare conuenit, viros verò eximios decet librorum dedicatione honorare.

Tres P. P. P. AElii, Aſpaſus, Iſidorus & Aſpaſus, memorantur Inſcript. ant. p. 318.

AElius Baſſianus, Proconſul Africę ſub Antoninis, affinis Ceioniis. Capitolinus in Clodio Albino.

T. AElius Boryſthenes.

AElia Catula, fœmina nobiliſſ. & ditiſſima, iamq́; octogenaria, ſaltauit in Iuuenalibus Netonis. Dion.

AElius Celſus, occiſus à Seuero Imperatore Spartianus.

AElius Ceſetianus, Pręfectus vrbis, lecto in Imp. Tacito. Vopiſcus in Tacito.

H. iacet Aelius Conſtantius, vir Conſularis, Comes & Magiſter vtriuſque militiæ, atq; Patricius, ſecundò Conſul ordinarius. Extat Treuiris, & apud Apianũ inſcript. ant. pag. 486.

AElius Corduenus, vir fortis & ſtrenuus ſub Commodo. Spartianus.

AElius Dionyſ. Pręfectus vrb. ſub Diocletiano.

AElius Donatus, præceptor D. Hieron. cuius extat Grammatica & alia opuſcula.

AElius Feſtinus iunior, cũ vxore Secundia Secundina, & AElio Secundino F. referuntur Inſcription. ant. pag. 75.

AElius Firmus, veteranus, citatur Vlpiano Pand. 49. tit. de veteranis.

P. AElius Flauus, cum AElia Flauina F. & omnibus honoribus ſuis, refertur Inſcription. ant. pagin. 449.

AElius Fortunatus, miles, ibid. pag. 125.

AElius Gallus, miſſus in AEgyptũ ab Auguſto pfectus, vir equeſtris ordinis, primus Arabiæ bellũ intulit, oppida diruit antè nõ nominata. Vide Plin. lib. 7. c. 28. Strabonẽ 16. qui virum inſignem vocat, amicitia & conſuetudine ſibi deuinctum.

AElius Gallus I. C. ſcripſit de verborum, quæ ad ius pertinent, ſignificatione. Citatur paſſim à Varrone, & Sex. Pompeio.

Sex AElius Hadrianus, Afer cognomẽto, conſobrinus Traiani Imperatoris, Hadriani principis pater extitit. Eius originem generis ſcriptores ab Hadria eſſe volunt, vnde maiores ipſius tempore Scipionum in Hiſpaniam migrauerint.

¶ De ſtemmate horũ AEliorũ & Antoniorũ cõſulendus Onuphrius Pãuinius p. 38.

P ÆLIVS HADRIANVS, Imp. Traiani cõſanguineus: quippe patre natus Sex. Ælio, Traiani cõſobrino, Romæ, & matre Domitia Paulina, Gadib. orta, vnde & illi ſoror Paulina fuit. Peruenit ad imperiũ gratia & fauore Plotinæ, quã illius amore flagraſſe volũt, vir vtriuſq; linguæ & Matheſeos peritiſſimus, ambitioſus valde, imperii

—— medius præſignis in actis,

Principia & finem fama notat grauior,

vt verè & elegãter luſit Auſonius. Præfuit annis 20. & mẽſib. 11. cũ ageret annũ ætatis 62. hinc abreptus. Vitã eius plenius deſcripſere, Dion, Spartianus, Victor & Suidas. E Dione hic amplius de eo locus notetur: φύσει φιλολόγος ἦν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ, καὶ τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ καταλέλοιπε, id eſt, Natura amans erat litterarũ vtriuſq; linguæ, & multa ſcripta partim ſoluta oratione, partim carmine compoſita reliquit.

L. Ælius Verus, patrem habuit L. Ceionium Commodum. Adoptatus ab Hadriano, & Cæſar dictus, non diu ſuperſtes fuit, ſemper imbecillis & valetudinarius.

T. ÆLIVS AVRELIVS ANTONINVS PIVS, Hadriani poſt L. Æliũ Verũ F. adoptiuus, & ſucceſſor, imperauit annos 23. natus patre Aurelio Fuluio, matre Arria Fadilla, Arrii Antonini filia. Solus omniũ fermè principum, qui ſine ciuili hoſtilique ſanguine vixerit. Deceſſit ſeptuagenarius.

M. ÆLIVS AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS, & L. Ælius Antoninus Verus, filii adoptiui Antonini Pii, patri in imperio ſucceſſerũt pari poteſtate, Auguſti ambo, Diuiq́; fratres appellati. Præfuerunt ſimul annos 10. deinde M. ſolus annis nouem. Marco pater fuit Annius Verus,

rus, vir Prætorius, Lucio, L. Ælius Cōmodus Cæſar, quem diximus ab Hadriano adoptatū, coniux Lucilla, Marci F. cùm ipſe Marcus Fauſtinam, Pii ex vxore Fauſtina F. duxiſſet. ¶ Habet Marci encomium Suidas *Μάρκος*.

L. ÆLIVS ANTONINVS COMMODVS, M. Philoſophi & Fauſtinæ F. omnium ante ſe Principum facilè nobiliſſimus, ſed moribus & vita turpiſſimus, nihilo Caligula, & Nerone inferior. Quamobrem à ſuis occiſus eſt. anno. imperii 13. vitæ 32. Coniugem habuit Criſpinam, ſorores, Lucillam & Fabiam, quarum mariti fuere Claudius Pompeianus, Antiſtius Burrhus & Petronius Mamertinus. Pompeianus Pompeianum filiū, Mamertinus Antoninū reliquit.

De ſtēm. bonū AE. rū & Antonorū cō ſulendus Onuphrius Pā nius p.38.

P. Ælius Iunianus, cum Aurelia matre, refertur in antiquis inſcriptionibus p.445.

Q. Ælius Lætus, Præfectus prætorio ſub Commodo, mortem eius cum cōſciis procurauit. Inſidiatus eſt & Pertinaci, quamuis à ſe ad imperiū promoto. Seuero ſimiliter cùm in tempore non ſubueniſſet, ſibi parans imperium, ab eodem poſtea victore, memoreq; proditionis, occiſus eſt. Herodianus lib. 3.

T. Ælius Aug. lib. Lucifer Vrbius ſibi poſuit. Extat inter antiquas inſcriptiones pag 179.

L. Ælius L. F. Fab. Macer VI. vir ſibi & L. Ælio Antigono lib. conſorti, & P. Salio Myſtico, & Saliæ Eutychia H. M. H. N. S Extat Paduæ, & inter antiq. inſcription.

Ælius Mantia Formianus, libertini F. Qua libertate dicendi vſus ſit in Pompeiū, cùm L. Libonē accuſaret, memorat Valerius Max. lib. 6. cap. 2.

Ælius Martianus, Proconſul Vticæ, imperante Antonino Pio, ſcripſit inſtitutionū lib. 16. Regularum 5. de appellationibus 2. de publicis iudiciis 2. de delatoribus 1. ad S. C. Turpilianum 1. ad hypothecariā formulam 1. Reſcripſit illi Antoninus Pius, vt videre eſt 1. Inſtitutionum 9.

Ælia Martiana C. Seii Maſculini coniunx. Inſcript. ant. pag 319.

P. Ælius Maximinus, miles. Ibid. p. 253.

P. Ælius Metrodorus, cum vxore Iulia Paulina, pag. 288.

P. Ælius Olympianus refertur pag. 204.

P. Ælius Aug. lib. Pantagathus, cū Flauia Agatha coniuge, pag. 235.

P. Ælius Philetianus, medicus Ælii Antonini, pag. 324.

Ælio Philippo Seuerina Procula nuptiis à patre teſtamento deſignata. Pand. lib. 35. de conditionib. & demonſtrationibus, &c. quæ in teſtamento ſcribuntur. l. 100.

P. Ælius P. F. Philologus Aug Decurio Capuæ cum matre Ælia Aphrodiſia. Inſcript. ant. pag. 132.

T. Ælius Aug. lib. primus, cum filiis Florido & Torquato, pag. 247.

Ælius Priſcus, matrem, dubium vero, an ſimulato furore, occidit ſub M. Antonino Philoſopho, qui ea de re ad Tertullum Scapulam reſcripſit Pand. lib. 1. tit. 18. l. 14.

P. Aelius Priſcillianus, & Aelia Criſte, religionis Iudaicæ metuēti, &c. Inſcrip. veterū p. 258.

Ælia Quadratilla, nominatur ibidē p. 486.

Ælius Rufinus & Antoninus Clarus, veterani, Pand. de priuilegiis veteranorum.

Ælius Saturninus, quòd carmina in Tiberium famoſa ſparſiſſet, ab eodem in Senatum adducitur, damnatusq; de Capitolio præcipitatur. Dion lib. 57.

Ælius Scorpianus, Conſul, confirmato Imperatore Probo. Vopiſcus in vita Probi.

L. AELIVS SEIANVS, genitus Vulſiniis patre Seio Strabone, Equite Romano, matre Iunia, Iunii Blæſi, ſub Tiberio Procōſulis Africæ, ſorore, prima iuuenta C. Cæſarē, Auguſti nepotē, ſectatus eſt. Deinde Tiberio variis artibus ſe deuinxit, laborū patiēs, induſtrius, audax, ſed ſuperbus & arrogās. Cohortib. prætoriis præfectus, primus præfecturæ eius vim, antea modicam, intēdit. Caſtra militi extra vrbem fecit. Tiberiū ita addictum ſibi habuit, vt ſocius laborum ab illo vocaretur, colerenturq; eius imagines in vrbe & inter legionum principia. Facturus autem viam ad dominationem, liberos Germanici, ac Druſum, Tiberii filium, impulit. Tandem gener Principis, & in quinto Cōſulatu collega aſſumtus, in ipſo honore, miſſis a Tiberio literis, in Senatu accuſatus, damnatus, & à populo vnco tractus eſt. Statuæ & imagines diſiectæ, liberi & amici oēs occiſi. Hæc ex li. 4. & 5. Taciti. Vxor illi prior Apicata erat, ex qua tres liberos genuerat, fratres, conſobrini & auunculus Conſulares, teſte Paterculo. Meminit potentiæ eius & exitus triſtiſſimi Iuuenalis Saty. 11. Adhæc Dion ſcribit lib. 57. M. Apicii, gulonis iſtius, quandoq; illum catamitū fuiſſe, quemadmodum & Cælius prodidit lectionum antiquarum lib. 9. c. 11. Elogium eius adhuc florentis reperias apud Paterculum volumine poſteriore ſub finem. Idem hominis noui honoribus è vetuſtate petitis

exemplis patrocinaturus: *Intereſt*, inquit, *rei pub. quod vſu neceſſarium, & dignitate eminere: vtilitatemq́, auctoritate muniri.* Et paulo pòſt: *Neque nouus hic mos Senatus populiq́, Rom eſt, putandi, quod optimum eſt, eſſe nobiliſſimum.* Item: *Profectò hoc ſenſerunt, in cuiuſcunque animo virtus ineſſet, ei plurimum eſſe tribuendum, &c.*

Ælius Serenus, Grammaticus. De hoc Suidas Σερῆνος.

Ælius Serenianus, omnium vir ſanctiſſimus, à cõſilio Alexandro Imp. Lamprid.

L. Ælius Speratus, cum Clodia Nic. & Clodia Sperata, refertur antiquarũ inſcriptionum pag. 237.

C. Ælius Stalenus, vir nefarius, & qui iudicia corrumperet. Vide Ciceronẽ pro A. Cluẽtio. Pæti cognomẽ ex imaginibus. Æliorũ ſibi vſurpabat, cùm tamẽ Ligus eſſet. Ibid. De genere illius dicendi, de Quæſtura & exitu, vide Ciceronem in Bruto.

L. Ælius Stylo, qui & Præconius dictus eſt, quòd patrem haberet præconem, Stylo verò, quòd orationes nobiliſſimo cuiq; ſcribere ſoleret, refertur à Tranquillo inter claros Grammaticos. Citatur à Plinio lib. 9. cap. 35. & lib. 33. cap. 1. à Gellio lib. 10. cap. 1. Eundem hunc eſſe puto, qui interpretationem carminum Saliorum ſcripſit, citante Varrone lib. 6. de lingua Latina, & Feſto paſſim. ¶ Vide Eliæ Vineti annotationes in Suetonii Grammaticos.

L. Ælius Stylo, alius, cæſus à Seuero Imperatore. Spartianus.

Ælius Tertullus, cum Maxima Secunda vxore, refertur Inſcriptionum pag. 396.

Ælius Varro, citatur à Flauio Vopiſco, in Firmo Saturnino, vti ſcriptor.

P. Ælius Verus, cum Lucida coniuge. Inſcript. ant. pag. 293.

P. Ælius Verinus, pag. 378.

Ælius Vrbicus, pag. 75.

Ælius Xifidius, Præfectus ærarii ſub Valeriano. Vopiſcus in Aureliano. (242

Ælius Zoſimus, refertur Inſcriptionũ p.

ÆLIANI.

Ælianus, Conſul cum M. Marcello ann. V. C. DCCCCXXXVI. Sub Commodo.

Ælianus alius, Conſul cum Maximino ſub Alexandro, ann. V. C. DCCCCLXXV.

Ælianus Celſus, Conſul cũ Claudio Iuliano, quo tempore Maximini ſublati ſunt, teſte Capitolino, qui & Epiſtolam illius ad Maximum & Balbinum, Principes AA. ſuper ea victoria gratulatoriam ſubiicit.

Æliano, Procõſuli Africæ, reſcripſit Cõſtantinus C. de off. Procõſulis & legati. Meminit eius Æliani D. Auguſtin. epiſt. 68. etſi apud illũ nõ Ælianus, ſed Helianus legitur.

C. Ælianus, citatur Plinio.

Ælianus, dux ſub Valẽre. De hoc Suidas.

Ælianæ, quæ fratrẽ ſibi veneno peremtum querebatur, reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 35.

L. Ælianus, ſub Diuis fratribus Conſul ann. V. C. DCCCCXV.

Flauius Ælianus, Præfectus prætorio ſub Alexand. Quære in Flauiis. Fors hic eſt, qui Conſul fuit ſub eodẽ ann. V. C. DCCCCLXXV.

Æmilium Ælianum, Conſulem ann. V. C. DCCCLXVIII. quære in Æmiliis.

ÆMILII.

Æmiliam gentẽ, quemadmodũ ſcribit Feſtus Pompeius lib. 1. alii à Mamerco, Pythagoræ filio, deſcendere volunt, qꝫ illi propter vnicã humanitatem cognomen αἱμύλος fuerit, alii ad Aſcaniũ huius gentis originẽ referunt, qui duos habuerit filios, Iulum, à quo Iulii Cæſares, & Æmylõ, Æmilii generis propagatorẽ. Niſi quòd idẽ Feſtus lib. 11. iſtã ſentẽtiam quaſi retractãs: *Mamercus*, inquit, *prænomen eſt Oſcũ, ab eo, quòd ij Martẽ Mamertem appellant.* Sunt etiam, quod memorat Plutarchus, qui Numæ Põpilio quatuor fuiſſe filios tradant, & vnũ ex his Mamercum de nomine Pythagoræ filii eũ appellaſſe; adiecto Æmilii cognomẽto, quòd viri in dicendo ſuauitatem & gratiam ciuibus ſuis commendare perciperet. Nec omittendũ hîc videbatur, qꝫ Silius Punic. 8. ab Amulio, Albanorum rege, dictos autumat. Sed vt has opiniones ſeu ſententias nõ facilè pro veris receperim, maximè propter mentionem Pythagoræ Philoſophi, quem longè Numa poſteriorẽ fuiſſe conſtat, ita nihil certius, quin à dulci facundia, & ſuaui quodã lepore, nomẽ id auctori generis adhæſerit, quãdo & inter cætera cognomẽta, cũ alii Mamercos, alii Pappos, alii Paulos & Scauros ſe dicerent, peculiaris in hac gente domus Lepidi cognomen adſciuit, antiquam gentilicii nominis gratiã expoſitione renouatura. Familia hæc inter Patricios cenſa, & bonorum ciuium fœcunda, vt inquit Tacitus, ſummis ſemper honorib. perfuncta eſt. Effulſit enim Conſulatibus 38. Dictaturis 5. Triũphis 9. Cenſuris 5. & Põtificatibus Maximis duobus, vt reliquos magiſtratus & ſacerdotia prætercam. Sed & multa in vrbe monumenta, ac pleræque

¶ αἱμύλιοι λόγοι οἱ κατὰ χάριτα κολακεύοντες. Euſtath. in Odyſſ. A. pag. 9.

Italiæ

Italiæ partes, Æmilii nominis appellatione vſque hodie celebrantur, vt Æmilius pons, & Æmilius ludus (vtriusq; meminit Horatius) & Æmilia ædificia extra vrbē, de quibus eſt apud Corn. Tacitū, & Æmiliæ viæ duæ, quarum altera iuncta Flaminiæ à Placentia Ariminum, altera per Piſas & Lunā in Sabbatios ducebat, & Æmilia regio Italiæ, in qua ſunt oppida hæc: Ariminum, Ceſena, Rauenna, Fauentia, Imola, Forum Liuii, Bononia & Ferraria. Quem loci tractum etiam Romandiolam vocant. Gentem Æmiliam cùm alii præſtantes viri, tum potiſſimè nobilitarunt Mamercus Æmilius, qui Dictator quinquennalē Cenſuram ad ſeſquianni ſpatium coarctauit, & duo Æmilii Pauli, quorum alter ad Cannas occubuit, alter Perſen, Macedoniæ regem, ante currum duxit, & M. Æmilius Lepidus, bis Conſul, Cenſor & Pont. Max. & M. Æmilius Scaurus, qui propemodū Lepido par, vir Conſularis, triumphalis & Cēſorius, etiam princeps Senatus emicuit. Sed iam de omnibus ordine memorabimus, auſpicio ſumto à Mamercis, quibus haud dubiè cognomentū id à ſingulari in bellis audacia & ſtrenuitate obuenit, quaſi dicas viros Martios, eiusq; Dei robur & vim referentes. Nā vt antè monuimus, veteri Oſcorum lingua Mamers Mars dicitur.

Mamerci.

L. Æmilius Mamercus, Mamerci filius, Conſul ann. V.C. CCLXX. Volſcos & Æquos proſpera pugna vicit. Iterum Conſul ſexto anno pòſt, Veientes fuſos pacem expoſcere coegit. Adeptus & tertium Conſulatum quinto pòſt anno, id eſt V.C. CCLXXXI. acrē plebis ſeditionem vnà cum collega, non ſine conſularis maieſtatis diminutione, ſuſtinuit. Author horum Liuius ſecundo. Dionyſius, quod miror, contraria Liuio tradēs, primo Conſulatu victum à Volſcis ſcribit, ſecundo verò Conſulatu, quod mitiores pacis conditiones Veientibus dediſſet, negatum illi à Senatu triumphum. Vide antiq. lib. 9.

T. Æmilius Mamercus L. F. teſte Dionyſio, Conſul ann. V.C. CCLXXXIIII. contra Sabinos rem geſſit. Iterum Conſul triēnio pòſt, quòd ad dandos plebi agros conſentiret, Patrum gratiam non tenuit. Liuius 2. & 3. Dionyſ. 9.

M. Æmilius Mamercus, vir ſummæ dignitatis, lectus Trib. militum Conſulari poteſtate, ann. V.C. CCCXVII. mox anno ſequenti Dictator Fidenates & Veientes memorabili pugna ſuperauit, deque iis triumphum duxit. Iterum Dictator quinquēnalem Cenſuram ad annum & ſemeſtre ſpacium contraxit. Eo nomine factus ærarius à Cenſoribus, ignominiam forti animo tulit, populo eam rem indigniſſimè ferente. Tertiùm Dictator Fidenas à ſe captas militi diripiendas dedit, ac inde triūphauit, 16. die Dictatura depoſita. Liuius 4.

M. Æmilius Mamercus, Conſulatū adminiſtrauit cum C. Valerio Potito, ann. V.C. CCCXLV. Deinde tres Tribunatus militū Conſulari poteſtate obiuit, ex quibus primus, quem geſſit anno poſt Conſulatum quinto, elatus & notabilis fuit prima Veiorum circumſeſſione. Vide Liuium 4.

C. Æmilius Mamercus, duos Tribuna- CCCLXI.
tus militū Conſulari poteſtate conſecutus
legitur. Priore cum duobus collegis rem CCCLXIIII.
aduerſus Æquos geſſit varia fortuna, altero
cum L. Lucretio Volſinienſes acie fudit, 8.
millibus ad deditionē adactis. Liuius lib. 5.

M. Æmilius Mamertinus, vnde paulo diuerſius à cæteris cognomē habeat, quaſue res geſſerit, nuſquam traditur. Tantùm in collegio Tribunorum militum Conſularis poteſtatis ann. V.C. CCCLXIIII. à Liuio recenſetur.

L. Æmilius Mamertinus, fors M. fr. quartùm Tribunus militum Conſulari poteſt. Latinos & Volſcos cum collega P. Valerio vicit. Inde M. Equitum Camillo Dictatori fuit ann. V.C. CCCLXXXVI. Demum etiam duos Cōſulatus, ſed domi & in toga, geſſit. Liuius 6. & 7.

T. Æmilius Mamercus, vnus ex Quin- CCCCIII.
queuiris menſariis, quando res fœnebris P.
R. leuata, omneq; æs alienū ſine vlla cuiuſ-
quam querimonia diſſolutū eſt. Inde Præ-
tor, & paulo pòſt Conſul, ob negatū trium-
phum ſibi, quem collegæ Q. Publio tribuiſ- CCCCXVI.
ſent Patres, alienatus à Senatu, ſeditioſis Tri-
bunatibus ſimilem deinde Conſulatū geſ-
ſit. Liuius 7. & 8.

L. Æmilius Mamercus, M. Equit. Dictatore C. Iulio, deinde bis Conſul & Dictator euaſit. Priore Conſulatu Samnites ad petēdam pacem compulit, ſecundo miſſum cū magnis copiis ad bellum Gallicum præter ſpem quies & ocium excepit. Liuius 8.

Iacuit dehine Æmiliorū Mamercorū familia per annos amplius ducētos, vt ſunt omniū rerū fatales viciſſitudines. Nec .n. vllos honores aut magiſtratus obiiſſe legūtur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

qui quidem ordinarii fuerint. Recuperauit priſtinam maiorum dignitatem & gloriam M. Æmilius Mamercus, nactus Conſulatum ann. V. C. DCLXXVII. quem propinquũ C. Iulii Dictatoris fuiſſe, teſtatur Suetonius in Cæſare.

Barbulæ.

Q. Æmilius Q. F. L. N. Barbula, Conſul bis, anno videlicet V. C. CCCCXXXVI. & CCCCXLII. Triumphauit de Hetruſcis. Ex tabulis Capitolinis.

M. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula, Conſulatũ geſſit ann. V. C. CCCCLXVIII. vt Cuſpinianus, Haloander & Glareanus rectè annotarunt. Cæterum quas res geſſerit, ſcire non poſſumus, veterũ monumentis deſtituti. Huius creditur eſſe inſcriptio, quæ extat Romæ in baſi ſtatuæ: M. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula Dictator.

L. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula, Conſul ann. V. C. CCCCLXXII. Tarentinos, Samnites & Lucanos vicit, deq; iis triumphauit. Sic habent tabulæ Capitolinæ.

M. Æmilius L. F. Q. N. Barbula, Conſul cum D. Iunio Pera, ann. V. C. DXXIII.

Pappi.

Æmiliis vnde Pappotum cognomẽ inoleuerit, Grammatici nõ tradunt. Veriſimile eſt, ab ætatis veneratione inditum eſſe: Pappum enim Latini auum vocant: vel ab inſigni leuitate, quòd Pappi, carduorũ flores, decuſſi, velun flocci per aerem volitẽt: vnde & Lucretius pappos volãtes appellat.

M. Æmilius Pappus, Dictator creatus eo anno, quo ſub iugum miſſus eſt Romanus exercitus ad furcas Caudinas, habendis comitiis, nihil in tanta populi conſternatione efficere potuit. Liuius 9.

Q. Æmilius Pappus, bis Conſul, ann. videlicet V. C. CCCCLXXI. & CCCCLXXV. Cẽſor etiam, ſemper & vbiq; collega C. Fabricio Luſcino. M. Cicero in Lælio, Valerius lib. 4. cap. 4. Plinius lib. 33. cap. 12.

L. Æmilius Q. F. Cn. N. Pappus, Conſul ann. V. C. DXXIX. cum Gallis congreſſus, 40. millia illorum cecidit, 10. millia cepit, & in his Congolitanum regem. Spoliis Romam miſſis, Liguriam quoque latè depopulatus eſt. Exercitu ditato Romam rediit, ſpectatiſſimumq́ triumphum duxit. Polybius 2. Liuianus abbreuiator 20. Florus 2. cap. 4. Appianus in Celtico. Geſſit aliquantò pòſt Cenſuram cum C. Flaminio, vt Liuius lib. 23. Quo magis miror, Glareanum tradere, periiſſe illum in bello Gallico, idq́ ex auctoritate Polybii, diuerſum ſentientis.

M. Æmilius Pappus, Curio maximus, deceſſit anno belli Punici ſecundi duodecimo, V. C. DXLIIII. Liuius 27.

L. Æmilius Pappus, Prætor, Siciliã prouinciam ſortitus eſt. Obtinuit & Decemuiratum ſacrorum, in quo ſacerdotio mortem obiit ann. V. C. DLXXXII. Liuius 28. & 42. Meminit huius Æmilii Pappi Suetonius in Auguſto, proauum illius ſub hoc Æmilio Tribunum militum in Sicilia fuiſſe, ſcribens. DXLIX.

Pauli.

Antiquiſſimum inter Æmilios Paulos inuenio M. Æmilium Paulum L. F. L. N. qui cùm Conſul eſſet, M. Equit. dictus à Dictatore M. Val. Max. ann. V. C. CCCCLII. cùm abſente Dictatore pabulatum exiſſet, circumuentus ex inſidiis, aliquot ſigna amiſit, fœdaq́ ſuorum cæde & fuga in caſtra compulſus eſt. Liuius 10.

¶ Παύλλοι nomen hoc gemino L ſcribunt. An notauit tamen Fuluius Vrſinus, reperiri veterẽ denariũ, qui tantùm vnũ habeat.

M. Æmilius M. F. L. N. Paulus, Conſul ann. V. C. CCCCXCIIX. cũ Ser. Fuluio Nobiliore collega claſſe 300. nauiũ primùm in Siciliam, deinde in Africam trãſgreſſus, Carthaginenſibus 114. naues ademit. Res vtriuſq; proſpere geſtas naufragium in mari Siculo deformauit, cùm ex 300. vix 80. naues incolumes manſiſſent. Polybius, Liuianæ epitomes autor lib. 18.

L. Æmilius M. F. M. N. Paulus, Conſulatus duos geſſit. Priore domuit Illyrios, quemadmodum authores ſunt Polybius 3, & Florus 2. cap. 6. Altero, cùm interceſſiſſet biennium, contra Hannibalem pugnãs apud Cannas, rebus perditis, perire maluit, quàm videri ſuorum ciuium deſertor, cùm collegam, pugnæ tam infelicis autorem, fugere non puduiſſet. Liuius 22. Polybius 3. Florus 2. c. 6. Oroſius 4. cap. 15. Eutropius 3. cap. 5. Plutarch. in Hannibale. Horatius hanc viri fortitudinem admiratus li. 1. Carmin. Od. 12. ſic canit:

——animæq́ magnæ
Prodigum Paulum, ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam Camœna.

Filia eius Tertia Æmilia Scipionis Africani cõiunx fuit, de qua præclarè Suidas *Αἰμιλία*, Valerius lib. 6. cap. 7. Gellius lib. 6. c. 8. Liuius Paulum etiã Pontificẽ fuiſſe ſcribit.

L. Æmilius Paulus L. F. cum M. Æmilio Lepido Ædilitatem & Præturã geſſit. Ex Prætura Hiſpaniam vlteriorem ſortitus, ann. V. C. DLXIII. cum triumpho in vrbem

vrbem rediit. Deinde primo Conſulatu, cùm antè tres repulſas ſuſtinuiſſet, de Liguribus triumphauit. Iterum Conſul Perſen, Macedonum regem, bello victum apud Samothracas cepit, & in triumpho duxit. In hac lætitia duos filios amiſit. Quare progreſſus ad populum, fortunæ gratias egit, quòd ſi quid aduerſi Reipublicæ imminebat, ſua eſſet calamitate deciſum. Ob hæc omnia & à populo & à Senatu ei conceſſum eſt, vt ludis Circenſibus triumphali veſte vteretur. Obiuit & Cenſuram cum Quinto Martio Philippo. Deceſſit in tanta egeſtate, vt ex auctione bonorum eius vix redactum ſit, vnde dos vxori redderetur. Hæc erat Papyria, Caii Papyrii Maſſonis, Conſularis viri, filia, quam tot liberorum matrem repudiarat. Reliquit autem ex ea quatuor liberos ſuperſtites, duos filios, ſed in adoptionem datos, Scipionem Africanum Æmilianum, & Fabium Maximum Æmilianum, filias Æmilias duas, quarum alteram Catonis Cenſorii filio, alteram Quinto Ælio Tuberoni collocarat. Hæc ex Liuio, Floro, Paterculo & Plinio. Deſcripſit vitam eius copioſiſſimè Plutarchus. De eodem Suidas λεύκιος.

¶ De Tertia F. eiuſque omine, Valer. lib. 1. cap. 5.

Lepidi.

In Lepidorum gente, tres, intermiſſo ordine, obducto membrana oculo genitos, ſcribit Plinius ſeptimo, capite duodecimo.

Marcus Æmilius, Marci Filius, Marci Nepos, Lepidus, Conſul anno vrbis conditæ quingenteſimo viceſimo primo, quo Caius Flaminius legem tulit, vt Picenum, vnde Galli Senones pulſi erant, Romanis militibus diuideretur, quæ res maioris belli cauſa fuit, quomodo ſcribit Polybius. apud Liuium bis Conſulem & Augurem fuiſſe, legimus, & filios eius tres, Lucium Marcum & Quintum belli Punici ſecundi anno quarto per triduum ludos funebres & gladiatorum duo & viginti paria, in foro dediſſe.

¶ Marcus Æmilius Lepidus, Prætor per annum primum & ſecundum belli Punici ſecundi, petitor Conſulatus anno tertio, cùm à plebe Caium Terentium Varronem prælatum, ac Senatum ſtudere Lucio Æmilio Paulo cerneret, cum cæteris competitoribus à petitione deſtitit. Liuius 22.

DXLI. Marcus Æmilius Lepidus, Ædilis curulis, & anno proximo, id eſt belli Punici ſecundi ſexto, Prætor, peregrinam iuriſdictionem, quam ſors dederat, Attilio collegæ, Prætori vrbano, mandauit, vt Luceriam prouinciam cum duabus legionibus haberet. Tertio anno pòſt, mortuo Marco Æmilio Numida, Decemuiro ſacrorum, in eius locum ſuffectus eſt. Liuius viceſimoquarto & viceſimoſexto. Hunc puto Marci Æmilii Conſulis & Auguris filium fuiſſe.

M. Æmilivs, Marci Filivs, Marci Nepos, Lepidvs, & in ædilitate & in Prætura collegam Lucium Æmilium Paulum habuit. Ædilitatem Liuius inſignē fuiſſe ſcribit, multis pecuariorum ab vtroque damnatis, ex qua pecunia clypea inaurata in faſtigio Iouis ædis poſuerint, ſtructis duabus porticibus, vna extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adiecto, altera à porta Fontinali ad Martis aram, qua in campum iter eſſet, perducta. Conſul cū Caio Flaminio collega Ligures domuit, deinde viam à Placentia, vt Flaminię committeret, Ariminum perduxit. Obuenit ei & Conſulatus alter duodecimo pòſt anno. Interim anno vrbis conditæ quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, defuncto Caio Seruilio Geminio, Pontificatus maximi ſacerdotium obtinuit, & mox anno ſequenti Cenſor creatur, collegam ſortitus Marcum Fuluium Nobiliorem, cum quo nobiles ei intercedebant inimicitiæ, quas tamen vterque cùm id vellet Senatus, depoſuit, eſtq́; ab eis fideli concordia Senatus lectus, tribus tantùm ordine motis. Lepidus ipſe princeps Senatus conſtitutus, eum honorem ſextis Cenſoribus continuauit. Atque horum omnium authorem habemus Liuium. Mortuo Ptolemæo Philopatore, cùm Alexandrini miſiſſent ad Romanos, petentes tutorem pro pupillo quinquenni, quem filium Ptolemæus reliquiſſet, miſſus eſt Marcus Lepidus in Ægyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli adminiſtraret. Iuſtinus lib. trigeſimo, Tacitus ſecundo, Valerius libro ſexto, capite ſexto. Cneo Tremellio Tribuno plebis quòd cum Marco Lepido iniurioſè contendiſſet, ſacerdotium & amplitudinem ipſius nihil reueritus, grauis mulcta dicta eſt. Priuſquam decederet, præcepit filiis,

¶ Cicero de prouinc. conſularib. Val. lib. 4. cap. 2. Gellius lib. 12. cap. 8.

lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpura efferent, in reliquum funus ne plusquàm æris denos conſumereut: imaginum enim ſpecie non ſumtibus nobilitari maximorum virorum funera ſolere. Autor epitomes Liuianæ libro quadrageſimoſeptimo, & quadrageſimooctauo. ¶ Ad regiam huius Lepidi tutelam pertinet argenteus denarius, in cuius vna parte turrita imago Ægypti ſignata eſt, cum litteris ALEXANDREA; in altera inſcriptio, M. LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR REG. EX SC.

Vide Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pagina vigeſimanona.

Marcus Æmilius Lepidus, Pontificis Maximi Filius confligente cum Antiocho Lucio Scipione, caſtris præerat Tribunus militum. Is fugam ſuorum cernens, cum præſidio omni occurrit, & ſtare primò, deinde redire in pugnam iubebat, pauorem & turpem fugam increpans. Illi minis & terrore victi, cùm ſe ferro & vulneribus ab eo peti vidiſſent, in pugnam redeunt. Æmilius cum ſuo præſidio (duo millia erant virorum fortium) ſecutus, Regi acriter teſtitit, eaque res præcipuum ad victoriam momentum attulit. Rex namque eos, quorum terga viderat, pugnam repetentes, & aliam à caſtris, aliam item ex acie affluentem turbam conſpiciens (nam aderat, læuo hoſtium cornu fugato, frater Eumenis, Attalus) cum ducentis equitibus in fugam equum vertit, Romanis victoriam cedens. Sic Liuius trigeſimoſeptimo. Vide an idem ſit, de quo Valerius Maximus libro tertio, capite primo. Ad Conſulatum euectum, non eſt dubium: ſed quo anno hunc honorem obierit, quingenteſimo nonageſimoſexto ne an ſexcenteſimo vigeſimooctauo, nondum mihi ſatis compertum eſt, propter authoritatem Ciceronis, de qua inferius dicam. Franciſcus Maturantius in Pilippic. decimatertia Ciceronis indoctè huic tribuit, quæ à Liuio & cæteris in Marcum Æmilium Porcinam conferuntur.

Marcus Æmilius Lepidus Porcina, fors ſuperioris frater patruelis, vir Conſularis, Augur & Orator enituit. Conſulatum geſſit cum C. Hoſtilio Mancino anno vrbis conditæ ſexcenteſimo decimoſeptimo. Procõſul aduerſus Vacceos profectus, cladem ſimilem Numantinę paſſus eſt. Liuius quinquageſimoſexto. Patereulus ſcribit, a Cenſoribus, Caſſio & Cæpione, quod ſex millibus ædes conduxiſſet, adeſſe iuſſum, Valerius verò libro octauo, capite primo accuſatum a Lucio Caſſio crimine nimis ſublime extructæ villæ in Alſienſi agro, graui mulctâ à populo affectum tradit. Cicero in Bruto & ſummum Oratorem habitum, & ſcriptorem ſanè bonum fuiſſe confirmat, in quo Latinorum omnium primo & lenitas illa Græcorum apparuerit, & verborũ comprehenſio cum artifice ſtylo.

Marcus Æmilius Lepidus, Conſul anno vrbis conditæ ſexcenteſimo viceſimo octauo cum Lucio Aurelio Oreſte, quibus Conſulibus quartos ludos ſeculares celebratos eſſe ex Quindecimuirum commẽtariis, aſſerit Cenſorinus in de die natali. Hunc Æmilium Pontificis Maximi nepotem fuiſſe, reor, & auum Æmilii Lepidi Triumuiri, licet Cicero Philippica decimatertia Pontificem Maximum Triumuiri, qui & ipſe Pontifex Maximus fuit, proauum faciat, quod temporum puto rationem non admittere, cum à primo Conſulatu Lepidi Pontificis Maximi vſque ad primum Conſulatum Triumuiri centum quadraginta vnus anni intercedant.

MARCVS ÆMILIVS LEPIDVS, Triumuiri pater, nixus fauore & potentia Pompeii Conſulatum aſſecutus eſt in annum vrbis conditæ ſexcenteſimũ ſeptuageſimũſextum. Quod Sylla iniquiſſimè ferens; *Vide, inquit, ò adoleſcens, ne nimium læteris: validiorem enim tibi aduerſarium conſtituiſti.* Nec falſus vates Sylla fuit. Inito namque magiſtratu, acta Syllæ reſcindere tentauit. Cui cùm aduerſaretur Quintus Catulus collega, habitis aliquot turbidis concionibus, in Hetruriam abiit; vt inde arma & exercitum vrbi admoueret. Sed pulſus à Catulo & Pompeio, qui Miluium pontem & Ianiculum occuparant, hoſtis iudicatus eſt. Cedens igitur retrò in Sardiniam fugit, vbi morbo & pœnitudine rerum geſtarum interiit. Liuius nonageſimo, & Florus in fine tertii. Plinius libro ſeptimo capite trigeſimoſexto, & Plutarchus in Pompeio charitate Apuleiæ coniugis, cùm eius adulterium reſciuiſſet, poſt repudium periiſſe tradunt. Illud ſatis conſtat, eodem Plinio teſte

teſte libro trigeſimoſexto, capite 6. non in baſilica modò AEmilia, ſed & domi ſuæ primùm omnium limina ex Numidico marmore poſuiſſe magna reprehenſione, nec fuiſſe ea ætate domum quàm Lepidi pulchriorem. Oroſius libro quinto, capite vigeſimoſecundo, filium illi fuiſſe refert Scipionem, qui Albæ occiſus ſit.

M. ÆMILIVS LEPIDVS F. Cæſarianis partibus ſtudens, primùm Prætor, deinde Magiſter Equitum, poſtremò Conſul Cæſaris beneficio factus eſt, & quidem in tertii Conſulatus collegium aſſumptus. Poſt cædem Cæſaris, in confuſione rerum omnium, ſacerdotium maximi Pontificatus intercepit. Deinde profecturus in decretam ſibi prouinciam Hiſpaniam, in Gallia ſubſtitit, vbi non multo pòſt profugum ex clade Mutinenſi M. Antonium, coactus ab exercitu, in caſtra ſuſcepit, coniunctis eum eo copiis, cùm & Aſinius Pollio, & Munatius Plancus, & Ventidius eodem vires ſuas contuliſſent. Sarta mox inter ipſos & Cæſarem Octauianum gratia, conſtituendæ reipublicæ Triumuiratus inuaditur. Nec mora, M. Antonius L. Cæſarem auunculum, AEmilius L. Paulum fratrem, quòd ab ipſis hoſtes iudicati eſſent, proſcripſere. Nec defuit L. Planco gratia ad impetrandum, vt frater Plancus Plotius vnà proſcriberetur. Proinde inter iocos militares, triumphantibus ſimul Æmilio & Planco, cum ſumma execratione ciuium & hic verſus vſurpatus eſt:

De Germanis nō de Gallis ambo triumphant Conſules.

Triumphauit autem Lepidus ex Hiſpania pridie Calend. Ianuarii, anno vrbis conditæ ſeptingenteſimo decimo, cùm ex eadem ante quadriennium triumphaſſet, Quinto Fuſio & Vatinio Conſulibus. Stetit aliquandiu hæc Triumuirorum concordia. Sed

O dare ſumma Deos faciles, eademq́; tueri Difficiles.

Euocatus a Cæſare Lepidus ad Siculi belli ſocietatem, cùm à victoria, Pompeii exercitum ſibi coniunxiſſet, quia propior erat, cœpit homo vanus & ſegnis inſoleſcere, inflatuſque amplius viginti legionum numero in id furoris & amentiæ proceſſit, vt victoriam ſuam interpretaretur, Cæſarique denunciaret, excederet Sicilia. Verùm mox omnibus copiis à Cæſare exutus, amiſſa potentia & dignitate, quam tueri non potuit, cum ſe Cæſaris genibus aduolutiſſet, tantùm vitam & ſuarum rerum poſſeſſionem obtinuit. Circeios in perpetuum relegatus. Authores horum Paterculus, Appianus & Suetonius.

Marcus AEmilius Lepidus, Triumuiri ex Iunia, Bruti ſorore, filius, iuuenis forma quàm mente melior, conſilium inierat interficiendi Cæſaris, ſimul ab Alexandrino bello in vrbem reuertiſſet. Sed a C. Mæcenate, quem Cæſar vrbis cuſtodiæ præfecerat, per ſummam quietem & diſſimulationem obſeruatus, vbi de conſiliis eius conſtitit, mira celeritate, nullaque rerum aut hominum perturbatione, oppreſſus eſt. Seruilia vxor, cognito illius interitu, viuo igni deuorato, mortem ſibi conſciuit. Paterculus & Liuius centeſimo trigeſimotertio.

Lucius Æmilius Marci Filius Paulus, Triumuiri frater, Quæſtor duos nefarios patriæ proditores domeſticis legibus exterminauit, vt Cicero in Vatinium. Ex eodem magiſtratu Macedoniam ſortitus eſt. Præturam geſſit Domitio & Meſſala Coſſ. teſte Cicerone pro Milone. In Conſulatu partes Cæſaris ſibi tuendas ſumſit, donatus mille & quingentis talentis, ex qua pecunia poſtea nobiliſſimam in foro baſilicam extruxit, quæ Pauli baſilica dicta eſt, quam Plinius inter magnifica opera vrbis Romæ connumerat. Dion ſcribit, porticum, quæ dicta ſit Pauli, cùm iterum Conſul eſſet in parte anni, Domitio & Soſio Conſulibus conſecraſſe, libro quadrageſimonono. Proſcriptus à fratre, quem hoſtem iudicarat, parcentibus militibus, nauigauit ad Brutum, vt tradit Appianus. Deinde Miletum ſe tranſtulit, ex quo loco paulo poſt, nondum confecta pace, reuocatus, in vrbem rediit, Auguſto Cæſari ſic probatus, vt ad Cenſuram eum euexerit, & filio illius Lucio Paulo Iuliam neptem collocarit. Vxorem habuit Corneliam, Publii Cornelii Scipionis Naſicæ & Scriboniæ, quæ Auguſto nupſit, filiam, ex qua tres liberos ſuſtulit, Lepidum, Paulum & AEmiliam Lepidam, vt eſt apud Propertium Elegiarum quarto. Cæterum de baſilica Pauli amplius conſulendi Cicero ad Atticum lib. 4. Plinius lib.

libro trigeſimoſexto, cap. decimoquinto. Appianus bell. ciuil. libro ſecundo. Plutarchus in Cæſare, Dion lib. quinquageſimoquarto.

M. Æmilius Lepidus L. F. vir moderatus & ſapiens, & ob id ab Auguſto ad Conſulatum perductus ann. V. C. DCCLVIII. Huic paternæ anguſtiæ, & nobilitas ſine probro acta, honori fuere. Auguſtus ſupremis ſermonibus de iis agens, qui imperium vel impares ambirent, vel ſuffecturi abnuerent, capacem imperii dixit, ſed aſpernantem. Sub Tiberio miſſus eſt in Aſiam. Deceſſit ſub eodem anno principatus eius 19. V. C. DCCLXXXV. Corn. Tacitus 4. & 5.

Æmilia Lepida, filia, Druſo, Germanici filio, nupta, crebris criminibus maritum inſecuta, quanquam inteſtabilis tamen impunita agebat, dum ſuperfuit pater Lepidus. Pôſt à delatoribus corripitur ob ſeruum adulterũ, nec dubitabatur de flagitio. Ergo omiſſa defenſione, finem vitæ ſibi poſuit, anno principatus Tiberii 22. Tacitus 5.

L. Æmilius Paulus, alter Cenſotis ex Cornelia filius, Conſul fuit cum C. Cæſare, Auguſti F. anno V. C. DCCLIII. Vxorem duxit Iuliam, Auguſti neptem, ex qua illi filia Æmilia Lepida nata eſt, quam ſibi deſponſatam Claudius, Germanici frater, qui poſt imperauit, quòd parentes eius Auguſtum offendiſſent, adhuc virginem repudiauit. Eandem App. Iunio Syllano nupſiſſe, infrà in familia Cæſarum docebimus. Paulus deinde in Auguſtum coniurauit, quæ res haud dubiè morte illi conſtitit. Phil. Beroaldus huius vult Corneliam illam Scriboniæ, quam patri dedimus, coniugem fuiſſe, manifeſto lapſu.

Æmilia Lepida, Cenſoris F. M. & L. fratrum ſoror, cui nupſerit, quamue fortunam habuerit, nondum comperi.

¶ M. Æmilius Lepidus, Conſul anno V. C. DCLXXXVIII. quas res geſſerit, nuſquam, quod ſciam, traditur. Vxor illi fuit Cornelia illa, mirificè caſta, teſte Aſconio Pediano.

ÆMILIA LEPIDA, quo patre prognata, compertum non habeo, profectò ſuper Æmiliorum decus L. Sylla & Cn. Pompeio proauis clara (nam matrem habuit Corneliam, natam Fauſto Sylla, Syllæ Dictatoris F. cui nupta eſſet Pompeia, Pompeii M. filia) tum L. Cæſari quondam vxor, & Diuo Auguſto nurus deſtinata, accuſatur ſub Tiberio, ſimulauiſſe partum ex P. Quirinio diuite & orbo, adiecta adulteria, venena, quæſitumque per Chaldæos in domum Cæſaris. Etſi autem à Manio Lepido fratre defenderetur, interdictum tamen ei aqua & igni, & Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur. Petiit anno principatus Tiberii ſexto. Tacitus tertio. Meminit Suetonius in Tiberio, & generoſiſſimam fœminam vocat, tum de reliqua eius hiſtoria nonnihil variat. Ad hanc pertinet inſcriptio, quæ extat Bergomi in æde D. Agathæ: Pudens M. Lepidi L. Grammaticus.

Procurator eram Lepidæ, moreſque regebam.
Dum vixi, manſit Cæſaris illa nurus.

Inſcriptionum antiq. pagina nonageſimatertia.

Marcus Æmilius Lepidus Q. F. M. N. Conſulatum geſſit cum Statilio Tauro circa extrema tempora Auguſti anno V. C. DCCLXIII. Fit mentio illorum Pandect. vigeſimonono, tit. de Senatuſconſulto Silaniano. &c.

Q. Æmilius L. F. M. N. Lepidus, Coſ. ann. V. C. DCCXXI. De rebus geſtis huius Æmilii nihil prætereà inuenio.

M. Æmilius Lepidus, ſtuprauit Agrippinam, Germanici F. annis eius puellaribus, vt Tacitus libro decimoquarto. Adiicit tamen fœdiora Dion libro quinquageſimonono, & in matrimonio eum habuiſſe narrat ſororem Agrippinæ, Druſillã. Cùm Caligulæ familiariſſimus eſſet, ſic quidem, vt beneficio eius quinquennio antè quàm legibus permitteretur, magiſtratus adierit, & principatus ſucceſſor deſtinatus fuerit, tamen in eum coniurauit. Quo conſilio patefacto, punitus eſt ab eo capite. Dion ibidem, Suetonius in Caligula capite vigeſimoquarto, in Claudio capite nono. De hoc puto accipiendum illud Senecæ libro primo epiſtol. epiſtola quarta. *C. Cæſar iuſſit Lepidum Dextro Tribuno præbere ceruicem* &c. Meminit Philo inuectiua in Flaccum. ¶ I. Lipſius comment. in lib. decimũquartum Taciti L. AEmilio Paulo & Iulia natum ſuſpicatur. Et memorabilis de eo & aliis

& aliis tribus infauſtis Lepidis Rutilii locus in Itinerario, quem ſubiicio:

Haud procul hinc petitur ſignatus ab Herculeportus:
Vergentem ſequitur mollior aura diem.
Inter caſtrorum veſtigia ſermo retexit
Sardoam, Lepido præcipitante fugam.
Littore namq; Coſæ cognatos depulit hoſtes,
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.
Ille tamen Lepidus peior, ciuilibus armis,
Qui geſſit ſociis impia bella tribus.
Inſidias pacis moliri tertius auſus,
Triſtibus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæſareo dum vult irrepere regno,
Inceſti pœnam ſoluit adulterii.

Æmilia Lepida, Galbæ Imp. vxor, duorum ex illo filiorum mater extitit. Suetonius.

Lepidus, Neronis magiſter, citatur inter declamatores Senecæ controuerſia 12. lib. tertii.

Lepidi, vt opinor, Æmilii, Proconſulis ſub Marco Imp. & eius fratris, fit mentio apud Lucianum in Alexandro.

¶ M. Æmilius Numida, X. Vir ſacrorũ, obiit belli Punici ſecundi ann. nono, id eſt, V. C. DXLIIII. Liuius.

¶ Æmilia, Veſtalis, de qua Valerius lib. 1. cap. 1. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 2.

Regilli.

M. Æmilius, Regillus, Flamen Quirinalis, cùm in comitiis Conſularibus ſors prærogatiuæ iuniorum antè exiſſet, ab eaque Conſul ipſe cum T. Octacilio dictus eſſet, diſſuadente Q. Fabio Max. qui comitia habebat, quòd aliis viris aduerſus Hannibalẽ opus eſſet, facti Conſules ſunt ipſe Q. Fabius quartùm, M. Marcellus tertiùm. Deceſſit Scipione Coſ. ann. V. C. DXLIX. duobus filiis relictis, L. & M. Æmiliis Regillis. Liuius belli Pun. ſecundi 4. & nono.

L. Æmilius Regillus M. F. Prætor lectus ann. V. C. DLXIIII. L. Scipione & C. Lælio Coſſ. claſſem aduerſus Antiochi regis præfectos ducens, ad Myoneſum cum eiſdem nauali prælio conflixit, 42. nauibus illorum partim captis, partim incenſis & demerſis. Tam clara victoria maris imperio potitus, biennio pòſt de rege Antiocho ſplendidiſſimum triumphum egit. Liuius 37.

M. Æmilius, cũ fratre Prætore profectus, Sami ante eius victoriam deceſſit. Liuius ibidem.

P. Æmilio Pauli F. Pal. Regillo XV. *Viro F. Sagus faciendis præfecto vrbis iuridicund. Quæſtori Tiberii Cæſaris Aug. patrono.* Hæc inſcriptio extat Sagunti in Hiſpania. Inſcript. antiq. pag. 22.

Regillus, Lepidi filius, memoratur Ciceroni ad Atticum. lib. 12. epiſt. 23.

Scauri.

Authorem & principem familiæ Scaurorum non eſt dubium, inſigni tumore & prauitate talorũ notabilem fuiſſe. Hi enim Grammaticis Scauri dicuntur, vel Horatio teſte, cuius verſus ſunt libro 1. Sermonum Sat. 3.

At pater vt gnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium, non faſtidire. Strabonem
Appellat Paetum pater: & pullum, male paruus
Si cui filius eſt: vt abortiuus fuit olim
Siſyphus: hunc varum diſtortis cruribus, illũ
Balbutit Scaurum prauis fultum male talis.

Cognomen à pedum vitio ductum tranſiit ad poſteros, quorũ virtute & potentia paulatim in ſummæ nobilitatis appellationem ceſſit.

Scaurum præclaræ indolis adoleſcentẽ, militaſſe ſub Paulo & Varrone Coſſ. aduerſus Hannibalem, multorumq; populorum ducem fuiſſe, tradit Silius Punicorum 8. Sed hoc cùm ſit Poeticum, & ad gẽtis fortaſſe gratiam effictum, ad hiſtoriæ fidẽ trahi non ſuſtinet.

Primus Scaurorum Æmiliæ gentis occurrit L. Æmilius Scaurus. Militauit is ſub L. Æmilio Regillo, qui Prætor L. Scipione Conſule, claſſi contra Antiochum præfuit. Miſſus eſt igitur ab eo Scaurus cum 30. nauibus Helleſpontum ad exercitum Conſulis traiiciendum, cùm ipſe Prætor nauali pugna regiam claſſem profligaſſet. Liui. 37.

M. ÆMILII SCAVRI, qui poſtea Princeps Senatus extitit, domus, tribus ſupra eũ ætatibus iacuit. Nam neque pater, neque auus, neque etiam proauus honores, ob rei familiaris tenuitatem, adepti ſunt, quemadmodum eſt author Pedianus. Pater eius quamuis patricius, ob paupertatem carbonariam exercuit. Ipſe primùm dubitauit, honores peteret, an argentariã faceret. Sed eloquentiæ conſultus, ex ea gloriam pepetit. Primùm in Hiſpania corniculum meruit, ſub Horeſte in Sardinia ſtipendia fecit. Ædilis iuri reddendo magis quàm muneri edendo ſtuduit. Prætor aduerſatus Iugurthæ, tamẽ eius pecunia victus eſt. Con-

¶ Vide Ciceronem in orat. pro Muræna, Plutarchum de fortun. Rom.

ſul ann. V. C. DCXXXIX. legem de ſumtibus & libertinorum ſuffragiis tulit, P. Decium Prætorem tranſeunte ipſo ſedentem, iuſſit aſſurgere, eique veſtem diſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eum in ius iret, edixit. Proconſul Ligures domuit, deque his triũphauit. Cenſor viã Æmiliã ſtrauit, põtẽ Miluiũ fecit, tantumq; authoritate potuit, vt Opimiũ contra Gracchũ, Mariũ contra Glauciã & Saturninũ priuato conſilio armaret. Idem filium ſuum, quòd præſidium deſeruerat, in conſpectum ſuum vetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem ſibi conſciuit. Senex cùm à Vario Trib. pleb. argueretur, quaſi ſocios & Latium ad arma coegiſſet, ad populum ait: *Varius Sucronenſis Æmilium Scaurum, principem Senatus, ait ſocios ad arma coegiſſe. Scaurus negat. Teſtis eſt nemo, vtri potius credendum putatis?* Ea voce ita omnium animos commutauit, vt ab ipſo etiam Tribuno dimitteretur. Hæc ex ſcriptore virorum illuſtrium. Salluſtius Scaurum hominem nobilem, impigrum, factioſum, auidum potentiæ, honoris, diuitiarum, fuiſſe tradit, & qui vitia ſua callidè occultaret, eoque Iugurthæ largitiones, quòd eas famoſas & impudentes videret, metu primùm inuidiæ repudiaſſe, poſtea tamen in legatione cum Calphurnio Beſtia Coſ. non ita ab iis abſtinuiſſe, docet. Sed & Plinius lib. trigeſimoſexto, capite decimoquinto, rapinas eius notans, cùm de Curione loquatur: *Vnde*, inquit, *illi vitricus Sylla, & Metella mater, ſectrix proſcriptionum? vnde M. Scaurus pater, toties princeps Senatus, & Marianis ſodalitiis rapinarum prouincialium ſinus?* M. Cicero hunc Scaurum inter Oratores reponit, deq; eo ſic iudicat: *In oratione*, inquiens, *Scauri, ſapientis hominis & recti, grauitas ſumma, & naturalis quædam inerat authoritas, non vt cauſam, ſed vt teſtimonium dicere putares, cùm pro reo diceret. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videbatur, ad ſenatoriam verò ſententiam, cuius ille princeps erat, vel maximè: ſignificabat enim non prudentiam ſolùm, ſed quod maximè rem continebat fidem. Huius & orationes ſunt, & tres ad L. Fuſidium ſcripti libri de vita ipſius acta, ſanè vtiles, quos nemo legit. At Cyri vitam & diſciplinam legunt, præclaram illam quidem, ſed neque tam rebus noſtris aptam, nec tamen Scauri laudibus anteponendam.* Hactenus Cicero. Vxor Scauro fuit Cæcilia, Q. Metelli Pii filia, quam poſtea L. Sylla duxit. Ex hac filium reliquit M. Æmiliũ Scaurum, & filiam Æmiliã, quæ primùm M. Acilio Glabrioni, deinde à L. Sylla vitrico Pompeio Magno collocata, mox apud illum ex partu deceſſit. Cæterũ quod ſuprà de filio ad mortem adacto retulimus, idem traditur à Valer. Maxim. libro quinto, cap. octauo, & à Frontino libro quarto. Idem Valerius libro quarto, cap. quarto citat de vita hiſtoriam eius: *M. Scaurus*, inquit, *quantulam à patre hereditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de vita ſua ſcripſit, refert.* Addit Tacitus in Agricola, hoc inſtitutum citra fidem, aut obtrectationi ei nõ fuiſſe: *adeò*, inquit, *virtutes iiſdem temporibus optimè æſtimantur, quibus facilimè gignuntur* &c. Agit de eodem idem Valerius lib. 8. cap. 5.

¶ Strab. li. 5.

¶ Adde quæ habet Aſconius in Scaurianam, Val. lib. 3. cap. 7. Quintilianus lib. 5. cap. 12.

M. Æmilius Scaurus Hortenſius, functus Conſulatu an. V. C. DCXLVI. aliquantò pòſt legatus Conſulis aduerſus Cimbros profectus eſt: à quibus fuſo Romano exercitu captus cùm ab iis in conſilium euocatus, deterreret eos, ne Alpes tranſirent, Italiam petituri, eò quòd diceret, Romanos minimè vinci poſſe, à Bolo rege, feroce iuuene, peremptus eſt. Liuius ſeu Florus abbreuiator lib. ſexageſimoſeptimo. Oroſius 5. capite ſexto. De hoc Cicero in Bruto: *M. Scaurus*, inquit, *non ſæpè dicebat, ſed politè, Latinè verò inprimis eſt eleganter locutus.* Hunc Scaurum arbitror ſuperioris fratrem patruelem, vel certè propinquum fuiſſe. Etſi in pleriſq; codicibus non Æmilius ſed Aurelius vocatur.

M. Æmilius Scaurus, eius, qui Princeps Senatus extitit, F. Syllæ priuignus, quo victore & munifico in ſocios victoriæ, ita abſtinens fuit, vt nihil neque donari ſibi voluerit, neque ab haſta emerit. Ædilitatem ſumma magnificentia geſſit, adeo vt in eius impenſa opes ſuas abſumſerit, magnũque æs alienum contraxerit. Ex Prætura prouinciam Sardiniam obtinuit: in qua neque ſatis abſtinenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & valde arroganter, quod genus morum in ipſo paternum videbatur, cùm cætera induſtria nequaquam par eſſet. Erat tamen aliquando inter patronos cauſarum, ac poſteaquam ex prouincia rediit, dixit pro C. Catone, iſque abſolutus eſt. Ipſe cùm ad Conſulatus petitionem Romã rediſſet ad 3. Calend. Quintilis, querentibus de eo Sardis, poſtulatus eſt repetundarum ab App. Valerio Triario adoleſcento apud

apud M. Catonem Prætorem pridie Nonas Quint. Summam autem fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn. Pompeii ponebat affinitate: habebat enim Mutiam, Scæuolæ filiam, in matrimonio, dimiſſam à Pompeio, & ex ea filium, liberorum Pompeii fratrem. Sed à Pompeio parum adiutorii ſenſit, offenſiore ob id, quòd ducta Mutia, iudicium ipſius de ea, propter impudicitiam dimiſſa, leuius feciſſe videretur. Defenſus eſt à ſex patronis, P. Clodio Pulchro, M. Marcello, M. Calidio, M. Cicerone, M. Meſſala Nigro & Q. Hortenſio. Ipſe quoque Scaurus pro ſe dixit, ac magnopere iudices mouit ſqualore & lachrymis, tum AEdilitatis effuſæ memoria. Proinde honeſtiſſimè abſolutus, & quidem amplius ſententiis 60. cùm vix 8. damnaſſent. Author horum Aſconius. De Ædilitate eius ſic loquitur Plinius lib. trigeſimoſexto, cap. decimoquinto, *M. Scauri*, inquit *neſcio an AEdilitas maximè proſtrauerit mores ciuiles, maiuſque ſit Syllæ malum tanta priuigni potentia, quàm proſcriptio tot millium. Hic fecit in AEdilitate ſua opus maximũ omnium, quæ vnquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, verùm etiam æternitatis deſtinatione: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine* CCCLX. *columnarum, in ea ciuitate, quæ ſex hymettias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. Ima pars ſcenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiã poſtea genere luxuriæ. Summa tabulis inauratis columnæ, vt diximus: imæ duodequadragenûm pedum. Signa ærea inter columnas fuere tria millia numero. Cauea ipſa cepit hominum 80. millia, cùm Pompeii amphitheatro toties multiplicata vrbe, tantoque maiore populo. ſufficiat large quadraginta millia ſedere. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, vt in Tuſculanam villam reportatis, quæ ſuperfluebant, quotidiani vſus deliciis, incenſa villa ab iratis ſeruis, concremaretur ad bis milies ſeſtertium*, &c. Addantur inſuper, quæ Cicero habet pro Seſtio & ad Atticum libro quarto, Plinius libro octauo, cap. decimoſeptimo, & vigeſimoſexto, libro trigeſimoquinto, capite 11. Valerius Maximus lib. ſecundo, cap. 1. Solinus c. 31. & 36. Docet Ioſephus Pompeii in bello Mithradat. Proquæſtorẽ fuiſſe. Vide Antiquit. lib. decimoquartum, capite quarto & nono. de bell. Iudaic. lib. 1. cap. 4. & 6.

L. Æmilius Scaurus, Proconſul Syriæ, & qui eam prouinciam cum Q. Martio Criſpo volens [illegible] Caſſio ceſſerit, citatur Ciceroni Philipp. 11.

M. Æmilius Scaurus, M. cuius paulò antè meminimus F. M. qui Princeps Senatus fuit, N. poſt cædem Cæſaris, cùm ſequutũ eſſet bellum Philippenſe, profligatis partibus, ſe ad Pompeium, cuius frater vterinus erat, contulit, teſte Appiano libro quinto. Deinde perditis Pompeii rebus, ad Antonium tranſiit, victo autem Antonio, cùm morti & ſupplicio deſtinatus eſſet, Muciæ matris precibus vitam obtinuit, quemadmodum tradit Dion lib. quinquageſimoprimo. Vt autem pro patre M. Cicero, ita pro hoc Aſinius Pollio dixit, id quod liquet ex Fabii Quintiliani libro ſexto, capite primo.

Mamercus Æmilius Scaurus, M. Scauri, principis Senatus, pronepos, virq; Conſularis, floruit ſub Tiberio, inſignis nobilitate & orandis cauſis, ſed vita probroſus. Hunc labefecit odium Macronis: is enim detulerat argumẽtum tragœdiæ, à Scauro ſcriptæ, verſibus additis, qui in Tiberium flecterentur. Accuſatores Seruilius & Cornelius adulterium Liuiæ & ſacra Magorũ obiectarunt. Scaurus, vt dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteiuit, hortante Sextia vxore, quæ incitamentum mortis & particeps fuit. Tacitus libro quinto, qui illum & tertio libro patruum & vitricũ L. Syllæ, nobilis adoleſcentis, vocat. De cauſis interitus paria Tacito memorat Diõ libro quinquageſimooctauo. In hoc Scaurorum familiam extinctam, tradit Seneca Suaſoria ſecunda, qui illius inſuper quædam vitia refert de beneficiis 4. Idem non tantùm diſertiſſimum hominem, ſed & venuſtiſſimũ fuiſſe ſcribit, & qui nullius vnquam impunitam ſtultitiam tranſire paſſus ſit. Montanum item Vatienum, ſolitum ſententias ſuas repetere, appellatum ab eodem Ouidium inter Oratores. Et, non minus magnam virtutem eſſe, ſcire deſinere, quàm ſcire dicere. Vide Controuerſ. librũ primum, controuerſ. ſecund. Declamationum lib. 4. declam. 5. ¶ Vitia Scauri huius etiam hoc breui Tertulliani ſtigmate notantur de Pallio: *Dabo catharcticum impuritati Scauri, & alea Curii, & vinolentia Antonii.*

ÆMILII, ſecundum cognomenta congeſti.

Æmilius Alba, Ciceroni ſcurra & gladiator dicitur in Verrin.

Æmilius Ælianus, Conſul anno V. C. DCCCLXVIII. ſub Traiano.

M. Æmilius Ælianus Cordubenſis, reus factus eſt, quòd inter alia malè opinari de Auguſto Cæſare ſoleret. De quo Cæſar ad accuſatorem conuerſus: *Velim*, inquit, *hoc mihi probes: faciam ſciat Ælianus, & me linguam habere, plura enim de eo loquar.* Nec quicquam vltrà, aut ſtatim, aut poſtea inquiſiuit. Suetonius Tranquillus.

Æmiliæ C. F. Æquæ Sacerd. Diuæ Plotinæ colleg. gent. titulo vſa. Hæc inſcriptio extat Brixiæ, teſte Apiano inſcript. antiq. p. 66.

M. Æmilius Auianus, amicus Ciceronis, Epiſtolarum 13.

Æmilius Aſper, interpres Virgilii, citatur à Probo & Macrobio.

L. Æmilius Bucca F. adfuit M. Scauro in iudicio. Aſcon. Pedianus.

Æmiliæ Calliopæ Curtia Priſca patrona lib. b. m. Hæc inſcriptio legitur Romæ in domo Platinæ. Inſcript. antiq. pag. 313.

AEmiliæ Chryſidi lib. & coniugi V. A. XXXII. *C. AEmilius Calpurniã. Vit. N. Sur. & ſibi N. P.* Hæc extat in Germania. Inſcrip. antiq. pag. 432.

AEmilius Dexter, inter alios magiſtratus & Præturam geſſit vrbanam. Liquet id ex Pand. 26. de tutoribus & curat. datis.

AEmilius Frontinus, Proconſul Aſiæ, vt opinor, ſub Marco Imperatore. Citatur hiſtoriæ Eccleſ. 5. c. 7.

AEmilio Furio reſcripſerunt diui fratres, Pand. 50. de legationibus.

AEmilius Ianuarius Martianæ:

Inuide quid gaudes? illa hîc mihi mortua viuet,
Illa meis oculis aurea ſemper erit.

Antiquitates Fabricii pag. 75.

AEmilius Iucundus, præfectus alæ in bello Iudaico ſub Veſpaſiano, cæſus eſt à Iudæis. Ioſephus lib. 2. cap. 24.

AEmilius Iucundus (ſic enim malo legere, quàm Iunctus) Conſul ſub Commodo cum Attilio Seuero, pulſus eſt in exilium. Lampridius.

AEmilius Largianus, ab Ouinio fundũ Puteolanũ lege commiſſoria emit, cui defuncto Rutiliana pupillaris ætatis ſucceſſit. Cæterũ ab eodem Ouinio, cũ illi nulla ſolutio facta eſſet, eundem fundũ emit Claudius Telemachus. Paulus Pand. lib. 4. tit. 4. l. 38.

AEmilius Macer Veronenſis, Poeta, cuius meminit Ouidius, ſcripſit de auibus, ſerpentibus & herbis. Citatur à Plinio & Nonio Marcello. Deceſſit in Aſia ſub Auguſto, teſte Euſebio. Lõgè diuerſus eſt ab hoc, qui vulgo extat, vtpote Galeno poſterior.

AEmilius Macer, Iuriſconſultus, ſcripſit de re militari lib. 2. de pub. iudiciis 2. de officio præſidis 2. de appellationibus 2. εἰκοστῶν, ſiue ad legem viceſimam hæreditatum 2.

L. AEmilius Maternus, cum AEmilia Materna F. & Fabia Fuſca cõiuge, memoratur in antiquitatibus Hiſpanicis. Inſcript. pag. 7.

AEmilia Muſa, locuples fœmina ſub Tiberio, cuius inteſtatæ bona, in fiſcum petita, AEmilio Lepido, cuius è domo videbatur, Imperator conceſſit. Tacitus 2.

AEMILIVS PAPINIANVS, Iuriſconſultus. De hoc agemus, in Papiniis. Habet autem nomen id epiſtola Iuſtiniani ad Tribonianum, præmiſſa Pandectis, & altera C. lib. 1. tit. 17.

AEmilius Parthenianus, Tyrannidis affectatores hiſtoriæ tradidit. Gallicanus in Auidio Caſſio.

M. AEmilius Philemon, M. AEmilii Lepidi libertus tempore Ciceronis. Aſcon. Pedianus.

AEmilia Pietas viua cõparauit ſibi & Pamphilio & libertis ſuis, libertabusq́, poſterisq́ ſuis In. Fr. P. XI. *in agro P.* XI. Hæc inſcriptio extat Romæ. Inſcript. antiq. pag. 298.

AEMILIVS PROBVS, ſcripſit de externis imperatoribus. Alii tamen opus illud Cornelio Nepoti attribuunt. Quod emendatiſſimum demum in lucem prodiit opera Dionyſii Lambini.

AEmilius Ptolemæus, refertur Pand. 49. de iure fiſci. L. 47. Alius ab hoc Ptolemæus eſt, cuius vt ad miraculum diuitis meminit ex authoritate Varronis Plinius libro 33. cap. 10.

AEmilius Regulus (fors Regillus) ex Corduba originem ducens, coniurauit in C. Cæſarem Caligulam. Ioſephus 19. capit. primo.

AEmilius Rufus, ſub Corbulone præfectus equitũ in Armenia, quòd hoſti ceſſiſſet, notatus eſt ignominia. Vide Frontinum 4. cap. 1.

AEmilio Sequeſtri reſcripſit D. Pius Pand. 36.

AEmilius Sura de annis P. R. citatur à Paterculo.

T. AEmi-

T. Æmilius Syrus, cum Meſia Fortuna coniuge, memoratur in memoriis Italicis. Inſcript. antiq. pag. 60.

Æmilio Tironi reſcripſerunt diui fratres, Pand. de effractoribus & expilatorib.

ÆMILII ſine cognomentis.

Æmilio reſcripſerũt AA. & CC. 5. Cod. titul. 12.

C. Æmiliæ, Valerianus & Gallien. AA. 4. Cod. tit. 6.

Æmilia virgo damnata. Feneſtella apud Macrobium 1. cap. 6. Liuius. 63. Oroſius 5. cap. 15.

Æmilio, Proconſuli Africæ, reſcripſit Pius Pand. 5.

Q. Æmilius & T. Numicius, Trib. pleb. quòd illorũ authoritate pax ad furcas Caudinas cum Sammitibus facta eſſet, eiſdem, vt pax ea repudiaretur, dediti ſunt. Cicero off. 3.

ÆMILIANI.

Æmilianus, Græcus Rhetor, citatur Senecę Controuerſiarum 6. cont. penultima.

Æmilianus, inter duces Peſcennii Nigri victus à Seuero.

ÆMILIANVS, dictus Imperator, Vibiũ Gallum, cum filio ſuperauit, & cecidit. Ipſe quarto pòſt mẽſe à ſuis militib. interemtus eſt, cum VALERIANVS imperare diceretur.

ÆMILIANVS alius, vnus è 30. Tyrannis ſub Gallieno. Trebellius. Petiit in Ægypto, ac fieri poteſt, vt ſit idem, qui imperante Gallieno Tarraconenſis Hiſpaniæ præſes, incendio puniuit Fructuoſum Epiſcopum cum duobus Diaconis Augurio & Eulogio, quemadmodum tradit Prudentius.

Æmilianus, laudatur apud Libanium in epiſtolis ab oratione coram Imp. Iuliano habita.

¶ ÆSOPVS, libertus Demoſthenis, conſcius adulterii, quod cũ Iulia patronus admiſerat, tortus diutiſſimè, perſeuerauit non prodere patronum, donec aliis coarguentibus ipſe fateretur. Macrobius Saturnal. 1.

ÆTEII.

P. Æteius, appellatur Ciceroni 1. de diuinatione vir bonus, & ciuis egregius, notatus tamen ab Appio Cenſore, quòd M. Craſſo, in Parthos eunti, auſpicia ementitus eſſet.

C. Æteius, Pompeianus fuit, cui Cæſar ignouit. Commentario quinto, etſi illic, vt opinor, mendosè Ceretius legitur.

T. Æteius, Eques, Romanus, in Venere periit. Valerius 9. cap. 12. & Plinius 7. capit. 53. Apud vtrumque tamen perperam Ætherius legitur.

¶ ÆTERNINVS Fronto, magiſter duarũ Alexandrinarum legionum. Ioſephus belli Iudaici 7. cap. 9.

¶ ÆTERNALI reſcribitur ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

¶ AETIVS, dux Valentiniani III. Imp. Celebris ob nobilem de Attila, rege Hunnorum, victoriam. Interficitur demum eiuſdẽ Imperatoris iuſſu, fraude Maximi ad id facinus inducti. Nam alius ex amicis ab Imperatore interrogatus: Ecquid Aetii mortẽ ex vſu reipub. fore cẽſeret? *Nequaquam*, inquit: *imò ſi illum virum è medio ſuſtuleris, ſiniſtra manu dextram tibi amputabis.* Vide de hac hiſtoria cùm alios, tùm omniũ pleniſſimè explicantem Carolum Sigonium de imperio occident.

¶ AFFABILI reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 51.

AFRANII.

C. Afranius Stellio, Prætor fuit an. V. C. DLXIX. Liuius 39.

L. AFRANIVS, Poeta, togatarũ ſcriptor, homo peracutus, & in fabulis diſertus. Quintilianus eum in togatis excellere ſcribit, vnum notans, quòd argumenta fœdis puerorũ amoribus inquinarit, amores ſuos faſſus. Horatius indicat, illum iudicio multorum cum Menandro compoſitum. Inquit enim ad Auguſtum ſcribens,

> *Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro.*

Huius illud eſſe de Senectute volunt: *Mala ætas nulla delinimenta inuenit.* Citatur apud Nonium Marcellum in Vopiſco, Priuigno, Suſpecta, Epiſtola, Diuortio, Fratribus, Compitalibus, Materteris, Homine, Promo, Auctione, Augure, Incendio, Emancipato, Depoſito, Pompa, Cineratio, Brunduſinis, Crimine, Virgine, Excepto, &c. apud Sex. Pompeium, in Prodito, Repudiato, Roſa, Abducta, Ida, Conſobrinis.

¶ Fragmenta eius, ſumma accuratione à Roberto Stephano congeſta, edidit Henricus Stephanus.

T. Afranius, in bello ſociali dux hoſtium, à Romanis in pugna cæſus. Appianus primo.

L. AFRANIVS A. F. Conſulatum geſſit an. V. C. DCLXXXXIIII. cum Metello Celere. Cicero ad Attic. in fine primi non Cõſulatum, ſed Pompeii Magni ὑπώπιον fuiſſe

ſcribit. Legatus Pompeii in Hiſpania, vnà cum Petreio ſupplex pacem petere, & copias ſuas dimittere, per Cæſarem coactus eſt. Vnde poſtea apud Pompeium proditionis illum accuſauit Accius Rufus. Periit in Africa poſt pugnam Thapſitanam, à militibus Cæſaris, in cuius poteſtatem viuus peruenerat, per diſſenſionem interemptus. Cæſar Comment. primo, vbi & filii eius meminit, 3. & 5.

C. Afrania, Licinii Bructionis vxor, pro ſe ipſa ſemper apud prætorem dixit. Vixit ad ſecundum Iulii Cæſaris conſulatum. Valerius 8. cap. 3.

P. Afranius, homo popularis, cùm per aſſentationem, & quidē iuratus, dixiſſet, ſi C. Cæſar conualeſceret, ſe libenter moriturum, ille, vbi conualuit, promiſſum ſibi reddi voluit, & hominem mori coegit. Dion. 58.

¶ Afranius Quintilianus, Senator, coniurauit in Neronem. Tacitus 15.

¶ Afranius Burrhus, Præfectus prætorio fit ſub Claudio beneficio Agrippinæ, homo ſeuerus, & cum Seneca Neronis Imperatoris iuuentam conceſſis voluptatibus gubernare ſolitus. Deceſſit de vita principatus Neronis anno 8. incertū valetudine an veneno. Valetudo ex eo coniectabatur, quòd in ſe tumeſcentibus paulatim faucibus, & impedito meatu, ſpiritum finiebat. Plures iuſſu Neronis, quaſi remedium adhiberetur, illitum palatum eius noxio medicamine aſſeuerabāt, & Burrhum intellecto ſcelere cùm ad viſendum eum princeps veniſſet, aſpectum eius auerſatum, ſciſcitantique, hactenus reſpondiſſe: *Ego me bene habeo*. Ciuitati grande eius deſiderium māſit, per memoriam virtutis, & ſucceſſorum ſegniciem atq; libidinē. Tacitus 12. 13. & 14.

¶ Afranius Dexter, vir Conſularis ſub Traiano, quem inter amicos ſuos numerauit Martialis lib. 7. Periit in Conſulatu, incertum, ſua, an ſuorum manu peremptus, ſcelere an obſequio. Plinius Epiſtolarum 7.

¶ Afranius Hanniballianus, vir magnus & Conſularis ſub Diocletiano, Præfectus item vrbi ſub eodem.

¶ Sex. Afranius Serenus, cum Sympheruſa vxore, refertur in memoriis Rom. Inſcript. antiq. pag. 276.

¶ Africano reſcribitur à Gordiano A. C. lib. 6. tit. 3.

¶ Agapæ ab AA. & CC. Cod. 8. titul. 28.

¶ Agathae ab iiſdem C. 5. tit. 73.

Agatho Dæmoni ab Anton. A. ibidem titul. 62.

¶ Agennius Vrbicus, citatur Cælio Rhodigino pag. 119.

¶ Agillus Septennio, Pantomimus ſub Antonino Pio, refertur Manutio in Orthographia in voce Lanuinus.

¶ Aglao reſcribitur ab Ant. A. Cod. 5. titul. 12.

¶ Agrecius, Grammaticus, ſcripſit libellum de proprietate & differentiis Latini ſermonis.

¶ Agrippinae reſcribitur à Gordiano A. Cod. 5. tit. 12.

¶ C. Agrius, Eques Romanus, & P. Agraſius, inducuntur à M. Varrone cum C. Fundanio ſocero in primo de re ruſtica.

M. Agrius, argentarius. De hoc Valerius lib. 8. cap. 4.

¶ Agricolaus, agens vicem Præfecti prætorio ſub Diocletiano. Martyrologium 3c. Octobris.

Agricolaus, ſub Licinio Imper. præſes in Armenia minore. Meminit idem 11. Martii.

ALBII.

Albii & Granii, item Albutii, meminit Cicero de Orator. 2.

Sex. Albius, pater L. Albii Quirinatis, quem M. Cicero virum bonum, & cū primis honeſtum, vocat pro P. Quintio.

Pro Albio quodā dixiſſe ſe, & Pompeium, ſcribit Cicero 2. de legibus.

¶ Albius Tibullus, ſcribendis elegiis clarus, laudatur Ovidio & item Quintiliano. Ad hunc ſcribit Horatius Odarum 1. & item epiſtolarum 1.

¶ Albius Maximus, vir doctus Martiali in fine 11.

¶ Albius Sabinus, memoratur Ciceroni ad Att. 13. pag. 490. Fors ad hunc pertinet, quod ſcribit ad eundem Atticum de Albiano negotio pag. 551. & 554.

Albius quidam, notatur ab Horatio, vtpote qui ad inſaniam vſque miraretur & amaret vaſa ex ære Corinthio, Sermonum 1. Sat. 4.

Hunc capit argenti ſplendor, ſtupet Albius ære, &c.

¶ Albia Terentia, mater Othonis Imperatoris.

¶ Albidius, cum luxu facultates prodegiſſet, ac nouiſſime domum, quæ ſola reſtabat,

reſtabat, incendio perdidiſſet, Cato ſic in eum iocatus eſt, vt diceret, eum proteruiam feciſſe; quæ enim abſumere nequiſſet, ignem deuoraſſe. Macrobius Satur. 2. capite 2.

¶ C. Albinivs, *σύγχορτος* Ciceronis. Meminit eius vt proximi vicini in 13. ad Att. epiſtola 26.

ALBINI ſeparatim poſiti.

L. Albinus C. F. Paterculus, Trib. pleb. cùm primum creati ſunt. Liuius ſecundo, & Aſconius Pedianus in orationes Ciceronis.

L. Albinus, itidem homo de plebe, fugiens Gallos, ſacra P. R. virginesque Veſtales, & ipſas fugiẽtes, ſuis deſcendere iuſſis, in currum accepit. Liuius 5. Val. Max. 1. capite 1.

M. Albinus, homo plebeius. Trib. mil. Conſulari poteſtate anno vrbis conditæ CCCLXXVI.

A. Albinus, Prætor Siciliæ, bello ciuili partium Cæſaris. Appianus.

A. Albinus, legatus Dolabellæ, 4. legiones, quas ex Ægypto adducebat, C. Caſſio tradere coactus eſt. Appianus quarto. Apud Ciceronem, libro duodecimo epiſtolarum Allienus vocatur. Vide Halienos.

Albinus Poeta, res geſtas P. R. carmine complexus eſt: cuius ex lib. 1. hi verſus citantur, de Pompeio, opinor.

Ille, cui ternis capitolia celſa triumphis
Sponte Deûm patuere, &c.

Albina, mater Senecæ, ad quam eius extat Conſolatio.

C. Albinus, Senator, cuius filiam duxit P. Seſtius, ille, pro quo extat Ciceronis oratio. Cicero epiſtolarum decimotertio ad Rutilium, & in oratione pro Seſtio.

Albino, præfecto vrbis Romæ, reſcribitur à Val. Theod. Arcad. AAA. 6. Cod. titul. 1.

ALBINOVANI.

P. Albinouanus, pulſus eſt vrbe cum Mario. Poſtea transfugit ad Syllam, cæſis primùm per fraudem ducibus aliquot Cinnanis. Appianus lib. 1.

P. Albinouanus, Pontifex tempore Ciceronis, cùm ille haberet orationem de haruſpicum reſponſis. Meminit eius & in oratione in Vannium.

¶ Albinouanus Celſus, comes & ſcriba Cl. Neronis. Scribit ad hunc Horatius lib. 1. Epiſtol.

¶ Albinouanus Pedo, inter Poetas ſui temporis connumeratus, celebratur ab Ouidio. Fabius hunc inter Heroicos reponit. Meminerunt eius & Seneca & Martialis. Seneca elegantiſſimum fabulatorem fuiſſe ſcribit Epiſtola 123. & libro ſecundo Controuerſiarum pag. 565. Meminit & carminis eius de nauigatione Germanici in oceano. ¶ Fragmentum carminis huius adhuc hodie extare, ſcribit I. Lipſius comment. in lib. 2. Taciti.

¶ Albicerivs, diuinator Carthaginẽſis, homo flagitioſiſſimus. Mira de illo tradit D. Auguſtinus Academicorum 1.

¶ Alcimvs, ſeruus, puto, fuit Martialis, quem decorat Epitaphio lib. 1.

Alcimus Auitus, Poeta, quæratur in Auitis.

ALBVTII.

T. Albutius, Græcus homo ac leuis, Proprætor Sardiniæ. Cicero in de prouinciis Conſularibus. Cùm in Sardinia triumphaſſet, Romæ damnatus eſt. Cicero in L. Piſonem Idẽ exul, puto, fuit Athenis. Tuſcul. 5. De hoc amplius videtis Ciceronem de Finibus in principio, & in Bruto, & in de prouinciis Conſularibus. Citantur in Finibus verſus Luciliani, quibus vt Græculus notatur. M. Varro libro tertio, de re ruſt. capite ſecundo teſtatur, ſcripſiſſe eum Satyras Luciliano ſtylo, cùm quidem hominem apprime doctum appellet.

M. Albutius, defenſus à Cæſare Strabone. Cicero Offic. ſecundo, Suetonius in Cæſare.

¶ C. Albutius Silus Nouarienſis declamator, de quo vide Senecam procem. libri ſeptimi Controuerſ. Homo ſummæ probitatis, qui nec facere iniuriam, nec pati ſciret. Dicere ſolebar, cùm res animum occupauit, verba ambiunt. Seneca. Vide Suetonium Tranquillum in de claris Rhetoribus, & Volaterranum in Anthropologia, etſi per errorem ex vno duos facit. Floruit ſub Auguſto, vt Chronol. Euſebii ad Olympiad. 193.

Albutius, Medicus, citatur à Plinio 29. cap. 1.

¶ *P. Albutius Sabinus C. F. & C. Albutius Sabinus C. F. fratres, ſibi & C. Albutio C. F. Rufo patri.* Hæc inſcriptio extat Taurini in Italia, teſte Dominico Machaneo.

¶ C. Albutius Galenus VI. vir refer-

tur in memoriis Comenſium, Inſcript. antiq. pag. 76.

¶ C. Albutius Blandiro VI. vir cum Bellatula Caluentii F. vxore, & Viria, Virii F. vxore. Ibidem pag. 81.

Albutia Sex. F. Exorata L. Apitii Burtidii coniux. Ibid. pag. 87.

Albutius, inquit Quintilianus, *non obſcurus profeſſor atque author*, &c. Neſcio an de C. Albutio Silo, declamatore illo, dicat, vel de alio.

¶ Albutilla, multorum amoribus famoſa, damnatur ſub Tiberio. Tacitus libro 5.

ALEDII.

Aledius, Cæſaris partium, citatur Ciceroni ad Att. libro 12 epiſt. 2. pag. 439. & iterum pag. 459.

Aledius Seuerus, Eques Rom. impulſus Agrippinæ gratia, matrimonii legem eius exemplo ſuo confirmat. Tacitus lib. 12.

Aledius neſcio quis, memoratur Iuuenali Satyra 5.

ALENII.

Alenius Paſtor, citatur Senecæ inter declamatores ſui ſeculi.

L. Alenius, tabulas publicas tranſcripſit, chirographum, ſex primorum ſolertiſſimè imitatus. Cicero de natura Deorum 3.

M. Alenius M. F. Fab. Craſſus Cæſonius Trib. mil. præfectus fabr. IIII. vir. Inſcript. antiq. pag. 338.

Alexandri, ſeparatim poſiti.

Alexander, Philoſophus Peripateticus, præceptor Neronis Imp. nominatæ eundē ſolebat LVTVM SANGVINE MACERATVM. Auctor Suidas, qui de eo, & altero Neronis magiſtro, Cheræmone, addit: *Malorum diſcipulorum, vt opinor, peiores fuerunt magiſtri. Virtus enim doceri, & vitium excoli poteſt.*

Alexandro reſcribitur ab AA. & CC. 4. C. de rebus creditis, item tit. 29. & 49. Fors idem cum ſequenti.

Alexander Carthagine dictus Imperator, à Conſtantini exercitu iugulatur. Aurelius Victor.

ALFII.

Alfios nunc per f. nunc Alphios per ph. ſcriptos inuenio. Arbitror eoſdem eſſe, quamuis ſcriptura variet.

¶ L. Alfius Maximus, cum Alfia Chryſopolide vxore, refertur in monumentis agri Capuani, Inſcript. antiq. pag. 133.

¶ Marcus Alfius Flacconius, accuſauit damnauitque Sex. Clodium. Aſconius pagina 11.

¶ Alfius Marius, ſummus Campanorū magiſtratus, cæſus à Tib. Graccho. Liuius lib. 23.

Alfius, fœnerator, cuius eam ſententiā adfert Columella lib. 1. cap. 7. *Vel optima nomina nō appellando fieri mala.* Meminit eiuſdem Alfii & Horatius in Epodo.

¶ Alfius Flauus Prætextatus, apud Ceſtium controuerſias declamabat: Semper autem commendauit eloquentiam eius aliquid extra eloquentiam. In puero declamante lenocinium erat ingenū ætas. Seneca controuerſiarum libro primo, contr. 1. Meminit eiuſdē lib. 2. contr. 7. lib. 3. contr. 5. declamat. lib. 1. declam. 1.

Alfius, ſcriptor belli Carthaginenſis, citatur Feſto Pompeio non longè poſt vocē Mamers. ¶ De eodem Fragmentum pag. 8. Fors hic eſt, cuius meminit Plinius 9. cap 8.

¶ Alfius Auitus, libros Poeta cōpluſculos, vſus dimetro perpeti, conſcripſit excellentium. Sic Terentianus.

Alfio Grationi reſcripſerūt AA. & CC. 5. C. tit. 61.

Alfio item Ant. A. 9. C. tit. 47.

ALIPII.

¶ C. Alipius Daduchus Pætus. Sic enim legere malo, quàm quomodo excuſum eſt, Calupius Daduchus &c. Refertur in memoriis Italicis, Inſcript. antiq. pag. 308.

Alipius, nobilis adoleſcens, ob leuem errorem relegatus ſub Valentiniano. Ammianus lib. 28.

Alipius, diſcipulus Auguſtini, & ſimul cum ipſo baptizatus. Auguſtinus.

Alipio ſuo ſcribit Sanct. Ambroſius Epiſtolarum 8.

ALLIENI.

Eiuſdem eſſe gentis arbitror Halienos & Allienos, ac primùm quidem Halienos appellatos, poſtea detracta aſpiratione, & L. geminato, vocari cœptos Allienos.

L. Halienus anno V. C. CCLXXXXIX. L. Tarpeio A. Aterio Coſſ. Ædilitatem plebis geſſit, cùm anno ſuperiori Trib. pleb. fuiſſet. Liuius lib. 3.

M. Halienus Pelignus à Scipione Æmiliano, cæſo hoſte, in acie ſeruatus eſt. Cicero Tuſculanarum 4.

Allienus, vnus ex vilioribus patronis, tātùm

tùm

tum in clamando robuſtus & exercitatus, vt liquet ex diuinatione Ciceronis. Aſcon. Pedianus nomẽ id non proprium, ſed appellatiuum eſſe, docere volens, mirum quàm friuolo argumento ad hoc vtatur.

A. Halienus, primùm legatus Q. Ciceronis in Aſia fuit vt teſtis eſt Cicero ad Q. fratrem ſcribens epiſtolarum lib. 1. Prætor tempore belli ciuilis, Cæſaris partes ſecutus eſt, ſub quo Proconſul etiã Siciliam tenuit, vt liquet ex epiſtolarum familiariũ Ciceronis lib. 13. epiſtola 79. & commentario belli ciuilis 5. Sed illic Alienus appellatur, in Epiſtolis verò ad Atticum lib. 10. epiſtola antepenultima Halienus, quomodo & Philippica 11. vbi Cicero familiarem illum ſuum & neceſſarium vocat. Legatus Dolabellæ Cos. adductas ex Aegypto legiones 4. Caſſio tradidit, ipſo Caſſio teſte in epiſt. ad Ciceronem lib. 12. Appiano, mendosè opinor, Albinus vocatur. Agit de eodem Strabo lib. 16. Dion lib. 42.

T. Allienus, ductis ordinibus ſub Cæſare, per ignominiam cum aliquot aliis dimiſſus eſt. Hirtius commentario 5.

Allieno reſcribunt Valerianus & Gall. AA. 10. Cod. tit. 16.

A. Allienus Q. F. Chreſimus, apud Manutium in Orthographia.

ALLII.

L. Allius Victor, refertur inſcriptionum antiquarum pag. 28.

C. Allius P. F. ſibi & Nouelliæ Fuſcæ vxori, C. Allio Maximo, C. Allio Fuſciano, C. Allio Gallioni. Et Nouellius Verus Cornelio Palmãtio, qui vixit in ſeculo ann. IIII. *menſ.* IIII. Hæc inſcriptio exſtat Mediolani. Vide inſcript. antiq. pag. 31. & ſeq.

ALPHENI.

Sex. Alphenus, neceſſarius Sex. Næuii, propinquus P. Quintii. Cicero pro P. Quintio.

¶ P. ALPHENVS VARVS vir Conſularis, Ser. Sulpicii diſcipulus, Iuriſconſultus, citatur à Gellio in collectaneis & 34. Digeſtorum. Reliquit autem Digeſtorum libros 40. quos Paulus in epitomen redegit. Conſulatum geſſit ſub Auguſto ann. V. C. DCCLIIII. poſt editum Chriſtum anno 3. Horatius Sermonum 1. Sat. 3. ab ingenii commendatione vafrum appellat, & ſutorem fuiſſe, oſtendit. Porphyrio & Acron, interpretes, Cremonenſem faciũt, ſimiliter Fulgoſus. Dion Publii filium vocat.

Alphenus Varus, partium Vitellij, in bello aduerſus Othonem præfectus caſtrorum fuit. Ab ea victoria cum iam Veſpaſiani duces ingruerent, in locum P. Sabini Prætorii præfectus conſtituitur. Corn. Tacitus lib. 18. & 19. qui & illum mox libro 20. extincto iam Vitellio, ignauiæ infamiæque ſuæ ſuperfuiſſe ſcribit.

Alphenus, Iuriſconſultus, fuit in conſilio Alexandri principis. Lampridius in eius vita.

Alpheno reſcribitur ab AA. & CC. 7. C. tit. 19.

¶ ALPINVS, malus Poëta, Memnonis, Auroræ filii, bella deſcripſit, ſed tàm malè, vt ab Horatio Memnona carminibus ſuis iugulare dicatur.

Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, &c.

Alpinus Montanus & D. Alpinus, fratres, de quibus Tacitus lib. 21.

¶ Q. ALPIONIA Chamilla, refertur in memoriis antiquis à Fabricio, annotante in Eunuchum Terentii hoc modo: *Chamillæ Alpioniæ Quintæ ornatrici Feſtus M. Septimii Galli diſpens. cotubernali b.m.f. & ſibi.*

¶ Q. ALSITIVS, refertur inſcript. antiq. pag. 40.

¶ AMANDO reſcribitur à Gordiano A. 7. C. tit. 53.

Amandus & Aelianus à Maximiano Herculeo in Galliis extincti.

¶ AMANTIVS, Conſul ſub Conſtantio.

Amantius Haruſpex, ſub Valentiniano damnatus, interiit, Ammianus 28.

¶ Amantius, ſpado ditiſs. ſub Anaſtaſio Imperatore, data pecunia imperium parare voluit Theocritiano cuidam, ſed à Iuſtino falſus eſt. Ille enim accepta pecunia, ſibi emit imperium.

¶ C. AMARANVS Apollinaris citatur à Frontino in de aquæductibus.

¶ C. AMASINIVS, Epicuream ſectam ſecutus eſt. Meminit illius Caſſius ad Ciceronem in familiaribus epiſtolis 15. Cicero Tuſculanarũ 4. in procemio, ſi tamen non mendosè, Amaſanium illum vocat. Petrus Victorius in vetuſtis codicibus vbique Amaſinium nominari ſcribit.

¶ C. AMATIVS, qui in nomen C. Marii inuaſerat, fugitiuus, vnco impacto punitus eſt. Cicero Philippica 1. Valerio in fine

libri noni Herophilus vocatur, & equarius medicus fuiſſe, qui C. Marium auum ſibi vindicauerit, traditur. De hoc puto loqui Ciceronem ad Att. lib. 14. pag. 528. Vide Appianum de bell. ciuili lib. lib. 3.

¶L. AMBIVIVS Turpio, fabularũ actor, cuius meminit M. Cicero in Catone maiore. Neſcio ad hunc an ad alium ſcribat Lucilius, in 6. de ling. Lat. citante Varrone.

Quid tibi ego ambages Ambiui ſcribere conor?

Meminit Symmachus lib. 1. epiſt. 25. & lib. 10. epiſt. 2.

M. Ambiuius & Menas Licinius, tum etiam C. Matius, quaſi quoddam tributum victui humano conferre dedignati non ſunt. Columella lib. 12. cap. 4.

¶AMBROSIO reſcribitur ab AA. & CC. 8. C. tit. 43.

¶AMESIA, Androgyne dicta, quòd ſuam ipſa cauſſam apud Prætorẽ L. Titium egiſſet. Vide Valerium Max. 8. cap. 3.

¶AMMIÆ reſcribitur à Seuero & Antonino 6. Cod. tit. 52.

¶AMMIANO ab Alexandro A. C. 4. tit. 30. alii item ab AA. & CC. 4. C. tit. 24. & 6. C. tit. 57.

M. Ammianus, Senatorius vir Conſtantinopoli opus, quod vocant Tetrapylũ cum duabus porticib. excitauit. Nicephorus 16. cap. 23. Vulgo legitur Mammianus.

AMMIANVS MARCELLINVS, ſcriptor Hiſtoricus, floruit ſub Iuliano & Valentiniano, Principibus.

¶AMINIVS Rebius, peritus legum & pecunioſus, iam ſenex inciſis venis ſub Nerone deceſſit. Tacitus 13.

¶AMMONIO, Præfecto Prætor reſcripſit Gordianus Aug. 6. Cod. tit. 45.

¶AMPHIBVLO Alexander Aug. 5. Cod. tit. 34.

AMPII.

T. Ampius & T. Labienus Tribb. pleb. tulerunt, vt Pompeius ludis Circenſib. corona aurea, & omni cultu triumphantium vti poſſet, quod tamen ille non plus quàm ſemel vſurpare ſuſtinuit. Auctor Paterculus. Cicero Epiſtolarum 6. hunc T. Ampiũ tubam belli ciuilis appellatũ à Cæſarianis ſcribit. Impetrauit Ciceronis & aliorũ opera reditum a Cæſare. Exſtat de hac re Ciceronis ad illum epiſtola lib. 6. 12. Vxor illi fuit Apuleia, filia Ampia. Pro eodem aliquando Pompeius & Cicero apud tribunal iudicum dixêre. Vide 2. de legibus. Citatur idem apud Suetonium in Cæſare: nam ſcripſiſſe illum clarorum virorum facta, Cicero cõmemorat. Sed in Suetonio Amprius nominatur, non Ampius; etſi in recentioribus Ciceronis epiſtolarum libris vbiq; Appius vocetur. Libertum eius T. Ampium Menandrum commendat Cicero Ser. Sulpitio lib. 13. Quid ſi patroni nomen fuit T. Appii, Ampii? Alioqui præter hunc neminem Ampium dictum legi, eoque nullam fuiſſe Ampiorum familiam, mihi perſuadeo. Nam quòd Manutius in 1. Epiſtolarum Ciceronis familiam eſſe aſſerit, cùm nullis id exemplis declaret, parum apud me momenti habet.

¶AMPLIATO reſcribitur ab Alexandro A. S. C. t. 56.

¶AMVLIVS, pictor grauis & Seuerus, idemque floridus, ſub Nerone. Vide Plinium 35. cap. 10.

¶ANASTASIA, martyr, cuius litteræ ad Chryſogonum, & huius ad illam leguntur apud Suidam Χρυσόγονος.

ANASTASIVS Imperator Conſtantinopolitanus. ¶De hoc cùm alii, tùm Suidas Ἀναστάσιος. Memorabilis eſt vox eius è reſcriptio ad Aſiaticum præfectum, qui mandatum eius de coercenda petulantia quorundam Eccleſiaſticorum ſine ſanguine ſe exequi non poſſe, ſignificarat: μηδὲ βούλεσθαι τιμωρεῖν· μηδ᾽ ἂν εἰ μικρὰν ἢ ἀξιόλογον ἢ ὑπὲρ αἵματος ῥανὶς ἐκχέοιτο.

Anaſtaſius, Pontifex Romanus ſub Honorio, laudatur Hieronymo.

¶ANATOLIVS, Priſci F. laudatur à parta victoria Libanio Sophiſtæ in Epiſtolis.

Anatolius alius, collega Valentiniani in tertio illius Conſulatu, anno V. C. M. C. LXXXXIII.

¶ANEPSIA, Victorini vxor, interemta ſub Valentiniano 1. Ammian. lib. 28.

ANCHARII.

Q. Ancharius, ipſo vidente Mario, confoſſus eſt, quòd ſalutanti fatalem dextram non porrexiſſet, vt tradit Appian. Apud L. Florum perperam Aquarius legitur.

Q. Ancharius, ſucceſſor L. Piſonis in Macedonia. Cicero in eundem L. Piſonem. Huic opinor ſcribere Ciceronem lib. epiſtolarum 13. Præturam geſſit cum Cn. Domitio, Marcellino & Philippo Coſs. Cicero pro P. Seſtio, cùm tertio anno antè Trib. plebis cum eodem fuiſſet.

C. Ancharius Rufus, è municipio Fulginate.

nate. M. Cicero pro Vareno, citante Priſciano lib. 7.

Ancharia (opinor Q. filia) C. Octauii coniunx, qua defuncta, vel repudiata, duxit Aceiam, Auguſti matrem.

Ancharius Priſcus, ſub Tiberio reſertur Tacito lib. 3.

Q. Ancharius, præſes orientis ſub Valeriano. Vopiſcus in Aureliano.

Ancharii, Proculus & Proculianus, Martiæ Martianæ matri ſanctiſſimæ. Inſcript. antiq. pag. 98.

ANICII.

¶ Q. Anicius Prænestinus, creatus Aedilis curulis per gratiam Cn. Flauii, cùm paucis antè annis hoſtis fuiſſet. Plinius 33, c. 1.

¶ L. ANICIVS GALLVS, Prætor ann. V. C. DLXXXVI iuriſdictionem peregrinam ſortitus eſt, pauloq; pòſt miſſus in prouinciã Illyricum, Gentium regem & Scodram ciuitatem, vbi regiam habebat, in poteſtatem redegit, deq; eo ſequenti anno triumphauit. Anno verò DXCIIII. Conſulatum geſſit. Liuius Decadis 5. lib. 5.

Anicia, T. Pomponii Att. conſobrina, vxor Seruii Sulpitii, fratris P. Sulpitii, qui Trib. pl. à Syllanis cæſus eſt. Nepos in vita Attici.

C. Anicius, ſamiliaris Ciceronis, quem ille commendat Q. Cornificio Proprætori Africæ, Epiſtolarum lib. 12.

T. Anicius, vir non admodum bonus & ſyncerus, vt liquet ex lib. 3. ad Q. fratrem epiſtola 1.

¶ Anicius Cerealis, vir conſularis, vim ipſe ſibi attulit ſub Nerone, minore Patrum miſeratione, quòd ab eo proditam C. Cæſari coniurationem meminerant. Tacitus 16.

¶ Anicius Maximus, Proconſul Bithyniæ fuit. Meminit illius Plinius epiſtolarum 10.

¶ Anicius Fauſtus, Conſul ſub Diocletiano, ann. V. C. ML. & præfectus vrbis ſub eodem.

¶ Anicius Iulianus, Conſul ſub Conſtantino, ann. V. C. MLXXIIII. & præfectus vrbis ſub eodem.

¶ Anicius Rufinus, Conſul anno ſequenti MLXXV.

¶ Anicius Paulinus, Conſul ann. V. C. MLXXVII. & præfectus vrbis ſub Conſtantino.

Anicius Paulinus iunior. Conſul ann. V. C. MLXXXVI. De hoc vide inſcriptionem in monumentis Rom. Inſcript. antiq. pag. 260. Exſtat & alia de hoc ipſo inſcriptio apud Barth. Martianum topographiæ veteris Romæ lib. 3. ſed vbi mendosè pro Anicio Paulino, Annio Paulino legitur.

Anicia P. L. Glycera cum elegantiſſima inſcriptione pag. 349.

¶ Aniciana mala referuntur Plinio lib. 15. cap. 14.

¶ Anicius Olybrius Aniciæ Probæ matri:

Conſimiles fratrum trabeis, geſtamina honorũ
Tertia, quæ deerant, addidimus titulis.
Dilectæ Probus hæc perſoluo munera matri,
Reſtituens ſtatuis præmia, quæ dederat.

Antiquitates Fabricii pag. 79.

ANNÆI, diuerſi ab Anneis.

Annæus Brocchus, Senator. Cicero in Verrem lib. 5.

M. Annæus, legatus M. Ciceronis in Cilicia, quem commendat Q. Thermo, Proprætori Aſiæ, epiſtolarum lib. 13.

Iunius Annæus Gallio, frater Senecæ egregius declamator, propria ſe manu interfecit, mortem eius Nerone in ſuam præſentiam differente. Tacitus lib. 15. Euſebius. Annæi Gallionis Conſulis meminit Plinius 31. cap. 6.

L. ANNÆVS SENECA, Stoicus, fratres Gallionem & Melam, filios, Senecam, Melam & Nouatum habuit. Sub Caio ferè periiſſet, quòd illo præſente in Senatu cauſam quandã benè egiſſet. Iuſſum mori dimiſit, perſuaſus à muliercula quadã, qua familiarius vtebatur, quòd phthiſi laboraret, nec in longum ſupereſſe poſſet. Dion 58. A Claudio in exilium pulſus, per gratiam Agrippinæ reſtitutus eſt, præceptor Neronis, ſub quo dato voluntario mortis genere, interiit. Vide Tacitum, vbiq; ei beneuolum, vti è diuerſo infeſtiſſimus Dion agnoſcitur. De Senecæ & Pauli Apoſtoli amœbæis epiſtolis neſcio quàm rectè Hieronymus de vita ſcriptorum Eccleſiaſtic. Meminit Columella lib. 2, c. 3. & virum excellentis ingenii atque doctrinæ vocat.

Mela, equeſtris ordinis, reus ex procuratione à Tiberio Principe accerſitus in ſumma deſperatione ſucco porri hauſto confeſtim ſine cruciatu expirauit. Plinius 19, cap. 6.

L. ANNÆVS LVCANVS, Poëta, Senecæ ex fratre Mela nepos, & ipſe ſub Nerone, cùm in eum coniuraſſet, inciſis venis periit. Plura Textor in voce Lucanus.

L. Annæus Seneca, Tragicus, Stoici F.

fuiſſe creditur: etſi opus illud Tragœdiarum non vnius eſſe hominis, Eraſmo videtur. De vita eius copiosè diſſeruere Petrus Crinitus lib. 3. Gyraldus dial. 8.

Annæus Serenus, familiaris Senecæ, alius puto fuit ab illo, qui vt homo furax notatur à Martiale in fine 8. Plinius Annæum Serenum, præfectum Neronis, eſu fungi ſuilli extinctum ſcribit, lib. 22. cap. 23. Vide Senecam epiſtol. 63. Tacitum lib. 13.

Annæus Placidus Herculi donum dedi. Hæc inſcriptio refertur in monumentis Rom. Inſcript. antiq. pag. 212. Idem poſtea T. vocatur pag. 260. Floruit ſub Conſtantino, fuitq; Conſularis.

P. Annæus Saturninus, & P. Annæus Secundus, referũtur inſcript. ant. pag. 371.

L. Annæus Poſidonius, itidẽ pag. 313.

Annæus Florus, ſcripſit ad Diuum Hadrianum, citante Chariſio.

ANNEII.

Ad gentem Anneiam pertinere Cornutos exiſtimo, etſi in Cæciliis quoque & Tertullis reperiuntur.

M. Anneius Cornutus, dominatione Cinnana euaſit opera ſeruorum. Prætor fuit in bello ſociali. Appianus 1.

C. Cornutus, Prætor Philippo & Marcello coſſ. ann. v. c. DCLXXXXVIII. Meminit eius Cicero in oratione habita in Senatu poſt reditum. Trib. pleb. fuit Piſone & Meſſala coſſ. quem Cicero ad Att. 1. epiſtola 11. Pſeudocatonem vocat.

C. Anneius Cornutus, Prætor vrbanus ſub aduentum Triumuirorum, manus ſibi attulit. App. 1.

C. Anneius Cornutus Leptites (Anneium namq; appellat Crinitus) ex Africa emicuit Romæ ſub Nerone interfectus demum ab illo vnà cum Muſonio Philoſopho. Multa eius ſcripta tàm in Philoſophia quàm Rhetorica feruntur. Erat diues & orbus, ſed præclari nihil habuit. Interim tamen plurimi eum audiuere, obſequii & aſſentationis ergò ad eum confluentes, & propter orbitatem ſpe hæreditatis. Auctor horũ Suidas, à quo tamen alii de Muſonio variant, qua de re infra. Agnoſcit hunc præceptorem Perſius, Poeta Satyra quinta multis illum laudibus vehens. Gellius noct. Att. lib. 9. cap. 10. libros illius de figuris ſententiarum citat.

Anneius Cornutus, alius opinor à ſuperiori, & Grammaticus, commentaria ſcripſit in Virgilium & Perſium. Citatur à Chariſio. Sed & M. Cornuti cuiusdam citat illud ex Satyra Fulgentius ad Chalcidiũ Grammaticum Titmilẽs do tibi Flacce.

Anneius Florus ad D. Hadrianum adducitur à Chariſio.

ANNII.

Gens Annia plebeia quidem fuit, ſed in qua tamen aliquot familiæ conſulares enituerunt.

T. Annius T. F. Luſcus, Conſulatum geſſit cum Q. Fuluio Nobiliore ann. v. c. DC. quem Cicero in Bruto non indiſertum fuiſſe ſcribit. Liuius 20. fere annis ante T. Annium Luſcum legatum cum duobus aliis ad explorandum Perſei regis animum miſſum ſcribit Decadis 5. lib. 2. Quod tamen ego ad patrem magis pertinere crediderim. ¶ De Cenſura eius cum eodem Q. Fuluio Nobiliore collega Fragment. Sex. Pompeii pag. 95.

T. Annius T. F. T. N. Luſcus, Conſul ann. v. c. DCXXVI. vir admodum ad interrogandũ & reſpondendũ promtus fuit. Accuſante n. Tib. Graccho: *Si tu*, inquit, *Tiberi, condemnare me velis, egoq; de tuis collegis aliquem appellaro, an illum, auxiliari mihi volentem, abrogabis?* Eo dicto Gracchus fertur obmutuiſſe. Plutarchus, in Gracchis. Oratio eius aduerſus Tib. Gracchum citatur à Sex. Pompeio lib. 17.

¶ L. Annius, Trib. pl. ann. v. c. D. C. XLIIII. magiſtratum continuare volens, inuitis collegis, magnas in repub. turbas excitauit. Salluſtius in Iugurtha.

C. Annius Lepti præfectus eſt à Q. Metello Numidico, teſte eodem Salluſtio. Hic, an alius, incertum mihi, à Sylla contra Sertorium in Hiſpanias miſſus, Liuium Salinatorem, ſibi reſiſtentem in Pyrenæis, per dolum occidit, Sertorium Hiſpania expulit.

P. Annius, ad occidendum M. Antonium miſſus, cum caput illius C. Mario pertuliſſet, ab illo complexu exceptus eſt. Eutropius libro 5. Valerius libro 8. cap. 9. lib. 9. cap. 2.

¶ P. Annius Aſellus, relicta hærede filia, deceſſit C. Licinio Sacerdote prætore, id eſt ann. v. c. DCLXXIX. Fratrem habuit L. Annium, cuius meminit Cicero Verrinarum 3.

¶ D. Annius Velina, vir prudens, & Orator tolerabilis, ætate C. Marij. Cicero in Bruto.

¶ C. An-

¶ C. Annius Bellienus, legatus M. Fonteii Prætoris in Galliis. Cicero pro Fõteio.

M. Annius, vir bonus & grauis, Cicero in Verr.

Q. Annius, ſocius Catilinæ, memoratur Salluſtio.

¶ T. Annivs Milo, è Lanuuio municipio familia Papia, vnde & C. Papius antea dictus eſt, adoptatus à T. Annio, materno auo, nomen illius vſurpauit. Quemadmodum autem Ciceroni deditiſſimus fuit, cuius & in Tribunatu plebis reſtitutionem enixiſſimè iuuit, ita Clodium, Ciceronis inimiciſſimum infeſtiſſimè ſemper inſectatus eſt, quem & tandem in petitione Conſulatus pertinacius aduerſantem occidit. Poſtulatus ob id capitali iudicio, defenſusque per Ciceronem ſumma fide & conſtantia, damnationem tamen effugere non potuit. Proinde Maſſiliam in exilium conceſſit. Bona eius propter æris alieni magnitudinem ſemunciа venierunt, vt Aſconius Pedianus pag. 95. Debuiſſe autem ſeptingenties ſeſtertium, id eſt, decies centena millia, & DCCL. M. veterum teſtimoniis conſtat. Certè in ludos ſcenicos, in munera gladiatoria, cæterasq; largitiones tria illum effudiſſe patrimonia, Cicero tradit. Maſſiliæ cum Ciceronis orationem pro ſe dictam, ſed aliquanto diligentius ſcriptam, legiſſet; *ô M. Tulli*, inquit, *ſi ſic dixiſſes, non eſitaret Maſſiliæ piſces barbatos Milo*. Coniugem habuit Fauſtam, Syllæ Dictatoris F. antea Q. Pompeio & C. Meminio nuptam. Flagrãte bello ciuili inter Pompeiũ & Cæſarem, euocatus à M. Cælio prætore, qui tũ propter nouarum rerum molitionem vrbe pulſus erat, in Italiam rediit. Vbi tentatis tanquam Pompeii iuſſu municipiis, in oppugnatione Coſæ lapide ictus interiit. Hæc ſummatim ex Cicerone, Cæſare, Aſconio Pediano, C. Plinio & Fabio Quintiliano.

Plinius li. 36. cap. 15. tantã æris alieni magnitudinẽ inter prodigia animi humani ducit.

¶ C. Annius Cimber, vt antiquarius, & affectatè loquens, citatur Auguſto apud Suetonium in epiſtola ad Antonium. Citatur etiam Virgilio apud Quintilianum lib. 8. cap. 3. Hic fratrem occidit: vnde eſt iocus Ciceronis Philipp. 11. *Germanum Cimber occidit.* etſi ibidem pro C. Annio Caninius legitur.

Annia, Cinnæ, quater Conſulis, vxor, quam poſt illius mortem ductam M. Piſo in gratiam Syllæ dimiſit. Paterculus.

L. Annius, militauit ſub T. Veſpaſiano in bello Iudaic. Ioſephus lib. 5. cap. 6. Hegeſippus lib. 4. cap. 19.

Annia, neſcio, quæ, propinquis adhortantibus, vt denuò nuberet: *Nequaquã*, inquit, *hoc faciam: ſi enim bonum virum nacta fuero, nolo timere ne perdam: ſin malum, quid neceſſe eſt, poſt optimum perpeti peſſimum?* Hieron. aduerſus Iouin. 1.

ANNII, ſecundum primarum in cognomentis literarum ordinem digeſti.

Annia Agathonica, meruit patronæ monumento celebrari. Antiquitates Fabricii pag. 81.

Annius Anulinus, præfectus vrbis ſub Diocletiano.

Annii, Celerio, & Celerinas, quærantur infra in Annia Maximina.

T. Annius Cherintus, memoratur Scardeonio in memoriis Patauinis pag. 76.

Annius Cornicula laudator Gallieni Principis, apud Pollionem.

L. Annio L. L. Diphilo maiori L. Annio L. L. Diphilo minori, L. Annius Diomedes, liberteis. Hæc inſcriptio Mantuæ extat prope ſtabulum curiæ in puteali quodam.

L. Annius Fabianus, conſul cum M. Nonio Mutiano fuit ſub Seuero anno V. C. DCCCCLIII. vt habent Catalogi Conſulum, & vetus inſcriptio Romæ in horto D. Baptiſtæ Iacobi Matthæi, Inſcrip. antiq. pag. 249. Opinor huic reſcribi a Seuero & Ant. AA. 4. C. tit. 26.

L. Annius Fabianus ſuperiore prior, floruit ſub Traiano, de quo hoc repertum eſt monumentũ Bacciæ in Vngaria: *L. Annio Fabiano III viro capital. Trib. pl. II. Aug. Quæſt. Vrban. Trib. pl. Pratori, Curatori via Latina leg. X. Fretenſis Leg. Aug. præfect. prætor, prouincia Dac. Col. Vlp. Traiani Sarmat.*

Annia Fauſtina, occiſa à Commodò A. quãuis eſſet conſobrina patris. Spartianus.

Annius Fecialis, vir doctus, citatur Plinio 34. cap. 6.

T. Annius Flauianus, aquarum curator Fl. Veſpaſiano quintum T. Veſp. Cæſ. tertium Coſſ. Frontinus.

C. Annius C. F. Pomp. Gallus, refertur in memoriis Italicis. Inſcript. ant. pag. 141.

Q. Annius Ianuarius, refertur in antiquitatibus Capuanis. Inſcript antiq. pagina 130.

Annius Libo, vir Conſularis. M. Antonini Philoſophi patruus.

Annia Iſias, refertur in Antiquitatibus Fabricij pag. 81.

Annia Maximina cum filiis, Celerione, Maximino & Celerinate, memoratur in memorijs Puteolanis. Inſcript. antiq. pag. 126.

L. Annius Modeſtus cum honorifica inſcriptione refertur in memorijs Italicis. Inſcript. antiq. pag. 110. & Sigonio pag. 147.

Annius Plocanius, maris rubri vectigal ſub Claudio redemit à fiſco. Plinius 6. cap. 22.

Annius Pollio, vixit ſub Tiberio, pòſt amicorum Neronis præcipuus, in quem tamen coniurauit. Tacitus lib. 5. & 15. Meminit eius Seneca de benef. 4.

Annius Rufus, procurauit Iudæam, quo tempore mortuus eſt Auguſtus. Succeſſit illi Valerius Gratus. Ioſephus 18. cap. 3.

Annia Rufilla fraudis ſub Tiberio damnata. Tacitus 3.

Annius Saturninus memoratur Ciceroni ad Attic. initio 5.

Annius Scapula, homo prouincialis, & equeſtris loci maximæ dignitatis & gratiæ, familiaris Q. Caſſii, Proprætoris, in cuius necē tamen cum aliis coniurauit. Hirtius Comment. 4.

L. Annius Setinus, Prætor Latinorum in Senatu Romæ alterum Conſulem e Latinis creandum cenſuit. Liuius lib. 8.

Annius Seuerus, ſocer Gordiani.

P. Annivs Tacitvs, ſucceſſit in imperio Aureliano, lectus à Senatu iam vir grandæuus. præfuit 6. menſibus, inſidiis militum interemptus, vel, vt quidam volūt, febri diſſolutus. M. Florianus frater cum corripuiſſet imperium, altero mox menſe periit.

Q. Annius Terentius, refertur Inſcript. antiq. pag. 390.

L. Annius Velox, cum matre Getulania Artemiſia, citatur in antiquis inſcriptionibus pag. 138 & 361.

Vide Stemma ab Onuphrio Panuinio digeſtum pag. 38.

Annius Verus, Prætorius, proauus fuit M. Antonini Philoſophi Imperatoris.

Annius Verus F. bis Conſul, & præfectus vrbis, auus fuit eiuſdem M. Imperatoris. Ex Rupilia Fauſtina, Rupilii Boni Conſularis F. liberos reliquit Annium Libonē, Conſularem, Annium Verum, & Anniam Galeriam Fauſtinam, quæ T. Aurelio Antonino Pio nupſit.

Annius Verus, pater fuit Annii Veri, qui poſtea Imperator adoptatus ab Antonino Pio, dictusq; M. Aurelius Ant. Pius, & Anniæ Cornificiæ, ex Domitia Caluilla, C. Caluiſii Tulli Conſularis F.

Annius Vinicianus, non procedentibus ad votū inſidiis, quas Claudio principi ſtruxerat, ſua ipſius manu concidit. Dion 59.

¶ Annianvs quidam memoratur Ciceroni ad Attic. lib. 15. pag. 576. & ſeq.

Annianus, Poeta, commendatur Gellio lib. 9. cap. 7. & 10.

¶ Anniballianvs, vir magnus ſub Diocletiano principe. Vide Afranios.

¶ Anser, Poeta, cuius meminit Ouid. 2. de Triſtibus.

Cinna quoq; his comes eſt, Cinnaq; procacior Anſer.

Huic Antonius condenti res à ſe geſtas Falernum dedit. Vnde Cicero Philipp. 13. *Hiq; qui nunc Mutinam oppugnāt: D. Brutum obſident: de Falerno anſeres depellantur.* &c.

ANTEII

Anteius, Senatorius, occiſus à Germanis in vltionem interemti C. Caligulę Cæſ. cuius patrem ipſe Caligula ante occiderat. Ioſephus lib. 19. cap. 1.

P. Anteius, memoratur Tacito lib. 13. & 16.

Anteia, vxor Heluidii. Plinius in epiſt.

L. Anteio Flauino Be. Cos Ciui Aſturic. Leg. VII *G. P. Fel. An.* XLV. *ſtip.* XXIIII. *Anteius Antiochus patrono opt. benemerent. fecit ſecundum voluntatem ſuam.* Hæc inſcriptio exſtat in memoriis Hiſpanicis. Inſcript. antiq. pag. 13.

ANTHEMII

Anthemius, præfectus Theodoſii iunioris nepos Philippi eius, qui præfectus ſub Conſtantio Paulum Epiſcopum Eccleſia expulit, Conſtantinopolim muro maximo circumdedit, vir valde ſapiens. Tripart. 11. cap. 1. Idem opinor, Conſul fuit ann. V. C. MCLVIII.

Anthemivs, alius à ſuperiore, Conſul ann. V. C. MCCVIII. collega Valentiniani tertii in octauo eius Conſulatu, quo anno & ille occiſus eſt, & Roma à Vandalis direpta. Vndecimo poſt anno, Auito, Maioriano & Seuero ſublatis, cùm iam opibus & gratia polleret, a Leone Aug. miſſus ad ſuſcipiendum Occidentis imperium, quinque annis rerum potitus eſt. Interea & ſecundum Conſulatum ſolus geſſit, filiumq; Martianum Leonis Auguſti generum, in eo honore ſucceſſorē habuit. Seruandum

Galliarum

Galliarum præfectum, tentantem imperium inuadere, in exilium miſit, Romanum Patricium eodem nomine capitali ſupplicio affecit. Tandem Genſerichi regis fraude, qui Olybrium aduerſus illum inſtruxit, pactus Placidiam, Valentiniani F. ſe ipſi coniugem daturum, & Richimeris Patricii, generi ſui perfidia per ſummum ſcelus interemptus eſt. ¶ Vide Carolum Sigonium de imperio Occident. & Onuphrium Panuinium.

ANTII.

M. Antius Briſo, Trib. pleb. M. Lepido Conſule ann. V. C. DCXVII. adiuuante illo, L. Caſſii legi tabellariæ diu reſtitit, deductus tandem de ſententia auctoritate P. Africani, quæ res Africano vituperationi fuit. Cicero in Bruto.

¶ Antius Reſtio, legem de moderandis ſumptibus tulit: quam cùm obſtinatio luxuriæ, & vitiorum firma concordia, nullo abrogante irritam feciſſet, ipſe poſtea quoad vixit, foris non cœnauit, ne teſtis fieret contemptæ legis, quam publico bono pertuliſſet. Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 17. Meminit Gellius lib. 2. cap. 24.

Antius Reſtio, ſuperioris vel F. vel N. proſcriptus a Triumuiris, euaſit in Siciliam ſerui beneficio. Vide Valeriũ 6. ca. 8 Appianum 4 & Macrobium 1. Fors de hoc loquitur Cicero ad Attic. li 4. epiſt. 15. Ibi loquetur præter Antium & Fauoniũ liber nemo.

Antius alius, itidem proſcriptus, ab vxore culcitræ iniectus, & mercenariis impoſitus, ad mare delatus eſt. Vbi nauem ingreſſus, in Siciliam abiit. Appianus ibidem.

¶ Antius Pollio, Conſul ſub Pio cum Opimiano fuit ann. principatus eius 18. cùm ordinarii Conſules eſſent Seuerus & Sabinus, quomodo teſtatur vetus inſcriptio, reperta Romæ in campo Martio pag. 248.

¶ Antius Lupus, occiſus eſt a Commodo. Lampridius.

¶ M. Antius Ennius Sergianus, floruit ſub Commodo. Vide inſcription. antiqu. pag. 310.

¶ Antia Falconia, coniunx Hermogeniani Olybrii, Conſulis, refertur Manutio in Orthogr. in voce, Fenina.

ANTISTII.

Antiſtii plebeii fuere.

Antiſtius ex Centurione fit Trib. pleb. ann. V. C. CCCXXXII. qui quanquã plebi gratioſus eſſet, filius tamen illius in petitione Quæſturæ repulſam paſſus eſt, Liuius 4.

L. Antiſtius, Trib. militum Conſulari poteſtate ann. V. C. CCCLXXVI.

M. Antiſtius, Trib. pl. rogationem tulit, ſciuitq; plebs, vt Senatui de Sutrianis dicendæ ſententiæ ius eſſet. Hoc etſi à Liuio de bello Punico ſecundo lib. 6. refertur, tamen diu ante id bellum res geſta eſt.

M. Antiſtius, miſſus legatus cum Q. Terentio ad reuocandum ex prouincia C. Flaminium Cos. Liuius in fine lib. 21.

Sex. Antiſtius, miſſus Maſſiliam cum M. Retio ad explorãdum aduentum Hasdrubalis in Italiam, Liuio & Nerone Coſſ. anno belli Punici ſecundi 12. V. C. DXLVII.

P. Antiſtius, Aedilitius, occiſus à Damaſippo Prætore in Curia Hoſtilia velut Syllæ partib. fauẽs. Eius vxor Calphurnia, Beſtiæ F. iugulato marito, gladio ſe ipſam trãsfixit. Paterculus volumine poſteriore. De hoc arbitror loqui Ciceronem in Bruto, qui rabulam illum fuiſſe probabilẽ, & cùm multos annos tacuiſſet, neq; cõtemni ſolùm, ſed irrideri etiã ſolitus ſit, in Tribunatu primũ, cùm cõtra C. Cæſarẽ & illius extraordinariam Cõſulatus petitionẽ, verã cauſam ageret, probatum eſſe ſcribit, & eo magis, quod Sulpitio collega eandem cauſam agente & plura & acutiora diceret. Atq; his addens Cicero: *Itaq;* inquit, *poſt Tribunatum primò multæ ad eũ cauſæ, deinde omnes maximæ quæcunq; erant, deferebantur. Rem videbat acutè, cõponebat diligenter, memoria valebat. Verbis non ille quidem ornatis vtebatur, ſed tamẽ non abiectis. Expedita autem erat, & facile currens oratio, & erat eius quidem tanquã habitus non inurbanus. Actio paulum cùm vitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat. Hic temporibus floruit iis, quibus inter profectionem reditumq; L. Syllæ ſine iure fuit, & ſine vlla dignitate Reſp. Hoc etiam autem magis probabatur, quòd erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. Sulpitius occiderat, Cotta aberat, & Curio. Viuebat è reliquis patronis eius ætatis nemo, præter Carbonem & Pomponium, quorum vtrumq; facilè ſuperabat.* Hactenus Cicero. Plutarchus hunc Antiſtium prætorem fuiſſe tradit, quod neſcio vtrum defendi poſſit. Cætera minus diſſonant, collocaſſe Pompeio filiam, deinde à Marianis ob coniunctionem cum Pompeio, qui Syllanus eſſet, iugulatum: repudiata autem mox à Pompeio filia, matrem ſibi manus attuliſſe.

T. Antiſtius, Quæſtor Macedoniæ, bello ciuili, obiit in Corcyra. Cicero lib. 13. Epiſt. ad Plancum Prætorem.

Antiſtius quidam à Sex. Pompeio, accepta fide, cum multis aliis ad Antonium tranſiit. Appianus 5.

¶ Antiſtius Pollio, Iulii Cæſaris vitam & res geſtas deſcripſit.

ANTISTII LABEONES.

C. Antiſtius Labeo, miſſus legatus cum complurib. aliis in Macedoniam, Q. Aelio M. Iunio Coſſ. ann. V. C. DLXXXVII.

Antiſtia, vxor C. Claudii Pulchri, viri conſularis, Cenſorii, triumphalis, principis Senatus & Auguris.

M. Antiſtius Labeo, vir Conſularis, defunctus ante bellum Mutinenſe. Cicero Philip. 2.

Antiſtius Labeo, ſapientiæ nomine illuſtris, partes Caſſii & Bruti ſecutus eſt, quibus profligatis locum in tabernaculo ad corporis ſui modulum effodit, deinde datis ad coniugem filiosque mandatis & literis, ſerui manu, ad hoc inuitati, occubuit. Appianus in fine 4.

Q. ANTISTIVS LABEO, Iuriſconſultus, ſuperioris F. vir Prætorius Conſulatum ab Auguſto oblatum aſſumere noluit, ob immodicam libertatem Horatio dictus inſanus. Totum annum ita diuiſit, vt Romæ ſex menſes cum ſtudioſis eſſet, & ſecederet ſex menſes, & conſcribendis libris operam daret. Itaque quadraginta volumina reliquit. Vide Pompon. ff. de origine iuris, Tacitum in fine 3. Suetonium in Auguſtis. Gellium 13. capite 12. Citat illum & Auguſtinus de ciuitate Dei libro ſecundo: citat Sex. Pompeius paſſim. Referuntur ex eis voluminibus commentaria ad 12. tabulas. 40. poſteriorum libri, poſt mortem illius editi, 30. ad Prætoris peregrini edictum, 8. πιθανῶν; id eſt, credibilium ſeu veriſimilium. In eius libros Paulus notas ſcripſit. Poſteriorum Iabolenus epitomen fecit. Dedit operam Trebatio. Sed & diſciplinas Hetruſcas Tagetis 15. voluminibus explicauit, vt Fulgentius Placiades.

¶ Labeo Marſus, opinor ex Antiſtiis, fugiens ex clade Philippenſi, cùm prolapſus equo ab hoſte premeretur, filium ſeque gladio traiecit, ne victoris Octauii vultum ſuſtineret, quemadmodum indicat inſcriptio vetus Salonæ pagina 369.

ANTISTII VETERES.

Q. Antiſtius Vetus, vxorem repudiauit, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari ſecretò loquentem viderat. Valerius 6. cap. 3.

C. Antiſtius Vetus, ſortitus Hiſpaniam, Quæſtorem habuit C. Iulium Cæſarem. Paterculus volum. poſteriore. Filium reliquit Caium, & ex eo nepotem. eodem prænomine, de quo nunc dicemus.

C. Antiſtius Vetus C. F. C. N. legatus Auguſti bello Cantabrio, Conſul enituit ſub eodem ann. V. C. DCCXLVIII & Pontifex. Paterculus illum virum bonum vocat, & duorum Conſularium ac ſacerdotum patrem. Hunc reor eſſe, qui Ciceronis academiam tenuit, quo tempore fontes inde calidi eruperunt, celebrati carmine à Tullio Laurea, Ciceronis liberto. Vide Plinium lib. 31. cap. 1.

C. & L. Antiſtii veteres, C. filii, ambo Conſulares & ſacerdotes fuere teſte Paterculo. Caius Conſulatum geſſit ſub Tiberio cum C. Aſinio Pollione ann. V. C. DCCLXXV.

C. & L. Antiſtii Veteres, fratres & ipſi, quemadmodum opinor, C. filii. Ex his C. Conſul fuit ſub Claudio anno V. C. DCCCII. L. Antiſtius, dux Germanici exercitus, collega Neronis Principis in primo illius conſulatu ann. V. C. DCCCVII. Proconſul Aſiam tenuit. Occiſus ab eodem Nerone cum ſocru & Antiſtia F. quæ Rubellio Planco nupſerat, quem & ipſum Nero interemit. Tacitus.

C. Antiſtius (opinor veterem fuiſſe) Conſulatum geſſit à Cal. Iulii Auguſto IIII Cos. ann. V. C. DCCXXIII.

ANTISTII ALII.

¶ M. Antiſtius Pyrgenſis, notatus a Lepido Cenſore, ademto equo. Cumque amici Lepidi vociferarētur, ac quærerent, quid ille patri ſuo reſponderet? cur ademtum ſibi equum diceret? cùm optimus colonus, parciſsimus, modeſtiſsimus, frugaliſsimus eſſet: *Me*, inquit Lepidus, *iſtorum nihil credere*. Cicero 2. de Oratore.

¶ C. Antiſtius Rheginus, legatus Cæſaris in Galliis fuit. Cæſar comment. eius belli 6. & 7.

¶ Antiſtius Turpio, eques Pompeianus refertur comment. 6. belli ciuil.

¶ L. Antiſtius Seuerus, laudauit orationem

tionem Ciceronis Trib. pl. Marcel. & Philippo Coſſ. Cicero ad Q. fratrẽ lib. 2. ep. 1.

¶ Adde inſuper quæ habent Notæ Fulvi Vrſini in opera Ciceronis pag. 153.

Antiſtius Soſianus, Trib. pl. ſeditioſus, Prætor ſub Nerone, ob factitata in illum probroſa carmina exilio mulctatus eſt, vir prauus, & multis exitioſus. Tacitus lib. 14.

¶ Antiſtius Ruſticus, vxorem habuit Nigrinam, teſte Martiale, quæ mariti, in Cappadocia mortui, reliquias in vrbem retulit. Vide carmen Martialis lib. 9. Fors filius eius Ruſticus eſt, ad quem ſcribit Plinius epiſtolarum lib. 9.

¶ Antiſtius Burrhus, ſororem Commodi princ. vxorem habuit. Delatione Cleandri, quaſi regnum affectaret occiſus eſt. Lampridius in Commodo, & Capitolinus in Pertinace.

¶ Antiſtius Capella, magiſter Grammaticus Commodi Imp. Lampridius.

¶ P. Antiſtius quidam refertur Inſcript. antiq. pag. 360.

Antiſtia, ſub Pio Titium hæredem inſtituit, & Albinæ libertatem dedit. ff. 36. ad S. C. Trebell.

Antiſtiæ reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 20.

ANTONII.

Gentis Antoniæ, cuius ortum & appellationem ad Antonem, Herculis filium, autores quidam referunt, duas extitiſſe familias comperio, quarum altera patricia, plebeia fuit altera. Patricii, cognomento dicti Merendæ, non diu in repub. ſuperfuere, niſi fortè, quod pleriſq; patriciorum accidiſſe legimus, progreſſione temporis ad plebem & ipſi ſe contulerunt. Plebeii certè paulatim ad ſummos honores erecti, præcipuam quandam nobilitatẽ in P. R. ſibi compararunt. De vtriſque breuiter, ac ordine memorabimus.

T. ANTONIVS MERENDA.

Primus patriciorum apud Liuium & Dionyſium occurrit T. Antonius Merenda. Cognomen id à Corneliis quoque ſcimus vſurpatum. Per quam occaſionem verò primum irrepſerit, à Nonio cæteriſque Grammaticis, vocis ſignificationem deditle contentis, non traditur. Decemuir hic ferendarum legum enituit, non inter priores, quorum ciuile & moderatum erat imperium, ſed inter poſteriores allectus, qui duce & impulſore Claudio dominationem ſibi, & perpetuum Decemuiratum, aſſerere conati ſunt. A quibus cum neque domi neque foris reſpub. commodè gereretur, fuſo ab hoſtibus Sabinis exercitu, in Algido, vbi præerat ipſe Antonius, amiſſis inſuper caſtris, adhæc in vrbe teterrimo patrato facinore, cum propter libidinem Appii pater vnicam filiam, ſi defenſam eius pudicitiam vellet, ſua manu coactus eſſet interimere: populus bis rebus exacerbatus, clam cum exercitibus conſpirat.

Deinde palam Decemuiris poteſtatem abrogat. Appio Claudio &. Sp. Oppio in carcerem coniectis, cæteros, inter quos fuit Antonius, publicatis omnium bonis, exules eſſe perpetuo iubet.

Ita Antonius propter affectatam cum collegis tyrannidem ſummo potentiæ & honoris culmine deiectus, repentè fortunas etiam omnes & patriam amiſit: inſigni documento, quantopere principibus viris, ſi felices eſſe cupiant, fugienda ſit tyrannis, Deo iuxta & hominibus inuiſa.

Q. ANTONIVS MERENDA.

Hic ſuperioris filius, vel certè propinquus, anno vrb. cond. CCC. XXXIII. cum L. Manlio Capitolino & L. Papyrio Mugillano Tribunatum militũ Conſulari poteſtate adminiſtrauit, vrbe & à ſeditionibus domeſticis, & bellis externis per id tempus quieta. Vide Liuium lib. 4.

Hactenus de Antoniis patriciis. Nec enim plures, duobus apud bonos ſcriptores inuenire potuimus. Subiicientur nunc plebeii, ſed nobiles, quorum familia, quemadmodum meminimus, altius euecta, duplici Magiſterio equitum, ſex Conſulatibus, Cenſura, tribuſque triumphis effloruit. Nam Triumuiratum, quod tyrannidis, non legitimi magiſtratus, ſpeciem obtinuit, neſcio an accenſere debeam.

M. ANTONIVS.

M. Antonius (cognomenta in hac familia rariora ſunt) vir ſenatorius, à P. Cornelio Rufino, Dictatore, Magiſter equitum dictus eſt, anno vrbis cond. CCCCXXI. Vterque mox, quod religio interceſſiſſet, vitio creatos eſſe, magiſtratu ſe abdicarunt. Non dubium, quin & alios honores geſſerit: verum de his autores nihil tradidere.

L. ANTONIVS.

L. Antonius, fors M. F. Senatorius

& ipſe per Iunium Bubulcum & M. Valerium ordine motus eſt, circa annum vrb. cond. CCCC. XLV. quòd quam virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. Auctor Valerius Max. lib. 2. cap. 6.

Q. A. M. Antonii.

Subiungit hîc Liuius, ſed longo temporis interuallo, tres Antonios, Quintum, Aulum & Marcum. Ex his Q. Antonius L. Aemilio Regillo, qui Prætor claſſem aduerſus Antiochum regem duxit, legatus iuit, anno vrb. cond. D. LXIIII.

A. Antonius legatus L. Aemilii Pauli in bello Macedonico, miſſus eſt ad regem Perſea, vt cum illo, iam acie profligato, de deditione ageret. Voluebatur tum annus vrb. D. LXXXVI.

M. Antonius, anno ſequenti cum M. Pomponio Trib. Pleb. M. Iuuentio Prætori, qui rogatione promulgata, vt Rhodiis bellum indiceretur, ac ipſe ad id bellũ emitti cuperet, pertinaciſſimè reſtitit, nec potuit Prætor, quod voluit, effectum conſequi. Liuius lib. 45.

L. ANTONIVS.

Eodem ferè tempore verſatus eſt in republ. L. Antonius, pro quo M. Catonis citatur oratio apud Priſcianum Grammaticum lib. 9. pag. 371. nimirum vir bonus & innocens, vtpote quem Cato, virtutis magiſter, ſuo ſibi patrocinio tuendũ duxerit.

M. ANTONIVS ORATOR.

Ab his maioribus arbitrari conuenit prognatum, M. Antonium Oratorem, totius generis perpetuum decus, qui primus in eam familiam & Conſulatũ, & triumphũ, & Cenſuram intulit. Huius mores, res geſtas totamque poſteritatem, quæ domui Cæſarum ſe immiſcuit, eo diligentius perſequar, quòd pleroſque recentiorum in conſtituenda hac genealogia non ſatis vbique vigilaſſe comperiam.

M. Antonius Orator, quos parentes habuerit, quaue ratione primam ætatem egerit, deſtituti veterum monumentis, ſcire non poſſumus. Conſentaneum tamen eſt, bonis progenitum, bonorum diſertorumque hominum veſtigiis ſtudioſè ſemper inſtitiſſe, qui tanta tum morum integritate, tum linguæ facundia præſtiterit.

DE QVÆSTVRA ORAT.
& fiducia ſui.

Reipubl. gubernationem ingreſſo primus honor obtigit Quæſtura Aſiatica. Ad quam dum properat, quemadmodum refert Valerius, iam Brunduſiũ delatus, certior fit litteris amicorum, inceſti ſe poſtulatum, & quidem apud Caſſium Prætorem, cuius tribunal propter nimiam ſeueritatẽ ſcopulus reorum dicebatur. Quamquam autem id iudicium effugere legis beneficio poſſet, quæ reip. cauſa foris agentium nomina recipi vetabat, nihil tamẽ cunctatus, recurrit in vrbem, cauſæque dictionẽ amplectitur. Per quam fiduciã probata cunctis innocẽtia ſua, tum celerẽ abſolutionẽ, tum honeſtiorẽ profectionẽ cõſecutus eſt.

De Aedilitate & Tribunatu ipſius nihil vſquam offendimus. Ex Prætura ſortitum Siciliam, prædoneſque maritimos ſtrenuè perſecutum eſſe, tradit is, qui Liuianæ nobis hiſtoriæ epitomen reliquit.

DE CONSVLATV.

Conſulatum geſſit cum A. Poſthumio Albino, anno vrb. cond. DC. LV. Exhibuit tum reipubl. multũ negotiũ Tribunus pleb. Sex. Titius, homo turbulẽtus & ſeditioſus. Sed vbiq; cõſtanter illi reſtitit Antonius, vt fatetur ipſe apud Ciceronẽ de Orat. lib. 2. Eodem anno cùm nuntiatũ eſſet Senatui, in ſacrario in regia haſtas Martias mouiſſe, eius rei cauſſa S. C. factum eſt, vt M. Antonius Conſul hoſtiis maioribus Ioui & Marti procuraret, quemadmodum annotauit Gellius lib. 4. cap. 6.

DE PROCONSVLATV
ORAT.

Proconſul iturus in Ciliciam, complures ex amicis, interque eos Martium Gratidium, Ciceronis propinquum, & eiuſdem patruum L. Ciceronem, ſecum duxit. Geſſit autem in prouincia res tantas, vt triumpho, quod vnum L. Craſſo defuit, in vrbem reuectus ſit.

In itu & reditu, ne quid ſibi periret temporis, quoque eloquentiam ſuam magis excoleret, Athenis & Rhodi doctiſſimis facundiſſimiſque viris diligentem operam dedit. Plures hîc autores citare poſſemus, verùm cùm vnus Cicero pro multis ſufficiat, longiore nomenclatura libenter abſtinemus.

DE CENSVRA ORAT.

Poſt hæc, quod erat honorum omnium complementum, Cenſor cum L. Valerio Flacco creatus, Roſtra manubiis imperatoriis exornauit. M. Duronium Senatu mouit,

mouit, quod legem, de coercendis conuiuiorum ſumptibus latam, Tribunus plebis abrogaſſet. Eam iniuriā vindicaturus Duronius, Antonium etiamdum Cenſorem de ambitu poſtulauit. Nec defuit tempori ſalibus ſuis Mantia: Tandem Antonio contigiſſe dicens, ſuum vt ſibi negocium agere liceret. Verùm nihil offenſus dicto, quòd adminiſtrationem Cenſuræ nemo vir bonus vitio dare poſſet, non multò pòſt, abſoluente populo, ſumma cum gloria domum diſceſſit. Etiam huius Ciceronē & Valerium teſtes locupletes damus.

DE ACTIONIBVS FORENSIBVS ORAT.

Hactenus honores viri, tractandæque Reipub. rationem, breuiter perſtrinximus. Nunc labores eius forenſes, & genus dicendi, ſummatim attingemus. Ac primùm quidem facilem in recipiendis cauſis fuiſſe, deinde multis opera & patrocinio ſuo profuiſſe, multorumq; ſalutem ab eo propugnatam, paſſim à ſcriptoribus indicatur. Nominatim verò, ſicuti apud Ciceronem & Liuium comperimus, Mario Gratidiano in priuato iudicio contra L. Craſſum affuit. C. Norbanum, quamquam improbum & ſeditioſum ciuem, quia tamen illum Quæſtorem habuiſſet, accuſante Sulpitio defendit. Pro M. Aquilio, viro conſulari, repetundarum poſtulato, non dubitauit lacrymas profundere. Quin & tunicam eius à pectore diſcidit, vt honeſtas cicatrices oſtenderet. Quibus conſpectis, iam ab Antonio permoti iudices, hominem abſoluerunt.

DE ELOQVENTIA ORAT.

Cæterum de eloquentia eius, & dicendi genere, quem meliorem grauioremque teſtem aduocare poſſumus, quàm ſæpe iam nobis citatum, ſæpe etiam in ſequentibus citandum, M. T. Ciceronem? Hic in Dialogo, quem M. Brutum, ſeu de claris Oratoribus appellauit, Antonium & Craſſum maximos fuiſſe Oratores, & in his primùm cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam æquatam memorat. Et mox ſubiungens: *Omnia*, inquit, *Antonio in mentem veniebant, eaq́; ſuo quæq́; loco vbi plurimum proficere & valere poſſent, vt ab imperatore equites, pedites, leuis armatura, ſic ab illo maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur, ſed erat ita paratus, vt iudices, illo dicente, nonnunquam viderentur non ſatis parati ad cauendum fuiſſe. Verba ipſa, non illa quidem elegantiſſimo ſermone: itaque diligenter loquendi laude caruit. Neque tamen eſt admodum inquinatè locutus, ſed quæ propriè laus Oratoris eſt, in verbis & eligendis (neq; id ipſum tam leporis cauſa, quàm ponderis) & collocandis, & compreſſione deuinciendis, nihil non ad rationem, & tamquā ad artem, dirigebat, multoque magis hoc idem in ſententiarum ornamentis & confirmationibus. Schemata enim quæ vocant Græci, ea maximè ornant Oratorem, quæ non tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis ſententiis.*

DE ACTIONE ORATORIS.

Sed cùm hæc magna in Antonio, tum actio ſingularis, quæ ſi partienda eſt in geſtum atque vocem, geſtus erat non verba exprimens, ſed cum ſententiis congruens, manus, humeri, latera, ſupploſio pedis, ſtatus, inceſſus, omniſque motus cum verbis ſententiisq; conſentiens, vox permanens, verùm ſubrauca natura, ſed hoc vitium huic vni in bonum conuertebat. Habebat enim flebile quiddam in quæſtionibus, aptumq; cùm ad faciendam fidem, tum ad miſericordiam commouendam, vt verum videretur in hoc illud, quod Demoſthenem ferunt, ei, qui quæſiuiſſet, quid primum eſſet in dicendo, actionem, quid ſecundum, idem, & idem tertium, reſpondiſſe. Et paulò pòſt: *Huic alii parem eſſe dicebant, alii anteponebant L. Craſſum. Illud quidem certè omnes ita iudicabant, neminem eſſe, qui horum alterutro patrono, cuiusquam ingenium requireret.* Hactenus Cicero, quo teſtimonio quid poteſt eſſe grauius? quid candidius? quid apertius?

LAVDES ET ELOGIA DE ANT. ORAT.

Iam in iſtis, tantopere doctorum omniū iudicio probatis, de Oratore dialogis, quas non laudes Antonio M. Cicero tribuit? Quàm amanter de illo Craſſus, quàm honorifice Catulus, quàm præclarè Cæſar, Sulpitius & Cotta ſentiūt? Laudaturus genus Antonianum dicendi Craſſus, à quo ipſe multū differret: *Videtisne*, inquit, *genus hoc quod ſit Antonii, forte, vehemens, commotū in agendo, præmunitū, & ex omni parte cauſſæ ſeptū, acre, acutū, enucleatum, in vnaquaq; re commorans, honeſtè cedens, acriter inſequens,*

terrens, ſupplicans, ſumma orationis varietate, nulla noſtrarum aurium ſatietate? Potuit aut verius aut ornatius de Antonio quicquam dici? Quid Catulus? Nonne vim Oratoris cum ſubtiliter expreſſam ab Antonio, tum copioſiſſimè laudatam videns, ita admiratur, vt exclamatione orationis curſum interpellet, & ad eloquẽtiæ laudationem ſummam adhibitam eloquentiam teſtetur?

DE IOCIS ET DICTIS
ANT. ORAT.

Iam & Cæſar, vir facetiſſimus, quæ virtus ſæpe in magnis Oratoribus deſideratur, iocorum feſtiuitatem, & ad feriendum, cùm ſic tulit vſus, promtitudinem Antonio rectiſſimè tribuit. Præſtitit enim & ea parte muneris Oratorii. Nos, vt rem aliquot exemplis doceamus, duobus contenti erimus.

Cùm in quadam controuerſia Cælius teſtis pecuniam à ſe profectam diceret, & haberet filium delicatiorem, abeunte illo: *Sentin'*, inquit Antonius, *ſenem eſſe tactum triginta minis?* Feſtiuè Comico dicto velut in ſcena, Cælium deceptum, & pecuniã à filio interuerſam, notauit. Rurſum Sex. Titio, Tribunitio illi, cuius ſupra meminimus, homini loquaci, & parum pudico, ſe Caſſandram eſſe dicenti: *At ego*, inquit Antonius, *multos poſſum tuos Aiaces Oileos nominare.* Voluit ille ſe vatem & diuinum cognoſci, hic mollem, & à multis fœde tractatũ, oſtendit. Quid potuit vrbanius?

QVANTA IN ANT. ORAT.
modeſtia fuerit, & artis diſſimulatio.

Hiſce dotibus, tantaque dicendi facultate inſtructus, minimum ipſe ſibi tribuebat. Quin & alios, de eloquentia ſua impenſius gloriãtes, ſic reprimere ſolitus erat, vt diceret: *Diſertos ſe vidiſſe complures, eloquentem neminẽ.* Diſertis ſatis eſſe putauit, dicere quæ oporteat. Ornatè autem dicere, proprium eſſe eloquentiſſimi, quo nihil ſit rarius. Autor huius Fabius, qui & vbiq; illum dotes ſuas, & artem omnem, diſſimulare ſuetum ſcribit. Profectò Græcarum litterarum peritiam ſic occultabat, vt vulgò mirarentur, illum tantum poſſe dicendo, qui Græcè neſciret. Quod etiam Cicero in iis dialogis, quos paulò antecitauimus, Catulum Craſſo reſpondentem inducit.

CVR NIHIL SCRIPTOrum reliquerit.

Ius ciuile non tam ignorabat, quàm non magni faciebat. Scriptorum quod famæ non nimis eſſet appetens, nihil reliquit præter libellum de Rhetorica, quem incoatum non abſoluit. Nam è tot millibus orationum, rogatus ipſe, cur nullam à ſe ſcriptam publicaſſet, hãc inſtituti ſui cauſſam reddebat, vt, ſi quid ſuperiori iudicio actum, ei, quem poſtea defenſurus eſſet, nociturum foret, id non dictum à ſe affirmare poſſet. Refertur id Ciceroni pro Cluentio & Valerio 7. cap. 3.

DE INTERIORE VITA
ORATORIS.

De domeſtica eius & interiore vita nihil admodum meminiſſe poſſumus, niſi quietum & amantem pacis hominem fuiſſe. Quem quantopere dilexerint ſui, facilem æſtimandi copiam facit ſeruus ille, qui in iudicio, quod agebatur de capite & ſalute domini ſui (nos eius ſuprà mentionem fecimus) cùm vnam incolumitatis ſuæ rationem ſupereſſe videret, ſi quod obiiciebant accuſatores Antonio, confiteretur, maluit verberibus & tormentis dilacerari, quàm falſo teſtimonio domini innocentis cauſam affligere.

QVIBVS AMICIS
VSVS SIT.

Ex amicis maximè coluit, quos Cicero cum eo diſputantes componit L. Craſſum & Catulum, C. Cæſarem, itemq; Marium Gratidianum, & Ciceronis patruũ, L. Ciceronem, quos etiam, vt diximus, in Ciliciam ſecum duxit. Cumque principes ciuitatis, Q. Metellus, C. Marius, Cn. Domitius, L. Craſſus, L. Philippus, M. Liuius vehementer inter ſe diſſiderẽt, ipſe, quoad pax fuit, cum omnibus in ſumma gratia & beneuolentia vixit.

DE MORTE ANTO.
ORATORIS.

Expoſitis breuiter, quæ dicendã nobis ſuper Antonii vita in bonis auctoribus occurrerunt, ſupereſt, vt etiam dicamus de morte, quæ tanto viro, qui patriæ ſuæ & eloquentiæ princeps eſſet, calamitoſa herclè & indigna accidit. Verùm quid mali ſecum non trahunt bella ciuilia?

Pulſus erat patria, toties conſeruata, C. Martius, latuerat in paludibus Minturnenſium. Efferauerant, vt inquit Florus, homi-

nem carcer, fuga, exiliũ. Regreſſus armata manu nullis precibus adduci potuit, vt à cæde procerum abſtineret. Proinde interfecti ſunt Craſſi, interfecti Iulii Cæſares. Catulus, quanquam in Conſulatu collega, & Cimbricæ victoriæ particeps, mori iuſſus eſt. Merula, Flamen dialis, ſuo ſanguine Iouis aram reſperſit. His exemplis territus Antonius, & fuga ſibi ſalutem quærens, diuertit in fundum hominis bene noti, à quo & ſuſceptus benigne eſt, & abditus diligẽter.

Iamque periculum euaſerat, ni ſeruus, ad emendũ vinum emiſſus, cauponi rem prodidiſſet. Ab illo certior factus Marius, vix contineri potuit, quin ipſe ad peragendam necem procurreret. Tanta erat perdendi ſummi & nobiliſſimi viri cupiditas. Dedit tamen hoc amicis, & Tribunum cum aliquot manipulis ad patrandũ facinus miſit.

Antonius vbi milites adeſſe vidit, ea facundia, ea orationis ſuauitate illos excepit, vt obſtupefacti diſtrictos gladios vaginis redderẽt, ac cateruatim digrederentur. Tũ Tribunus, qui ſolus expers Antonianæ facũdiæ longius abſtiterat, memor quid muneris ſuſtineret, barbaricũ in morẽ irruit, confectaque cæde, caput ad Marium detulit, q; ille manibus ſuis exceptũ, vt ſedebat in cõuiuio, primùm multis probris & conuiciis proſcidit, deinde cùm ſatiatus eſſet, inter illuſtriũ virorũ capita pro roſtris affigi iuſſit.

Periit anno vrb. cond DCLXVII. qui fuit ante natum Chriſtum LXXXIIII. L. Craſſo, cùm viueret, quadriennio maior, & totidẽ annis defuncto ſuperſtes. Filios reliquit duos, M. & C. Antonios, item filiam Antoniam, quam rus euntem ceperunt piratæ, eſtq; magna pecunia redẽta, vt Plutarchus in Pompeio. Coniugis nomen, vt alia multa, nuſquam traditur.

M. ANTONIVS, ORAtoris filius.

M. Antonius, Oratoris F. natu maior, cui cognomen Cretico fuiſſe, Plutarchus tradit, non vltra Præturam cõſcendit. Nactus autem in eo magiſtratu curationẽ rei frumentariæ fauore Cottæ Cõſulis & Cethegi, cuius tunc in repub. magna erat autoritas, totius maris imperium obtinuit: in quo honore, malis conſiliis obtemperans, Siciliã & prouincias depopulatus eſt. Cretenſibus demum illato bello, tãta victoriæ ſpe, vt plures, teſte L. Floro, catenas in nauibus, quàm arma portãtit, malè ſuccedentibus rebus, cùm pleraſque naues intercepiſſent hoſtes, & captiuis ad rudentes ac vela ſuſpẽſis nauigarẽt, quaſi de Romanis triũphãtes, ex animi dolore morbo correptus interiit.

Salluſtius illum, quomodo ſcribit Aſconius pecuniæ perdendæ genitum, & à curis, niſi inſtantibus, vacuũ fuiſſe tradit. Factum tamen cum primis ſcitum, & animi liberalis argumentũ, de illo Plutarchus memorat. Petebat ab eo quidam ex familiariũ numero pecuniã. Ille cùm ex ingenio negare non poſſet, pecuniam autem nullã haberet, adhæc ab vxore valde arctè haberetur, puero mãdauit, vt argenteo ſcypho, qui fortè tum aderat, aquam inferret, quaſi radendæ barbæ genasq; ablutione præparaturus. Illata aqua, puerum commento quodã ablegat, ſcyphumq; amico tradit, vt arbitratu ſuo pro pecunia vteretur. Longa deinde propter amiſſum ſcyphum quæſtione inter ſeruos habita, cùm ſentiret vxorem, ſcyphi iacturam grauiter ferẽtem, acrius in ſeruos inquirere, factum, vt erat, confeſſus eſt, veniamque poſtulauit.

VXORES ANTON. CRETICI.

Traditur Antonius duas habuiſſe vxores, Numitoriam videlicet & Iuliam. Prior patrem habuit Q. Numitorium Pullum, quem L. Opimio Prætori Fregellas dediſſe volunt, eoq; Cicero illã in Philippicis proditoris filiam vocat.

Iulia ex Cæſarum prognata domo, clariſſima ſuæ ætatis matrona extitit, & quæ cum primariis de laude pudicitiæ certaſſe poſſet. Sic enim Plutarchus: τῶν ἀρίσταις τῶν ἐν σωφρονεστάταις ἐνάμιλλος. Patrẽ L. Cæſarẽ, & fratrem eodem nomine, vtrunq; Conſularẽ, habuit. Pater per bellum ſociale Conſulatũ gerens, anno vrb. cond. DCLXIV. primùm quidem parum proſperè cõtra Marſos pugnauit, paulò poſt verò aduerſus Samnites tanta felicitate decertauit, vt ob eam victoriam P. R. ſaga poſuerit. Frater verò Conſulare munus cũ C. Martio Figulo obiuit, anno vrb. cond. DCXC. quo tempore Ciceroni filius natus eſt, quemadmodũ ipſe teſtatur ad Atticum lib. I.

LIBERI ANTONII CRETICI.

Antonius ex priore coniuge Numitoria nihil liberorum ſuſcepit, quod quidem literis traditum ſit. Ex Iulia tres filios ſuſtulit, Marcum, Caium & Lucium. De his deinceps, vbi C. Antonii fratris res geſtas expoſuerimus, more noſtro, ſtudioſè dicemus.

Interim illud neutiquam prætereundũ exiſtimamus, Iuliam, Antonio defuncto, nupſiſſe P. Cornelio Lentulo, viro quidem patricia nobilitate & honoribus claro, ſed qui leuiore præditus ingenio, poſtea L. Catilinæ, eiuſq; ſociis adhæſit, quæ res illi perniciem, vt coniuratis omnibus, accelerauit. Sed de illo plura inter Cornelios Lentulos.

C. ANTON. ORATORIS F.

C. Antonius, alter Oratoris filius, cognomento dictus Hybrida, ſecutus Syllam in bellum Mithradaticum, egregiam operam nauauit, qua cõmendatione, nactus equitũ turmas, multos in Achaia ſpoliauit. Confecto bello ciuili Mariano, in quo patrẽ periiſſe diximus, regreſſus in vrbem cum Sylla, ludis Circenſibus, quos ille victoriæ nomine faciebat, quadrigas agitauit. Quamobrẽ illum Cicero in quadam oratione, in exercitu Syllano prædonẽ, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium fuiſſe dixit.

Aliquãto pòſt cõtigit illũ accuſari à Græcis, quorũ bona diripuerat, apud M. Lucullũ Prætorẽ, q̧ ius inter peregrinos dicebat. Ibi C. Cęſaris, q̧ tũ etiamnũ adoleſcentulus ꝓ Græcis agebat, vim & eloquentiã in dicẽdo nõ ferens, ꝓuocauit ad Tribunos pleb. iniquè ſecũ agi dictiãs, ſi ſibi cũ Græcis in Græcia diſceptandũ ſit. Sic Plutarchus in Cæſare. At Q. Cicero de petitione Conſulatus, iuraſſe Antoniũ tradit, ſe Romæ iudicio æquo cũ homine Græco certare non poſſe. Idẽ aſſerit M. Cicero in oratione, quã habuit in toga candida. Vtriq; ſubſcribit in commentariis ſuis Aſconius Pedianus.

Interiecto tẽpore non multo, Gellius & Lentulus Cenſores eum Senatu mouerũt, ſubſcripſeruntq; cauſſas: quòd ſocios diripuiſſet, ꝙ iudiciũ recuſaſſet, ꝙ ob ęris alieni magnitudinẽ prædia mancipaſſet, bonaq; ſua in poteſtate nõ haberet. Meminerunt & huius Q. Cicero & Aſconius Pedianus.

Ædilis, ꝙ antea nemo, ludos argentea ſcena fecit, quemadmodum annotauit Plinius. Præturam cum Cicerone petens, illius beneficio, qui iã primus ſactus eſſet, ex vltimo loco ad tertium translatus eſt. Id ꝙ Cicero illi poſtea, non bonam gratiam referenti, in quadam Oratione exprobrauit.

Exacto biennio, cũ eodẽ Cicerone Cõſulatũ petens, cũ inter cõpetitores & L. Catilina foret, cœpit conſiliũ, adiũcto ſibi Catilina, Ciceronis Cõſulatu deiiciendi, pollicentib. auxiliũ ſuũ M Craſſo & C. Cæſare. Hãc illorũ audaciã Cicero neutiq̃ ferendã ratus, per occaſionẽ, ꝙ Senatui volenti grauiorẽ pœnã in ambitum cõſtituere, Tribunus plebis Q. Mutius interceſſiſſet, grauiter in vtrunq; inuectus eſt. Sed neq; Tribuno, quod illorum partes tueretur, pepercit.

Antonius & Catilina Ciceroni cõtumelioſiſſimè reſponderũt, ꝙ ſolũ poterãt, inuecti in nouitatẽ eius. Feruntur etiã Orationes aliquot aduerſus Ciceronẽ illorũ nominib. editæ, ſed quas cõſtat nõ ab ipſis, verũ à Ciceronis obtrectatorib. ſcriptas eſſe. Quãquã aũt diſſolutioris vitę foret Antonius, paterni tamẽ nominis cõmendatione & gratia ſuffultus, Cicerone ſummo omniũ conſenſu Conſule maiore deſignato, pauculis ipſe centuriis Catilinam ſuperans, Conſul vnà declaratus eſt. Autor Aſconius.

Exorta coniuratione Catilinæ, nõ dubiũ erat, ſtudere ſimul rebus nouis Antonium. Sed neutiquã hîc dormitauit Cicero, cuius prudentia & cõſilio delenitus Antonius, accepta Macedonia ꝓuincia, pro repub. ſe ſtaturũ recepit, idq; præſtitit. Nã ſimul ac domi de coniuratis ſumtũ ſuppliciũ eſt, & Catilinam, coactis duabus legionibus, hoſtilia meditari cõſtitit, Antonius cũ exercitu aduerſus illũ profectus eſt, perq; M. Petreiũ legatũ (ipſe.n. pedibus ęger, adeſſe prælio nequibat) oẽs Catilinæ copias, ipſo ſimul cæſo, funditus deleuit. Tradũtur hæc Ciceroni & Salluſtio. Inde digreſſus in Macedoniã, laureatos faſces in ꝓuinciam tulit. Viſus eſt ea re victoriã hoſtibus portendere, laurũ victricẽ ad eos ferens, q̃ in Capitolio deponere debuerat. Proinde a Dardanis oppreſſus, amiſſo exercitu, turpiter profugit. Signa ibidẽ amiſſa, longo pòſt tẽpore illato bello, recepit Auguſtus Cæſar. Cæterũ prouincia crudeliter & auarè per trienniũ ab Antonio habita, Senatus indignatione correptus, ſucceſſorẽ illi miſit. Autores horũ Iulius Obſequens de prodigiis, & Dion lib. 51.

Regreſſum in vrbẽ M. Cęlius arripuit, & quanq̃ a Cicerone defenderetur dãnatus eſt, & in exilium actus. Traductis verò in ea calamitate 15. amplius annis apud Cephalenios, q̃ inſulã totã ſibi veluti peculiare prędiũ ſubiectã habuit, vbi & oppidũ à ſe cõdi & habitari cęptũ nõ abſoluit, tandẽ poſt Cęſaris cędẽ a M. Antonio, fratris filio, tũc Cõſule, reſtitutus eſt. Nec multò pòſt curis & ſenio cõfectus, in fata conceſſit, relicta filia Antonia, q̃ M. frater in vxorem ductã paulò pòſt, ſuperſtite etiã tũ patre, velut à Dolabella corruptam, abiecit. Vide Strabonem

decimo,

decima, & Ciceronem Philippica 2.

Volaterranus, dum patrem eſſe vult, qui ſub Sylla militans, Luculli Prætoris iudiciũ recuſauit, filium verò, qui cũ Cicerone Cõſulatũ geſſit, eumq; à M. Bruto captũ, & ſecuri percuſſum tradit, quam hoc loco fidẽ mereatur, eruditi & cãdidi lectoris iudiciũ eſto. Nobis rem diſſimulare cupientib. periculum eſſe viſum eſt, ne quomodo pleriſque, quorum lucubrationes ſtudioſorũ manib. terũtur, erroris occaſionẽ pbuiſſet, ita plures paulatim ſecũ hallucinari cogeret. Proinde ſtudioſos huius admonitos voluimus. Sed iã M. Antonii Cretici filios ſubiiciamus.

M. ANTONIVS TRIVMVIR.

M. Antonii Triumuiri, qui patrem Antonium Creticum, auum M. Antoniũ Oratorem habuit, vitam fuſiſſimè deſcripſit Plutarchus. Nos ob id breuiores erimus, tantùm capita rerum ſectaturi. Initio id verè præfari poſſumus, virum fuiſſe, de quo dubites, maior ne virtutib. an vitiis cenſeri debeat. Ita ex æquo virtutes & vitia in eo pugnauere. Amiſſo patre, quo minus Iuliæ matris cura diligentiſſimè educaretur, P. Lentuli vitrici ſocordia fecit: quãobrẽ multorũ dedecorum infamiã adoleſcens ſubiit.

Militiæ ſecundioris exiſtimationis fuit, quam in Syria & Ægypto ſub Gabinio, ſub Cæſare in Galliis obiuit, multis claris facinoribus ſpectatus, cùm & robore corporis, & animi fortitudine ſingulari præſtaret.

Reipublicæ adminiſtrationem ingreſſo, ſecundũ Quæſturam, cõmendatione Cæſaris ſacerdotiũ Auguratus & inſuper Tribunatus plebis obtigit. Mox per bellũ ciuile præfectura Italię ſemel atque iterum cõmiſſa, acceſſit magiſteriũ Equitũ. Nouiſſimè datus etiã Conſulatus, cũ Cæſar illũ in quinto Conſulatu collegam ſibi aſciuiſſet. Nec multò poſt rebus iterũ turbatis, cũ Lepido & Cæſare Iuniore Triumuiratũ aſſumſit, eumq; per XII. annos tenuit. Interim & ſecundũ Conſulatũ geſſit, triumphauitque Alexandriæ de Artuaſde rege. Tertiũ Cõſul deſignatus, imminẽte bello Actiaco, cũ iterũ hoſtis iudicatus eſſet, honore excidit.

In Triumuiratu etſi multa enormia patrauit, nihil tamẽ ab illo flagitioſius cõmiſſum, quàm quod odio & furore plenus L. Cæſarem auunculum, & Romanæ facundiæ parentẽ, M. Ciceronẽ, proſcripſit. Sed illũ ſororis pietas & conſtantia protexit, huius relato capite & manibus, adeò in lætitiã effuſus eſt, vt nõ dubitarit proclamare: Sic finem habeant proſcriptiones.

Bella ſuis auſpiciis geſſit tria ciuilia, Mutinẽſe, Philippẽſe, Actiacũ, & totidẽ externa, Syriacũ, Armeniacũ & Parthicum. Ex Philippenſi gloriã ingentẽ retulit, gnaris omnib. decũbente per aduerſam valetudinẽ Cæſare, ſolius Antonii virtute & cõſilio partã eſſe victoriã. In cæteris melior fortuna legatorũ, q̃ ipſius res adminiſtrãtis, apparuit.

Ingenium Antonio ſimplex & candidũ erat valde ad beneuolentiã propenſum, ſed idẽ excelſum, & magnatũ rerum appetens, & ſi quis data opera laceſſiſſet, crudele & ſanguinarium.

Formę dignitas fuit eximia, quã ornabat latitudo frontis, & barba cũ primis decens, etiã naſus, quod in Perſarum rege, Cyro, cõmendabile fuit, paulò eminentior. Hac figura cũ videretur Herculi, qui creditus eſt gentis autor, non abſimilis, etiã cultũ expeditionibus accommodabat, chlamydem geſtans, & gladio ſe longiore accingens.

Artes liberales illũ coluiſſe, conſtat. Nam & C. Epidiũ, Grammaticũ, iã ætate prouectior audiuit, & Rhetore vſus eſt Sex. Clodio, Latinæ & Græcæ eloquẽtiæ pfeſſore, ſolitus etiã in Conſulatu declamare. Dicẽdi genus Aſianum colebat. In ſcribendo, quẽadmodũ Mœcenas, affectatione ſtylũ obſcurabat, abſtruſas & recõditas voces vſurpans. Vnde Cæſar, in Triũuiratu collega, quomodo meminit Suetonius, vt inſanum aliquando arguit, quaſi ea ſcribentẽ, quæ mirentur potius homines, q̃ intelligãt.

Iocis & ſalib. impẽſe gaudebat, nec offendebatur, ſi q d in ſe dictum audiuiſſet. Athenienſes aũt, quorũ ſingularis eſt in facetiis acrimonia, mirũ quãta vrbanitate retuderit. Cõuiuantẽ apud ſe, & largiùs poculis indulgẽtem, p aſſentationẽ ſubinde Dionyſiũ vocabãt, quoq; magis gratiã eius demererẽtur Palladẽ, quæ in ipſorũ arce colebatur, ſe deſpondere ei dixerũt. Tũ feſtiuiter admodũ Antonius ducturũ ſe reſpondit, ſed imperare Athenienſib. dotis nomine mille talẽta. Nõ potuit Attico ingenio Romana calliditas elegãtius illudere. Autor huius eſt Seneca ſuaſoriarum primo, ac item Dion 48.

Sed & per iocũ liberius ſe admoneri ferebat. Secũda vectigalia Aſiaticis imperarat, Hybreas quidã ciuitatũ cauſſam agẽs: ſi potes, inquit, ô Antoni, eodẽ año bis vectigal exigere, illud etiã abs te præſtari cõuenit, vt bis æſtatẽ, & bis autumnũ habeamus. Dele-

ctabatur his auditis Antonius. Tū Hybreas ſubiūgens: *CC. M. talentorū Aſia tibi exoluit. Hæc tanta pecunia ſi ad te non peruenit, repetas ab iis, quibus numerata eſt. Sin autē ad te allatā abſumſiſti, nulla nobis ſpes reliqua eſt.* Cōmonefactus tā cōmodè, quia vera eſſe, quæ dicebātur, inficiari nō potuit, mutauit ſententiā, & alterū imperatū Aſiæ tributū remiſit.

Humanitatis & clemētiæ per occaſionē neutiq̄ expers fuit. Poſt victoriā Philippenſem percrebuerat, captū eſſe M. Brutū. Ad quē excipiendum progreſſus, vbi videt eſſe Lucilium, qui Brutū ſe ſimulans, Bruto copiam effugiendi fecerat: *Erraſtis*, inquit, *ô milites, non malam tamen prædā conſecuti, imò meliorem quàm exiſtimatis, quantoq; potior hoſte eſt amicus.* His dictis, Lucilium cuidā ſeruandum ex ſuis tradidit, quē poſtea reb. ſuis ad extremum vſq; fidiſſimum expertus eſt.

Similē humanitatē erga Brutū hoſtē, iā defunctū, præſtitit. Inuēto nanq; ipſius corpore, pauca de C. fratris nece cōqueſtus, purpurā precioſiſſimā cadaueri ſupiecit, & cuidā ex libertis ſepeliendi munus cōmiſit. At ille, cōdito corpore, & purpurā & bonā pecuniæ partē, ad ſepulturā datæ ſibi retinuit. Qua re cōperta, libertū Antonius ſupplicio capitis affecit. Natura liberaliſſimus, nihil amicis denegabat. Eius exēpla cū plurima ſuperſint, vno contētus ero. Iuſſerat cuidā ex amicis dari decies ſeſteruū. Ea ſunt pecuniæ noſtræ 25. millia coronatorū. Admirāte pcuratore, & vt donationis magnitudinē oſtēderet, pecuniā corā numerāte, rogauit Antonius, q̄d ea ſibi pecunia vellet: Illo aūt reſpondente, eā, & quidē tantā eſſe, q̄ dono dari iuſſiſſet: animaduerſa hominis maleuolētia: *equidē arbitrabar*, inq̄t, *ampliorē pecuniam decies ſeſtertiū continere. Hoc verò pauxillum eſt: proinde tantundē ſuperadde.* Quid hoc animo dicas munificentius?

Sed ſæpius in viliſſimos homines nō largus modò, ſed prodigus fuit. Coquo, q̄ cœnā viſus eſſet eleganter apparaſſe, domum cuiuſdam Magneſii dedit. Anaxenori citharœdo 4. ciuitatū tributa, atq; inſuper milites cōceſſit. Præter hæc priuatis hominibus tetrarchias & regna cōtulit, ne nūc dicam, quāta perditiſſimis hominib. paraſitis & aſſentatoribus ſuis, ſæpenumero largitus ſit. Nam quòd Cleopatræ Cyprum, Phœniciam, aliaſque populi Romani prouincias donauit, nonnihil amor, & laudem regalis magnificentiæ captans animus, excuſat.

Ipſe prodigalitatem hanc ſuam ſi q̄ñ notari cognoſcebat, ſic tueri ſolitus fuit, vt diceret, Imperii Romani amplitudinē nō per ea, q̄ acciperet ipſe, ſed q̄ donaret aliis, illuſtrari. Proinde apud Rabiriū Poetā deſertus iam ab amicis omnib. ſuamq; fortunā ad alios emigrantē videns, alia re nulla, præter mortis ſibi arbitrium relicta, perquam honeſtē & grauiter exclamat: HAEC HABEO, QVAECVNQVE DEDI.

Sed oēm eius laudem & commendationem extinxerūt ebrietas & inſanus in Cleopatram amor. Ebrietati & crapulæ ſupra q̄ dici poteſt, obnoxius vixit. In nuptiis Hippiæ tantum vini per noctem hauſit, vt poſtridie in conſpectu P. R. vomere coactus ſit. Vtrunq; illi coram Patribus obiecit Cicero. Plinius autor eſt, edidiſſe illum paulò ante bellum Actiacum de ebrietate ſua volumen, quo patrocinari ſibi volens, propemodum approbarit, quàm multa per temulentiam mala rebus humanis intuliſſet.

Cæterū ebrietati iſti & crapulæ, poſteaquam velut oleū adiectum incendio, Cleopatræ philtrum acceſſit, ne ſalus quidē ipſa conſeruare ſalutem hominis potuit. Profligatus apud Actiū, deinde Alexandriæ per Cæſarem obſeſſus, non ſegniter ſua ipſius manu periit, anno ætatis LVI. Cæſare quartū & M. Craſſo Coſſ. an. V. C. DCC.XXIIII. ante natum Chriſtū XXVII. Quæ de vxoribus & liberis eius dicenda reſtāt, vbi duorum fratrum, C. & L. res geſtas expoſuerimus, ordine quo decet, perſequemur.

C. ANTON. TRIVMVIRI FRATER.

C. Antonius, legatus Cæſaris in bello ciuili, contra Pompeianos rē gerens, in Illyrico cū XV. cohortibus in poteſtatē hoſtium venit, fame expugnatus, quomodo præter Liuium, Cæſarē, Eutropium & alios, Lucanus quoq; tradit lib. 4. Prætor, M. fratre Cōſule, miſſus in Macedoniā, vt Senatus decretum, quo ipſi prouincia conceſſa, & exercitus attributus eſſet, pferret, etſi ſumma celeritate contendebat, præuentus tū eſt à M. Bruto, qui Macedoniam adeptus, tradente Hortenſio, Antonium cum copiis, quas habebat, deditionem facere coegit.

Ac primùm quidē honorificè habitus, manentibus etiam magiſtratus inſignibus, poſteaq̄ exercitū ab illo ſollicitari cognitū eſt, cuſtodiri pcipitur. Ad extremū vulgata Triumuirorū pſcriptione, per quā poſt D. Bruti cædem, & Cicero cū fratre fratrisq; filio periiſſet, in vltionē tantorū virorū capitis ſupplicio punitur. M. frater, eius facinoris poſt

ris poſt victoriam Philippenſem memor, cùm Hortenſium cœpiſſet, cui maiorem quàm Bruto culpã tribuebat, eius ſanguine C. fratri, & quidem apud ipſius tumulũ, parentauit. Autor Plutarchus in Bruto.

Cicero & hunc C. Antonium grauiter notat in Philippicis, maximè verò in ea oratione, quæ decima numero eſt, vbi duorum fratrum ætatibus medium interiectũ, vitiis cum vtroque certare ſcribit. Sed & Philip. 8. vt repulſam honoris paſſum notat, & Philip. 13. vti bis capto inſultat.

L. ANTONIVS, TRIVMuiri frater.

L. Antonius vitiorum omnium, quæ in fratribus hæſere, conſors, virtutum verò, quæ nonnullæ in Triumuiro fuere, prorſus expers, & inanis extitit. Robore tamen & audacia depugnandi non caruit. Tribunus pleb. cùm M. frater conſulatum, C. præturam gereret, Cæſarem Octauianum, Apollonia regreſſum, ad populum produxit, habendæque concionis poteſtatem illi fecit.

Conſul triennio pòſt, ann. vrb. conditæ DCC.XIII. Calend. Ianuarii de populis quibuſdam Alpinis triumphum egit, cùm neque imperiũ ibi habuiſſet vllum, nec quicquam triumpho dignum peregiſſet. Tantũ id temporis in republ. poterat Fuluia, cui quòd eſſet Cæſaris ſocrus, & Antonii coniunx, ac Lucio valde ſtuderet, contradicere nemo quiſquam audebat. Huius rei cũ Latini ſcriptores nuſquam, ꝙ ſciã, meminerint, Diõ verò ſolus apud Græcos tradat, ne quis commentũ eſſe meũ ſuſpicetur, verba ipſa Dionis ex li. 48. ſubſcribere placuit: Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει, ὀνόματι μὲν ὅ,τε Σερουΐλιος ὁ Πούπλιος, καὶ ὁ Ἀντώνιος ὁ Λούκιος, ἔργῳ δὲ οὗτός τε καὶ ἡ Φουλουία ὑπάτευσαν. τοῦ τε γὰρ Καίσαρος πενθερὰ, καὶ τοῦ Ἀντωνίου γυνὴ οὖσα, τόν τε Λέπιδον ὑπὸ νωθείας παρ' οὐδὲν ἦγε, καὶ αὐτὴ τὰ πράγματα διεχείρισεν, ὥστε μήτε τὴν βουλὴν, μήτε τὸν δῆμον, ἄλλο τι παρὰ τὸ ἐκείνῃ δοκοῦν χρηματίζειν. Τοῦ γοῦν Λουκίου αὐτοῦ σπουδάζοντος ἐπινίκιά τινων ἐν ταῖς Ἄλπεσιν οἰκούντων, ὡς καὶ νικήσαντός σφας πέμψαι, τέως μὲν ἡ Φουλουία ἀντέλεγεν οὐδεὶς οἱ συνεχώρησεν. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη θεραπευθεῖσα ἐπέτρεψε, πάντες ἐψηφίσαντο. ὥστε τῷ μὲν λόγῳ τὸν Ἀντώνιον καθ' ὧνπερ κεκρατηκέναι ἔλεγεν (οὔτε γὰρ ἔπραξέ τι νικητηρίων ἄξιον, οὔθ' ὅλως ἡγεμονείαν ἐν τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἔσχε) τῇ δὲ ἀληθείᾳ τὴν Φουλουίαν καὶ τιμηθῆναι καὶ πομπεῦσαι.

Acto triumpho, fretus Conſulatu & fratris potentia, cùm etiam à Fuluia, cuius filiã repudiârat Cæſar, ſocrus inſolentiam non ferens, inſtigaretur, ſumta defenſione colonorum, quorum agri militibus diuidebantur, bellum excitauit. Ac noctu in vrbem admiſſus, Lepidum, qui rerum vrbanarum tutelæ præpoſitus erat, fugauit, copias illius ſibi coniunxit. Deinde compellatis pro cõcione ciuibus, Triumuiratum ſe aboliturum promittit, quòd & frater id cupiat, & omnes boni expectent.

Exceptus gratulatione cunctorũ, ac Imperator appellatus, in Cæſarem progreditur. Occurrentibus autem Saluidieno & Agrippa, Cæſaris ducibus, non auſus vtroſque aggredi, Peruſiam ſe confert. Ibi clauſum obſidione, & aliquoties eruptione facta repulſum, Cæſar fame venire ad deditionem coegit. Ita bellum propè ſine ſanguine confectum, Peruſia diruta, Lucius aliquanto pòſt ob gratiam fratris dimiſſus eſt. Nec præterea quicquam illum geſſiſſe legimus. Sed neque de exitu eius autores quicquam prodidere.

M. Cicero, cùm neminem trium Antoniorum probet, hunc tamen imprimis execratur, quem & Mylaſis in Aſia Mirmillonem Thracem, familiarem ſuum, iugulaſſe, & in Italia Parmenſium ingentem cædẽ patrauiſſe commemorat, eoque Mirmillonem Aſiaticum, & latronem Italiæ vocat. Manifeſtæ crudelitatis hæc argumẽta ſunt, illa vanitatis & demẽtiæ, quòd ſe cognomẽto Pium (εὐσεβῆ) dici voluit, qui fratris dignitatem abſentis tueretur, vt eſt apud Dionem, quodq; ſtatuas equeſtres & inauratas in foro ſibi poni ſuſtinuit, hac inſcriptione: TRIGINTA QVINQVE TRIBVS PATRONO POPVLI ROMANI, quomodo refert Cicero Philipp. 6. Sed iam ad Triumuiri coniuges, & ex iis ſuſceptam ſobolem explicandam, accingamur.

VXORES ET LIBERI M. Antonii Triumuiri.

Ex Cicerone & Plutarcho, quinque M. Antoniũ vxores habuiſſe, colligimus, Fadiam videlicet, Fuluiam, Antoniam, Octa-

uiam & Cleopatram. Nam Citheris illa mima, cum qua per tempus belli ciuilis, iunctis ante currũ leonibus, quomodo ſcribit Plinius, Italiam percurſauit, amica non vxor fuit, quamuis Cicero in Orationibus Philippicis interdum vxorem appellet, quam vxoris loco cultam habitamq; meminerat.

FADIA PRIMA TRIVMuiri coniunx.

Fadia patrem habuit Q. Fadium, libertini generis hominem. Hanc fœcundam fuiſſe, & aliquot ex Antonio liberorũ matrem, teſtatur idem Cicero. Nuſquam tamen ipſe, ſed neque ſcriptores alii nominatim eos citant, quæ res ſuſpicari cogit, nõ diu fuiſſe ſuperſtites.

FVLVIA, SECVNDA coniunx Antonii.

Fuluia, M. Fuluio, qui propter hæſitantiam linguæ Bambalionis cognomen ex contumelia traxit, & Sempronia Tuditani, quem inſanum conſtat fuiſſe, filia prognata eſt, mulier vehemens, & quæ nihil muliebre præter corpus gereret, vt inquit Paterculus. Hæc non artes fœmineas colebat, quomodo cæteræ, ſed magiſtratus regere, & imperantibus imperare diſcupiebat, gladio accingebatur, militibus ſignum dabat, ſæpe etiam ad eos concionabatur, vti Plutarchus & Dion memoriæ prodiderunt. Verba Plutarchi Grçca, quòd ſatis vulgata exiſtimem, prætermitto. Dionis ex lib. 84. ſic habent: καὶ ξίφος παρεζώννυτο, καὶ συνθήματα τοῖς στρατιώταις ἐδίδου, ἐδημηγόρει τε ἐν αὐτοῖς πολλάκις, &c.

Nupſit Fuluia primum P. Clodio Pulcro, Cicer. inimico, cui Claudiam filiam, quam poſtea Cæſar Triumuir duxit, enixa eſt. Clodio interempto, C. Curioni ſe matrimonio coniunxit. Quo per bellum ciuile in Africa cæſo, ducta eſt Antonio, eique duos filios peperit. Deceſſit autem Sicyone, cùm Cæſarem, cui bellum Perufinũ excitarat, fugiens, ex Sicilia in Aſiam ad Antonium properans nauigaret.

Ex iis, quæ retulimus, quiuis facilè perſpexerit, quã probè Franciſcus Maturantius, vir alioquin doctiſſimus, Fadiæ Bambalionem patrem tribuat, eamque fuiſſe Tuſculanam aſſerat. Deinde quæ Ciceroni Philipp. 3. de Fuluia ſeorſim & Fadia dicuntur, ipſe cuncta miſcens, ad vnam Fadiam omnia referat.

Illos verò, qui Fuluiam omnium primo nupſiſſe L. Catilinæ tradunt, præterquam quòd nullius recepti ſcriptoris teſtimonio nituntur, facilè confutauerit Cicero, qui Philipp. 2. fatum Clodii & Curionis vaticinatur Antonio, quoniam domi ſuæ habeat, Fuluiam ſignificans, quod illorum vtrique fatale fuerit. Et ſub finem eiuſdem Orationis, de incolumitate Antonii, & illius proſperiore fortuna, dolens, ſalſiſſimo ioco, nimis diu Fuluiam P. R. tertiam penſionem debere dicit, nuſquam hercle Catilinam omiſſurus, eamque penſionem quartam facturus, ſi quidem & ille fuiſſet Fuluiæ maritus, quem morte perinde fœda, nec minus ex vſu reipublicæ, quam Clodium & Curionem, ſublatum ſciebat. Sed iam ad Antonii Fuluiæque liberos progrediamur.

ANTONIVS, TRIVMVIri & Fuluiæ primogenitus filius.

Antonius, natu maior F. (Plutarchus & Dion Antyllum vocant) puer adhuc percuſſoribus Cæſaris obſes in Capitolium miſſus eſt. Quod factum Cicero in Philipp. commemorans puerum nobilem, & M. Bambalionis nepotem, cum irriſu vocat.

Patrem in Aſiam, Syriam & Ægyptum ſecutus, patris ingenium & mores viſus eſt imitari velle. Id miſero fraudi fuit. Nam poſt Actiacam victoriam, cùm pater illi tum primam virilem togam dediſſet, potitus Alexandria Cæſar, ſimulacro Diui Iulii, ad quod poſt multas & irritas preces cõfugerat, abreptum interimi iuſſit, vt eſt autor Suetonius. Plutarchus à Theodoro pædagogo Cæſari traditum ſcribit, cumque adoleſcenti ceruix à militibus abſcinderetur, lapidem ei precioſum, quem geſtare conſueuiſſet, ab eodem Theodoro ſubductum, cuius ille furti mox apud Cæſarem conuictus, & in crucem actus ſit.

Fuiſſe adoleſcentem nõ inuenuſti ingenii, & paternæ in dando liberalitatis, arguit dictũ factumq; eius poſteritatis memoria cum primis dignum. Cœnabat inter familiares, adhibito Philota medico. Qui cũ variis argutiis menſæ conſortes fatigaret, Antonius viciſſim ſophiſma propoſuit, ad quod medico ſubticẽte, quaſi ſe conſtrictũ fateretur, lætatus riſit. Deinde commonſtratis in menſa poculis precioſis & mul-

tis: Hæc

tis: Hæc omnia, inquit, ô Philota, tibi dono conſero. Recuſanti accipere, quòd iudicaret immodicam donationem eſſe, nec placituram patri: *O inepte*, inquit, *an neſcis eum, qui dat, filium eſſe Antonii?* Hæc ſolitum narrare auum ſuum Lampriam, qui ex ipſo Philota rem audiuiſſet, idem tradit Plutarchus.

M. IVLIVS ANTONIVS, Triumuiri filius alter.

Alter M. Antonii & Fuluiæ filius, M. Ivlivs Antonius, non modò cum cæteris conſeruatus, verùm etiam ſacerdotio, & cùm adoleuiſſet, Prætura & Conſulatu decoratus eſt. Conſulatum geſſit ann. vrb. cond. DCC.XLIIII. ante natum Chriſtum VII. Præter hæc Octauia, Marcellã, filiam ſuam natu maiorẽ, ab Agrippa dimiſſam, illi collocauit. Cumque ſecundum Cæſarẽ plurimum poſſet Agrippa gener, ac proximi dignitate eſſent Cæſaris priuigni, Liuiæ filii, tertium Antonio locum Octauia conciliauit.

His beneficiis non ſatis gratum ſe præſtitit, adulterata Cæſaris filia, quo facinore ſibi totique domui ſuæ perniciem maturauit, etſi filium ex Marcella, L. Antonium, ſuperſtitem reliquit, quod ad ſtudia eius & ingenii argumentũ attinet, puer L. Craſſitium Grammaticum audiuit. Adultus verò, ac iã litteris ſatis perpolitus, ſcripſit Diomedeas libris 12. heroico verſu, vt Acron, interpres Horatii. Id opus, quamquam eximium & doctum, aduerſa tamen fortuna domus obſcurauit. Autores ſunt horũ Paterculus, Tacitus & Tranquillus. Meminit Seneca de breuitate vitæ: *Filia*, inquit, *& tot nobiles iuuenes, adulterio velut ſacramento adacti, infractam ætatem territabant: poſtquã iterum timenda cum Antonio mulier*, &c. Extat ad eundem Horatii oda libro 4. Carm. *Pindarum quiſquis*, &c.

L. IVLIVS ANTONIVS, Triumuiri nepos.

L. Iulius Antonius, M. Iulii F. Triumuiri nepos, admodum adoleſcens ab Auguſto ſepoſitus eſt in ciuitatem Maſſilienſem, vbi ſpecie ſtudiorum nomen exilii tegeretur. Deceſſit ibidem ſub Tiberio, anno vrb. cond. DCC.LXXVII. Supremus tamen habitus honor, oſſaque decreto Senatus Octauiorum tumulo illata ſunt. Tacitus 4. Ita in hoc adoleſcente propter ſcelus & flagitium patris, M. Antonii Oratoris domus & familia tota concidit, euidenti ſigno, quantopere Deus τὰς μοιχείας & odiſſe & punire ſoleat.

ANTONIA, TERTIA Triumuiri coniunx.

Antoniam, patrui ſui filiam, repudiata Fuluia, connubio ſibi coniunxit, ſed quam non multò poſt, vt ſuprà meminimus, viuente etiam tum C. Antonio, patruo & ſocero, velut adulterã abiecit. Nec enim dubitauit in Senatu Calend. Ianuar. ſedente patruo, hanc ſibi cũ Dolabella diſſidii cauſſam eſſe, dicere, quòd ab eo ſorori & vxori ſuæ ſtuprum oblatum eſſe cõperiſſet, quẽadmodũ prodidit Cicero Philip. 2. qui pudiciſſimam ibidem fœminam Antoniã appellat, ac ſcelus illud Antonii grauiſſimè deteſtatur. Liberos Antonia nõ legitur habuiſſe, eam ob cauſam, credo, quod in matrimonio Antonii non diu hæſit, exacta procul dubio fraude Fuluiæ. Nam illã mox reduxit Antonius; quod etſi nuſquã apertè traditur, rem tamen ſic actam eſſe, ſequentium annorum ſimul ac rerum geſtarum hiſtoria conuincit.

Illud præteriri nõ conuenit, priorẽ Antoniæ maritum fuiſſe C. Caninium Gallũ, quem, C. Antonio patre damnato, filiam eius duxiſſe, ſcribit Valerius Maxim. lib. 4. cap. 2. Nec enim vt alia poſſit accipi, plures Antonium reliquiſſe filias, legimus.

OCTAVIA, QVARTA Triumuiri coniunx.

Octauia, Cæſaris Auguſti ſoror, quæ primùm C. Marcello, viro Conſulari, nupta, Marcellum filium, duaſque Marcellas peperit, non illa maior, quæ matrem Ancharĩa habuit, fuiſſe putanda eſt; quod pleroſq; ſentire video, Plutarchum ſecutos, ſed minor ex Accia matre genita, vt & Plutarchi vocem vſurpemus, ὁμομήτρια Cæſari. Teſtẽ huius ſententiæ noſtræ locupletem & aſſiduum producere poſſumus M. T. Ciceronem, qui Philip. 3. de materno Cæſaris Auguſti genere, quod Aricinum fuit, deq; Accia & Octauia minore loquens: Sed hoc, inquit, clariſſimi viderint viri, L. Philippus, qui habet Aricinam, C. Marcellus, qui Aricinæ filiam.

Quin etiam Dion, grauis autor, libro quadrageſimo C. Marcellum in Conſulatu Cæſari Dictatori fuiſſe inimicum ſcribit, quamquam affinis eſſet, τῷ Καίσαρι καίπερ ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων ἐχθρὸς ἦν. Hic verò qui po-

tuit affinis eſſe per Octauiam maiorem, quæ Octauii & Anchariæ filia, Cæſarem nullo propinquitatis gradu contingebat? Minorem itaque Octauiam, cui Iulia, Cæſaris Dictatoris ſoror, auia fuit, coniugem Marcellus habuit, quo defuncto, cùm commodum etiam Fuluia deceſſiſſet, Antonius illam duxit, permotus ab amicis, vt eo tenaciore vinculo inter ipſum & Cæſarẽ pacis fœdera conſtarent. Reliquit autem ex Octauia filias, Antonias duas.

Qui Plutarchum hìc à nobis abiici mirabuntur, ſciant, vt leuiſſimè dicam, non hunc tantùm eius errorem eſſe. Nos autẽ, cùm illi plurimum tribuamus, ac illius auctoritatem vbiq; ſartam & tectam eſſe cupiamus, contra veritatẽ tamen homini fauere honeſtè qui poſſumus? Debet enim amicus eſſe Socrates, & amicus Plato, quẽadmodum ille ait, ſed omniũ maximè debet veritas eſſe amica. Vt autem de Octauiâ corollarii non nihil adiiciamus, valde laudat eam Plutarchus à forma, moribus, & ingenio, vocatque χρῆμα θαυμαστὸν γυναικός. Sed & Athenienſes, cùm apud ipſos degeret, ſupra modum amatam magnis honoribus affecerunt. Corinthii quoq; dignam duxere, cui templum ſupra forum excitatum conſecrarent, quemadmodum tradit Pauſanias lib. 2.

ANTONIA MAIOR, TRIumuiri & Octauiæ filia.

Antonia maior, vt vult Tacitus, vt Tranquillus minor, ſed malim ſentire cum Tacito, certè pudicitia perinde ac forma ſpectabilis. Nec enim abs re Plutarchus σωφροσύνῃ καὶ κάλλει περιβόητον appellat. Druſo, Tiberii Neronis & Liuiæ F. Cæſaris Auguſti priuigno, in matrimonium ceſſit, cum quo coniunctiſſimè viuens, complures ei liberos enixa eſt, ſed ex quibus tres patri vixere ſuperſtites, Germanicus, Liuilla & Claudius. Nato Claudio, non multo pòſt Druſus Conſulatum iniit, in eoque honore deceſſit, anno ætatis XXX. cond. vrb. DCC.XLV ante verò natum Chriſtum VI.

Deſtituta marito, cùm adhuc forma & ætate floreret, & à multis ambiretur, continentiam prætulit, anniſque XLIII I. & amplius in viduitate perſiſtens, liberorũ ſuorũ nepotes & pronepotes vidit, verùm nec ſibi nec reipub. felices, ſi Germanicum excipias. Hunc omnibus animi corporiſque dotibus, quæ ſummo principe dignæ ſunt, ornatum, iam Conſularem & triumphalẽ, & in Cæſarum familiam aſſcitum, Tiberii & Liuiæ nefariis artibus amiſit, anno vrb. cond. DCCLXXI. poſt natum Chriſtũ XXI.

Obiter admonendi ſunt ſtudioſi, non hunc eſſe Germanicum, quem tantopere laudat Quintilianus lib. 10. ſed Imperatorẽ Domitianum, qui & ipſe Germanicus dici voluit, eſtque per aſſentationem à doctis eius ætatis tam magnifico nomine decoratus. Inde eſt illud Martialis lib. 13. vt alios eius Poetæ locos omittam:

Serus in æthereà Germanicus imperet aula,
Vtq; diu terris, da pia thura Ioui.

Et Statius primo Syluarum ipſum compellans, ait:

Ante Palladiæ talem, Germanice, nobis
Effinxere manus, &c.

Miror herclè, Petrum Crinitum, virum alias oculatiſſimum, iſtud non animaduertiſſe, cùm præſertim Fabius Germanicum ſuum Auguſtum vocet, noſter hic ad Auguſtale faſtigium non aſcenderit, morte præuentus, eoq; Cæſar tantùm vbique nominetur, quomodo & in libris Faſtorum, quos illi P. Ouidius dedicauit.

Liuiam, ſeu Liuillam (nam idem nomẽ eſt) Druſo Cæſari, Tiberii filio, nuptã, & ex eo liberorum aliquot matrem, compertam adulterii, & quòd autore Seiano maritum veneno ſuſtuliſſet, permittente Tiberio, concluſit domi, fameque necauit, quemadmodum ſcribit Dion lib. 57. αὐτὴ δὲ Ἀντωνία ἑκοῦσα λιμῷ τὴν θυγατέρα ἐξώλεσεν. Accidit autem id non multo pòſt, quã Tiberius quintũ Conſul de Seiano pœnas ſumſiſſet. Porro Conſulatus Tiberii quintus incidit in annum vrb. cond. DCCLXXXII I. nati Chriſti XXXIII. Id hoc diligentius annotandũ duxi, quòd de huius Liuiæ interitu, & de tempore, paucis conſtare videam.

Claudium valetudinarium, nec mentis benè compotem, portentum dicere ſolebat, nec abſolutum à natura, ſed tantùm incoatũ, ac ſi quem ſocordiæ argueret, ſtultiorem aiebat filio ſuo Claudio. Vidit tamẽ ex hoc nepotem Druſum, & neptem, Antoniam Patinam. Nam Octauia & Britannicus aliquanto pòſt, Antonia iam defuncta, nati ſunt.

Ex Germanici libetis, quos ille ſex reliquit, duobus à Tiberio ſublatis, cùm puellas, Druſillam, Liuillam & Agrippinã maritaſſet, tertium ex adoleſcentibus, C. Cæſarem, fortuna ad imperii ſucceſſionem euexit.

uexit. Duo circa principatus initia fauorem populi, maximè verò pietatis erga ſuos laudem captante, quicquid honorum vnquam Liuia cœpiſſet, id vno Senatuſconſulto in Antoniam auiam congeſtum eſt.

Mox tamen ab eodem, poſita iam ſimulatione, cum ad ingenium rediiſſet, deſerta contemtaque eſt. Ac ne petenti quidē ſecretū conceſſum, niſi interueniente Macrone præfecto. Quæ rerum indignitates, & tædia, cauſam mortis illi præbuere. Nec defuerunt, qui datum venenum crederēt. Defunctæ nullus honor habitus, proſpexitque è triclinio Caius ardentem rogum. Verùm non diu lætatus, mox iſtius pluriumq; aliorum ſcelerum capite pœnas dedit, cum annis ferè IIII. imperaſſet, Claudio patruo dimiſſam imperii gubernationem excipiente.

Antoniæ continentiam impensè laudat Valerius Max. libro 4. cap. 3. vt quæ fœmina laudibus virilem familiæ ſuæ claritatem ſupergreſſa, amorē mariti egregia fide penſarit, cubiculum ſocrus pro coniugio ducens. Apud Tiberium valde venerabilis fuit, cui etiam inſidias Seiani, miſſo per Pallantem ſeruum ſcripto, indicauit, quemadmodum ſcribit Ioſephus libro 18. capite 13.

Tradit Plinius libro nono, capite quinto, Antoniam apud Baulos villam habuiſſe, in qua Murænæ, quam diligeret, inaures addiderit, propterque eam famam multos videre Baulos concupiuiſſe. Idem eam nunquam expuiſſe memorat, idque inter naturæ inſignia refert libro ſeptimo, capite 19.

ANTONIA MINOR, TRIumuiri filia.

Altera Antonia, L. Domitio Ænobarbo Cn. F. qui Conſulatum ſub Auguſto geſſit, anno vrb. 738. collocata, Cn. illi Domitium, & Domitiam Lepidam, genuit. Porro Cn. Domitius, & ipſe Conſulatu functus ſub Tiberio, anno vrbis DCC. LXXXIIII. ducta Agrippina, Germanici filia, L. Domitium Neronem, qui Claudio in principatu ſucceſſit, procreauit, vir omni parte probroſus, & qui ſit auſus dicere, nihil ex ſe & Agrippina niſi deteſtabile, & malo publico, naſci poſſe, quam illius vocem euentus comprobauit. Euaſit enim Nero principum omnium crudeliſſimus, & qui propinquos omnes, totaſque familias, quotquot ſe ſanguine contingerent, funditus euerterit.

Nam cùm C. Cæſar Tiberium fratrem & Ptolemæum conſobrinum, de quo mox dicemus, occidiſſet, ipſeque viciſſim à militibus cum coniuge & filia cæſus foret, cùm Claudius ſucceſſor duas Iulias, alteram Germanici fratris, alteram Druſi patruelis, filias, & Domitiam Lepidam, conſobrinam, interemiſſet, ipſum vxor Agrippina veneno ſuſtuliſſet, Nero per fraudem matris imperio potitus, quicquid cognati & Antoniani ſanguinis reliquum erat, hauſit. Fratrem enim Britannicum, & ſorores, Octauiam, quæ & coniunx fuit, & Petinam, recuſantem nuptias ſuas, & Rubellium Plancum, Druſi & Antoniæ pronepotem, quorum & ipſe pronepos erat, demum & matrem Agrippinam per ſummam immanitatem trucidauit.

Nec dormitauit iuſtitiæ vindex oculus. Tot namque patratis ſceleribus, deſertus ab omnibus, cùm ſe iudicatum hoſtem, & ad ſupplicium quæri didiciſſet, ferro ſibi iugulum aperuit, multoque viſentium horrore ſceleratàm animam efflauit, anno ætatis trigeſimoſecundo, vrbis conditæ DCCC. XX. poſt Chriſtum natum, ſeptuageſimo; die quo quondam vxorem Octauiam interemerat, vt autor eſt Suetonius Tranquillus.

CLEOPATRA, ÆGYPTI Regina, quinta vxor Antonii.

Supereſt Cleopatra, quinta vxor Antonii, ex qua prognatam ſobolem, tametſi ad Rom. non magnopere pertinentem, quia tamen ab Antonio deſcendit, in recenſenda poſteritate eius omitti non conuenit.

Ptolemæus Auletes, ſiue pulſus ab Alexandrinis, ſiue ſponte profugiens, certè iubente Pompeio, per Gabinium in regnum reſtitutus, occiſa filia natu maxima Berenice, quæ abſente ipſo regnum tenuerat, duas filias, Cleopatram & Arſinoen, totidemq; filios, Ptolemæos, ſuperſtites reliquit. Volaterranus in Geographia tradit, eum liberos ſuos P. R. in tutelam commendaſſe. Eoque Marcum Æmilium Lepidum, Pontific. Maxim. miſſum à Senatu in Ægyptum, qui regnum pupillis adminiſtraret. Quæ qua hiſto-

riæ fide & veritate ad hæc tempora trahātur, ante ducentos annos & amplius geſta, relinquo doctioribus iudicandum.

Alexandrini, Ptolemæo mortuo, filium natu maiorem, Ptolemæum Dionyſium, & Cleopatram, quemadmodum pater teſtamento perſcripſerat, regno præfecerunt. Exorta inter eos diſſenſione, Ptolemæus aduerſus ſororem bello rem gerit. Interea Pompeius ex acie Pharſalica delatus Peluſium, à domeſticis regis interficitur. Secutus Cæſar, cùm diſſidētes componere ſtuderet, Ptolemæum, bellum inferētem, opprimit, Cleopatræ regnum donat, nec abhorrens ab eius conſuetudine, quòd forma præſtaret, totam hyemem in ſummo luxu cum ea traducit. Illa poſt aliquot menſes filium enixa, Cæſarionem appellauit. Sed & aliquanto pòſt in vrbem ad Cæſarem profecta, maximis ab illo honoribus excepta, ſummaque munificentia in Ægyptum remiſſa eſt.

Poſt cædem Cæſaris, & res in Philippis geſtas, ab Antonio in Aſiam venire iuſſa, tantopere eum in amorem ſui pellexit, vt ſe regredientem in Ægyptum ſecutus ſit. Poſt bellum verò Parthicum ſuauitate morum & facundia, qua plurimum pollebat, totum illum occupauit. Eſtq; ab eo in vxorē ducta, miſſo Cæſaris ſorori repudio, quæ res vtrique exitio fuit. Orto namque bello ciuili per eam inſaniam, ambo à Cæſare victi & euerſi ſunt. Interfecto aūt Antonio, eum ſe Cleopatra triumpho ſeruari ſenſiſſet, aſpidis irritatæ morſu vitam finiuit, anno ætatis XXXIX. cùm regnaſſet XXII. Cæſar illi & Antonio commune ſepulchrum indulſit. Autores Strabo & Plutarchus.

LIBERI ANTONII & Cleopatræ.

Liberi vtriuſque ſuperſtites fuere, Alexander, Ptolemæus & Cleopatra. Ex his Alexandrum & Cleopatram, ſimul in lucem editos, Antonius pater Solis & Lunæ cognomentis ornauit. Cæſar etiam ob id eos in triumpho duxit, vt annotauit Euſebius.

CLEOPATRA, ANTOnii & Cleopatræ filia.

Cæſarione interemto, Cleopatram Cæſar Iubæ iuniori, quem ipſe educauerat, collocauit, eique paternum in Africa regnum reddidit. Præterea Alexandrum & Ptolemæum illis conceſſit. Autoribus Plutarcho & Dione.

Porro, Iuba, eius Iubæ, qui in cauſſa belli ciuilis à Cæſare Dictatore ſuperatus, necē ſibi conſciuit, filius, admodum puer Romæ in triumpho, de patre ducto, & ipſe circum latus eſt, quæ res illi feliciſſimè ceſſit. Educatus enim Romæ, & bonis artibus inſtitutus, ex barbaro & Numida clariſſimi nominis ſcriptor euaſit, conditis ad C. Cæſarem, Auguſti filium, doctiſſimis voluminibus. Recuperato per Cæſarem paterno regno, primus vtriq; Mauritaniæ imperauit, ſtudiorū tamen fama poſteritati, quàm regno celebratior. Ex Cleopatra Ptolemæum filium, & vt quibuſdā placere video, Druſillam quoque filiam reliquit.

PTOLOMÆVS, ANTONII Triumuiri nepos.

Ptolemæus, Iubæ patris in regno ſucceſſor, ſub Tiberio, cognitis eius in bello contra Tacfarmatē ſtudiis, venuſto more per emiſſum Senatorē, ſcipione eburno & toga picta donatus, Rexq; & ſocius & amicus P. R. appellatus eſt. Autor horum Tacitus lib. 4. Poſt Tiberii mortem ab eius ſucceſſore, C. Cæſare Caligula, conſobrino ſuo, nefariè cæſus eſt, & quidē propter opes, vt tradit Dion. Suetonius euocatum è regno, & exceptum honorificè, hac de cauſa repentè percuſſum ſcribit, quòd edente Caio munus, ingreſſus ſpectaculum, hominum oculos fulgore purpureæ ab ollæ conuertiſſet, idq; ipſi Caio animaduerſum foret. Cædem eius indignam vlciſcente liberto Ædemone, primùm ſub Claudio, qui Caio ſucceſſit, in Mauritania Romanis armis bellatum eſt, quomodo legimus apud Plinium libri quinti, cap. I.

DRVSILLA, ANTONII Triumuiri Neptis.

Supereſt ex Antonii & Cleopatræ domo Druſilla neptis. Sic enim memorat eā Tacitus lib. 21. parentes non adiicit. Hanc ſub Claudio duxit libertus eius, M. Antonius Felix, frater Pallantis, quem ſuprà ſeruum Antoniæ fuiſſe meminimus. Quoniā autem ſingulari fortunæ beneficio, cùm eo nomine, tum affinitate familiæ Antoniorum ſe Felix inſeruit, amplius & pluribus verbis agendum de illo cenſuimus.

¶ Suidas Κλαύδιος, nominat Κλαύδιος Φαίλικα. Eadem nuncupatio apud Ioſephū & Zonaram reperitur. Antonii Felicis nomen habet Tacitus lib. 5. & 22.

M. ANTONIVS FELIX, Druſillæ maritus, & Triumuiri progener.

Claudius Imp. ſeu generis nobilitate motus,

motus, quòd vetuſtis Arcadiæ regibus ortos ſe prædicarent, ſeu inſita facilitate ductus, qua libertis ſuis obnoxius, nihil non ipſis indulgebat, plurimum his fratrib. detulit. Nam Felicem ad regias nuptias euectum primùm cohortibus & alis, deinde Iudææ impoſuit. Pallantem verò rationib. præpoſitum, non ornamentis modo Prætoriis honeſtauit, ſed & opes ad ter millies ſeſtertium habere permiſit, quemadmodum autores ſunt Cornel. Tacitus & Suetonius Tranquillus.

Felix à remo, quod dici ſolet, ad tribunal euectus, mirum, quàm cœperit inſoleſcere. Nec enim vlla moderatione prouinciam tenuit, quiduis ſibi licere ratus, tanta potentia ſubnixo. Cumque huius impotentiæ Ventidius Cumanus æmulus foret, arſiſſet bello prouincia, ni Quadratus, Syriæ rector, ſubueniſſet, qui Felicem, receptum in tribunal, inter iudices oſtentauit, damnato flagitiorum, quæ duo deliquerant, Cumano: eſtq; prouinciæ reddita quies. Sic Tacitus libro duodecimo & vigeſimoprimo.

Ioſephus non multum à Tacito varians, cùm etiam hanc laudem Felici tribuat, vt à latronibus Iudæam ab illo purgatam memoret, Eleazaro, qui per viginti annos latronum princeps extiterat, cum multis aliis capto, & Neroni in vrbem tranſmiſſo: Similiter Ægyptio quodam Mago, perniciosſum cienti tumultum, repreſſo, crudeliter tamen, & multis cædibus, prouinciam adminiſtraſſe demonſtrat. Quin & Ionatham, ſummum Pontificem, ſubmiſſis percuſſoribus cæſum ab illo tradit.

Ob hanc inhumanitatem delatus apud Neronem, ſucceſſorem accepit. Nec multo pòſt à primoribus Iudæorum, Romam ſecutis, grauiter de multis ſceleribus accuſatus, pœnas dediſſet, niſi Pallantis fratris gratia & precibus adductus Nero hominem abſoluiſſet.

Quo tempore in Iudæam venerit, & quot annis præfuerit, Ioſephus cum Tacito & Bæda non conuenit. Sed quoniã hæc res à doctiſſimo noſtræ ætatis viro peculiari libello lucidiſſimè explicata eſt, à me recte prætermittitur. Illud tamen neutiquam ſilentio tranſeundum, ſub hoc Antonio Felice, Iudææ præſide, Paulum Apoſtolum vinctum Cæſareæ cauſam dixiſſe, quemadmodum teſtatur in Actis Lucas, qui & ipſe hominem fuiſſe, φιλάργυρον, & δωροδοκείαις ſuetum, oſtendit.

Druſilla, Triumuiri nepte, per mortem, & abſque liberis, prærepta, regis Agrippæ filiam, quæ & ipſa Druſilla vocabatur, pulchritudine captus, cùm illam à marito diſcedere feciſſet, ſibi coniunxit, genuitq; ex ea filium Agrippam, qui poſtea ſub T. Veſpaſiano F. rempub. tenente cum vxore in Veſuuii montis incendio periit. Ioſephus antiq. lib. 20. cap. 9.

Alterius huius Druſillæ meminit & Lucas Actorum 24. palamq; Iudæam appellat, Ioſepho ſubſcribens. A qua cum diuerſam eſſe priorem autoritate Taciti doceamur, ſciant ſe toto, quod aiunt, cœlo errare, qui nomine decepti, vnam ac eandem eſſe Druſillam tueri pergunt. Suetonius etiam tertiam Heroinam ab illo ductam indicat, trium reginarum maritum appellans, quem locum tam frigidè tractatum ab interpretibus, valde miror, cùm præſertim aliàs in rebus nihili plus ſatis ſollicitos ac verboſos eſſe videamus.

In Ptolemæo & Druſilla Marci Antonii Triumuiri & Cleopatræ reginæ poſteritas exaruit, quemadmodum propaginem eius ex Fuluia in L. Iulio Antonio ex Octauia in Nerone deletam, ſupra demonſtratum eſt. Deſcripta Marci Antonii Oratoris domo, totaque ea familia, ſuperſunt eius & ſequentis ætatis aliquot Antonii, quos hic commodum ſubiiciendos eſſe duximus.

ALIQVOT ANTONII SVperiorum temporum, huc vſque dilati.

Q. Antonius, bello ciuili Mariano Prætor Sardiniæ, cùm Cinnæ partium eſſet, à L. Philippo, L. Syllæ Dictatoris legato, cæſus eſt. Autor epitomes Liuianæ lib. octuageſimoſexto.

Marcus Antonius, vnus ex ducibus & legatis Q. Sertorii, cum cæteris coniuratis ipſum in cõuiuio trucidauit, cuius facinoris nomine non multo pòſt mulctatus, vitam amiſit. Idem libro 96. & Plutarchus in Sertorio.

Antonius item quidam cum Cicerone in Ciliciam conceſſit, Euocatorum præfectus, quem ipſum ex Cilicia ad Appium Claudium Pulchrum ſcribens, virum fortem eſſe, & inprimis ſibi probatum, aſſerit.

L. Antonius M. filius, Proconſul alicubi in Aſia minore initio belli ciuilis Pompeiani L. Lentulo & C. Marcello Conſulibus, refertur Ioſepho Iudaicarum antiquitatũ lib. 14. cap. 19. ſi tamẽ illic nihil mendi ſubeſt, quando ſcriptor ille pluribus in locis, quod eruditi ſciunt, inſanabiliter laborat.

P. & T. Antonii, Quæſtores fuere ſub Auguſto, ſed is in Conſulatu eius ſecundo, hic quarto, quemadmodum indicat fragmentum magiſtratuum, quod extat apud Apianum. Porro Titum, quòd prænomen non niſi à patriciis Antoniis vſurpatum legam, ex Merendis fuiſſe ſuſpicor, ſeculis aliquot iacente familia, id quod & Furiis Camillis accidiſſe, compertum habemus ex Corn. Tacito.

ANTONII PROMISCVE CONgeſti, ſolo primarum litterarum in cognomentis ordine ſeruato.

Antonivs Atticus, Declamator, citatur Senecæ Suaſoriarum primo.

P. Antonius Auitus, Procurator Cæſaris in Cilicia, iis temporibus, quibus Plinius iunior floruit. Fit eius mentio Pand. lib. 29. de acquirenda hæreditate legitima. Quamquam in omnibus ferè libris mẽdosè Pannonius legitur, etiam in ea editione, quam adornauit vir doctiſſimus, Gregorius Haloander.

M. Antonius Alexander, libertus M. Antonii Ianuarii, de quo infrà vetuſtam inſcriptionem adducemus.

Antonius Balbus, interemtus à Seuero Pertinace Auguſto. Spartianus in eius principis vita.

Antonius Caſtor, Medicus, celebratur Plinio, qui illius beneficio & ſcientia contemplari ſibi herbas contigiſſe ſcribit, fuiſſeq; ſumma autoritate in ea arte, viſendo ipſius hortulo, in quo plurimas herbas aleret, centeſimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore concuſſis. Locus eſt lib. 25. cap. 2.

Antonia Clementina, vxor P. Rufii Flauii, M. filii, refertur in memoriis antiquis Cordubenſium.

M. Antonius Exochus, natione Alexandrinus, memoratur in vetuſtis inſcriptionibus apud Apianum.

M. Antonius Felix, Libertus Claudii Auguſti, & præſes Iudææ, dictus ſuprà.

M. Antonius Felix Inſularius, memoratur Apiano in memoriis antiquis.

Antonia Flacilla Nouium Priſcum maritum, à Nerone damnatũ, in exilium comitata eſt. Cornelius Tacitus in fine libri quinti.

Antonius Flamma, damnatus repetundarũ, & exilio mulctatus ob ſæuitiam, initio principatus Veſpaſiani. Tacitus lib. 20.

Antonius Gallus, Conſul ſub Valeriano Imperatore, ad quem eius principis epiſtolam recitat Vopiſcus in Aureliano. Nõ me fugit, in excuſis pleriſq; libris Antoninum hûc vocari, quomodo & Balbum in Spartiano, ſed ego diuerſam lectionem ſequi malo.

M. Antonius Gnipho, Gallus, celebris in vrbe Grammaticus fuiſſe dicitur, ingenii magni, memoriæ ſingularis, nec minus Græcè quàm Latinè doctus, præterea comi facilique natura, nec vnquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate diſcentium cõſecutus. Docuit primùm in D. Iulii domo, pueri adhuc, deinde in ſua priuata. Docuit autem & Rhetoricam, ita, vt quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret verò nõ niſi in nundinis. Scholam eius claros quoque viros frequentaſſe, aiunt, & in his M. Ciceronem, etiam cùm Præturæ fungeretur. Scripſit multa, quãuis annum ætatis quinquageſimum nõ exceſſerit. Atteius tamen Philologus duo tantũ volumina de Latino ſermone reliquiſſe eũ, tradit. Nam cætera ſcripta diſcipulorũ eius eſſe, non ipſius. Hæc Tranquillus. Macrobius citat eius volumen, in quo diſputetur, quid ſit feneſtra, Saturnalium lib. 3. capite 12. Idem virum doctũ vocat, cuius Scholã Cicero poſt laborem fori frequẽtarit. Mẽminere Quintilianus lib. 1. Chariſius ex cõmentariis in Virgilium, epiſtolis & orationibus.

Antonius Honoratus, Trib. militum in caſtris Prætorianis, Galbæ inprimis fidus, cuius oratione accenſi milites, Nymphidium adſpirantem ad imperium occiderunt. Plutarchus in Galba.

M. Antonius Ianuarius Honoratus Auguſtalis Miſenas. Vixit annis L. Teſtamento poni iuſſit. M. Antonius Alexander, patrono indulg. conſummandũ Cur. lib. Liberta. Q. E. H. M. SS. H. H. Hæc inſcriptio reperitur apud Volaterranum & Apianum. Vterque eam Neapoli extare ſcribit.

M. Antonius Iulianus, Procurator Iu-

dææ,

dæ,affuit T. Veſpaſiano F. in expugnatione Hieroſolymorũ. Ioſeph. li. 7. eius bel. c. 9.

M. Antonius Iulianus, Rhetor Hiſpanus, perquam honeſti & amœni ingenii, doctrina quoq; iſta vtiliore atque delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria fuit. Adhæc ſcripta omnia antiquiora tam curioſè ſpectabat, aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium factũ eſſe ad amuſſim, diceres. Sic Gellius Noct. Att. primo cap. 4. qui & ibidem iudicium illius ſuper quadam argutia Ciceronis ſubiungit. Et libro 19. capite 9. factum eius refert in conuiuio veterum Poetarum aliquot Epigrammata ſelectiora canentis, ne Gręcis in eiuſmodi carminum deliciis inferiores eſſe videamur.

M. Antonius Liberalis, Latinus Rhetor, grauiſſimas cũ Palæmone inimicitias exercuit. Euſebius in opere Chronico.

Antonia Maximilla, vt ornatiſſima fœmina citatur Plinio in epiſtolis ad Traianũ Imperatorem.

Antonia Montana, vixit ſub Marco Imperatore, cui ille reſcripſiſſe legitur Pand. lib. 25. de agnoſcendis vel alend. lib.

Antonius Muſa, Medicus eximius, Auguſtũ Cæſarem ancipiti morbo laborantẽ, quãdo calidis nihil effici potuit, ψυχροποτίαις ϗ ψυχρολουσίαις, id eſt frigidis lotionibus & potiunculis aggreſſus, reſtituit. Vnde ab Auguſto ſimul & opes & ius annulorũ aureorũ, cũ libertus eſſet, cõſecutus eſt, prætereà immunitatem, non ſibi tantùm, ſed etiã omnibus aliis, quotquot eandẽ artem vel tũ profiterentur, vel olim profeſſuri eſſent. Autor Diõ lib. 53. itẽ Zonaras Tom. 2. Addit Suetonius, P. R. ob reſtitutũ ab eo principẽ, ære collato, ſtatuam illi iuxta ſignum Æſculapii poſuiſſe.

Meminit huius Antonii Muſæ Q. Horatius lib. 1. epiſtolarum ad Vallam. Meminit & C. Plinius Secundus pluribus in locis. Nam & lib. 19. cap. 8. prudentia illius augmentum in ęgritudine lactuca conſeruatum tradit. Et lib. 25. cap. 7. fratrem illi fuiſſe ſcribit, Euphorbiũ, Medicum Iubæ regis, qui inuentam à ſe herbam illius nomine Euphorbiam vocarit. Item lib. 30. cap. 13. curandis inſanabilibus vlceribus, viperas edendas dediſſe refert, celerrimo ſanationis effectu.

Sed & Eobanus Heſſus, æui noſtri Naſo, verùm caſtus & pius, quomodo recte pronunciauit Eraſmus, Muſam inter antiquos & illuſtres Medicos venuſto epigrammate celebrat. Quod quia ſecretiorẽ hiſtoriam continet, non ſine ſale, dignum exiſtimaui, quod hîc aſcriberetur. Ipſe de ſe Muſa ſic loquitur:

Poſterior nulli veterum ratione medendi,
Omnibus Auguſti maior honore fui.
Sunt qui me dicant muſas odiſſe Maronis,
Cur igitur falſo nomine Muſa fui?

Scriptorũ illius nihil ſupereſt præter exiguum de herba Betonica libellũ, M. Agrippæ, Cæſaris Auguſti genero, dedicatũ, quẽ tereti & rotũdo, cõmentariolo nobis explicuit vir medicarũ rerũ, & humanioris litteraturæ, iuxtà callẽtiſſimus, Gabriel Humelbergius Rauenſpurgenſis. Nã quæ præterea multa circunferũtur Antonii Muſæ nomine, vt in Aphoriſmos Hippocratis & Galenũ cõmentationes, vt omniũ Trochiſcorũ, Vnguentorũ, Ceratorũ, Emplaſtrorũ, Cataplaſmatũ & Collyriorũ examina, nõ iſtius, de quo diximus, ſed ſcriptoris ſunt longè recentioris & neoterici, quẽ ætas patrũ noſtrorũ Ferrarienſiũ in Italia Medicũ clariſſimum nouit. Id commonefaciendũ arbitratus ſum, ne quis incogitãtior, nominis ſimilitudine deceptus, quomodo fit nonnunq̃, vnũ ac eundẽ Antoniũ Muſã eſſe crederet.

Antonius Natalis, Eques Rom. Piſonianæ coniurationis aduerſus Neronem particeps, ſimulatq; ſe proditum ac circumuentum vidit, profeſſus indicium, nominatiſq; compluribus, inter quos & Seneca fuit, Neronis præceptor, nimiſquam inuiſus, impunitate donatus eſt. Tacitus lib. 15.

L. Antonius Numida, agnoſcitur ex inſcriptione vetuſta, quæ ſic habet: *L. Antonio L. F. Gal. Numidæ, Præfecto Fabrum, Tribuno Mil. Leg. primæ Italicæ, L. Rubrius Polybius amico.* Hæc inſcriptio extat Sagunti in Hiſpania, teſte Apiano.

M. ANTONIVS PRIMVS, natus Toloſæ in Gallia, puer adhuc, Beci, id eſt roſtri gallinacei cognomen tulit. Adultus, & iam Senator, lege Cornelia falſi ſub Nerone damnatus, poſt eius mortem ordinem recuperauit. Præpoſitus à Galba legioni ſeptimæ, ſcriptitaſſe Othoni credebatur, ducem ſe partium offerens. A quo neglectus, in nullo Othoniani belli vſu fuit. Labantibus Vitellii rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promtus, ſerendæ in alios inuidię artifex, diſcordiis & ſeditionibus potens, raptor, largitor, pace peſſimus, bello

non ſpernendus. Conſultantibus de bello gerendo Veſpaſiani ducibus, ac pleriſque cunctandum cenſentibus, ipſe feſtinationẽ vtilem eſſe ſuaſit, & tenuit. Congreſſus cũ Vitellianis, nullum conſtantis ducis, aut fortiſſimi militis, officium omiſit. Vexillarium fugientem haſta tranſuerberans, mox raptum vexillum in hoſtem vertit. Quo exemplo ad certamen accenſis militibus, bis vno die victoria potitur, atque etiam caſtra expugnat. Cecidere tum ex Vitellianis triginta millia, cùm ipſe millia quatuor amiſiſſet.

Cremonæ, quæ ſe dediderat, abluendo cruori balneas ingreſſi vox excepta eſt, cùm teporem incuſaret, ſtatim futurum, vt incaleſcerent. Id vernile dictum inuidiam omnium in eum vertit, tanquam ſignum incendendæ Cremonæ dediſſet, quæ iam flagrabat. Mox ad vrbem properans, poſtridie quàm Germani Capitolium expugnaſſent, Sabino, Veſpaſiani fratre, cæſo, affuit ipſe cum copiis ſuis. Quem Vitelliani milites excipientes, tribus in vrbe locis commiſſo prælio, profligati propemodum omnes interierunt. Vitellius ipſe captus, & per totam vrbem contumelioſè tractus, tandem iugulatur, & in Tiberim proiicitur.

A victoria iam nimius & immodicus, incidit in æmulationem cum Mutiano, qui plurimum ſub Veſpaſiano poterat. A quo paulatim potentia exutus, proficiſcitur ad Veſpaſianum, nec pro ſua ſpe accipitur, partim epiſtolarum Mutiani multorumque criminationibus, partim prioris vitæ flagitiis & arrogantia ſua minus gratus. Hæc ex Taciti complutibus libris, Ioſephi de bello Iud. quinto, capite decimotertio. Hegeſippi quarto. Peruenit ad tempora Traiani principis iam ſexagenarius, quemadmodum teſtatur de illo Martialis Epigrammatum libro decimo. ſingulari familiaritate, quod videre eſt, ipſi coniunctus. Epigramma ipſum, quoniam graue & honorificum eſt, placuit ſubiicere.

Iam numerat placido Felix Antonius æuo
Quindecies actas Primus Olympiadas.
Prateritoſq́, dies, & tutos reſpicit annos,
Nec metuit Lethes iam propioris aquas.
Nulla recordanti lux eſt ingrata, grauiſque
Nulla fuit, cuius non meminiſſe velit.
Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus, hoc
Viuere bis, vita poſſe priore frui. (eſt

Celebrat ibidem ipſius icona, quod & ipſum epigramma propter elegantiam adſcripſimus:

Hæc, mihi quæ colitur violis, pictura, roſiſq́,
Quos referat vultus, Cæciliane, rogas?
Talis erat Marcus mediis Antonius armis
Primus, in hoc iuuenẽ ſe videt ore ſenex.
Ars vtinã mores animumq́, effingere poſſes,
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

Eſt & lib. 9. epigramma ad Atticum, ſingularem erga hunc Antonium amorem & laudem ſpirans. Nos ne omnia congerere voluiſſe videamur, lectorem ad ipſum Martialem remittimus.

Antonius Rufus, vertit Homerũ & Pindarum, teſte Acrone. Citatur à Fabio Quintiliano lib. 1. cap. 10.

Antonius Rufus, alius à ſuperiore, fors filius aut nepos, Conſul ſub Hadriano, anno vrb. DCCCLXXXIII. Euſebius hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 6. meminit Rufi, præſidis Iudææ, qui inſolentiam eius gentis & motus acerrimè compreſſerit, cùm Dion id bellum à Iulio Seuero geſtum, tradat.

L. Antonius Saturninus, ſuperioris Germaniæ præſes, mouens bellum ciuile contra Domitianum, in Germania per App. Norbanũ oppreſſus eſt, teſtibus Suetonio & Aurelio Victore, item Plutarcho in Æmilio Paulo. Sed & Martialis inuehitur in hominem lib. 4. hoc epigrammate, Domitiani Cæſaris gratiam captans:

Dum nimiũ vano tumefactus nomine gaudes,
Et Saturninum te miſer eſſe pudet:
Impia Parrhaſia mouiſti bella ſub vrſa,
Qualia qui Phariæ coniugis arma tulit.
Exciderat ne adeò fatum tibi nominis huius,
Obruit Actiaci quod grauis ira freti?
An tibi promiſit Rhenus, quod non dedit illi
Nilus? & Arctois plus licuiſſet aquis?
Ille etiam noſtris Antonius occidit armis,
Qui tibi collatus, perfide, Cæſar erat.

Apud Ælium Lampridium in vita Alexandri Seueri perperam & mendosè L. Antonius appellatur. ¶ Quæri poſſit, idemne ſit, de quo Suidas Ἀντώνιος.

Antonius Silo, Tribunus in bello Iudaico ſub Veſpaſiano fuit. Ioſephus libro 3. capite 17.

Antonius Verus, refertur in monumentis agri Paduani hac inſcriptione: ANTONIO VERO SIBI ET SVIS.

ANTONII aliquot ſine cognomentis.

Antonius quidam tuetur Aſcalonẽ aduerſus

uerſus Iudæos, XVIII. millibus illorum cæſis, ante Veſpaſiani aduentum. Ioſepbus belli Iudaici libro 3. capite 1. Hegeſippus 2. capite 4.

Antonius, Cēturio in eodem bello, periit cæſus per fraudem, dum ſpecie ſupplicis inſidianti dextram præbet. Ioſephus libro tertio, capite 13. Hegeſippus tertio capite 15.

Antonius, alius, floruit ſub Alexandro Imperatore, cui reſcribitur ab eodem principe Cod. de excuſationibus Tutorum & Cur.

Antonius, alius, emicuit ſub Diocletiano & Max. AA. cui ab iiſdem reſcribitur C. libro 4.

Antoniæ reſcribitur ab iiſdem Imperatoribus C. lib. 9.

Antonius, primùm Trib. militum in mediterranea Dacia, teſte Marcellino, deinde Præfect. Præt. ſub Valentiniano, Valente & Gratiano AAA. Conſulatum geſſit cum Euagrio, anno vrbis conditæ M. C. XXXV. Reſcribitur illi ab iiſdem principibus Codice de officio Vicarii.

ANTONII, Chriſtianæ religionis cultores.

Hactenus Romanæ ſtirpis & ciuitatis, quod nobis propoſitum erat, Antonios recenſuimus: nunc aliquot externos adiungemus, ſed Chriſtiana religione, & ſanctimonia vitæ, toti mundo celebres. Quanquam nec hos omnes à ciuitate Romana prorſus excluſerim, multos tum populos, vrbesq; quam plurimas, per omnes Imperii fines complectente.

ANTONIVS ABBAS.

Antonius, Ægyptius natione, coluit ſolitudinem in regione Thebaica, conditoque cœnobio, cum diſcipulis ibi in magna abſtinentia vixit. Hiſtoria Tripartita cibum eius, panem cum ſale; potum, aquam: refectionis tempus, Solis occaſum: cubile, pauimentum fuiſſe refert.

Euocatus ab Athanaſio propter Arianos Alexandriam, cùm Didymum, virum doctiſſimum, ſed cæcum vidiſſet, conſolans eum: *Gaude, inquit, ô Didyme, quòd oculis orbatus carnalibus, quibus mures & muſcæ vtuntur, oculos recepiſti, cuiuſmodi habent Angeli, & quibus Deus videtur.* Meminit huius Rufinus Hiſtor. Eccleſiaſticæ libro vndecimo, capite ſeptimo. Quærentibus cur rarius ad vrbes concederet, hanc cauſam afferebat, quòd vti piſces humor, ita Monachum nutriret ſolitudo: Illos terræ contactu, Monachos oppidorum conſuetudine tabeſieri.

Rogatus aliquando à Philoſopho, quomodo degere in ſolitudine poſſet, librorum conſolatione priuatus; nec enim literas tenebat: *Meus, inquit, ô Philoſophe, liber eſt natura rerum, & cùm voluero, perlegit mihi verbum Dei.* Dictauit ad diuerſa cœnobia epiſtolas ſeptem Ægyptiaco ſermone, quæ deinde in Latinam linguam conuerſæ ſunt. Floruit ſub Conſtantino & filiis eius, quibus omnibus valde venerabilis fuit. Deceſſit, vt teſtatur Polydorus, anno ſalutis CCCLXI. cùm annos CXX. vixiſſet.

Diuus Auguſtinus libro Confeſſionum octauo, capite ſexto mentionem Antonii cum ſummo honore facit. Et in Prologo de doctrina Chriſtiana, virum ſanctum & perfectum vocat, quique ſine vlla ſcientia litterarum ſcripturas diuinas & memoriter audiendo, & prudenter meditando, tenuerit.

Vitam eius inſigni volumine complexus eſt Athanaſius, Alexandrinus Epiſcopus, quam Euagrius, Antiochenæ Præſul Eccleſiæ in Latinum eloquium tranſtulit, vt meminit Hieronymus in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, qui & ipſe eam de nouo ſe compoſuiſſe, teſtatur. Ex recentioribus Mapheus Vegius, is, qui Æneidi Virgilianæ librū decimumtertiū adiecit, non inſuaue de Antonio poema reliquit. Similiter Ioann. Franciſcus Picus elegantiſſimum hymnum. Memoriam etiam eius quotannis decimaſeptima Ianuarii recurrentem, celebrat in Faſtis ſuis Baptiſta Mantuanus.

Antonius, Presbyter ſub Nerone, quendam ex eius aula virum præpotentem baptizauit, quem is mox auerſatus, diris tormentis excarnificari curauit.

Antonius, imperante, Diocletiano, propter Chriſtiani nominis confeſſionem, Antiochiæ cum Iuliano capite punitus eſt.

Antonius, alius, in eadem perſecutione trucidatus Alexandriæ, alius etiam ibidem in mari ſubmerſus.

Antonius quidam Romæ, cùm carnificis munere fungeretur, ac ſanctos Martyres laniaret, vidit iuuenem aſtantem

cum ſpongia, & vulnera Martyrum detergentem. Quamobrem exclamare cœpit: VERE DEVS CHRISTVS EST, QVEM HI PRAEDICANT. Et occultè digreſſus, cùm baptiſmum à Rufino Presbytero conſecutus eſſet, mox rediit, & libera voce ſe Chriſtianum confeſſus eſt. Proinde capitale ſupplicium ſubire coactus, & in via Aurelia contumulatus, Martyris honorem tenet, æternumq́; tenebit.

Antonius Alexandrinus, cui plurimum ſe debere ſcribit Suidas. Idem plura de eodem.

Antonia, vna ex quadraginta octo Martyribus, qui Lugduni in Gallia, gubernante Romanum imperium M. Antonino Philoſopho, palmam victricem obtinuerunt, in carcere vitam poſuit, eandem martyrii coronam adepta.

Antonia & Tertulla, ſacræ virgines in Numidia apud Cyrtenſem coloniam, flagrante perſecutione Valeriana, martyrium ſubierunt.

Antonia alia Nicomediæ, ſæuiente in Eccleſiam Diocletiano, per Priſcillianum præſidem variis afflicta tormentis & cruciatibus, ad extremum flammis exincta eſt.

Atque hi quidem non ſine delectu ἁσ-τῶν, τῶν ἁγίων, βιογράφων nobis adducti ſunt. Superſunt duæ ſorores Antoniæ, quibus agmen claudemus, non illæ quidem conferendæ ſuperioribus, ſed tamen vt Romanæ ciues non omittendæ. Harum prior Iuſtiniani principis, altera Beliſarii, clariſſimi ducis, coniuges fuere. Priore mortua, Iuſtinianus Theodoram duxit, cuius impulſu, Antonia Beliſarii, permittente ipſo, Syluerium Pontificem, abdicata dignitate, in Pontiam inſulam relegauit, vbi breui pòſt tempore deceſſit, in martyrum ordinem relatus. Blondus Decadis primæ libro quinto, & Pius in Epitome, ex Procopio.

ANTRONII.

¶ Manutius legendũ familiæ huius nomẽ in prima per v. putat.

¶ Antronius Maximus, ſeruum ſuum verberatum, patibuloque conſtrictum, ante ſpectaculi commiſſionem per Circum egit. Qua re indignatus Iupiter, Latinio, homini ex plebe, per quietem præcepit, vt Conſulibus diceret, ſibi præſultorem ludis Circenſibus proximis non placuiſſe. Cicero primo, de diuinatione, Liuius ſecundo, Dionyſius ſeptimo, Lactantius ſecundo, capite ſecundo, Macrobius 1. capite 11.

P. Antronius, collega Ciceronis in Quæſtura, Conſul deſignatus in ann. vrbis conditæ DCLXXXIX. cum P. Cornelio Sylla, honore deiectus eſt. Periit in coniuratione Catilinæ. Dioni libro trigeſimoſexto, cognomento Pætus vocatur. Ludouicus Viues, quod miror, opinatur hunc ex Antronia, Magneſiæ ciuitate, quæ locum dedit Græco prouerbio, genus ducere, declamatione 5.

¶ L. Antronius Pætus, ſuffectus à Cæſare Auguſto in ſecundo Conſulatu, triumphauit ex Africa anno vrbis conditæ ſeptingenteſimo vigeſimoquinto Cæſare V. Conſule.

¶ Antronius Iuſtus, pater, & Antronius Tiberianus F. ambo Senatorii, floruere in repub. cùm Tacitus legeretur in principem.

ANVLINI.

Anulinos inuenio in Corneliis & Anniis: dubito tamen an omnes eodem pertineant.

Anulinus, Præfectus prætorio Maximini, vnà cum ipſo cæſus. Capitolinus.

Anulinus Saturninus, Dux Scythici limitis ſub Valeriano. Vopiſcus in Aureliano.

Anulinus, Senator, cuius libertinus fuit Diocletianus Imperator, teſte Aurelio Victore.

Anulinus fors illius F. Conſul ſub Diocletiano anno vrbis conditæ milleſimo quadrageſimo ſeptimo.

Anulinus, Proconſul Africæ, ſub Conſtantino. Meminit illius in epiſtolis D. Auguſtinus.

¶ APATVRIVS, citatur Senecæ inter ſui ſeculi declamatores.

Apaturius Alabaudus, pictor, memoratur Vitruuio lib. 7. cap. 5.

APITII.

M. APITIVS, homo gulæ mancipatus, vixit ſub Tiberio, ſuaque in eius principatu bona dilapidauit. Cum audiſſet aliquando, grandes caricas naſci in Libya, nauigauit illuc, vbi ſe luſum depræhendens, Libyã eiusq; habitatores diris imprecationib. deuo- ¶ In antiquis lapidibus eſt Apicii per c.

deuouit. Primus omnium phœnicopteri linguam optimi ſaporis eſſe iudicauit. De hoc Seneca ad Albinam matrem: *Apitius*, inquit, *noſtra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando Philoſophi, velut corruptores iuuentutis, abire iuſſi ſunt, ſcientiam popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit, cuius exitum noſſe operæprecium eſt. Cùm ſeſtertium millies in culinam congeſſiſſet, cùm tot congiaria principum, & ingens Capitolii vectigal in comeſſationibus decoxiſſet, ære alieno oppreſſus, rationes ſuas tunc primùm coactus inſpexit: ſuperfuturum ſibi centies ſeſtertium computauit, & velut multa fame victurus, ſi ſeſtertio centies vixiſſet, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui centies ſeſtertium egeſtas fuit?* Hactenus Seneca. Meminit eiuſdem Apiui epiſtolarum decimoquinto. De eodem Plinius libro decimonono, capite octauo. Martialis libro quinto. Suidas Μάρκος Ἀπίκιος. Tertullianus ſcribit, ab Apitio propagatum cognomentum in coquos, vt Apitiani dicerentur quadam Philoſophorum imagine. Dion M. Sabium Apitium vocat, alii Gauium malunt, eaque cauſa eſt, cur huc illum repoſuerim, daturus illi locum alium, vbi de eius gente, & nomine explorate conſtiterit.

Apitius alter, celebratus à Græcis, & obſophagi cognomine inſignitus, vixit ſub Traiano. Cui in Parthis agenti, vt in libris dipnoſophiſtarum refert Athenæus, cùm multorum dierum itinere abeſſet à mari, oſtrea recentia, miro ingenio ſeruata, ſummiſiſſe traditur. Hic in Cinturis Galliæ, vel apud Minturnas, vt ſcribit Athenæus, magnam pecuniæ vim profudit, dum ſquillis auide veſcitur. Sed & Alexandriæ Aſtacos magna conquirens cura, cùm audiſſet, in Libya ſquillos quoque capi prægrandes, ne diei quidem vnius moram ſuſtinens, in Africam confeſtim tranſmiſit. Quod vbi falſum comperit, execratus prouinciam, ita regredi inſtitit, ne vnquam omnino terras eas contingeret. Hæc Cælius Rhodiginus lib. 5. cap. 30. Adde quæ Suidas habet ὄστρεα.

Cælius Apitius, vtroque poſterior, ſcripſit de re coquinaria ſiue culinaria libros decem, in quibus ſuperiorum aliorumque guloſorum hominum meminit. Hi libri diu ſuppreſſi, patrum demum memoria ſub Nicolao Quinto in manus hominum redierunt, teſte Hermanno Buſchio, cui ſubſcribit in bibliotheca ſua Geſnerus.

*L. Apitio Brutidio Soterich*o VI. *vir. vrb. Quæſtori anni primi Cur. præſidi & Albucillæ Sex. fil. Exoratæ coniugi centuria centonar. Dolabrar. Scalarior. L. D. D. C.* Hæc inſcriptio extat in Gallia Ciſalpina ad ſanum D. Mariæ Climianæ. Inſcription. antiq. pagina 87.

¶ Vua Apitia citatur Macrobio libro 3. capite 20.

M. Apitius M. F. Pub. Pudens Verona, mil. coh. XII. *præf. mil. ann.* XVI. *vix. ann.* XXXIIX. *H. S. E.* Apud Manutium.

APONII.

Aponius quidã proſcriptus à Triumuiris, cùm tutas latebras adeptus eſſet, abominatus victus turpitudinem, diſcurrentibus militibus ſeſe necandum obtulit. Appianus 4.

¶ Marcus Aponius Saturninus, ſub Othone & Vitellio Mœſiam tenuit, ac primùm quidem fidus Vitellio fuit, poſtea Veſpaſiani partibus acceſſit. Inuiſus autem exercitui ſuo, penè interẽtus eſſet, niſi obſcuritas latebrarum vacantium forte balnearum fornicibus, quibus occulebatur, hominem texiſſet. Sub Othone, cæſis Sarmatis, triumphali ſtatua donatus eſt, legatis tribus legionum Conſularia decreta ſunt ornamenta. Auctor Cornelius Tacitus decimoſeptimo, decimooctauo & decimonono.

M. Aponius Fauſtus patronus, Peticia Prima, M. Aponius, M. Optatus fieri iuſſer. & lib. libert. ab. Q. ſuis. Inſcript. antiq. pag. 350.

L. Aponius cum T. Quintio Scapula Trebonium Proconſulem vlteriore Hiſpania eiecit. Vide Dionem libro quadrageſimotertio.

¶ *L.* APPAEVS *L. F. Pup. Pudenti pp. Trib. cohor.* XII. *vrb. &* X. *præt. flamini Flau. patrono.* Apud Manutium in Orthographia.

¶ APPION, Polyhiſtor appellatus, litteris homo multis præditus, rerumque Græcarum plurima atque varia ſcientia fuit. De hoc multa Gellius libro quinto, capite decimoquarto, libro ſexto, capite octauo. Suidas Ἀπίων. Meminit Plinius libro trigeſimoſexto, capite duodecimo.

APPII.

Appiorum gentem plerique, inter quos eſt Conradus Geſnerus, ab Apii corona, quam L. Appius in Achaia meruit, nominatam volunt.

C. Appius, præfectus ſociorum, cum ſeptem millibus cæſus à Boiis. Liuius initio lib. 31.

¶ T. Appius Balbus, Proconſul Ciliciã adminiſtrauit ante P. Lentulum Spinthrẽ, quemadmodum meminit Cicero libro 1. epiſtolarum ad Lentulum epiſtola 3. In bello ciuili ſecutus eſt partes Pompeii. Poſt pugnam Pharſalicam, cùm Epheſi pecuniam ex fano Dianæ tollere conaretur, interpellatus à Cæſare ſubitò eius in Aſiam aduentu, profugit, vt eſt eius belli commentario 3. Sunt qui eundẽ cum T. Ampio ſtatuant. De hoc ſuprà.

M. Appius, ſynchronus Ciceronis, cùm in quodam proœmio diceret, ſe magnopere rogatum ab amico, vt in cauſa clientis ad hiberet curam, eloquentiam & fidem, tum Cicero: *Adeóne ferreus*, inquit, *homo es, vt ex tam multis, quæ rogauit amicus, nihil præſtes?*

P. Appius, cæſo Cæſare, nullam ſe habere prouinciam, nullã Antonii ſortitionem fuiſſe, iudicauit Cicero Philipp. 3.

Appius quidam, ſuperior ne an alius, incertum, proſcriptus à Triumuiris, opes ſuas ſeruis diuiſit, à quibus, cùm nauem cum iiſdem conſcendiſſet, in Siciliam tranſiturus, in maris tempeſtate in ſcapham quaſi in tutiorẽ ſpem depoſitus, ſaluus euaſit, illi perfracta naue ad vnum omnes cum opibus, propter quas dominum prodiderãt, perierunt. Appianus 4.

Appius Appianus ſub Tiberio ob prodigalitatem Senatu motus eſt. Tacitus libro ſecundo.

Appius, Proconſul Cretæ, temporibus Senecæ, vt liquet ex declamationum lib. 9.

¶ T. Appius Flauianus, vir Conſularis affinis Vitellio Imperatori, præſes Pannoniæ, acceſſit partibus Veſpaſiani. Tacitus 17. Mota aduerſus illum ſeditione exercitus, cum à conuiciis ad tela & manus ventum eſſet, ab Antonio Primo, cui vni miles facilè parebat, diſcrimini ademptus eſt. Tacitus 19.

¶ L. Appius Maximus Norbanus, ſub Domitiano præfuit Bithyniæ, vt affirmat Plinius Epiſtolarum 10. Vicit L. Antonium in Germania ſuperiore, ac in arcis eius literas inuentas, ne cædium occaſionem Domitiano præberet, combuſſit. Dion.

L. Appius Alphabetus, refertur in memoriis Italicis. Inſcript. antiq. pag. 164.

¶ Appius Auguſtus, memoratur in antiquitatibus Helueticis hac inſcriptione: *Ioui O.M. Genio loci. fortunæ reduci Appius Auguſtus dedit.* Extat Paterniaci, teſte Ioanne Stumphio lib. 8.

Appio reſcribitur à Gordiano A. 9. C. titul 45.

¶ Appiano reſcribitur ab AA. & CC. 6. C. tit. 54. & 8. C. tit. 14.

Appianus Alexandrinus 22. libros Rom. hiſtoriæ ſcripſit, quorũ 9. ad nos peruenerunt. Floruit ſub Hadriano, vt indicat ipſe in Syriaco. ¶ De hoc plenius Suidas.

APRICII.

¶ Apricius, præſes Cappadociæ, animaduertit in Dorotheam virginem.

Apricio, vel Apringio, ſcribit Libanius in epiſtolis.

APRONII.

C. Apronius, Trib. pl. mox à x. viratu abrogato. Liuius 3.

Cn. Apronius & Q. Fabius, Ædiles, quòd Apolloniatium legatos, orta contentione, pulſaſſent, ipſis per feciales dediti ſunt. Val. 6. cap. 6.

Apronius, homo neſarius, Verris miniſter. Cicero in Verrem.

L. Apronius, accuſauit Sex. Clodium, quòd eo auctore corpus P. Clodii in curiã illatum fuerat. Aſconius in Miloniana.

Cn. Apronius Cn. F. accuſator M. Saufeii, ſocii Milonis in occidendo Clodio. Aſcon. Pedianus.

L. Apronius C.F.C.N. Conſul ſub Auguſto ex Calendis Iuliis, comes Germanici Cæſaris in Germania, triumphalia inſignia meruit. Proconſul in Africa cohortẽ, quæ fugam inierat, decimauit. In Germania Proprætor malè à Friſiis acceptus eſt, multis ſuorum amiſſis. Tacitus & Paterculus, qui & plurimum illum commendant.

L. Apronius L.F. Cæſianus, patris auſpiciis in Africa rem feliciter geſſit. Collega fuit Caii in ſecundo illius Conſulatu. Ioſephus vulneratum à militibus, Claudio imperium aſſerentibus, perniciem vix effugiſſe ſcribit, lib. Antiquitatum 19. cap. 4.

Apronia L.F. L. Iunioris ſoror, à Plautio Syluano marito in præceps data, interiit. Tacitus 4.

Apronius,

Apronius, vir Prætorius, dormitans capitis motu nutabat. Id animaduertens Caligula, præconem admonuit, ne illum ſibi nutantem præteriret, nec hoc monere deſiit, donec ignoranti 13. gladiatores ſeſtertium nonagies addicerentur.

Apronio reſcribitur ab Antonino A. 8. C. titul. 44.

¶ Aproniani S. C. fit mentio Pand. lib. 36. ad S. C. Trebel. 26.

Apronianus, Martyr Romæ ſub Diocletiano & Maximiano AA. punitus capite per Laodicium, præf. vrbis, 2. Februarii.

¶ Apruncvlvs Gallus, Orator ſub Cõſtantino. Ammianus lib. 22.

APVLEII.

¶ Apuleii ſcribendum per geminũ p. quidã ex numis argenteis & lapidibus Capitolinis aſſeuerant.

AN. V. C. L. Apuleius, Trib. pl. diem dixit Camil-
CCCLXIIII. lo, propter prædam Veientanam; vnde ille in exilium Ardeam conceſſit. Liuius lib. 5. Plutarchus in Camillo.

CCCCLIII. ¶ Q. Apuleius Panſa, collega Valerii Coruini in quinto illius Conſulatu fuit. Liuius 10.

DLXXXI. Q. & L. Apuleii, decemuiri agris diuidundis, L. Poſthumio M. Popilio Coſſ. Liuius 42.

DLXXXVI ¶ C. Apuleius Saturninus, vnus ex quinque viris, qui miſſi ſunt ad cognoſcendum ſtatuendumque de finibus inter Piſanos & Lunenſes, L. Paulo II. C. Licinio Craſſ. Coſſ. Liuius 45.

DLXXXVIII. L. Apuleius Saturninus, Prætor vrbanã iuriſdictionem tenuit, M. Marcello C. Sulpitio Coſſ. Liuius in fine 45.

DCLIIII. L. Apvleivs Satvrninvs, ſecundũ Trib. pl. & ſeditioſus. Hunc Cicero popularem factum ſcribit, quòd in annonæ caritate Quæſtor, à ſua frumentaria procuratione per Senatum amotus, eiq; rei M. Scaurus præfectus eſſet, in de Haruſpicum reſponſis & pro P. Seſtio. Interemptus eſt cũ Glaucia Prætore, C. Mario VI. Conſule. Liuius 69. Cicero in Bruto, L. Florus & Plinius in viris illuſtribus.

¶ L. Apuleius, æqualis Ciceronis, Prætor Macedoniæ, Quæſtorem habuit Cn. Plancium, eo tempore cùm Cicero exularet. Hunc opinor eſſe, quem Cicero in Epiſtolis ad Attic. libro 12. epiſtol. 14. prædiatorem vocat.

Fuit & L. Apuleius temporibus Ciceronis inter vulgares patronos habitus, quem Cicero in de diuinatione, non ætate, ſed vſu forenſi atque exercitatione, tironem vocat. Neſcio num idem ſit cum illo prædiatore, an alius.

L. Apuleius, Grammaticus, qui à Caluino, Equite Rom. prædiuite, quadringentis annuis conductus, multos edocuit. Tranquillus.

P. Apuleius, Trib. pl. Hirtio & Panſa DCCXI.
Coſſ. Cicero Philip. 14. Fors idem, cui Proquæſtori Aſiæ Cicero ſcribit Epiſtolarum 13. niſi quòd ibi C. prænomen eſt, non P. In recentioribus epiſtolarum libris nullum prænomen adeſt.

Ab Apuleio copiæ Bruto traditæ ſunt. Appianus lib. 3.

Apuleius quidam proſcriptus à Triumuiris, vnà cum vxore & familia fugiens euaſit. App. 4.

Apuleius alius & Arunnius quomodo effugerint, ibidem.

Sex. Apuleius, Conſul ſub Aug. collega DCCXXV.
eius in quinto Conſulatu. Dion Nicæus Sex. F. Capitolini faſti etiam Sex. N. vocãt, eumque ex Hiſpania triumphaſſe ann. V. C. DCCXXVII. docent.

M. Apuleius, neſcio an Sex. fr. Conſul DCCXXXVIII.
& ipſe ſub Aug. cum P. Silio, nono pòſt anno. Et hic apud Dionem Sex. F. vocatur.

Sex. Apuleius, fors Sex. F. geſſit Conſu- DCCLXVI.
latum quo anno Auguſtus deceſſit.

¶ Apuleia Varilia, ſororis Auguſti neptis, ſub Tiberio adulterii damnata, vrbe exacta eſt. Tacitus 2.

¶ Apuleia Felida, refertur Inſcriptionum ant. pag. 285.

Apuleia, T. Ampii Balbi vxor. Cicero epiſtolarum 6.

¶ Apuleius Rufinus, collega Seueri Imperatoris in primo Conſulatu ſub Commodo. Spartianus.

Apuleio reſcribitur à Philippo A. C. 5. titul. 6.

L. Apvleivs Madaurenſis, Philiſophus Platonicus, cuius præter vulgata opera, citantur à Priſciano Medicinalia lib. 6. Vide plura apud Volaterranum. Citatur & de Repub. Auguſtinus Magum fuiſſe ſcribit, Tomo ſecundo ad Marcellinum. Multa de eodem habet libro 8. & ſeq. de C. D. Vixit ſub Hadriano & Pio, principibus.

¶ Sex. Apvstvs Sex. F. Vet. Bebius &c. Sigonius Emendat. primi capite trigeſimo-ſecundo.

APVSTII.

L. Apuſtius, Conſul fuit cum M. Val. Leuino ann. V. C. DXXVIII. vt eſt apud Caſſiodorum.

¶ L. Apuſtius Fullo, Prætor L. Furio DLVIII. M.Marcello Coſſ. iuriſdictionem vrbanã ſortitus, cùm quinquennio antè Ædilis pl. fuiſſet. Cecidit in bello Macedonico tumultuario prælio ſub C. Liuio. Liuius libro 33. & 37.

T. Apuſtius, legatus Sulpitii Coſ. bello Macedonico, cum parte copiarum ad deprædandos hoſtium fines miſſus, res egregias geſſit. Vide Liuium 31.

¶ AQVILA, præfectus Ægypti ſub Seuero. Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 4.

Aquilæ reſcribitur à Gordiano A. 9. C. titul. 9.

AQVILII.

Quẽ nos Aquilium, Plutarchus in Mario ἀκύλλιον vocat. Similiter Appianus in Mithradatico. Sex. Pompeius ita lib. 1. *Aquilius prænomen ab aquilo colore, id eſt nigro, eſt dictum.*

L. & M. Aquilii, Tarquinia, ſorore Collatini, geniti, cum Vitelliis & Tarquiniis coniurarunt, capite ob id damnati. Liuius 2. Dionyſius 5.

¶ C. Aquilius Thuſcus, Conſul ann. V. C. CCLXVII. Hernicos vicit, deq; iis ouauit. Dionyſius 8.

¶ L. Aquilius Coruus, Trib. mil. Conſul. poteſt. ann. V. C. CCCLXV.

¶ C. Aquilius M.F.C.N. Florus, Conſul ann. V. C. CCCCLXXXXIIII. Anno ſequenti Proconſul triumphauit de Pœnis. Sic eſt in tabulis Capitolinis.

Aquilii Flori, pater & F. poſt victoriam Actiacam, quod Antonii partes ſecuti eſſent, ab Auguſto capitali pœna dãnati, ſuis ipſorum manibus interiere. Dion lib. 50.

M. Aquilius, accepit cuſtodiẽdos libros Sibyllinos: quos cùm deſcribẽdos dediſſet, in bouis pellem proiectus necatur, & effoſſo in medio fori tumulo cum capſa ſepelitur. Hæc Iſaacius Tzetzes in Lycophronis Caſſandram pag. 348.

P. Aquilius, legatus emiſſus ad coemendum frumentum bello Punico ſecundo anno V. C. DXLIIII.

¶ L. Aquilius Pætus, ſuffectus Augur in locum Marcelli, quinquies Conſulis, anno belli Punici ſecundi. 11. Liuius.

¶ L. Aquilius Gallus, Prætor ann. V. C. DLXXVIII.

M. Aquilius M.F.M.N. Conſul ann. V. C. DCXXIII. Aſiatici belli reliquias cõfecit, Ariſtonicum in triumpho duxit, mixtis veneno fontibus ad deditionem quarundam vrbium, quæ res victoriam infamem fecit. L. Florus in fine 2.

M. AQVILIVS M. F. M. N. ſuperioris haud dubiè F. collega Marii in quinto illius Conſulatu ann. vrbis conditæ DCLII. bellum ſeruile in Sicilia concitatum confecit, eoque nomine ouauit. Liuius 69. Nam Athenæus lib. 5. ex Sicilia triumphũ eius inculcat. Pro hoc repetundarum reo dixit M. Antonius. Cicero 2. de Oratore, & Fabius 2. cap. 16. Eundem multis criminibus conuictum, quia tamen cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat, iudicio liberatum refert Cicero pro L. Flacco.

C. AQVILIVS, legatus Q. Oppii, Procõſulis Aſiæ, captus à Mithradate, ac aſino impoſitus, per ludibrium circumuectus eſt, tandemq; aurum liquefactum ori illius infuſum. Appianus in Mithradatico, Plinius 33. capite 3. De hoc Cicero pro lege Manilia: Vos eum, inquit, Regem inultum eſſe patiemini, qui legatum P. R. Conſularẽ vinculis ac verberibus atque ſupplicio excruciatum necauit? Paterculus M. vocat, & à Mityleneis vinctum, ac traditum Mithradati ſcribit. Conuenit de prænomine Valerius lib. 9. cap. 13.

M. Aquilius, Prætor Siciliæ. Cicero in Verrinis. Hunc eſſe puto, quẽ Cicero duos habentem generos, ſed ambos exules, Adraſtum vocabat, quòd ſolus locum tueretur, alludens ad Græci nominis etymologiam. Sic Eraſmus in Apopthegmatis.

C. Aquilius, Eques Rom. cui domus pulcherrima fuit conſenſu omnium ea ætate (C. Marii & Q. Catuli) in colle Viminali, qua clarior etiam tùm, quàm iuris ciuilis ſcientia extitit. Plinius libro 17. capite 1.

¶ C. Aquilius Gallus, Iuriſconſultus, diſcipulus Q. Mutii, familiaris & collega Ciceronis in prætura, tulit legẽ de dolo malo. Valde eum laudat Cicero in oratione pro A. Cæcina. Sæpe orante Cicerone iudex præſedit. Vide orationem pro L. Flacco, & plura in claris Oratoribus pag. 220. De eodem Valerius lib. 8. cap. 2.

P. Aquilius Gallus, Tribunus pl. fuit, Craſſo & Pompeio II. Coſſ. Plutarchus in Catone, Dion lib. 39.

¶ Aquilius Niger, citatur à Plinio & Suetonio in Auguſto.

Cn. A-

Cn. Aquilius, Poeta Comicus, citatur à M. Varrone & Gellio.

P. Lentulus, qui princeps Senatus fuit, accuſauit M. Aquilium, ſubſcriptore C. Rutilio Rufo. Cicero in diuin. contra Verrem. Opinor intelligi Aquilium, qui Conſul fuit anno vrbis conditæ DCXXV.

¶ C. Aquilius Nilianus, Conſul ſub Caio principe ann. V. C. DCCLXXXXI. cum L. Nonio Aſprenate. Meminit illorum Frontinus in lib. de aquæductibus.

¶ L. Aquilius Narciſſus Bel. Auguſt. Lib. V. F. Inſcript. antiq. pag. 348.

¶ M. Aquilius Regulus, frater Vipſani Meſſalę, ſub Nerone cauſidicus & teſtamẽtorum captator, ex paupere & tenui ad maximas opes peruenit. Sed & accuſationes factitauit, domum Craſſorum & Orphiti ſubuertit. Vnde ſacerdotio & conſulari dignitate auctus eſt. Sub Domitiano non minus nocuit ſed tectius. Hũc Metius Modeſtus omnium bipedum eſſe nequiſſimum ſcripſit. Et Herennius Senecio Catonis illud de Oratore mirificè in huncè contrario vertens: *Orator*, inquit, *eſt vir malus, dicendi imperitus*. Vide Plinium in epiſtolis 1. & 4. Cornel. Tacitum lib. 20.

Aquilius Regulus, iuuenis ad Nicoſtratum Prætorem ſcribens, habitationem illi cænaculi donauit. Pandect. 39. de donationibus.

¶ L. Aquilius Secundus L. Aquilii Charitonis & Publiciæ Veneriæ F. Memoratur in monumentis Ital. pag. 163.

Aquilius Seuerus, de genere illius Seueri, ad quem Lactantius duos Epiſtolarum dedit. Scripſit volumen de vita ſua. Deceſſit ſub Valentiniano principe. Hieronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſtic.

Aquilia Seuera, virgo Veſtalis, ducta ab Heliogabalo Imperatore, vt ex ipſo Pontifice & Sacerdote Veſtali diuini liberi naſcerentur.

¶ L. Aquilius Epaphroditus, Inſcriptionum antiq. pag. 179.

Aquiliæ reſcribitur à Seuero & Anton. AA. 5. Cod. tit. 18. qui & eius patrẽ damnatum eſſe, oſtendunt.

¶ AQVILINVS, Conſul ſub Diocletiano. Hunc eſſe opinor, cuius iuſſu, cùm eſſet præſes Norici, Florianus Martyr in Anaſum proiectus eſt, capite primùm truncatus.

AQVINII.

L. Aquinius, haruſpex, ann. vrbis conditæ CCCLXV. Macrobius 1. ex Caſſio Hemina & Gellio.

M. Aquinius, Catonis F. cui Cæſar in Africa poſt mortem patris eius ignouit. Com. 5.

M. Aquinius, homo nouus, & Senator partium Pompeianarum in Africa. Cæſar ibidem.

Aquinius, legatus Metelli Pii, miſſus ab illo frumentatum cum 6. millibus militũ, per inſidias à Sertorio victus eſt, ſuis amiſſis. Plutarcho Græcè vocatur [illegible]. Variant tamen editiones recentes.

Aquinius, percuſſoribus Cæſaris in Capitolium fugientibus ſe miſcuit, quaſi facinoris particeps & ſocius. Appianus 2.

¶ Aquinius Iuger, ſcripſit vitam & res geſtas Auguſti.

¶ P. AQVIVS Scæua, vir clarus tempore Iulii Cæſaris. Vide inſcriptiones antiq. pagina 370.

¶ Q. ARADIVS Rufinus, cui Q. Septinius dedicauit 6. libros Dictys Cretenſis de bello Troiano, Latina lingua donatos.

¶ ARAPHIAE reſcribitur à Dioclet. & Max. AA. Cod. prim. de iur. & facti ignorantia.

¶ *L. ARATIVS Phœbus decurialis decuriæ Iuliæ Preconiæ Canſularis voto ſuſcepto D. D. Conphebanio filio.* Hæc inſcriptio extat Vicareli in aquis calidis prope Romam. Vide inſcript. antiq. pag. 177.

¶ AVR. ARCADIVS Chariſius Vetus Iureconſultus, ſcripſit libros ſingulares de teſtibus, de officio præfecti prætorio, de muneribus ciuilibus. Citantur eius quædam in Pandectis.

Arcadius Rufinus, Conſul ſub Conſtantino anno V. C. MLXVIII.

ARCADIVS Imperator, Theodoſii F. fr. Honorii. ¶ Vide Carolum Sigonium de imperio occident. & Onuphrium Pauinium.

Arcadius, Grammaticus, commemoratur Suidæ.

Arcadio reſcribitur à Caro, Carino & Numeriano 9. C. tit. 46.

¶ ARCHINOAE reſcripſerunt AA. & CC. 5. C. tit. 16.

¶ ARDABVRIVS, præfectus fuit Theodoſii iunioris contra Perſas. Eius fortitudo, quodq; 7. Perſarum duces inſidiis captos interemerit, refertur Hiſt. Tripart. 11. capite 15. Geſſit Conſulatum anno vrbis cond. MCLXXX.

Ardaburius, Conſularis & patricius, F. Aſparis, cum patre ſub Leone 1. ob affectatum Imperium occiſus. Quidam Aſparem ſuperioris Ardaburii F. faciunt.

ARELLII.

Arellius Fuſcus, motus equeſtri ordine, ob inſignem calumniam cùm celebritate affectarentur adoleſcentium ſcholæ, ex argento anulos habentem. Plinius 33. capite 12. Seneca hunc inter claros ſui temporis oratores annumerat, Declamationũ 2. Plinius illum ſe vidiſſe ſcribit.

Arellius Fuſcus, Conſularis, interemtus ſub Commodo. Ita enim legere malo in Lampridio, quàm quomodo vulgò legitur, Allius Fuſcus.

Arellius Fuſcus, Proconſul Aſiæ ſub Aureliano, cui ſucceſſit in ea prouincia Falconius Probus. Vopiſcus in Aureliano.

Arellius, pictor Romæ celebris paulo ante D. Auguſtum, niſi inſigni flagitio corrupiſſet artem, ſemper alicuius amore fœminæ flagrans, & ob id Deas pingens. ſed dilectarum imagine, itaque in pictura eius ſcorta numerabantur. Plin. 35. cap. 10.

M. Arellius, mortuo repente Q. Fabio Max. Conſule ſub Cæſare dictatore pridie Calend. Ianuarias, in eius locum Conſulatum pauciſſimarum horarum petiit. Plin. 7. capite 53. Cicero in epiſtolis ad M. Curium C. Caninium hunc fuiſſe vult: ſed potuerunt complures eſſe competitores.

¶ L. Arennivs, præfectus ſociorum bello Pun. 2. ſub M. Marcello, captus ab Hannibale.

¶ Arescvsa liberta citatur Pand. 19. de ſeruis exportandis L. 14. & 43.

¶ Argentarivs, Ceſtii auditor & imitator, vterque Grammaticus erat. De vtroque plura Seneca Controuerſ. lib. nono. Contr. 5.

¶ *Q. Argivs Q. F. Celer Pater II. vir lanarias, & quæ in iis ſunt ſua peq. fecit, vt ex eo vectigali quotannis mulſum & cruſtum natali Cæſaris Auguſti daretur.* Hæc inſcriptio extat in memor. antiquis pag. 495.

Argio reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. titul. 26.

¶ Arguntivs, Cæſaris partium, gerente bellum Cæſare contra liberos Pompeii, equitatum ex Italia in Hiſpaniam adduxit. Commen. 6.

¶ Q. Aricinvs Q. F. Baſſus, refertur in memoriis veterum pag. 211.

ARISTII.

M. Ariſtius, Trib. mil. in Galliis ſub Cæſare. Commen. 7. Huic, opinor, vt Proconſuli ſcripſit Cicero.

¶ C. Ariſtius Fuſcus, inter amicos celebratus ab Horatio in Epiſtolis & Carminũ 1. Legatus fuit Auguſti in Hiſpania, domuitque Aſtures. L. Florus 4. Eutropius 7. Dion lib. 53. & ſeq. apud quos tamen mendoſè Carilius & Caruſius legitur.

Ariſtio Meſſori ob multa merita Secundus collega titulum poſuit. B.M.F. Sic legitur in memoriis antiquis pagina 289. niſi quòd pro Ariſto ipſe ſubſtitui Ariſtio.

¶ Aristoteli reſcribitur ab AA. & CC. 7. C. tit. 14.

¶ Aristoni à Gordiano A. 7. Cod. titul. 72.

Ariſto, Iuriſconſultus, ſcripſit Celſo, citante Pomponio, ſimiliter Neratio Priſco Pandect. Quæ res pignori, &c. item Vlpiano de manumiſſis teſtamento L. 2.

T. Ariſto, Iuriſconſultus temporibus Traiani, cuius vſum conſiliis Imperatorem teſtatur Papinianus. Arbitror eundem eſſe, ad quem ſunt epiſtolæ C. Plinii.

¶ Aristobvlvs, præfectus vrb. ſub Diocletiano.

¶ Armatio, præfecto prætorio, reſcribũt Leo & Anthemius AA. Sub Zenone Imp. Conſulatum obiuit anno vrb. conditæ MCCXXIX. cum Fl. Baſilio. Puto eundem eſſe cum ſequenti.

Armatius, Baſiliſci conſobrinus, ab illo contra Zenonem Imperatorem miſſus, eidem adhæſit, pactus Cæſaris dignitatem filio Baſiliſco. Zeno Baſiliſcum filium Cæſarem renunciauit, ſed mox ex Cæſare ſacerdotem fecit, patrem ob perfidiam interemit. Nicephorus 16. capite 8. Suidas Ἀρμάτιος.

¶ Armenivs Brocchus, Proconſul ſub Domitiano. Plinius Epiſtolarum 10.

¶ Armentario & Paulinæ (opinor) ſcribit D. Auguſtinus in epiſtolis.

¶ *C. Arminivs Feliciſſimus V. F. Bomonianæ cõiugi caſtiſſimæ.* Hæc inſcriptio extat Paduæ in eccleſia S. Matthæi veterũ memoriarum pag. 335.

¶ Artemoni reſcribitur ab Ant. A. 4. Cod. tit. 26.

¶ Artemisiae ab Alexandro A. 5. C. titul. 34.

ARRII.

Q. Arrius, Prætor, Chryſum, fugitiuorũ ducem,

ducem, cum 20. millibus hominum cæcidit. Liuius 96. Cicero in Bruto hunc M. Craſſi quaſi ſecundarium vocat, ac anno illo iudiciali damnatū refert. Meminit eiuſdem in Verrinis.

M. Arrius Secundus, præfectus Syriæ, perſtringitur nobili Catulli carmine.

Arrius, familiaris Ciceronis, cuius epulum lautiſſimum commemorat in Vatinium. Horatius quoque 2. Carminum:

atque epulum, ait, *arbitrio Arri.*

C. Arrius, vicinus Ciceronis, ad Attic. libro ſecundo, epiſtol. 14. & 15. Item, Arrius Conſulatum ſibi ereptum fremit, epiſtol. 7. ibidem.

Q. Arrii duo filii,
par nobile fratrum,
Nequitia & nugis, prauorum & amore gemellum,
Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas.
Horatius Serm. 2. Sat. 3.

Arria, vxor Cacinæ Pæti eius, qui Camillo Scriboniano contra Claudium legatus adhæſit, mulier miræ fortitudinis & conſtantiæ. Huius celebratur vox illa: *Pæte non dolet.* Vide Plinium epiſtolarum 3. ad Nepotem, Dionem & Zonaram, item Fulgoſum de coniugali charitate. Extat de eadem apud Martialē epigrāma. Filia huius, & ipſa Arria dicta, collocata eſt Pæto Thraſeæ. Sed & Heluidio iuniori quæ nupſit, Arria Fannia nominata eſt. Plinius Epiſtolarum 9.

¶ Arrius Antoninus, Imperatoris Antonini Pii maternus auus, homo ſanctus, & qui Neruam miſeratus eſt, quòd imperare cœpiſſet. Conſulatus duos geſſit, primum cum Mario Celſo, alterum cum Neratio Priſco. Autor Venuleius ad legem Corneliam de ſicariis. Scribebat epigrammata arguta, & quidem Græca, à quo Martialis carmina ſua probari teſtatur. Vide Pliniū Epiſtolarum 4. Huius filia fuit Arria Fadilla, Antonini Pii mater.

Arrii Antonini, vt præſidis Aſiæ, & eius decreti in Chriſtianos, meminit Tertullianus ad Scapulam.

Arrius Antoninus, aliquando Proconſul Aſiæ, occiſus à Commodo. Lampridius.

¶ Arrius Varus, ſtrenuus bello, Veſpaſiani partium contra Vitellianos dux, qui cùm prætorianis præpoſitus eſſet, Mutianus pulſum loco annonæ præfecit. Tacitus 19. & 20.

¶ Arrius Menander, Iureconſultus, ſcripſit de re militari libros 4. vnde quædam leguntur in Pand. 49. tit. 16.

¶ ARRIVS APER, Præfectus prætorio, & ſocer Numeriani Imperatoris, illo à ſe occiſo, viciſſim à Diocletiano ann. vrbis conditæ MXXXVI. occiſus eſt. Vopiſcus. Fuerunt & Apri gentis Flauiæ Coſſ. ann. vrbis conditæ DCCCLXXXII. DCCCCXXVIII. DCCCCLXIX. Et alius ſub Domitiano ſtudiis eloquētiæ clarus, teſte Tacito in dialogo de Oratoribus. Item & Aper Grammaticus ſub Antonino Philoſopho, teſte Capitolino.

¶ Arrius Præſens, Conſul ſub Cōmodo ann. V. C. DCCCCXXXII.

C. Arrius C. F. monument. ſibi fieri iuſſit. Sex. Acilius C. F. hæres fecit. Reperitur in inſcriptionibus antiq. pag. 341.

¶ Arria Fadilla, Antonini Pii mater. pagina 248.

¶ L. Arrius Alphius, eius libertus ibidem.

¶ Arria Creſcentina, Cornelii Quintii coniunx. pag. 306.

Arrius A. lib. Tertius Auguſtalis. pagina 351.

Arrius Centurio, memoratur Ioſepho lib. 17. cap. 15.

¶ Arrius Balbinus, refertur in memoriis Italicis pag. 136.

Arrius, Philoſophus Alexandrinus, in cuius gratiam ſecundum Alexandri memoriam, & vrbis pulchritudinem, ignoſcere ſe Alexandrinis Auguſtus dixit.

¶ Arrius Clemens, ad quem Plinius epiſtolas ſcribit.

C. Arrius C. F. Clemens, miles ſub Traiano & Hadriano, refertur magnifica inſcriptione pag. 151.

Marcus Arrius M. F. M. Sextius duo viri, &c. pag. 116.

¶ L.L. Arrii Maximiani pater & F. pagina 353.

¶ L. Arrius Capito argentarius, homo Pannonius, 480.

¶ Arrius Seuerus, cuius ſucceſſori Ventidio Quieto reſcripſit Imp. Seuerus Pand. lib. 4. tit. 4. L. 11.

Arrius Seuerianus, Coſ. cum T. Aufidio ſub Hadriano prid. Idus Martias. Pand. de petitione hæreditatis.

¶ Arrius Honoratus, pupillus, Antonino Pio, patruo & tutori ſuo, hæreditatem reſtituit ex fideicommiſſo. Pandect. 36.

ad Senatuſconſultũ Trebellianum leg. 37.

¶ Arrii, Primus & Secundus, fratres. Inſcriptionum antiq. pag. 61.

ARRIANI.

C. & L. Arriani, Tribb. pl. ann. vrbis conditæ DXLIIII. belli Pun. Secundi 9. Liuius 27.

Arrianus, teſtamento mandauit incidi ſuo ſepulchro: *Hic ſitus eſt, quem proſcriptum filius non proſcriptus celauit, fugaque comes, & ſalutis ei auctor fuit.* Appianus lib. 4. de bell. ciuil.

Arrianus, Philoſophus ex Nicomedia, diſcipulus Epicteti Philoſophi, vir inter Romanos eum primis laudatus, ac per omnem vitam in litterarum ſtudio verſatus, Tilibori latronis vitam deſcripſit, teſte Luciano in Pſeudomante. Cognomento dictus eſt nouus Xenophon. Vixit ſub Hadriano & Antonino, principibus. Hiſtoriã Alexandri Magni 8. voluminibus complexus eſt. Epicteti verò diſſertationes, Cyripę diam Xenophontis imitatus, libris 4. In Periplo additur illi prænomen Flauii. Meminit Arnobius in fine libri ſecundi. *Cum de animarum*, inquit, *agitur ſalute, ac de reſpectu noſtri, aliquid & ſine ratione faciendum eſt, vt Epictetum dixiſſe approbat Arrianus.*

Arrianus, ſuperiore prior, Poeta, cuius carminibus Tiberium principem delectatum ſcribit Suetonius. Scripſit metaphraſin Georgicorum Virgilii, & Alexandriada lib. 24. teſte Suida.

Arrianus, Iuriſconſultus, cuius mentio fit apud Vlpianum. Fors hic eſt, qui ſcripſit vitas Maximini & Gordianorum.

¶ Arrianus Seuerus, præfectus ærario. De hoc Iabolenus Pandectis 49. titulo 14. leg. 42.

Arrianus, Conſul ſub Gordiano Imperatore ann. vrbis conditæ DCCCCLXXXXV. Eidem, puto, reſcribitur à Philippo A. 9. C. titul. 49.

ARTORII.

Artorius, Medicus Auguſti, cuius ſomnio certam perniciem in pugna Philippenſi euaſit. Valerius primo de ſomniis, Dion lib. 47. Velleius volum. poſteriore. Poſt Actiacam victoriam naufragio periit. Euſebius in Chron.

M. Artorius M. F. Pal. Priſcillus Vicaſius Sabadianus Trib. coh. XV. *volunt. C. R. Tr. leg.* VII. *Claud. Pia. Fid. Praf. ala I. Pann. Praf. Mon. ius Berenicidis Flam. Diui Aug. Patr. Col. Epiſtrateg. Thebaid. ex voto DD.* Hæc inſcriptio extat Romę. Inſcript. antiq. pag. 229.

¶ C. Artorius Proculus, citatur Quintiliano initio lib. 9. vt qui tropis figuræ nomen impoſuerit, item Sex. Pompeio.

¶ Artorius Maximus, præf. vrb. ſub Diocletiano.

Artorius, ſub T. Cæſare contra Hieroſolymitanos pugnans, circumuentus flammis, de loco ſuperiore magna voce inclamauit Lucium, dicens; *Hæres mihi eris, ſi me decidentem exceperis.* At ille miſerandus occurrit ruenti, hominemque ſeruat, ſe ruina proſternendum præbet. Hegeſippus lib. 5. capite 39. Ioſephus belli Iudaici libro ſeptimo, cap. 6.

¶ Arturius, homo improbus, notatur Iuuenali. Sat. 3.

ARVLENI.

L. Arulenus Anoptes Apollini. Hæc inſcriptio legitur Mediolani apud S. Dionyſium in porta noua. Inſcript. antiq. pagina 55.

Arulenus Ruſticus. De hoc infrà inter Ruſticos.

L. Arulenus LL. Demetrius nat. Cilix negot. Sagarius Helenus. Arulena LL. Rufa coniunx. L. Arulenus LL. Artemidorus nat. Paphlago mercator Sagarius Liberti D. hic ſiti ſunt. Hæc memoria extat Romæ in domo D. Pauli de Plantis, relata Inſcript. antiq. pag. 273.

ARVNTII.

Aruntius, Prætor, proſcriptus & cæſus à Triumuiris. Filius in mari periit, inedia cõſumptus. Appianus 4. Huius mater, illius vxor, poſt vtriuſq; acceptum interitum ſeſe interemit.

Aruntii, qui fuerit partium Antonii in pugna Actiaca, meminit Plutarchus in Antonio.

L. Aruntius L. F. teſte Dione, Conſulatum geſſit ſub Auguſto ann. vrbis conditæ DCCXXXII. Nam per Pompeium pace facta cum Triumuiris, patriæ reſtitutus eſt, quomodo & M. Syllanus, pluresque alii. Vide Paterculum.

L. Aruntius L. F. L. N. & ipſe Conſul ſub Auguſto, ann. V. C. DCCLVIII. vir fuit diues, promptus artibus egregiis, & pari fama, quem Auguſtus ſupremis temporibus

ribus non indignum imperio, & ſi caſus daretur, auſurum dixit, quanquam pro Aruntio quidam Piſonem tradidere. Tiberius illum, ne in Hiſpaniam, quæ obuenerat, iret, in decimum annum retinuit. Sub finem Tiberii cùm fraude Maeronis reus factus eſſet, venas ſibi reſoluit. Tacitus 1. & 5. Dion 57. Hunc opinor eſſe, cuius meminit Seneca Controuerſiarum lib. 7. in præfatione, & de benefic. lib. 6. Idem Plinii indice libr. 3. & 5. inter ſcriptores illuſtres cenſetur.

Paulus Arunrius, commemoratur à Ioſepho, vt qui fuerit vir clarus, & vnus ex comitibus Caii principis, cùm ille occiſus eſt, ſi tamen locus mendo caret, libro 19. capite 1.

¶ L. Aruntius Stella Patauinus, Poeta, cuius & Violantillæ nuptias celebrat Statius, & poema illius de columba Martialis.

L. Aruntius Stella, cui Nero Imperator primo imperii die ludorum ſuorum curam commiſit. Tacitus lib. 13. Fuit Prætor, deinde duumuir, poſtremò a Domitiano factus eſt Conſul. ¶ De eodem Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 91.

¶ *M. Aruntio M. F. Ter. Aquilæ* III. *Viro AAA. FF. Quæſtori Cæſaris Trib. pl. Procoſ.* XV. *viro ſacr. fac. filius.* Hæc inſcriprio extat Patauii, tradente Apiano Inſcrip. ant. pagina 336.

Aruntius, vir raræ frugalitatis, Punici belli hiſtorias complexus eſt, imitator Saluſtii, ſed ineptus, teſte Seneca Epiſtolarũ 20. epiſtola 115.

L. Aruntius, citatur Plinio, vt qui de aſtris Græcè ſcripſerit lib. 1. & 18.

Aruntius, Medicus, hæredi CCC. ſeſtertia reliquit. Plinius 29. cap. 1.

¶ Aruntius Rubrius, Medicus, citatur in catalogo Medicorum. An idem ſit cum ſuperiore, incertum adhuc nobis eſt.

¶ Aruntio Siloni reſcripſerũt Diui Frr. Pand. 48. de pœnis L. 27.

Aruntium & Aterium, vt captandorum teſtamenrorum artem profeſſos, notat Seneca de beneficiis lib. 6. cap. 38.

¶ Aruntius Celſus, Grammaticus, Terentii & Virgilii interpres, citatur à Chariſio & Rufino.

Aruntius, Rhetor, Auguſti Cæſaris temporibus multas ſcripſiſſe declamationes fertur.

Aruntia Doliche, vxor Myrthini Domitiani publici Xvir. à commentariis F. F. Manutius.

¶ L. Arvseivs, ſub Tiberio morte affectus eſt. Tacitus lib. 5.

¶ Arvsianvs, Meſſus, elocutionũ libellũ excerpſit ex Virgilio. Meminit illius Iohannes Pierius.

¶ Asclepiadi reſcripſit Alex. Imp. 4. Cod. tit. 6. & 26.

¶ Asclepio Anton. A. 5. Cod. tit. 53.

¶ Asclepiodotae Decius 6. Codic. titulo 27.

Aſclepiodotæ alii AA. & CC. 3. Cod. titulo 12.

Aſclepiodotus, Cos. & Præf. prętor. ſub Diocletiano.

Aſclepiodotus alius, Cos. ſub Honorio ann. V. C. MCLXXVI.

ASCONII.

Q. Asconivs Pedianvs, ſub Claudio & Nerone floruit. Patauinus fuit, vt liquet ex 12. Silii Italici, Captus luminibus anno vitæ ſeptuageſimo tertio, duodecim poſtea ſuperuixit ſummo cum honore hominũ & gratia. Euſebius. Edidit commentaria in orationes Ciceronis, quorum fragmenta quædam extant, ſed deprauatiſſima. Meminit Suidas Ἀσκώνιος.

¶ Aſconius Labeo, tutor Neronis, cui ille ſimulatq; Princeps factus eſt, ornamẽta Conſularia petiuit. Tacitus 13.

¶ L. Aſconius Elpicanus, ſodalis Titii, cum coniuge Liuia Rufina, ſingularis caſtitatis fœmina, & Q. Piſone Elpicano F. refertur in monumentis Italicis Inſcript. antiq. pag. 129.

¶ *C. S. F. Q. Aſconius Gabinius Modeſtus, Prætor, Proconſul. præf. ærarii Saturno dedit.* Extat in agro Patauino citatum à Scardeonio.

C. Aſconio C. F. Fabia Sardo IIIIvir. *i. d. præf. fabr. fratri Cuſinto M. F. Sardi matri & ſibi Aſconia C. F. ſacerdos Diuæ Domicillæ.* Citatur Scardeonio pag. 70.

¶ Asella, virgo, celebratur Hieronymo ad Marcellum.

¶ Asidivs Sabinus, venuſtiſſimus inter Rhetores ſcurra, cùm ſententiã Leonidæ ad 300. retuliſſet; *Ego*, inquit, *illi ad prandium promiſiſſem, ad cœnam renunciaſſem.* Seneca Suaſoria 2.

¶ Q. Asivs, Senator, quem aſinũ emiſſe 400. nummis, ſcribit Plinius 8. cap. 43. vbi tñ Budęus 400. millibus legendũ cenſet.

ASINII.

Aſiniam gentem primùm nobilitauit C.

ASINIVS POLLIO. Nihil enim ei denegatū, quod nobiliſſimis ſummo cum ſudore eon ſequendum foret, vt Paterculus. Fuit autem Philoſophus & Orator Ciceroni proximus, euius æmulus & obrectator extitit. Viginti duos annos natus accuſauit Catonem. Dixit pro Lamia apud Triumuiros, teſte Seneca, pro Seauro, pro Aſprenate, pro Liburna, vt Fabius, & mediis Augusti temporibus pro hæredibus Vrbiniæ. Compoſitionem eius vt ſalebroſam & exilientem Seneca notat epiſtola 101. Numquam admiſſa multitudine declamauit. Primus Romanorum omnium aduocatis hominibus ſcripta ſua recitauit (ad quem morem etiam Horatius alludit Sermon. libro 1. Satyr. 4.

Cùm mea nemò
Scripta legat, vulgò recitare timentis)

primus bibliothecam in vrbe dicauit, in eãque præſtantiſſimorū virorū imagines poſuit, authore eodē Seneca proœm. lib. 4. Cōtrouer. item Plin. 35. cap. 2. Declamauit intra quartū diē, quàm filiū Ateriū amiſerat. Seneca declamationū 4. Idē lib. 1. de tranquillitate cap. 14. nullam horam vltra decimā Pollionem retinuiſſe, docet. *Ne epiſtolas quidē*, inquit, *poſt eã horam legebat, ne quid nouæ curæ naſceretur, ſed totius diei laſsitudinem duabus illis horis ponebat.* Hactenus Seneca. Bello ciuili Catonē Sicilia expulit, pugnæ Pharſalicæ interfuit. Cōſulatus duos geſſit, deq; Dalmatis triūphauit. Antonio vſq; ad bellum Actiacū fidus: ad q. vti ſecum proficiſceretur, rogante Cæſare: *Mea*, inquit, *in Antoniū merita maiora ſunt, illius in me beneficia notiora: itaque diſcrimini veſtro me ſubtrahã, & ero præda victoris.* Traditur obiiſſe in villa Tuſculana anno ætatis 80. Huius opinor, fratrē notat Catullus. Eiuſdē tale apophthegma retulit Macrobius Saturnal. lib. 2. cap. 4. *Temporibus triumuiralibus*, inquit, *Pollio, cū Feſcenninos in eū Auguſtus ſcripſiſſet, ait: At ego taceo: Non eſt enim facile in eū ſcribere, qui poteſt proſcribere.* Et Plinius libro 6. epiſtol. ad Quadratum, ſe vel Pollionis, vel tanquam Pollionis accepiſſe, & veriſſimum experiri teſtatur: *Commode agendo factum eſt, vt ſæpe agerem: Sæpe agendo, vt minus commodè.* Præterea idem hic eſt Pollio, quem à recenti belli ciuilis hiſtoria deſcribenda Horatius dehortatur libro ſecundo Carm. Od. 1.

Periculoſæ, inquit, *plenum opus aleæ*
Tractas: & incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo, &c.

¶ Vſum inſtituti huius demonſtrat Plinius epiſtol. lib. 5. epiſt. 3. & 13. Ac nota exempla cætera ex eius & ſequentis ætatis ſcriptoribus.

Meminit Quintilianus libri ſexti, cap. 4. *De Pollione Aſinio*, inquit, *ſeriis iocisque pariter accommodato, dictum eſt, eſſe eum omnium horarum.* Suidas hiſtoriæ eius Rom. libros 17. nominat, & primum fuiſſe dicit, qui Græcorum res geſtas ſtylo Latino perſecutus ſit. Vt TIMAGINEM Hiſtoricum, inter quem tamen & ipſum antea iræ fuerant, fouerit, & quidem eo tempore cum in Auguſti Cæſ. offenſam ille incidiſſet, tū reliqua non minorem ipſius fidem, quàm Auguſti moderationem pene incredibilem teſtificantia, eleganter & copioſè expoſuit Seneca libro tertio de ira capite vigeſimotertio.

Aterius, F. Pollionis, patre ſuperſtite deceſſit. Seneca proœmio libri quarti controuerſ.

Marcellus Eſerninus, Pollionis nepos, etiam dum puer tantæ indolis erat, vt Pollio ad illum pertinere ſucceſſionem eloquentiæ ſuæ crederet, cùm filium Gallum relinqueret, magnum oratorem. Seneca ibidem.

C. Aſinius Gallus F. de Salonis, à patre captis, dictus Saloninus, euius γενεθλιακὸν habet Vergilius in Bucol. Eclog. quarta. Vide interpretes. Fuit & hic Orator. Conſulatu functus eſt ſub Auguſto, ann. vrbis cōditæ DCCXLVI. Vxorem habuit Vipſaniam, M. Agrippæ F. primùm Tiberio Imperatori iunctam, ex qua complures liberos, in iiſque tres Conſulares (nam huic ſententiæ disertè Tacitus ſuffragatur libro ſexto) tulit. Tandem necatur fame à Tiberio, qui partim ob coniugium, partim ob linguæ libertatem capitaliter illi infeſtus erat. Libros reliquit de comparatione patris & Ciceronis, in quibus patrem prætulit, vt eſt apud Plinium lib. ſeptimo, epiſtol. ad Pontium. Aduerſus eoſdem libros poſtea Cæſar Claudius Ciceronis defenſionem edidit, autore Tranquillo.

Aſinius Saloninus, Galli F. M. Agrippa & Pollione Aſinio, auis, fratre Druſo inſignis, Cæſarique Tiberio progener deſtinatus, moritur anno octauo Tiberii, Haterio Agrippa & Sulpitio Galba Coſs. Tacitus in fine 3.

C. Aſinius Pollio, Galli F. Conſul anno 9. Tiberii. De hoc Plinius, Tacitus, Dion & tabulæ Capitol.

M. Aſinius Agrippa, Galli F. Conſul anno vndecimo Tiberii. Deceſſit ſub eodem anno

anno proximo, Lentulo & Caluiſio Coſſ. Tacitus libro 5. Straboni dicitur Aſinius Quadratus. Idem hiſtoriæ ſcriptorem vocat, & æqualem ſuum facit.

Aſinius Gallus, Galli F. conſpirauit ad res nouas ſub Claudio. Suetonius.

Aſinius Celer, Galli F. vir Cõſularis, ſub Claudio mullum 7. millibus emit. Plinius noni capite decimoſeptimo, Tertullianus de pallio, & Samonicus Serenus apud Macrobium 3. Seneca in ludo de morte Claudii ab ipſo Claudio interemptum indicat.

M. Aſinius Marcellus, Conſul anno vltimo Claudii, Aſinio Pollione proauo clarus, neque morum ſpernendus, niſi quòd paupertatem præcipuum malorum credebat. Tacitus 14.

L. Aſinius Gallus, haud dubiè M. fr. Cõſul ſub Nerone ann. vrb. cond. DCCCXIII.

¶ Aſinius Rufus, vir Prætorius, deuinctus amicitia Plinio & Tacito, cuius filium Aſinium Baſſum commendat Plinius in epiſtolis Fundanio lib. 4.

¶ Aſinius Capito, refertur à Gellio lib. quinto, cap. 20. & 21. Vir fuit doctiſſimus. Citatur eius epiſtola ad Clodium Thuſcũ, & altera ad Pacuuium Labeonem.

¶ Aſinius Quadratus, vir Italicenſis, res Germanorum diligenter perſcripſit. Citatur apud Agathiam Hiſtoricum.

¶ A. Aſinius Prætextatus, Conſulatum geſſit cum C. Neratio Attico ſub Gordiano principe ann. V. C. DCCCCLXXXXIIII. vt liquet ex inſcriptione, quæ extat apud Volaterranum pag. 350.

Aſinius Pollio, Trallianus genere, docuit Romæ tempore Pompeii Magni. Succeſſit ſcholæ Timagenis, ſcripſitq; bellum ciuile Cæſaris & Pompeii, item dicta & facta memorabilia Muſonii Philoſophi, & alia. De hoc Suidas Πωλίων.

ASPASII.

Aſpaſii, Biblius & Tyrius, & Aſpaſia illa Periclis, petantur ex Volaterrano.

¶ Aſpaſius Sophiſta, Rauennas patria, genitus patre Demetriano, Rhetoricorum non ignaro, floruit ſub Alexandro, cũ quo terras multas exteras adiuit, ipſius epiſtolarum Magiſter. Romæ etiam annonæ præfuit. Scripſit contra Ariſtonem & maledicos diuerſas orationes. Hæc Suidas & Philoſtratus.

Aſpaſius, vicarius Symphronii, præfectus vrbis, animaduertit in Agnetem virginem. Ambroſius.

¶ Aſpaſio Paterno, Proconſuli in Africa, Galerius Maximus ſucceſſit 18. Calẽd. Octobris, Valeriano & Gall. Rom. rei præſidentibus.

Aſpaſius, Epiſcopus Eloſaticenſis, interfuit concilio Aurelienſi quinto.

¶ ASPER, ſcripſit comment. in Virgil. & Saluſt. Hieronymus contra Rufinum.

Aſpro reſcribitur ab AA. & CC. 9. Cod. titul. 41.

¶ ASPIDIA, virgo ſacra & Chriſtiana, memoratur Alcimo Auito libro ſexto, de virginitate.

Aſpidia (ſic puto legendum) C. F. Secunda. Inſcript. antiq. pag. 341.

¶ CN. ASSIDIO, vixit temporibus Syllę. De hoc Valerius in fine libro noni, capite decimoſexto.

ASTERII.

Aſteria, celebratur apud Horatium Carminum 3. Oda 7.

Quid fles Aſterie? &c.

Aſterius, ſub Valeriano, pater Rufinæ & Secundæ, virginum Martyrum, ex Aurelia coniuge. Fors idem, de quo Euſebius Hiſt. Eccleſiaſtic. 7. capite 13. qui traditur fuiſſe Senator & Patricius, nobilitate, facultatibus, propinquitate regia & fama clarus, Martyr effectus, dum Marino martyri funebrem honorem defert.

Aſterius, præf. Maximiani, cui Maſſiliæ Victor cum ſociis puniendus datus eſt.

Aſterius, præf. orientis ſub Arcadio. Nicephorus 13. cap. 3.

Aſterii duo, Conſules ordinarii, referuntur Glareano, ille ann. V. C. MCCII. hic MCCXLVII. Cuſpinianus vult hunc eſſe Q. Aſterium Turcium Rufum, autorem Carminis apud Sedulium:

Cantemus ſocii, &c.

Aſterius, Rector orientis ſub Mauricio, periit Antiochiæ in terræmotu. Nicephorus 18. cap. 12. & 13.

Aſterius, ſectæ Arrianæ ſub Conſtantino, refertur Hieronymo in ſcriptoribus Eccleſiaſt.

Aſterius, Epiſcopus ſub Leone Papa primo, alius Epiſcopus Genuenſis ſub Honorio Pontifice.

Claudius Aſterius, refertur Inſcript. antiq pag. 137.

Aſterio reſcribitur ab A A. & CC. 6. C. titul. 58.

Aſterio ſcribit in Epiſtolis ſuis Libanius Sophiſta.

ATRII.

Q. Atrius, præfectus eſt nauibus, dum Cæſar in Britãniam noctu aduerſus hoſtes proficiſcitur. Cæſar bell. Gall. comment. quinto.

P. Atrius, Eques Rom. Pompeianarum partium, à Cæſare in Africa de Vticenſi cõuentu capitur: à quo diuerſus eſt P. Atrius, cui parcit, & vitam donat, Vticam petens. Comment. 5. bell. ciuil.

L. Atrius Fregellanus, refertur Liuio libro 43. vt in cuius ædibus haſta, quam militi filio emerat, plus duas horas arſerit, igne eius nihil ambutente.

Atrius Clemens, cui ſubinde ſcribit in epiſtolis ſuis Plinius. Apparet fuiſſe Patauinum ex teſtimonio Martialis, à quo vxor eius Oreſtina Sabina pro docta celebrata. Cataneus.

Q. Atrius Clonius, vixit ſub Seuero principe leg. Auguſt. Præf. præt. prouinciarum Thraciæ, Cappadociæ, Syriæ maioris, Hiſpaniæ citerioris, vt indicant inſcriptiones antiq. pagin. 14. & 320. In Pandect. 26. de ſuſpectis tutoribus & curat. l. ſeptima legitur Atrio Colono reſcripſiſſe Seuerum & Antoninum.

ATTALI.

Attalvs, ex præfecto vrbis factus Imperator à Gotthis, primo die proceſſit vt Imperator, altero die ſerui ſchemate miniſtrauit. Trip. Hiſt. 11. cap. 9. Id accidit cùm Roma eſt direpta. Ceſſit tum Attalus Gotthis, quorum cõſilio quinto pòſt anno Tyrannidem reſumpſit; ſed mox ab illis deſtitutus, captuſque ab Honorio, in triumpho ductus eſt. Qui vita donatus, Lyparæ vixit exul. Proſper.

Attalus alius, & ipſe correpto imperio captus ab Honorio, præciſa manu Conſtãtinopolim relegatus eſt. Autor Blondus.

Attalus, Stoicus, qui ſolum vertit, à Seiano circumſcriptus, magnæ vir eloquentiæ, ex Philoſophis, quos noſtra ætas vidit, longè & ſubtiliſſimus & facundiſſimus, &c. Seneca Suaſoriar. 2. Citatur idem Attalus epiſtola 109.

Attalo reſcribitur ab A A. & CC. quarti Cod. titul. vigeſimoſexto & quadrageſimo nono, de condictione indebiti & 7. Codic. titul. 16.

Alii reſcribitur ab Alexandro A. 5. Cod. titul. 13.

ATTEDII.

Attedius quidam citatur vt Cæſarianus Ciceroni ad Attic. lib. 12. epiſtola 3. & 5. pagina 346.

¶ Attedius Melior, celebratur Statio Syluarum 1. Deplorat Pſittacum mortuum idem Poeta lib. 2.

ATTEII.

L. Atteius L. F. An. Capito, refertur apud M. Cælium libri octaui, epiſtola octaua, vnde liquet, Atteios ad tribum Anienſem pertinere.

C. Atteius Capito, Trib. pl. egrediente Craſſo in bellum Parthicũ, diras execrationes protulit, vt tradunt Appianus & Diõ. Bello ciuili Cæſaris partes fouit, Ciceronis familiaris, de quo ad Atticum lib. decimotertio, *Noſti*, inquit, *diligentiam Capitonis in rebus nouis perquirendis, non concedit Camillo*, &c. Commendat eundem Planco famil. 13. vt T. Antiſtii propinqui ſui hæreditatem conſequatur.

C. Atteivs Capito, Iuriſconſultus, natus auo Centurione Syllano, patre Prætorio, ſtudiis ciuilibus principem locum in vrbe conſecutus eſt. Conſulatũ illi contulit Auguſtus, vt Antiſtium Labeonẽ, iiſdem artibus præcellentẽ, dignatione eius magiſtratus anteiret. Nam Labeonis, quî præturam intra ſtetit, immodica libertas plerumq; offendebat, Capitonis obſequiũ magis probabatur. Et reuera in adulationes natura ſtudioque propenſior fuit. Vnde & in Senatu nonnunquã Tiberio, gnarus morum illius, non dubitauit quaſi per libertatem contradicere, & repræhendente verbum quoddam Tiberii Pomponio Grammatico, affirmauit illud & eſſe Latinum, & ſi non eſſet, futurum certè ob Cæſaris autoritatem & gratiam. Ad quod ſubridens Pomponius: *Iam inde mentitur*, inquit, *Capito: Tu enim, ô Cæſar, ciuitatem hominibus dare potes, verba & vſum linguæ non potes.* Præfuit & curationi aquarum & riparum Tiberis ſub Tiberio, cuius imperantis anno octauo deceſſit, teſte Corn. Tacito. reliquit commentaria in duodecim tabulas, collectaneorum libros 26. de iure Pontificio ſeptem, de Senatoris officio vnum,

¶ Suetonius de cl. Grammat. in Pomponio Marcello. Dion lib. 57.

de

de iure ſacrificiorum 10. & commentariū de iudiciis publicis. Ex quibus monumentis ſubinde multa citantur apud Gellium, Macrobium, Pompeium, Frontium & Marcellum. Hæc ex Cornelio Tacito & Suetonio Tranquillo, vnde & ſua mutuati ſunt recentiores, inter quos miror Bernhardinum Rutilium, virum alioqui præcellenti doctrina præditum, tradere, Capitonem hunc Conſulem fuiſſe cum Germanico Cæſare, & pro Fonteio, quæ lectio mendoſa ſit in Caſſiodoro, ſcribendum Arterium; cùm Tranquillus, quem ſcriptorē ipſe diligentiſſimum eſſe fatetur, Caligulam pridie Calend. Septemb. patre ſuo & C. Fonteio Capitone Coſs. natum, tradat, & eiuſdem Fonteii meminerit Iuuenalis Satyra 13.

ſtupet hæc, quæ iam poſt terga reliquit
Sexaginta annos, Fonteio natus.

Patris etiam Horatius in Sermonibus, quēadmodum in Fonteiis dicemus. Nā quòd Haloandrnm & Glareanum non hoc tantùm loco notat erroris, ſolitus libenter ſugillare Germanos, quando hic apud æquos lectores nibil nobis depetit, non magnopere curandum arbitror.

¶ Atteius Prætextarus, nobilis Grammaticus Latinus, cuius meminit Tranquillus in Atteio Philologo ex auctoritate Aſinii Pollionis.

¶ C. ATTEIVS PHILOLOGVS, & ipſe clarus Grammaticus, libertinus, Athenis natus eſt, quem Atteius Capito, Iuriſconſultus, inter Grāmaticos Rhetorē, inter Rhetores Grammaticum fuiſſe, ait. Iuuit in ſcribēdo Saluſtium, vt autor eſt Pollio. Philologi appellationem ſumſiſſe videtur, quia ſicut Eratoſthenes, qui primus hoc nomē ſibi vēdicauit, multiplici variaq; doctrina cēſebatur. Coluit familiariſſimè C. Saluſtiū, & eo defuncto Aſinium Pollionem, quos Hiſtoriam componere aggreſſos, alterum breuiario rerum Romanarum, alterum præceptis de ratione dicendi inſtruxit. Quò magis mirandum, Pollionem credidiſſe, antiqua eū verba & figuras ſolitū eſſe colligere ex Saluſtio, quum ſibi ſciret Atteium nihil aliud ſuadere, quàm vt noto ciuilique & propriò ſermone vteretur, vitaretq; maximè obſcuritatem Saluſtii, & audaciam in tranſlationibus. Ex Tranquillo. Citatur à Sex. Pompeio lib. decimotertio & decimoſeptimo, item à Chariſio lib. 1. his verbis: *Atteius Philologus librū ſuum ſic edidit inſcriptū: An amauerit Didun Æneas, vt refert Plinius*, &c.

Atteius, dux Antonianus, vt & Calenus, quos ex Celtis aduocauit Fuluia, vt L. Antonio, obſeſſo à Cæſare Peruſiæ, ſubſidiū ferrent. Appianus quinto.

ATTERII.

Inuenio Haterios, aſpirata prima, inuenio & Aterios, per leuigationem, & Atterios, r duplicato. Arbitror omnes eiuſdem eſſe nominis, vtut variet apud ſcriptores orthographia, eamq; ſententiam tuebor, donec diuerſum edoctus fuero, non grauatē meliora ſentientibus acceſſurus.

¶ Haterius Rufus, Eques Romanus, in theatro occiſus eſt, cùm id pridie per quietem ſibi accidere vidiſſet. Valerius Maximus 1. cap. 7. apud quem legitur Atterius.

Atterius, amicus Papyrii Pæti, de quo Cicero Epiſtolarum 9. ad Pætum ſcribens: Tu iſthic, inquit, te Atteriano iure delectato, ego me hic Hirtiano.

Atterius quidam proſcriptus à Triumuiris eſt; eius bona ſeruo accuſatori ceſſere, ſed qui propter inſolentiam in ſeruitutē reuocatus, domini liberis, quos deſpexerat, ſeruire coactus eſt.

M. ATTERIVS, declamator ſummæ in dicendo velocitatis, in quem optimè princeps Auguſtus: *Atterius*, inquit, *noſter ſufflaminandus eſt.* Plura de illo Seneca procem. libri quarti controuerſ. Sed apud illum mendosè puto dici Marium Arterium. D. Hieronymus ad Pammachiū de erroribus Ioan. Hieroſolymitani ſcribens, Q. Atterium vocat: *Q.* inquit, *Atterius, qui ingenium in numerato habebat, vt ſine monitore tacere non poſſet.* Quare Hieronymū ſequendum cenſeo, vt Q. vocetur, ſed cum Seneca malo appellare Atteriū. Ac neſcio, an hic ſit Q. Haterius ille, de quo eſt apud Cornel. Tacitum; *Q. Haterius*, inquit, *familia natus Senatoria, eloquentiæ quoad vixit celebratæ. Monumenta ingenii eius haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis quàm cura vigebat. Vtque aliorum meditatio & labor in poſterum valeſcit, ſic Haterii canorum illud & profluens cum ipſo ſimul extinctum eſt.* Tiberium, renuentē imperiū accipere, cū dixiſſet: quouſq; patieris, Cæſar nō adeſſe apud te rempub. ita offendit, vt is ſtatim in eū inuectus ſit. Ad quē poſtea deprecādi gratia Palatiū ingreſſus, propè à militib. interfectus eſt, q. Tiberius, incertum caſu an manib. illius impeditus, ꝓcideret. Quo tāto viri periculo ne

ſic quidē mitigatus Tiberius eſt, donec Liuiam Auguſtam oraret, & eius accuratiſſimis precibus protegeretur. Obiit Lentulo Getulico, Caluiſio Sabino Coſſ. anno Tiberii 12. Euſebius hunc propè ad 90. annum vſque ſummo cum honore conſenuiſſe tradit.

¶ D. Haterius Q.F. Agrippa, homo fœdiſſimæ adulationis, & ſanguinarius accuſator, ſub Tiberio, cū eſſet Trib. pl. quo minus ius virgarum in Hiſtriones ſtatueretur, interceſſit. Prætore Vipſanio Gallo mortuo, ſurrogatus eſt, C. Cælio L. Pomp Coſſ. Tacitus lib. 2. Geſſit & Conſulatum anno Tiberii Octauo cum Sulpitio Galba, qui poſt Neronem imperauit. Seneca hunc ipſum Haterium & Aruntium, vt teſtamētorum captatores, notat.

¶ Q. Haterius Antoninus, Conſulatū adminiſtrauit circa extrema tempora Claudii, anno imperii eius 12. Quo tēpore Nero Octauiam, Claudii F. vxorem duxit. Eidē Haterio, diſſipatis per luxum opibus, Nero Imp. pecuniam annuam ſtatuit. Tacitus 12. & 13.

¶ Atterius Labeo, Prætorius, & Procōſulatu prouinciæ Narbonenſis functus, nō malus pictor, paruis tabellis gloriabatur, extinctus nuper in longa ſenecta. Plinius 35. cap. 3.

¶ Hateria Telete ad parentes:

Tu pater & mater lachrymis retinete dolorem,
Nam fato raptam non potis eripere.

Antiquitates Fabricii pag. 80.

ATTIDII.

Attidius Geminus, Prætor Achaiæ, citatur Tacito lib. 4.

L. Attidius Cornelianus, vixit ſub Seuero Pertinace. Inſcript. antiq. pag. 320.

ATTII.

Virgilius 5. Æneid. ait.

Paruus Atys, genus vnde Attii dixere Latini.

Attius Epictetus, memoratur Antiquitatibus Fabricii pag. 87.

C. Attius T.F. ſub. Vitulanus, quæratur apud Manut. in orthogr.

Item Attia Fortunata.

ATTILII.

Attilii partim Patricii, partim plebeii erant.

L. Attilius Longus, vir Patricius, Trib. mil. Conſulari poteſt. cùm primùm is magiſtratus creari cœptus eſt, ann. vrbis conditæ CCCX. Liuius 4. Dionyſ. 11.

L. Attilius K.F. K. N. Longus, Tribunus mil. Conſul. pot. ann. vrbis conditæ CCCLIIII. Tabul. Capitol.

¶ L. Attilius, Trib. mil. Conſul. poteſt. ann. vrbis conditæ CCCLVI. & iterum ann. CCCLIX. Liuius 5. In catalogo Caſſiodori vocatur hic L. Racilius Volſo.

C. Attilius, à quo, capta per Gallos vrbe, cædis in initium factum eſt. Vide Valeriū Maximum libro 3. cap. 2. In Liuio eſt M. Papyrius.

L. Attilius & C. Martius Tribb. pl. ann. vrbis conditæ CCCCXLIIII. tulerūt ad populum, vt Tribuni mil. ſenideni in 4 legiones à populo crearentur, cùm antea, perquàm paucis populi ſuffragio relictis, Dictatorum & Conſulum ea beneficia eſſent. Liuius 9.

L. Attilius, Quæſtor, cæſus in pugna Cannenſi Liuius.

L. Attilius Trib pl. ann. V. C. DXLIIII. id eſt, belli Punici Secundi anno 9. Liuius 26. Idem Præfectus præſidii apud Locrenſes; quibus ad Hannibalem deficientibus, ipſe cum ſuis militibus clàm dimiſſus eſt. Liuius initio 24.

M. & C. Attilii ædem Concordię, quam L. Manlius Prætor vouerat, creati duumuiri dedicauerunt, ann. V. C. DXXXVIII. id eſt belli Punici ſecundi tertio. Liuius 23.

¶ P. Attilius Philiſcus filiam, quòd ſtuprum paſſa eſſet, interemit. Vide Valerium Max. 6. cap. 1.

¶ A. Attilius, donatur bello, quod geſtū eſt contra Nabin, corona nauali, vt ſcriptū eſt in carmine Saturnio, quod quidem duces ipſi ſunt conſueti in tabellis publicè ponere. Fragment. Sex. Pompeii Pag. 11.

L. Attilius, illuſtris adoleſcens, Samothraces oratione ſua impulit, ne religione templi Euandrum homicidam, per quem Eumeni Perſes inſidias ſtruxerat, tuerentur. Liuius 45.

M. Attilius, de maieſtate damnatus. Cicero in Verrinis 2.

¶ Attilius Hiſpanienſis, minimè mēdax, & multarum rerum peritus, citatur Varroni libro rei ruſticæ 2 cap. 4.

¶ Attilius Creſcens, homo facetus, & neceſſarius Plinii, de quo ille in epiſtolis ad Priſcum: *Noſti*, inquit, *Attilii Creſcentis facetias.*

facetias. Et libro primo ad Minutium Fundanum: *Satius eſt, vt Attilius noſter eruditiſſimè ſimul & facetiſſimè dixit, otioſum eſſe, quã nihil agere.* In cœnobio D. Ambroſii Media lenſis hæc legitur inſcriptio: *Attilius A.F. Creſcens V.P. tabulario palati.*

M. Attilius, Comicus Poeta, à Licinio ob duriciem ferreus ſcriptor nominatus, vt eſt apud Ciceronem de Finibus 1. Certè ad Attic. ipſe lib. 14. epiſtola à fine 3. vt duriſſimum ſcriptorem citat.

ATTILII.

Reguli, Serani, Calatini.

¶ In Seranorum familia gentiliciũ eſſe tradit Varro, fœminas linea veſte non vti. Plinius 19. cap. 1. Eoſdem à ſerendo dictos, docet locus Virgilii 6. Æneid.

---- *& te ſulco Serane ſerentem.* Item Plinius libro 18. capite 3. Alii tamen malunt legere Saranos, ſeu Sarranos, quaſi Tyrios ſeu Pœnos: nam Tyrus, vnde Carthaginenſes oriundi, olim Sarra appellata fuit.

M. Attilius M.F. Regulus Calenus, Conſul ann. vrbis conditæ CCCCXX. collega Valerii Coruini in quarto illius Conſulatu.

M. Attilius M.F.M.N. Regulus, Conſul ann. vrbis conditæ CCCCLVIIII. Samnitibus congreſſus, cùm ſuos cedentes videret, Ioui Statori ædem vouit, vti a fuga acies conſiſteret. Inde 4. illorũ millia & amplius occidit, 7. millia ſub iugum miſit. Triumphus tamen petenti negatus eſt, quòd bonam ſuorum militum partem amiſiſſet, & quòd captiuos ſine pactione ſub iugum miſiſſet. Liuius 10.

M. ATTILIVS M.F.L.N. REGVLVS SERANVS, Conſul ann. V.C. CCCCLXXXVI. fuſis Salentinis triumphauit. Iterum Conſul decennio pòſt, primus Romanorum ducũ in Africam traiecit: vbi maximis rebus geſtis, tandem arte Xantippi Lacedæmonũ captus, & in carcerem cõiectus eſt. Miſſus deinde Romam legatus de permutandis captiuis, conditionem in Senatu diſſuaſit. Carthaginem vbi rediit; reſectis palbebris, in machinam ligneam coniectus eſt, clauis introrſus adactis, eoque modo vigiliis ac doloribus extinctus eſt. Valerius Maximus 1. cap. 1. & 9. cap. 2. Seneca libro de diuina prouidentia, Appianus in Libyco, Plinius in viris illuſtribus. Variant de morte Tuditanus apud Gellium 6. cap. 4. & Cicero in L. Piſonem, item Finium 2. & in ſomnia necatum ſcribunt. De portentoſæ magnitudinis ſerpente ab eo ſuperato Liuius 18. Gellius 6. cap. 3. De paupertate eius Valerius 4. c. 4. De conſtantia Horatius Carminum 3. Od. 5. Coniunx illi fuit Martia. Fit eius mentio Pandect. lib. 49. titul. decimoquinto l. 5.

C. Attilius M.F.M.N. Regulus Seranus, Conſul ann. V.C. CCCCLXXXXVI. de Pœnis naualem triumphum egit. Autor Oroſius & tabulæ Capitolinæ. Iterum Conſul anno DIII.

M. Attilius M.F.M.N. Regulus, Conſul ann. vrbis cõditæ DXXVII. & iterum, interiecto decennio, ſuffectus C. Flaminio, apud Thraſymenum cæſo, ſumma cum collega concordia bellum aduerſus Hannibalem geſſit, eumque Fabianis artibus ad ſummam inopiam redegit. Ab inſequentibus Coſſ. ante pugnam Cannenſem, cùm ætatem excuſaret, in vrbem remiſſus eſt. Ex rogatione Trib. pl. Minutii creatus eſt Triumuir menſarius. Geſſit & Cenſuram cum P. Furio Philo, quo in ipſo honore defuncto, ſe magiſtratu abdicauit. Liuius lib. 22. 23. & 24.

C. Attilius M.F. M.N. Regulus Conſul ann. vrbis conditæ DXXIX. Frater fuit, vt opinor, M. De hoc vide Polybium lib. 2. pagina 51.

¶ C. Attilius Seranus, alius à ſuperiore, Prętor anno belli Punici ſecundi primo. Interiecto anno, Conſulatum cum Q. Ælio Pæto & Terentio Varrone petiit. Liuius 22. qui illum & Augurem fuiſſe ſcribit.

C. Attilins Seranus, Ædilis curulis cum L. Scribonio, primus Megaleſia, ludos ſcenicos, dedit ann. vrbis cond. DLXI. L. Cornelio Merula & Q. Minutio Thermo Coſſ. Prætor claſſem & Macedoniã ſortitus, magnos regios commeatus excepit, naues alias merſit; alias cepit; Athenienſibus & aliis eiuſdem regionis ſociis magnam vim frumenti diuiſit. Liuius 34. 35. & 36. Triumuir cum L. Val. Flacco & L. Val. Tappo Bononiam Latinam coloniam deduxit ex S.C. tribus hominum millibus deductis, anno vrbis conditæ DLXV. Liuius libro 37. apud quem magna eſt in prænomine varietas; nunc enim C. nunc A. nunc M. vocat.

C. Attilius Seranus, Prætor ann. V.C. DLXIX. Liuius 39. Iterum Prætor ann. DLXXXI. Conſul factus eſt cum C. Hoſtilio Mancino ann. DLXXXIIII. Caſſiodorus.

M. Attilius Seranus, Prætor ann. V. C.

DLXXX. Liuius 41. Hoc fortè natus eſt Sex. Attilius Seranus, Coſ. ann. DCXVIII. de quo extat inſcriptio apud Apianum, pagina 330.

C. Attilius Seranus Conſul ann. V. C. DCXLVIII. quo tempore natus eſt M. T. Cicero.

Attilius Seranus, cæſus à C. Mario & L. Cinna. Appianus 1.

M. Regulus Liuinum ad Ciceronem miſit, cùm eſſet exul. Cicero ad Att. 3. Idem libro decimotertio, vocat L. Liuineium Regulum.

Sex. Attilius Seranus, Quæſtor Cicerone Conſule. Trib. pl. cùm exularet Cicero, reſtitutionem eius moratus eſt, corruptus ab inimicis, quem Cicero irridens, Attiliũ Gauianum vocat, indicans alienæ illum familiæ nomina ſibi induiſſe, item cum Numerio & Aelio quiſquilias ſeditionis Clodianæ, in oratione pro P. Seſtio. Socerum habuit Cn. Oppiũ, qui pro Cicerone rogãs ad pedes eius ſe abiecit. Cicero in oratione, quam habuit poſt reditũ ad Quirites pag. 350. & pro P. Seſtio 459.

¶ Cn. Calatinus, Trib. pl. ann. V. C. CCCCLXXXIX. Inſcript. antiq. 55.

A. ATTILIVS A. F. C. N. CALATINVS, eiuſdẽ nominis & ſanguinis; cuius erat M. Attilius Regulus, teſte Valerio Max. lib. 4. cap. 4. Bis Conſul & Dictator, primus in eo magiſtratu exercitum extra Italiam duxit, Carthaginenſium præſidia AEtna, Drepano, Lilybæo deiecit, Panormum cepit, totamq; Siciliam peruagatus, paucis nauibus magnam hoſtium claſſem duce Hamilcare ſuperauit. Circa Camerinẽſium ſaltum, cum in locum iniquum, à Pœnis circumſeſſum duxiſſet exercitum, opera & virtute Calphurnii Flaminæ Trib. militum euaſit. In vrbem reuerſus, magnificè triumphauit. Liuius 17. & 19. Plinius in viris illuſtribus. Porro Cicero pro Roſcio Amerino, Valerius 4. cap. 4. Plinius 18 cap. 3. tradunt, depræhenſum in agro ſemen aſpergentem, cum illi mandatum Senatus allatum eſſet ad imperium P. R. ſuſcipiendum. Idem iudex adhibitus inter Luctatium Cos. & Valerium Prætorem, ſuper triumpho concertantes, pro Luctatio pronunciauit. Val. Max. 2. cap. 3. Cicero in Catone maiore, illud elogium vnicum à plurimis gentibus illi tributum ſcribit, populi videlicet primarium virum fuiſſe, & notum eſſe eius carmen ait in ſepulchro inciſum. Meminit eiuſdem Finium ſecundo.

A. Attilius Calatinus, Soranorum oppidi proditione reus, Q. Maximi ſoceri opera liberatus eſt, affirmantis, affinitatem ſe diremturum fuiſſe, ſi ſontem illum compeπiſſet. Valerius 8. cap. 1.

¶ C. Attilius A. F. A. N. Bulbus, Conſul ann. vrbis conditæ DVIII. & iterum ann. D.XVIII.

¶ Seranus Domeſticus, haud dubiè ex Attiliis, amiſſum filium laudauit ſcripto. Cicero ad Q. fratrem 3. epiſtola 8.

Sex. Attilius & L. Furius Tribb. pl. ann. vrbis conditæ CCCCXVII. rogationem ex S.C. tulerunt de C. Mancino, Numantinis dedendo, quòd cum illis ſine Senatus auctoritate pacem feciſſet. Qua accepta, ille hoſtibus deditus eſt. Cicero off. 3.

¶ Attilius Scaurus, coniunctus amicitia Plinio iuniori. Extant ad illum epiſtolæ Plinii lib. 5.

¶ Attilius Titianus, Conſul ſub Hadriano ann. vrbis conditæ DCCCLXXIX. Poſtea ſub Pio tyrannidis affectatæ reus, à Senatu punitus eſt, cùm Pius conſcios inquiri vetuiſſet, filio eius ad omnia ſemper adiuto. Capitolinus in Pio.

¶ Attilia, Serani F. coniunx prima Catonis Vticenſis. Plutarchus.

¶ Attilius Seuerus, Conſul cum Æmilio Iucundo, ſub Commodo in exiliũ pulſus. Spartianus.

¶ Attilii Macrini aliquot referuntur Inſcript. antiq. pag. 33.

Attilii plures pag. 36. 38.

Attilius, vir è plebe, rogans C. Gracchũ, vt patriæ parceret, à ſectatore eius quodã trucidatur. Appianus lib. 1. de bell. ciuil. Plinio de viris illuſtr. Opimii Coſ. p̃co dicitur.

Attilio reſcribitur ab Helio Pertinace A. 4. Cod. tit. 28.

Attilius proſcriptus quæratur apud Appian. 4.

¶ M. Attilius Fraternus. Inſcriptionum antiq. pag. 12.

P. Attilius P. F. O. V. F. Septicianus, Grãmaticus Latinus, refertur cum multa laude in memoriis Comenſium, Inſcript. antiq. pagina 78.

¶ ATTILICINVS I.C. citatur Pand. lib. 2. titul. 9. l. 4. titul. 14. l. 27. & alibi.

ATTINII plebeii.

M. Attinius, præſidii Romani apud Thurinos præfectus, ob mite & iuſtum imperiũ dimiſ-

dimiſſus eſt, cùm proditione Thurinorum, & Pœnorum inſidiis, præſidium cæſum eſſet. Liuius 25.

¶ C. Attinius Labeo, Trib. pl. an. V. C. DLVII. Prætor ann. DLIX. iuriſdictionē peregrinam obtinuit. Sequenti anno Tribunus militum fuit ſub T. Sempronio Longo Conſule. Liuius 33. & 34.

M. Attinius Labeo, præfectus ſocium in exercitu T. Sempronii Longi Coſ. à Boiis hoſtibus, irrumpētibus in caſtra, cæſus eſt. Liuius 34.

Cn. Attinius Labeo C. fr. Trib. militum in exercitu Q. Minutii Rufi, Conſulis, aduerſa pugna cecidit. Liuius 33.

C. Attinius Labeo, cui cognomen fuit Macerioni, Trib. pl. Q. Metellū Macedonicum, Cenſorem, à quo in Senatu legendo præteritus erat, de ſaxo deiici iuſſit, quod ne fieret cæteri Tribuni pl. auxilio maximè fuerunt. Liuius 59. Plinius 7. cap. 44. Idem bona Metelli eadem ex cauſa conſecrâuit, foculo poſito in Roſtris, adhibitoque tibicine. Cicero pro domo ſua ad Pontifices.

¶ Attinius Secūdus, quòd pro Caii Cæſaris ſalute ſe dimicaturum ſpopondiſſet, exacto per illū voto, mori coactus eſt. Diō 58. Suetonius paulo copioſius rem explicat.

¶ M. Attinius A. F. Paternus, à Diuo Traiano in expeditione Parthica donis donatus. Refertur cum Attinia Fauſtina in memoriis Romanorum, Inſcript. antiq. pagina 245.

AVDASII.

L. Audaſius, falſarum tabularum reus, ac neque ætate neque corpore integer, in Auguſtum coniurauit. Suetonius in Auguſto.

M. Audaſius, refertur in memoriis antiquis apud Apianum pag. 332. & 169.

AVDENTII.

Audentius, Præf. præt. cū Macrino ſub Antonino Caracalla. Herodianus. Quartū Conſul hic fuit ann. V. C. DCCCCLXX. ſed apud Glareanum & Haloandrum Aduentius vocatur, quomodo & noni Codic. titulo 51.

Audentia, materiunioris Fuſcinæ, cùm antè tres liberos enixa eſſet. Vide Fuſcinas.

Audentius, Epiſcopus Hiſpanus. De hoc Gennadius.

¶ AVDIANO reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 54.

AVFIDII.

M. Aufidius, tutelæ Capitolii redemtor, ann. vrbis conditæ DLXXV. Q. Fuluio Flacco L. Manlio Acidino Coſſ. Plinius 35. capite tertio.

Cn. Aufidius, Trib. pl. cum M. Iuuentio Talua, ann. vrbis conditæ DLXXXIIII. Liuius 43. Forſan hic eſt, cuius meminit Plinius 8. capite 17. Nam cùm veteri S. C. non liceret Africanas pantheras in Italiam aduehi, ipſe contra hoc tulit ad populum, permiſitque Circenſium gratia importare.

Cn. Aufidius, Prætorius, cæcus in Senatu ſententiam dixit. Hiſtoriam Græcā ſcripſit. Cicero in Tuſculanis. Fors idem eſt, quem Plinius 7. capite 53. offenſo pede in comitio, cùm Senatum ingrederetur, interiiſſe ſcribit.

¶ Cn. Aufidius Horeſtes, Coſ. ann. vrbis conditæ DCLXXXIII. cum P. Cornelio Lentulo, quem Cicero ſua memoria adoptatum tradit à Cn. Aufidio in ſumma Senectute. Ad Pontific. pro domo ſua.

T. Aufidius, cuius frater fuit M. Vergilius, qui Trib. pl. Syllæ diem dixit. Vixit ad ſummam ſenectutē, vir bonus & innocens. Cicero in Bruto. Fors idem, qui publicanus in Aſia, pòſt in eadem Proconſul fuit, vt eſt apud Valerium 6. capite decimo. T. Aufidii, vt Prætoris aliquando Aſiæ, meminit & Cicero pro L. Flacco.

Aufidius quidam ex ducib. Sertorii, qui vnus ex numero coniuratorum pœnam euaſit. Latens enim, ſeu neglectus, in quadā apud barbaros villa conſenuit. Plutarchus in Sertorio.

¶ M. Aufidius Lurco, ſaginare pauones primus inſtituit circa nouiſſimum bellum Piraticum, exq; eo quæſtu reditus ſeſtertia ſexagena M. habuit, Plinius 10. capite 20. Tertullianus de pallio. Hunc eſſe puto M. Lurconem, quem Cicero pro L. Flacco familiarem ſibi fuiſſe, indicat, cuius ſororis filius fuerit C. Sextilius. De eodem, opinor, agit ad Attic. 1. cùm inquit epiſtola 13. Lurco Tribunus pl. homo claudus, &c. Suetonius in Caligula videtur hunc Liuiæ Auguſtæ maternum auum facere.

Sex. Aufidius, Eques Rom. commendatur à Cicerone Cornificio, epiſtolarum duodecimo.

Aufidiæ meminit Quintilianus, vt con-

tra quam dixerit Ser. Sulpitius, & Meſſala defenderit, lib. 10. cap. 1.

¶ P. Aufidius Pontianus Amiterninus, de quo Varro de re ruſt. lib. ſecundi, capite nono.

¶ Avfidivs Bassvs, hiſtorias ſcripſit, à cuius fine non vitæ, ſed hiſtoriæ C. Plinius libros hiſtoricos 31. auſpicatus abſoluit. Plinius epiſtolarum tertio ad Macrum. Hūc, puto, citat Plinius maior libri 6. cap. 9. Eūdem, quāquam ſenem & valetudinarium, laudat à magnitudine animi Seneca epiſtola 30. ad Lucilium. Præclarus etiam de eo Quintiliani locus libro decimo, cap. 1.

¶ Aufidius Quietus, memoratur Plinio epiſtolarum 7.

¶ Aufidius Modeſtus, Quintum, in morbo ſibi dicentem, manus eſſe frigidas: *Atqui calidas*, inquit, *è prouincia extuliſti*, notās illum in Proconſulatu multa furatum. Plutarchus Sympoſiac. ſecundo.

¶ Aufidio Secundo reſcripſit D. Traianus Pandect. de interdictis releg. & deport.

T. Aufidius, Cos. cum Arrio Seueriano ſub Hadriano, teſte Vlpiano Pand. de petitione hæreditatis.

T. Aufidius T. F. memoratur Inſcript. ant. pag. 506.

¶ M. Aufidius Victorinus, Præfectus vrbis & bis Cos. ſub M. Antonino, qui per illum Chattos vicit, de quo talis extat inſcriptio: *M. Aufidio Frontoni, pronepoti M. Cornelii Frontonis, Oratoris, Cos. Magiſtri L. Antonini Imp. nepoti Aufidii Victorini, Præfecti vrbis II. Cos. Fronto Cos. filio dulciſſimo.* Egnatius in annotationibus, & Inſcrip. ant. pagina 346. Reſcribit huic D. Marcus in Pandect. 40. de manumiſſis vindicta. Citatur conſtitutio D. Marci ad hūc ipſum Pandect. de minoribus 25. annis L. 12. & de legitimis tutoribus. Cùm præeſſet Germaniæ, conatus eſt domi, remotis arbitris, perſuadere legato ſuo, ne ſe pecunia corrumpi ſineret; cumque ille non pareret, vt tribunal conſcendit, iurauit, ſe nunquam accepiſſe munera, neque quàm diu viueret, acceptorū. Mox legato præcepit, vt ſe eodem iuramento obſtringeret, qui cùm peierare nollet, iuſſit, vt ſe magiſtratu abdicaret. Dion.

¶ M. Aufidius Fronto Cos. ſub Seuero anno eius imperii ſexto.

¶ C. Aufidius Victorinus, Cos. anno ſequenti.

¶ Aufidii, Tucca & Mamuſa, Iureconſulti apud Pomponium Pandect. de origine iuris. Mamuſæ citantur fragmenta in Pandect. Fertur ſcripta octo æqualium & condiſcipulorum ſuorum collecta in 140. libros diſtribuiſſe.

Aufidius Q. F. memoratur Inſcript. ant. pagina 182.

¶ Aufidius Curianus, à matre Pomponia Galla exhæredatus eſt, hærede inſtituto C. Plinio Secundo. Qui diu ab Aufidio rogatus, vt hæreditatem maternam ei relaxaret, contentus fuit cauſas ex eo audire, propter quas malè de ſe merentem filium exhæredare mater non poſſet, & cùm ab eo veram nullam cauſam in medium adduci vidiſſet, ipſo excluſo hæreditatem retinuit.

¶ C. Aufidius Thraſea II. vir, refertur Inſcript. ant. pag. 110.

Aufidio ſcribit Iulius Paulus Pand. 35. libro 80.

¶ Avfidiani iuſſu interemta eſt ſub Traiano Cæcilia virgo, & Clemēs, Epiſcopus Rom.

¶ Avfidienvs Rufus, præfectus caſtrorum. Tacitus lib. 1.

AVGVRII.

A. Augurius, citatur Inſtitutionum 3. titul. 30. & Pandect. 45. de verborum oblig. fors vt ſolent Seii & Titii.

Augurius & Elogius, Diaconi, cū Fructuoſo Epiſcopo martyrio coronati, Prudētio celebrantur.

Augurii & filii eius meminerunt Dioclet. & Max. A A. libro decimo Cod. titulo ſecundo.

Augurius, vir doctiſſimus, citatur Auguſtino in de 10. Categoriis.

¶ T. Avgvstvs, commendatur apud Ciceronem Epiſtolarum 13. Citatur & ad Att. 11. epiſtola: Quo ad te die &c.

¶ Avgvstino reſcribitur ab Alexand. A. 6. Cod. tit. 3.

Auguſtinæ ab AA. & CC. 8. Cod. titulo 54.

Auguſtini Epiſcopi dies fuit natalis Idus Nouembris, frater Nauigius, filius Adeodatus, qui 16. annos natus obiit mortem. De vita beata & Confeſſionū 9. vide Gennadium & alios.

¶ Avivs, commemoratur Ciceroni ad Attic. 13. epiſtola 4. Auius videtur in officio futurus, &c. Vbi tamen neſcio num potius

tius Auianus legi conueniat, quomodo familiarium 7. epiſtol. 24. Eſt etiam eodem lib. ad Attic. epiſt. 22. Te de prædio Auiæ exerceri, moleſtè fero. Dubium mihi, propria ne an appellatiua vox ſit.

AVIANI.

C. Auianus Flaccus, Ciceronis amicus, qui filios eius M. & C. vt ſuos neceſſarios Allieno, Proconſuli Siciliæ, commendat, & T. Titio Epiſtolarum famil. 13.

¶ C. Auianus Philoxenus, commendatur ibidem Acilio, vbi nomen illum ſortitũ ſcribit à C. Auiano Flacco, quòd homine nullo plus vſus foret.

¶ C. Auianus Euander, commendatur ibidem C. Memmio. Meminit eius Plinius lib. 36. cap. 5.

M. Auianus M F. Cõiunctus II. Vir ite. texit, & tectum S. P. Sic legitur in lege ædificantium coloniæ Neapolitanæ apud Georgium Fabricium.

Auianæ reſcribitur ab AA. & CC. 8. C. titul. 28.

¶ AVIENVS, Trib. mil. leg. x. propter ſeditionem commotam, & rapinas actas, per ignominiam à Cæſare in Africa dimiſſus. Vide Commentarium belli ciuilis 5.

Auienus Rufus quæratur in Rufis.

AVIDII.

Auidius, ſynchronus Ciceronis, pro quo ille & Pomponius dixerunt. Ex 2. legum ap paret Arpinatem fuiſſe.

¶ Auidius Quietus, Thraſeæ familiaris, Plinium iuniorem vnicè dilexit. Plinius epiſtolarum 6. ad Quadratum.

¶ M. AVIDIVS CASSIVS, imperium aduerſus M. Antoninum arripuit. Pater illi fuit Auidius. Vitam eius deſcripſit Vulcatius.

¶ Auidius Nigrinus, Proconſulatũ geſſit ſub Domitiano, vt liquet ex epiſtolis Plinii & Traiani.

Auidia C. F. Luculla, refertur Inſcript. antiq. pag. 369.

Auidio ſcribit in epiſtolis ſuis Libanius Sophiſta.

¶ AVIDIENVS Canis, homo ſordidus & auarus, notatur apud Horatium Sermonũ 2. Satyra 2.

AVILII.

Auilius Flaccus, præfectus Ægypti ſub C. Caligula, multis calamitatibus Iudæos preſſit, conſentiente Alexandriç populo, & crebris aduerſus eos clamoribus perſonante. Synagogas quoque eorum imaginibus, ſtatuis, aris & victimis polluit. Euſebius in opere Chronico. Extat in eundem inuectiua Philonis.

Auilii aliquot referuntur Inſcript. ant. pag. 363. Item 49. 123. 147. 199.

Q. Auilius, M. Equitum, cæſus à Samnitibus. Liuius 9. pag. 209.

AVITI.

Auitus, citatur Senecæ inter ſui ſeculi Declamatores.

AVITVS, Imperator, cæſo Valentiniano III. & vrbe per Vandalos direpta, reipub. præficitur, nec multo pòſt à Richimere, militum magiſtro, Placentiæ captus, iubente Martiano Auguſto, imperium depoſuit. ¶ Vide Sigonium de imperio occident. & Onuphrium Panuinium.

Auito reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. titul. 38.

Alcimus Auitus, Poeta Chriſtianus, cuius extant libri 6.

¶ M. AVLANVS, Trib. mil. C. Antonii, collegæ Ciceronis, homo perditus, Capua per Seſtium exterminatus. Cicero pro Seſtio.

¶ M. AVLIVS, præf. ſociorũ bello Pun. 2. cæſus cum M. Marcello.

C. Aulius Sex. F. Ianuarius, refertur Inſcriptionum ant. pag. 305.

¶ AVLIANO reſcribitur ab Ant. 3. Cod. titul. 19.

¶ AVLIZANO à Philippo A. 5. Cod. titul. 63.

AVRELII.

Aureliam gẽtem ex Sabinis oriundam, ac à Sole dictam, putant, quòd publicè ei à P.R. datus locus ſit, in quo ſacra Soli fierẽt. Auctor Sex. Pompeius lib. 1. Hi prius Auſelii, quomodo Fuſii & Valeſii, poſtea commutatione vnius litteræ, Aurelii, Furii & Valerii dicti ſunt. Aureliis varia fuere cognomina, præſertim ſub Principibus. Florente verò libertate, non aliter temerè quã Cottas, Oreſtas & Scauros, appellatos comperimus. Cottas autem, vt ab illis auſpicemur, ab iracundia & fortuitate dictos volũt. Certè Græci κότον iram vocant. Hinc Catelliani Cottæ præceptor, vir doctiſſimus, ſic luſit:

Iraſci faciles Cottas, vultuque ſeueros,
Fama refert, domui nomen & inde datum.

Cottæ.

C. Aurelius L. F. C. N. Cotta, cum P. Seruilio Gemino bis Conſul fuit, teſte Cicerone lib. 4. quæſtion. Acad. ac item Caſſiodoro, ann. vrbis conditæ DI. & DV. Priore Conſulatu de Pœnis & Siculis triumphauit, vt eſt in tabulis Capitolinis. Rerum ipſius geſtarum meminere Valerius Maximus, Frontinus 4. & Oroſius.

M. Aurelius Cotta, legatus miſſus eſt ad Philippum, regem Macedonum. Idem Xvir ſacrorum fuit. Obiit ann. vrbis conditæ DLIII. Liuius 29. & 30. & in fine 31.

C. Aurelius C. F. C. N. primùm legatus Marcelli in bello Punico ſecundo, deinde Prætor, iuriſdictionem vrbanam obtinuit. Interiecto anno Conſul factus, Italiam prouinciam habuit. Incidit Conſulatus iſte in annum vrbis conditæ DLIIII. Liuius 28. 30. & 31.

M. Aurelius Cotta, alius à Decemuiro, legatus L. Scipionis in Aſia fuit. Liuius 37.

L. Aurelius Cotta, Trib. militum egit in exercitu L. Æmilii Pauli, bellum aduerſus Ligures gerentis. Liuius 40.

L. Aurelius Cotta, alius à ſuperiore, Cõſul an. vrbis conditæ DCX. collegam habuit Ser. Galbam, Oratorem. Quibus in Senatu contendentibus, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur, Scipio Æmilianus neutrum mittendum cenſuit; *quoniam*, inquit, *alter nihil habet*, *alteri nihil eſt ſatis.* Proinde bellum id Q. Fabio Max. commiſſum eſt. Autor Valerius libro 6. cap. 4. Hũc Cottam poſtea accuſatum ab Africano defendit Q. Metellus Macedonicus. Cicero in Bruto, qui & veteratorem illum habitum ſcribit. Meminit eius & pro Muræna, & in Verrem. item Pedianus & Frontinus Val. lib. 8. cap. 1. Octauo iudicio abſolutum tradit.

L. Aurelius Cotta, Conſulatum geſſit ann. V. C. DCXXXV. cùm Trib. pl. C. Marius collegam Cottæ, L. Metellum Conſulem, in carcerem coniecit, vt ſcribit Plutarchus. In Cottæ huius Conſularis locum C. Cæſarem Flaminem Dialem factum eſſe, tradit Velleius.

L. Aurelius Cotta, Prætorius in mediocrium oratorum numero non ita multum laude proceſſit, ſed de induſtria cùm verbis, tum etiam ipſo ſono quaſi ſubruſticus ſubſequebatur, atque imitabatur antiquitatem. Cicero in Bruto & in 3. de Oratore, vbi illum Catuli ſodalem vocat. An hic Cotta fuerit, quem Valerius 6. cap. 5. Trib. pl. creditoribus noluiſſe ſatisfacere ſcribit, itẽ de quo Lucilius Satyrarum libro 11. citante Nonio Marcello, ignoro. Certè temporum ratio non refragatur.

M. Aurelius Cotta, quo die rogam virilem ſumſit, C. Carbonem, à quo M. Cotta pater damnatus fuerat, accuſauit, & iudicio afflixit. Val. 5. cap. 4. Dion 36. Reliquit hic Marcus filios tres, C. M. & L. vt Pedianus in Orat. Ciceronis pro C. Cornelio pag. 59. de quibus ordine dicemus.

C. AVRELIVS M. F. COTTA, Orator ille & compar Sulpitii, per actiones illius Tribunatu & vrbe pulſus, in exilium comite Rutilia matre conceſſit. Poſtea cum Sylla victore in vrbem rediit. Conſul ann. vrbis conditæ DCLXXIX. legem tulit, vt Tribunis pl. liceret poſt eum honorẽ & alios magiſtratus capere, quod erat eis lege Syllæ ademptum. Ex Conſulatu Galliam ſortitus eſt. Vnde cùm illi decretus eſſet triũphus, mortuus eſt ante diem triumphi, cicatrice vulneris, quod ante complures annos acceperat in prælio, reſciſſa. Nepos fuit P. Rutilii Rufi, Iureconſulti & Stoici, pro quo antequam in exilium ille diſcederet, quòd eſſet ſororis eius filius, admodum adoleſcẽs dixit. Plura de illo, præcipuè verò de genere dicendi eius, Cicero in Bruto, & in dialogis de Oratore. Idem cum Velleio de Diis diſputantem introducit de Natura Deorũ. Præterea aduerſus hũc, viuente adhuc Sylla, adoleſcentem ſe egiſſe, teſtatur in oratione pro A. Cæcina. Oratio huius C. Cottæ, quam Conſul ad Quirites habuit, extat in hiſtoriis Saluſtii. Vide & Pedianum in orationem contra Piſonem & pro C. Cornelio. Citatur etiam eius oratio pro Cn. Veturio apud Chariſium.

M. Aurelius Cotta M. F. C. fr. Cõſul an. V. C. DCLXXX. Miſſus in Bithyniam, vt eã & Propontidem aduerſus Mithradatẽ tueretur, irruptione à Mithradate in Bithyniã facta, Chalcedonen refugit. Quem Rex perſecutus terra fudit, ac mari pulcerrima claſſe exuit. Cicero pro Muræna, Pedianus in Verrinas, Plutarchus in Lucullo, Appianus in Mithradatico. Hic M. Cotta Syllam in Cæſari reconciliauit, vnde Cæſaris matrem, AVRELIAM, horum fratrum ſororẽ fuiſſe, coniicimus.

L. Aurelius Cotta M. F. C. & M. fr. Prætor, Conſule Pompeio, legem tulit, qua iudicia Senatui, Equitibus & Tribunis communicata

municata ſunt, teſte Pediano. P. Pætum, Conſulem deſignatum, cùm ambitus reũ peregiſſet, in locum eius Conſul factus eſt, quem honorem geſſit ann. vrbis conditæ DCLXXXIX. Vide Dionem lib. 36. Sequenti mox anno cum P. Seruilio Iſaurico Cenſuram obiit, Cicerone tum Cõſulatum petente, à quo, quòd vini auidiſſimus eſſet, feſtiuo ioco perſtrictus eſt. Vixit adhuc, cùm bellum Mutinenſe gereretur, Cæſari conſanguineo ſuperſtes. Cicero Philipp. 2. Meminit idem epiſt. famil. 12. epiſt. 2. Quantopere Ciceronis reuocationi ab exilio ſtuduerit, docet oratio pro P. Seſtio. Facundiã eius arguit, quòd C. Cæſar in accuſatione Cn. Dolabellæ, quem reũ egit, extorqueri ſibi cauſam optimam Cottę pãtrocinio exclamauit, vt Valerius lib. 8. cap. 9.

M. Aurelius Cotta, præpoſitus Sardiniæ initio belli ciuilis, audito Valerii, Cæſaris legati, aduentu, à Caralitanis eiectus eſt. Cæſar eius belli comment. 1.

L. Aurelius Cotta, XVvir ſacrorum, cùm in libris fatalibus ſcriptum inueniretur, Parthos non niſi à rege ſuperari poſſe, creditus eſt, ſententiam dicturus de Cæſare rege appellando. Suetonius.

L. Aurelius Cotta Meſſalinus, Oratoris Meſſalæ F. genti Aureliæ per adoptionem inſertus eſt, matre natus Aurelia, vt liquet ex 10. Plinii cap. 20. & ex Epiſtolis Ouidii de Ponto hiſce verſibus:

Quos Voleſus patrii cognoſcat nominis auctor,
Quos Numa maternus non neget eſſe ſuos.
Adiectique probent genitiui agnomina Cottæ,
Si tu non eſſes, interitura domus.

Et rurſum.

Te tamen in turba non auſim Cotta ſilere,
Pieridum lumen, præſidiumque fori.
Maternos Cottas cui Meſſalaſque paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Conſulatum, opinor, imperante Auguſto geſſit, an. V.C DCCLVII. ſub Tiberio ſæuiſſimæ cuiuſq; ſentẽtiæ autor, teſte Tacit. li. 5.

M. Aurelius Cotta, haud dubiè L. ſuperioris filius, Conſulatu potitus eſt ſub Tiberio an. vrbis conditæ DCCLXXII. collega M. Valerio patruele.

Aurelius Cotta, ſuperioris F. an nepos fuerit, incertum. Nero Imperator, illi, diſſipatis per luxũ opibus, ob generis nobilitatem annuam pecuniã ſtatuit. Tacit. lib. 13.

Oreſtæ.

Aureliorum, qui primus Oreſtis cognomen tulit, agreſtis, opinor, ingenii, & montanæ ferinæque naturæ fuit, quomodo Oreſtes ille, Clytemneſtræ & Agamemnonis filius, qui & ipſe ob eam cauſam ſic appellatus eſt.

L. Aurelius Oreſtes, Conſulatum geſſit cum Sex. Iulio Cæſare ann. vrbis conditæ DLXXXXVII. Meminit illorũ Plinius 33. cap. 3. Patrẽ habuit & auum L. prænomine, vt teſtantur tabulæ Capitolinæ.

L. Aurelius L. F. L. N. Conſul ann. V. C. DCXXVIII. Sardiniam prouinciã obtinuit, eamque triennio domuit, teſte Liuio libro 60. Quæſtor illius fuit C. Gracchus, vt ipſe aſſerit apud Gelliũ. Militauit ſub eo & M. Æmilius Scaurus, vt habet autor virorum illuſtrium.

C. Aurelius Oreſtes, memoratur Ciceroni in Bruto vt Orator, quomodo & L. fr. Conſularis, modò dictus.

L. Aurelius L. F. L. N. Oreſtes, Conſul & collega C. Marii in tertio ipſius Conſulatu, in eo honore mortuus eſt, ann. vrbis conditæ DCLI. Plutarchus in Mario.

Cn. Aurelius Oreſtes, Prætor vrbanus ann. V. C. DCLXXVII. cuius iudicium reſciſſum à Conſule Æmilio Mamerco, ſcribit Valerius Max. lib. 7. cap. 7.

Aurelia Oreſtilla, vxor Catilinæ, cuius coniugii cauſa is filium vnicum interemit. Saluſtius & Valerius 9. cap. 1.

Scauri.

Scauros à tumore & prauitate talorum appellatos, diximus ſuprà in Æmiliis. Nam & ipſis id cognomen adhæſit.

C. Aurelius Scaurus, Prætor ann. V. C. DLXVII. Sardiniam prouinciam obtinuit. Liuius 39.

C. Aurelius Scaurus, alius, ludum gladiatorium habuiſſe dicitur: vnde P. Rutilius, Conſul, doctoribus accerſitis, armorum tractandorum rationem faciliorem milites ſuos docuit. Valerius 2. cap. 1.

M. Aurelius Scaurus Quæſtor fuit L. Valerii Flacci. Cicero in Verrinis.

AVRELII, ſine cognomentis.

L. Aurelius, Quæſtor vrbanus cum Q. Fabio Labeone, ann. V. C. DLVIII. à ſacerdotibus pecuniam, per bellum non collatam, extorſit. Liuius 33.

Q. Aurelius, cùm ſe proſcriptum legeret, *Væ mihi*, inquit, *Albana me villa perſequitur.* Plutarchus in Sylla.

L. & C. Aurelii L. F. commendantur

G

à Cicerone Anchario Proconſuli, Epiſtolarum 13.

Avrelia, Cæſaris Dictatoris mater, ex Cottis fuit.

Aurelia, diues & orba, memoratur Plinio in fine Epiſtolarum, & à Iuuenale.

M. Aurelius Auguſto in apparandis tormentis vnà cum P. Mindio, & Cn. Cornelio, & Vitruuio ſuam operam præſtitit. Vitruuius in præfatione primi.

Aurelio reſcribit Alexander A. 4. C. tit. 32. & 56.

Aureliæ, Gordianus 5. Cod. tit. 65.

Aureliæ & Alexandræ Val. & Gal. AA. 4. Cod. tit. 6.

Aurelio alii AA. & CC. quarti Codicis titul. 37.

Aurelio, Duci Meſopotamiæ, Conſtantinus 4. Cod. tit. 42.

Aurelius & Prima, coniuges, referuntur veterum Inſcript. pag. 351.

Avrelii, variè cognominati ſecundum ordinem litterarum.

Aurelius Ælix, athleta celebris, de quo Dion in Heliogabalo.

Aurelius Agrippinus & Aurelia Victoria, compar eius, de patrimonio ſuo domum æternã viui ſibi poſuer. Extat Polæ, quomodo teſtãtur veteres memoriæ pag 358.

M. Aurelius Alexander Aug. Libertio ab epiſtolis. Extat Romæ. Coniunx illi fuit Fabia Eugenia, quæ monumentum illi fecit. Inſcript. ant. pag. 243.

T. Avrelivs Antoninvs, qui poſtea imperauit, adoptatus ab Imp. Ælio Hadriano. Auũ habuit T. Aurelium Fuluum, bis Conſulem & præfectum vrbis, patrem T. Aurelium Fuluum, & ipſum Conſularem, matrem Arriam Fadillam, prognatam ex Arrio Antonino, Cõſulari viro. Ipſe M. Annium Verũ, cuius amitam Anniam Fauſtinam coniugem habebat, collocata illi filia, adoptauit, vnde ille M. Aurelius Antoninus dictus eſt, pater L. Antonini Commodi. Titus 23. annos, Marcus 18. Commodus ferè 13. imperauit.

M. Avrelivs Antoninvs A. Diui Seueri F. dictus & Baſſianus ex aui materni nomine, & Caracalla à veſtis genere. Imperauit poſt patris obitum annis propè 6. Periit fraude Macrini, præfecti ſui, añõ ætatis 43. homo crudelis & libidinoſus, vtpote fratris Getæ & Papiniani Iuriſcõſulti interemtor, & qui nouercam ſuam duxerit vxorem.

Aurelius Apollinaris, iamborum ſcriptor, Cari Imperatoris res geſtas in litteras retulit. Vopiſcus in Numeriano.

Aurelio Attiliano reſcripſit D. Hadrianus Pand. 48. de pœnis 27.

Aurelio Balbo, viro integerrimo, moribuſque ornato, qui ſe quietioris perfectioriſq; vitæ deſiderio ex negotiis ciuilibus, in quibus fuerat cum laude verſatus, Iouis opt. max. beneficio ſubduxit, hic in ſpe reſurrectionis quieſcenti locus publicè datus eſt. Extat Romæ. Inſcript. antiq pag 278.

Aurelio Baſſo reſcripſit Pius Pand. de legit. tutoribus, teſte Vlpiano.

M. Avrelivs Carvs, imperauit poſt Probum cum Carino & Numeriano, filiis, per bienniũ. Hic ab Apro ſocero interemtus eſt, ille à Diocletiano victus interiit. Pater fulmine periit. De Carino F. plura Suidas καρῖνος.

M. Aurelius Caſſiodorus, Cos. ſub Theodorico rege ann. vrbis conditæ MCCLXVI.

M. Avrelivs Clavdivs, imperauit annis ferè 2. Huic inſcriptio legitur poſita in villa Tuſculana ad ædem S. Dominici: *Imp. Caeſ. M. Aur. Claudio P. F. inuicto Augusto. Benacenſes.* Inſcript. ant. pag 166. Fratres habuit Quintillum & Criſpum. Quintillus paucis diebus imperio potitus, cæſus eſt. Ex Criſpi F. Claudia natus eſt Conſtantius A. ¶ De ſtem̃ate conſulendus Onuphrius p. 71

Aurelio Chreſimo reſcribunt AA. & CC. 2. Cod.

Aurelius Cornutus, citatur & perſtringitur ſimul à Macrobio pag. 261.

Aurelius Celſinus, Præf. vrbis ſub Conſtantiis fratribus.

M. Aurelius Aug. N. N lib. Epaphroditus Exactor operũ dominicorum, & Laberia Felicitas, fecerunt ſibi & ſuis. Inſcript. antiq. pag. 244.

M. Aurelio Eureto, coniugi cariſſimo, qui vixit annis LXIII. *menſ.* VIII. *Septimia Felicitas vxor & M. Aurelius Euretus & Septimia Eureſia & Aurelius Pudetianus, filio cariſſ. negotianti pullario patri b. m. f.* Extat Romæ. Inſcript. antiq. pag. 302.

Aureliæ Pum. Vitaliæ matri piiſſimæ, quæ vixit ann. 20. Iulianæ coniugi ſanctiſſimæ, quæ vixit ann. xx. & Domniæ ſorori, quæ vixit ann. 11. Aurelius Euſebius contra votum fidel. Pauſani. Extat Mediolani. Inſcript. antiq. pag. 49.

M. Aurelius Eutycheus, cum Vicelia Rufina coniuge. Ibidem pag. 99.

Aure-

Aurelius Fauſtus, declamationes edidit temporibus Auguſti.

Aurelius Felix, refertur Scæuolæ Pand. 34.tit.3.L.28.

Aurelius Feſtinus, Aurelii Imp. lib. Firmi tyrannidem ſcripſit.

Aureliæ Fortunatæ, vixit ann. XX. *T. Aurelius Leuinus, uxori optimæ.* Inſcript.antiq. pag.298.

Aurelius Fuſcus, Conſul ordinarius ſub Valeriano. Quibuſdam Arellius vocatur.

Aurelius Gordianus, Conſul fuit, cū cæſus eſt Aurelianus, Imperator. Vopiſcus.

Aurelio Herodi reſcribitur ab Alex. A. 6.Cod.tit.2.

Aurelius Ianuarius & Aurelius Valentianus, cum Iuſto patre referuntur veterum inſcriptionum pag.43.

Aurelius Ianuarius Conſul ſub Conſtantino ann. V.C.MLXXX. Proconſul Hiſpaniæ citerioris, aliarumq; compluriū prouinciarū præſes, vt indicat inſcriptio veterū memoriarū pag.13. Reſcribitur illi à Conſtantino 6.Cod.tit.1.& vt præf.vrb.9.C.tit.42.

M. Aurelius Iuſtinianus, refer.ur inſcriptionum veterum pag.179.

Aurelius Leuinus, relatus eſt in Aurelia Fortunata.

Aurelius Liberalis, dicetur mox in Aurelia Materniana.

Aureliæ Lucidiæ Cratæ dulciſſim. adoleſcen. integerrimæ venuſtiſſimæq; M. Aurelius Luc. Pius infeliciſſimus pater inſperatos tumulos dedit. miſ. vlt. que dona. Inſcript. antiq. pagina 160.

AVRELIVS MACROBIVS, vir Conſularis, & ſcriptor vulgò notus, floruit ſub Theodoſio & filiis eius.

M. Aurelio Marcellino, coniugi dulciſſimo, Sauſeia Criſpina coniunx. Inſcript.antiq. pagina 362.

Aurelius Mahes. Ibidem pag.41.

M. Aurelius Marius Seleucus veteranus. pag.368.

L. Aurelius Martianus Aug. lib. Exceptor. pag.153.&155.

Aureliæ Maternianæ coniugi incomp. quæ vixit ann mecum XXII. *ſine vlla querela Aurelius Liberalis maritus.* pag.231.

Aurelia Meſſalina, mater fuit Clodii Albini, eius, quem Seuerus primùm Cæſarē fecit, deinde bello petitum oppreſſit.

M. Aurelius Menophilus quæratur apud Sigonium Emend. pag.146.

M. Aurelius Nicolaus Aureliæ Hygiæ coniugi dulciſſ. B. M. fecit. Inſcript. antiq. pag.111.

Aurelius Opilius, Muſarum libros reliquit, homo libertinæ cōditionis, & qui primò Philoſophiam, deinde Rhetoricam, nouiſſimè Grammaticam docuit. Secutus Rutilium damnatum in Aſiam, Smyrnæ conſenuit. Vide Tranquillum & Gellium. Citatur paſſim à Sex. Pompeio.

M. Aurelius Pacorus & M. Cocceius Stratocles, æditui Veneris, hortorū Saluſtianorum baſem cum pauimento marmorato D.D. refertur Martiano antiquæ Romæ lib.6.

M. Aurelius Palma, citatur Caio I. C. Pand 46.de fideiuſſ. & mandat.l.71.

¶ P. AVRELIVS PECVNIOLA, præfectus à Cotta, ſanguine ſibi coniuncto, Liparitanæ obſidioni, quòd ipſius culpa ager incenſus, & caſtra penè capta eſſent, ab eodē virgis cæſus, & militiæ munere inter pedites fungi coactus eſt. Val.2.c.2. Front.lib.4.c.1.

Aurelius Philippus, ſcripſit vitā Alexandri Seueri, libertus patris ipſius. Lampridius. Notatur à Capitolino.

M. Aurelius CL. Pompeianus mil. leg. VIII. Antoninianæ. Floruit ſub Antonino Caracalla. Refertur ver.memor. pag. 481.

Aurelius Primitiuus & Aurelia Seuera Aureliæ Zoſimæ, alumnæ ſuæ. Ibidem pagin.297.

Aureliæ Primitiuæ, coniugi cariſſimæ, viuos fecit Zoſimianus Aug. libert. nomenclator à cenſibus &c.pag.188.

AVREL. PROBVS Imp. De hoc dicemus infrà in Probis.

Aurelius Proculus, Proconſul Achaiæ, Paulo Pand. 36.ad S.C.Trebell. in fine.

Sex. Aurelius Propertius, memoratur Ciceroni in oratione pro domo ſua. An idē ille ſit Sex. Aurelius, qui in Senatu per quietem à Ioue ſe monitum dixit, vt Pompeio & Craſſo Coſſ. reuelaret, priuſquam abirent Conſulatu, poſitis ſimultatibus, mutuā beneuolentiam redintegrarent, incertum.

SEX. AVRELIVS PROPERTIVS, Poeta, ex Meuania, ciuitate Vmbriæ, vt eius carmē indicat, patrem cum patrimonio in bello Peruſino amiſit, quippe vnum ex 3e. deditiis, qui L. Antoniū ſecuti erant. Petita Roma, in amicitiā Mœcenatis & Cornelii Galli venit, quorū opibus ſuſtentatus, Poeticis ſtudiis ſe totum dedit. Scripſit libros elegiarum 4. in quibus imitatur Callimachum, Philetā & Mimnermā, Græcos autores, in quo genere, iudice Quintilian. ſecundā iu-

ter Latinos palmā obtinet, durior Tibullo, & ex Græcanicis nimis multa mutuatus. Cynthiā amicā impensè celebrat, ficto nomine, eū Hoſtia ſit appellata, vt teſtatur Apuleius in Apologia. Meminit Ouidius Propertii, vt ſcriptoris amorū, & ſodalis ſui, quique Gallo ſucceſſerit, vt ille Tibullo, 2. & 4. Triſtium.

Aurelio Pulchro reſcribitur à Philippo Imp. 5. Cod. tit. 72.

Aurelius Quietus refertur Pand. 17. tit. Mādati, vtpote cōtra quē reſpōderit Celſus.

M. Aurelius Romanus & Antiſtia Chreſima, vxor eius, fecerunt ſibi, &c. Ea inſcriptio extat Romæ in æde Diuæ Anaſtaſiæ, refertur que veterum memoriarum p. 308.

Aurelius Romulus, vt conductor vectigalis, cuius bona fiſcus occuparit, velut obligata ſibi, memoratur Pand. 46. de fideiuſſoribus & mandat.

L. Aurelius Reſpectus, pater, & eodem nomine F. iuuenis eruditus, cauſidicus, defunctus ann. ætatis 18. patre ſuperſtite, referuntur inſcriptione vetuſta apud Ioannem Stumpfium in opere Chronico.

Aurelius Saturninus, veteranus, cū Aurelia Secundina coniuge & Aureliis, Secundino & Creſcentino F. refertur antiquarū inſcript. pagina 376.

Aurelius Secūdinus cū Aurelia Valētina coniuge, & Aurelio Secundiano F. ibidem.

Aurelius Senecio, miles, pag. 253.

M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER, laudatiſſimus princeps, imperauit annis 13. Occiſus eſt à militib. in Gallia fraude & opera ſucceſſoris Maximini. De hoc cōplures.

Q. Aurelius Feſtianus nat. Pan. vet. cū Aurelia Glauce coniuge. Inſcript. antiq. pagina 363.

Aurelia Soteria, pag. 359. Eidem reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 22.

Aurelia L. F. Statiliæ Claudianæ, quæ vixit anno 1. m. 1. d. 1. filiæ, Herodes & Iuliana parentes. Inſcript. antiq. pag. 362.

Aurelia Sura Q. F. cum Aurelio Tricone marito & Aurelio Vrſo F. pag. 396.

Q. AVRELIVS SYMMACHVS, vir Romanus, & ſuæ ętatis honoratiſſimus. Fuit enim Conſularis, & Pontifex & præfectus vrbis, & Orator clariſſimus. Conſulatū geſſit eū Aetio an. V. C. MCLXXXXIX. Miſſus aliquādo à Senatu ad Auguſtos principes ꝓ ſacris Deorū, & Veſtaliū ſtipēdiis, nihil obtinuit. ea oratio extat inter opera Ambroſii & Prudentii, qui eam acerrimè confutarunt. Extant & eius Epiſtolæ, in quibus Angelus Politianus breuitatem rotundam cōmendari ſcribit. Fratres tres habuit, quibus omnibus ſuperſtes fuit, filiam item & filium, quem Prætoriū vidit. Plures fuerunt Symmachi Romæ, ſed de quibus dubitem, num gentis Aureliæ cenſendi ſint; proinde eos alio loco referam.

Aurelia Taria Thyatirena, caſtiſſima matronæ, Pacuuius Fronto. Extat Pataui græcè. Vide Inſcript. antiq. pag. 341.

M. Aurelius Valentinianus, præſes Hiſpaniæ citerioris ſub Carino. Ibidem pagina 8.

Aurelia Valeriana F. Heluiæ Chreſiæ. pagina 107.

Aurelius Verus Traiani vitam & res geſtas ſcripſit.

M. Aurelius Venuſtus, veteranus. Inſcrip. antiq. pag. 212.

Aurelius Victor, cognomento Primus, vir Senatorius ſub Macrino.

Aurelius Victor, alius, floruit ſub Gallieno Principe, vt patet ex Inſcriptione vetuſta pag. 195.

SEX. AVRELIVS VICTOR, collega Valentiniani II. in primo Conſulatu ann. V. C. MCXXII. Hic, opinor, eſt ſcriptor ille Hiſtoricus, quem Marcellinus à Iuliano Pannoniæ ſecundæ præfectum ſcribit, honoratumque ænea ſtatua, poſtea verò etiam vrbi præfectum, ſobrietatis nomine cunctis laudatiſſimum, lib. 21.

L. Aurelius LL. Victor, refertur Inſcrip. antiq. pag. 367.

Aurelii, Victorinus & Victorianus p. 38.

C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS, Imperator ab exercitu factus poſt cędē Numeriani, eùm Arriū Aprū, eius interfectorem, ſua manu peremiſſet, Carinū ſuſtulit, M. Aurelium Val. Maximianū imperii conſortē legit, Galerium Maximianum & Conſtantium Chlorū Cęſares fecit. Quorū ſingulari concordia, & ſtrenua opera, domitis vbiq; terrarū Rom. nominis hoſtib. auctoq; & confirmato imperio, Diocletianus & Maximianus ſpecioſiſſimū triumphū duxerunt. Actis autē in imperio annis 20. depoſitis inſignibus & Auguſtali potentia, ad vitā priuatā ambo redierunt: ſed ille in propoſito firmus ꝑſtitit, hic pœnitudine ductꝰ, imperiū reſumere voluit, q̄ illi fraudi fuit. Diocletianus vir prudēs, & magni cōſilii erat. Maximianus ingeniū aſperius & truculentius obtinebat, dignus vterq; maiori laude, ſi

de, ſi à Chriſtianorũ ſanguine tẽperaſſent, quem omnibus retrò Principib. crudelius effuderunt. Diocletianus traductis in vita priuata annis 8. per metũ veneno ſe extinxit año ętatis 78. Maximianus dũ filio primũ, deinde Cõſtantino genero inſidiatur, ꝓditus a filia, Maſſiliæ necatur ætate ſexagenarius. ¶ De Diocletiano & Maximiano pręclarè Carolus Sigonius lib. 1. de imperio occidentali, Onuphrius Panuinius de Principibus Rom. Memorabile eſt, quod de Diocletiano tradidit Suidas, nẽpe Ægypto potitum ſcripta veterum de fuſione (Græcis χυμεία eſt) argenti atq; auri conquiſita combuſſiſſe, ne ex illa arte ditati Ægyptũ, & pecuniæ freti copiis, in poſterũ rebellarẽt. Agit idem de χυμεία eadem δίεισι τὸ χρυσόμαλλον.

M. Avrelivs Val. Maxentivs, Maximiani ex Eutropia Syra F. etſi quidã ſuppoſitum volunt, ſimulatque Galerium Maximianum Cæſares dixiſſe Maximinum, ſororis filium, & Seuerum fama vulgauit, ipſe à Prætorianis, non abnuente Senatu, creatus eſt Imperator. Venientem contra ſe Seuerum Cæſarem cum ingenti exercitu, corruptis militibus ipſius, fugientem interemit. Qua victoria elatus, libidini, auaritiæ & crudelitati ſe mancipauit, magicas artes exercuit, quibus victoriam pollicentibus, contra Conſtantinum copias eduxit, ſed magna ſuorum ſtrage victus, & in Tiberi ſubmerſus eſt. ¶ Vide eandem Sigonii hiſtoriam lib. 2. & Onuphrium Panuinium ibid.

A V R E L I A N I.

Aurelianus, ſub Imperatore Nerua ſupplicio affecit Victorinum Martyrem, cuius memoria occurrit 5. Septembris.

¶ Aurelianus Seuerus, Peſcennii Nigri conſocer, memoratur Spartiano. An autẽ idem ſit, ad quẽ reſcribitur ab Impp. Seuero & Antonino 8. Cod. tit. 45. nondum ſatis iudicatum habeo.

Aureliano Quarto reſcribitur ab AA. & CC. C. li. 2. tit. 5. Fortaſſis & eidẽ 8. C. tit. 42.

Val. Avrelianvs, quocunq; loco & genere natus, vir fortiſſimus fuit, & in armis à pueritia exercitus, corpore procero & decoro, tum ſeueritatis immenſæ. Valerianus illum ad Conſulatũ. Claudius decumbẽs, ſua ſentẽtia ad imperiũ prouexit. In quo felicitatẽ Alexandri & Cæſaris referens, triẽnio Romanũ orbẽ ab inuaſoribus recuperauit. Triumphum egit glorioſiſſimum, Zenobia, regina Orientis, ante currum ducta. Inde vrbem quantum nemo ſuperiorũ ampliauit, Soli templum magnificentiſſimum condidit, quòd mater ipſius Solis ſacerdos fuiſſet. In ſumma, neceſſarius illis temporibus princeps fuit, nec inutilis reipub. tantũ clementia caruit, quæ res illi perniciẽ maturauit; notarii namq; ſui dolo periit, anno imperii 6. Ex filia ſuperſtite natus illi nepos eſt, Aurelianus, quem Proconſulem Ciliciæ fuiſſe, ſcribit Vopiſcus.

Aureliano, Præfecto prætorio, reſcribũt Honorius & Theodoſius AA. C. de Iudæis & Cœlicolis.

L. Avrifex, deſcribitur Ciceroni 2. de Oratore vir valde breuis, & ob id, cũ inter Iudices ſederet, aliquando iocis L. Philippi Oratoris obnoxius.

A V R V N C V L E I I.

C. Aurunculeius, Prætor belli Pun. 2. anno 10. qui fuit ann. V. C. DXXXXV. Q. Fabio Max. V. Q. Fuluio Flacco IIII. Coſs. Sardiniam inſulã duabus legionibus tenuit, quo anno exacto, prorogatũ illi imperium eſt. Liuius 27.

L. Aurunculeius, Prætor ann. vrbis conditæ DLXIII. vrbanam iuriſdictionem ſortitus eſt. Liuius initio 37.

¶ L. Aurunculeius Cotta, legatus Cæſaris in Gallia, circumuentus inſidiis ab Ambiorigis exercitu, interimitur cũ tota legione. Cæſar commentario eius belli 5. An autem præter hunc alius Cotta legatus Cæſaris in Gallia fuerit, qui de Romanorum repub. Græcè ſcripſerit, citante illũ Athenæo in fine dipnoſophiſtarum 6. nondum apud alios ſcriptores obſeruauimus.

Aurunculeius Pætus, floruit ſub Auguſto, memorante ipſum Dione lib. 54. p. 360. apud quem tamẽ Articuleius legitur, quomodo & Pand. iur. ciuil. tit. 5. mẽtio fit Articuleiani S. C. vtrobiq;, vt opinor, mendoſè.

Aurunculeius Pætus, collega fuit Traiani principis Conſulatu illius 4. quem geſſit imperii ſui ann. 3. V. C. DCCCLIII. Haloandro Articuleius vocatur & hic, quomodo ille Dioni. Ad hunc refero S. C. cuius paulò antè meminimus.

Aurunculeius Cornelianus, occiſus eſt à Seuero principe. Spartianus.

M. Aurũculeio Iuliano, Equiti Romano; Herennius Victorinus Vic. leg. XXII. (mittimus cætera, quæ legi poſſunt) poſuit. Hæc epigraphe refertur monumentis agri Moguntini pag. 483.

AVSONII.

D. AVSONIVS GALLVS Burdigalenſis, patre natus Auſonio Medico, Poeta, & Gratiani Imperatoris præceptor fuit, à quo cũ ipſi ſimul & patri Quæſtor fuiſſet, ad præfecturam duplicem & Conſulatũ euectus eſt, cui in eo magiſtratu eleganti oratione gratias egit, quę oratio inter cætera eius opuſcula etiamnum extat. Ex liberis Heſperiũ filiũ vidit Conſulem, filiam Thaleſio Cõſulari viro iunxit, vnde natum ſibi nepotẽ cognominẽ & genethliaco celebrauit, & protreptico ad ſtudia litterarum hortatus eſt. Habuit & fratres duos, quorum ad ſummum maior culmen peruenit honorum, vt ipſe ſcribit, præfectus Gallis & Libyæ & Latio. Epigrammata eius doctis vnicè probantur. Moſellam verò ipſius ita prædicat Symmachus orator, vt libris Maronis adiũgendum putet.

Auſonius alius, frater Iuliani fuit, eius, ad quem extant D. Hieronymi epiſtolæ.

Auſonius, Sophiſta, ſcripſit epiſtolas & alia quædam ad Nonnum, vt habet Suidas.

¶ AVSTERIO reſcribitur à Gordiano 4. Cod. tit. 34.

Auſterio alii ab A A. & CC. 7. Codic. titulo 16.

¶ AXIVS, memoratur à Cicerone ad Attic. lib. 3. epiſt. 15. Vide Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 113. & ſeq. Plura de eodem Varro lib. 3. de re ruſt. capite 7. & 16.

B A B I L I I.

B*abilius mortuus. Cæſar ex vncia, Lepta ex triente.* Cicero ad Atticum lib. 13.

Babilius quidam Cæſarianus, memoratur Comment. 6. de bello ciuili.

¶ BABILVS, Aſtrologus, à quo cùm Nero de conſpecta ſtella crinita, quæ ſummis poteſtatibus exitium portendere vulgò exiſtimatur, didiciſſet, ſolere reges talia oſtenta cæde aliqua illuſtri expiare, atque à ſemet in capita procerum depellere, nobiliſſimo cuique exitium deſtinauit. Suetonius.

¶ L. Bacilus, nominatur Dioni lib. 43.

BADII.

Badius Campanus, ſingulari certamine victus à T. Quintio Criſpino, relicto equo, pedes aufugit. Liuius 26.

Badius Mactinus, inſcriptionem poſuit Conſtantino Magno Tarracone in Hiſpania. Inſcript. ant. pag. 2.

¶ A. BAECVLONIVS, Signifer. Liui. 46.

¶ BAIENIAM gentem fuiſſe, indicat inſcriptio apud amnem Brentium, qui Danubium influit in vico eiuſdem nominis: *H. DD. Apollini Granno Baienius Victor, & Baienius Victor, & Baienius Victorinus, filii eius, ex iuſſu, ſignum cum baſe.*

¶ BALBILIVM Cicero ad Att. 15. ſubſidium ſenectutis ſuæ vocat.

C. Balbillus citatur à Seneca libro quarto nat. quæſt. capite 11. à Plinio procem. libro 19.

¶ BALBVS, proſcriptus à Triumuiris, quomodo cùm F. perierit, Appianus 4.

¶ BALBINVS, proſcriptus à Triumuiris, poſtea factus eſt Cõſul. App. 4. Fors hic eſt, cuius meminit Cicero ad Attic. 13. p. 496.

BALBINVS Imperator, bis antè Conſul, & præfectus vrbis, & plurimarum prouinciarum rector, genus ſuum referebat ad Corn. Balbum Theophanẽ, qui per Pompeium ciuitatem meruerat, cùm eſſet patriæ ſuæ nobiliſs. idemq; hiſtoriæ ſcriptor. Capitolinus.

Balbinus quidam notatur apud Horatium lib. 1. Serm. Sat. 3.

Illuc præuertamur, amatorem quod amicæ
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipſa hæc
Delectant: veluti Balbinum polypus Agnæ.

¶ L. BAN-

❡ L.Bantivs Nolanus, donis mollitus à Marcello, in Rom. ſocietate permanſit. Liuius 23.

❡ L.Balventivs, Centurio ſub Cæſare in Galliis, vir fortiſſimus, cæſus ab Eburonibus in clade Tituriana. Comment. 5.

❡ Barbarvs, citatur Senecæ inter declamatores ſui ſeculi.

❡ Barbativs, M. Antonii Quæſtor. App. 5.

Barbatius Philippus, cùm ſeruus fugitiuus eſſet, Romæ præturam petiit, & Prætor deſignatus eſt. Pandect. de off. Prætoris ex Vlpiano.

BARBII.

M. Barbius Soter Barbiæ Aſclepiodoræ, filiæ pientiſſimæ. Hæc inſcriptio extat Polæ in Dalmatia. Vide Inſcript. antiq. pag. 359.

T. Barbius Titianus Decurio Æmonæ, &c. pag. 371. vbi apparet, eum M. Titii filium fuiſſe, & M. Titium ante adoptionem dictum.

P. Barbius P. F. Maximianus miles coh. prætor, &c. pag 251.

Barbius Proculus Teſſeranus, ſpiculator Tacito lib. 17.

Barbius Philippicus, homo comis & blandis moribus, euehitur ad ſummos magiſtratus Antonii Triumuiri opera. Hunc in foro ius dicentem herus, à quo olim aufugerat, agnouit. Ergo tacitè aggreſſus, & veſte à tergo prehenſa: Salue, inquit, veteri & ſeruili nomine adiecto. At ille percellitur, veteri domino facilè agnito, rogans vt taceat. Domum ducit: maximaque pecunia numerata, ſe tandem redimit, & pudore Antonii, ob maculam hanc ære emtum mancipium animi dolorem ſilentio diſſimulauit. Hæc Suidas.

❡ Barbvla, de quo & Murco præclara eſt Appiani narratio libro quarto de bellis ciuil.

❡ Barbvleivs, Hiſtrio parum ſanus, ex Saluſtio citante Priſciano Grammatico libro 6.

❡ Barrvlvs, floruit tempore Ciceronis. Valerius 7. cap. 9.

❡ Barvs, de quo Horatius 1. Serm. Satyr. 4.

Nonne vides, Albi vt malè viuat filius? vtq;
Barus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit.

❡ Baſilivs, Cõſul ann. V. C. MCCXVI.

Baſilio reſcribitur ab Alexand. A. 5. C. titulo 62.

Baſilio alii ab AA. & CC. 8. Codicis titulo 29.

Flauius Baſilius, Conſul ſub Auguſtulo ann. vrbis conditæ MCCXXIX. Hic, opinor, Præfectus prætor. & Vicarius Odoacris fuit.

Baſilius iunior V. C. Conſul anno MCCXXXIII. ſolus.

Baſilius V. C. Conſul ſolus anno vrbis conditæ MCCLXXXXIIII.

❡ Basilidae reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 14.

❡ Basilissae ab iiſdem quarti Codic. titulo 29.

❡ Basilicae 4. Cod. tit. 44.

❡ Basilla, virgo & Martyr, cuius ſponſus Pompeius, 4. Cal. Iunii.

❡ Basiliscvs, 20. menſes imperio potitus ſub Zenone cum Marco F. quem Cæſarem ſalutauerat.

Baſiliſcus, Armatii, qui ſuperioris Baſiliſci conſobrinus erat, F. Cęſar renunciatus à Zenone Auguſto, mox fit ſacerdos, demum Cyzicenorum Epiſcopus.

❡ *M. Bassaeo M. F. Pal. Axio Patri Col. Cur. R. P. IIvir. Munif. Proc. Aug. viæ Oſt. & Camp.* Georgius Fabricius in ſua Roma pag. 56.

❡ C. Bassvs, ſcripſit libros de origine vocabulorum. Gellius 2. cap. 4.

Baſſus, dictus Secundus à felicitate. Plutarchus in Coriolano.

Baſſus, Poeta, de quo præclarè Tacitus in dial. de oratore.

Baſſus, Auguſti lib. prox. ab epiſtolis Græcis. Inſcriptionum antiq. pag. 246.

Baſſus, declamator, citatur Senecæ declamationum lib. 10. vt conſectator amaritudinis & ſimulationis actionis oratoriæ. Variè autem idē nominatur, nunc Fulnius Baſſus, nunc Iulius Baſſus, nunc Sepullius.

Baſſus, σύγχρονος & æmulus Apollonii. De hoc Snidas.

Baſſo, præfect. vrbis, reſcribit Conſtantinus Magnus Cod. de legibus & conſtitutionibus Principum.

Baſſo alii, Præfect. præt. reſcribitur à Theodoſio & Valent. AA. Codic. prim. de Apoſtatis.

Baſſo alii ab AA. & CC. quarti Codic. titulo 31.

Baſſo alii reſcribit Pius quinti Codic. titul. 25.

Baſſo & Baſſiano ſcribit Libanius in Epiſtolis ſuis.

¶ M. Bassinivs Vitalis, refertur in memoriis Auguſtanis. Inſcript. antiq. p. 448.

¶ Batillvs Mæcenas, refertur Senecæ.

BATONII.

Batonius, memoratur Ciceroni epiſtola penultima lib. 6. ad Att.

Q. Batonius Teleſphorus patronus & illius lib. Q. Batonius Oneſimus, referuntur in memoriis Italicis. Inſcript. ant. pagina 255.

BAVII.

M. Bauius, Poeta, quem notat Virgilius in Bucolicis, moritur in Cappadocia ante bellum Actiacum. Euſebius in Chronicis.

Bauiæ M. filiæ. Inſcript. ant. pag. 331.

Bauia Q. L. prima cum Polycleto. pagina 334.

¶ Bavto, transrhenanus genere, fidus Valentiniano II. memoratur Ambroſio, qui & interitum ipſius narrat epiſtola quadam. Conſulatum geſſit ann. vrbis conditæ MCXXXVIII. collega in eo honore Arcadii. Auguſtinus contra litteras Petiliani 3. cap. 25. cùm Mediolanum, inquit, venerim, eique Cōſuli Calend. Ianuar. laudem in tanto conuentu conſpectuque hominum pro mea tunc Rhetorica profeſſione recitauerim, &c.

¶ Beatianvs. dux Theodoſii iunioris. Hiſtor. tripart. 11. cap. 15.

Bebii Plebeii.

¶ Quidā habēt Bebii per æ, nō Tamphilus non Pamphilus.

Q. Bebius Pamphilus, cum Valerio Flacco miſſus Saguntum & Carthaginem, ad ducem ipſum Hannibalem, ſi bello nō abſiſteretur, in pœnam rupti fœderis depoſcendum. Liuius 21.

Cn. Bebius Pamphilus (inuenio & C. & M. dici) ann. vrbis conditæ DLIIII. Ædilis pl. proximo Prætor, accepta à C. Aurelio, prioris anni Conſule, prouincia Gallia, temerè Inſubrium fines ingreſſus, propè cum toto exercitu eſt circumuentus. Supra 6. millia & 600. milites amiſit. Liuius 32.

Cn. Bebius Pamphilus Q. F. vt ſcribit Plinius libro 13. capite 13. Ædilis cum M. Lepido, ſerius tamen quàm ille quinq; annis Conſul factus, nempe ann. vrbis conditæ DLXXII. cum collega L. Æmilio Paulo in Liguribus rem proſperè geſſit, vnde ſupplicatio in diem vnum decreta. Liuius in fine 39. & 40.

M. Bebius Pamphilus Cn. fr. proximo anno Conſul, triumphauit cum collega P. Corn. Lentulo de Liguribus Apuanis, quos ad 12. M. improuiſò oppreſſos & deditos in agrum Samnitum traduxerunt. Liuius 40. qui omnium primos nullo geſto bello triumphaſſe ſcribit.

Cn. Bebius Pamphilus, Prætor vrbanus, anno vrbis conditæ DLXXXVI. in eo magiſtratu ſubitò extinctus, cùm à puero quæſiſſet horas. Plinius 7. cap. 53. Nam de hoc loqui exiſtimo.

¶ Bebius Herennius, Trib. pl. belli Pun. ſecundi anno 2. vrbis conditæ DXXXVII. criminando Senatum & nobilitatem effecit, vt C. Terentius, homo nouus, cuius cognatus erat, Conſul crearetur. Liuius 22.

L. Bebius, vnus ex tr. legatis Scip. Africani ann. vrbis conditæ DLI.

Q. Bebius, Trib. pl. an. DLIIII. gratificaturus plebi, patres criminari cœpit, quòd bella ex bellis ſererent, rogationem de bello Macedonico abrogatam cupiens; vnde in Senatu probris laceratus eſt. Liuius trigeſimoprimo.

Cn. Bebius, Trib. pl. ann. vrbis conditæ DL. C. Claudio, M. Liuio, Cenſoribus, ob diſcorditer actam Cenſuram diem ad populum dixit. Liuius 29. Valerius libri 7. capite 2.

¶ L. Bebius Diues, periit in Prætura, cū obtineret Hiſpaniam vlteriorem, ann. vrb. conditæ DLXV. In quam dum proficiſcitur, à Liguribus circumuentus, magna parte comitum cæſa, cum paucis Maſſiliam perfugiens, intra triduum expirauit. Liuius 37.

¶ Q. Bebius Sulca, vnus ex quinque legatis, qui in Macedoniam & Alexandriam miſſi, ann. vrbis conditæ DLXXXI. Liuius 42.

L. Bebius, legatus miſſus à L. Æmilio Paulo Cos. deſig. in Macedoniam ad exercitus viſendos, claſſemque & comperta referenda, quot aut terreſtribus, aut naualibus copiis opus eſſet. Liuius 44.

A. Bebius, accuſatus ab Ætolis apud Æmilium Paulum, quòd ad miniſterium cædis DL. principum ſuæ gentis milites Roman. præbuiſſet, damnatus eſt. Liuius 45.

C. Bebius, Trib. pl. ann. vrbis conditæ DCXLIII. corrumpi ſe pecunia a Iugurtha paſſus, auctore Saluſtio. Hic, puto, eſt, quē Appianus ſcribit bello ſociali relictum Prætorem

torem à L. Cæſare, cùm morbo decederet.

M. Bebius, à C. Mario & Cinna cæſus. Appianus 1. Florus vnco tractum ſcribit, etſi alium quoque Bebium à Syllanis laceratum tradit.

M. Bebius, vir fortis, interfectus iuſſu L. Piſonis, eius, in quem extat Ciceronis oratio. Cicero inibi.

A. Bebius, Eques Rom. bello Hiſpanienſi à Pompeio ad Cæſarem profugit. Comment. 6.

Bebius & Egnatius, vicini Attici. Ad Attic. lib. 13. epiſt. 44.

Bebius, vir Conſularis, cæſus ab Illyriis poſt mortem Cæſaris Dictatoris. Appianus in Illyrico.

¶ Bebius Criſpus, Vitellii Cæſaris compotationibus, per quas plerique ſuffocabãtur, propter morbum aliquãdiu exemptus, facetè dicebat, niſi ægrotaſſem, periiſſem. Suidas βετίωνος.

¶ Bebius Marcellinus, ſuperſtitibus 4. filiis, trucidatus eſt in foro ſub Antonino Caracalla, fraude Pollenii Sebennii. Dion.

¶ Bebius Maſſa, vir nefarius, memoratur Corn. Tacito libro 20. & in vita Agricolæ, & Plinio Epiſtolarum 3. quem Iuuenalis delatorem, Martialis furem appellat.

¶ Bebius Macer, vir Conſularis, Procõſul rexit Hiſpanos. Eodem imperio miſſus in Dalmatiam, integrè & iuſtè prouinciã habuit. Fuit & præfect. vrbis ſub Hadriano primis illius temporibus. Ad hunc extant epiſtolæ Plinii.

Bebius Macer, Præfectus prætorio ſub Valeriano, auctore Fl. Vopiſco.

Bebii Macti de re Grammatica libri citantur Seruio, Chariſio & Fulgentio Placiadi.

Bebius Macrinus, Rhetor, quem audiuit Alex. Seuerus, teſte Lampridio.

¶ Bebius Metianus, floruit ſub Antoninis, auctore Capitolino in Albino, cui illũ affinem fuiſſe, ſcribit.

¶ L. Bebius Aurelianus, cum Bebiis F. F. Nouiano & Secundino, & Bebia Profutura F. refertur Inſcriptionum antiquarum pag. 171.

¶ L. Bebius Buttus. Ibid. pag. 406.

A. Bebius C. F. Scap. Clemens Miles leg. XXII. An. LX. Stip. XXIII. H.S.E. Hæc inſcriptio extat Moguntiæ.

Bebius Marcellus Bebio Maryllo filiam collocauit centenis promiſſis, cùm etiam filium haberet. Ex Tryphonino Pand. 24. titulo 4.

¶ Bellio reſcribitur à Seuero & Anton. 8. Cod. tit. 14. de pignoribus.

BELLICII.

C. Bellicius Torquatus, Conſul ſub Hadriano ann. V. C. DCCCLXXVI.

C. Bellicius Natalis, Conſul cum P. Scipione Aſiatico. Vide Inſcript. ant. pagina 201.

M. Bellicius Saturninus, Trib. coh. 1. Fl. Brit. Ibidem pag. 398.

Bellicii aliquot referuntur item pagina 448.

Bellicio cuidam ſcribitur ab Ambroſio in fine ſecundi Epiſtolarum.

Bellicius quidam, Prætor populi Romani, à Piratis captiuus abductus eſt. Plutarchus in Pompeio.

¶ C. Bellonivs, refertur Inſcrip. antiq. pag. 464.

¶ C. Beotivs, Eques Rheginus, Pompeianus, à Cæſare in Africa captus. Com. 5. In meo codice C. Biotius legitur.

¶ Bessio reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. de rebus creditis. Opinor nomen eſſe corruptum.

¶ Betitivs, vir Conſularis, refertur hõ notificè in memoriis Rom. Inſcript. antiq. pag. 287.

BETVTII.

T. Betutius Burrhus Aſculanus, omniũ extra vrbem eloquentiſſimus, cuius ſunt orationes aliquot Aſculi habitæ. Illa Romæ contra Cæpionem nobilis ſanè, cui orationi Cæpionis ore reſpondit Ælius, qui ſcriptitauit orationes multas, orator ipſe nunquam fuit. Cicero in Bruto.

L. Betutius L. F. vot. tenax L. Betutio L. F. Rufo patri, Cintuliæ L. F. Maximæ matri, C. Betutio L. F. Saluio patruo, L. Betutio L. F. auo. Inſcriptiones ant. pag. 58.

L. Betutio C. F. Sextiæ T. F. Primæ Betutiæ L. F. Tertullæ. Ibidem pag. 322.

Betutiæ Proculæ L. Betutius Proculus & Cæſia Victrix, parentes, filiæ piiſſimæ. Vix. an. XVI. *d.* XXX. *pag. 138.*

Betutii aliquot pag. 70.

¶ P. Bilivs, Triumuir nocturnus, quòd vigilias negligentius circumiſſet, accuſatus à P. Aquilio, Trib. pleb. populi iudicio concidit. Valerius Max. 8. cap. 1.

Bilia, vxor Duillii. De hac præclarè Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.

BILIENI.

L. Bilienus, Prætor ſub Mario in Africa bello Iugurthino. Saluſtius. Meminit huius haud dubiè; ſed prænomine Caii, Cicero in Bruto, his verbis: C. Bilienus, homo per ſe magnus, propè ſimili ratione ſummus euaſerat: qui Conſul factus eſſet, niſi in Marianos Conſulatus, & in eas petitionis anguſtias incidiſſet. Idem, opinor, Carbonem Actienum in adulterio deprehendit, & caſtrauit. Valerius 6. cap. 1.

L. Bilienus, auunculus Catilinæ, teſte Cicerone, Lucretium Aſellam, petentem Conſulatum, Syllæ iuſſu occidit, eo nomine accuſatus poſtea, & damnatus. Aſconius Ped. Apud Volaterranum mendoſè Ballienus vocatur.

L. Bilieni domus in funere Cæſaris incenſa conflagrauit. Cicero Philip. 2.

Bilienus, verna Demetrii, Domitium quendam nobilem, Cæſaris hoſpitem, à contraria factione nummis acceptis, comprehendit, & ſtrangulauit. Cælius Ciceroni epiſtolarum 8.

BLANDII.

C. Blandius, Proconſul, refertur Inſcriptionum antiq. pag. 188. & 360.

Sex Blandius Profuturus, ibidem pagina 54.

Blandius, Rhetor, Eques Romanus, Romæ docuit, antequam apud libertinos ea diſciplina continebatur atq; inter cæteros Fabianum Philoſophum. Seneca initio 2. Controuerſiatum.

L. Blandius Orinus. Inſcript. antiq. pag. 73. & alius 90.

¶ BLASIVS, vir princeps Salapiæ, fidus Romanis bello Punico ſecundo, patriam cum præſidio Punico Romanis reddidit. Liuius, Valerius in fine 3.

BLOSII.

Bloſiorum familia Capuæ fuit. Liuius 27.

C. Bloſius Cumanus, amicus C. Gracchi, cùm poſt illius interitum ad Lælũ pro ſe deprecatũ veniſſet, ac familiaritatis excuſatione vteretur (decreuerat enim Senatus, vt in eos, qui C. Graccho conſenſiſſent, more maiorum animaduerteretur) Quid, inquit Lælius, ſi te Gracchus templo Iouis O.M. faces ſubdere iuſſiſſet? nunquam, inquit, iſtud Gracchus imperaſſet. Tum rurſus Lælius in inſtituta interrogatione perſeuerans; reſponde, inquit, quidnam facturus fuiſſes, ſiquidem iſtud Gracchus imperaſſet? facturum ſe fuiſſe reſpondit. Quo dicto cum ipſe capitis condemnaſſet, euaſit tamen, & in Aſiam ad Ariſtonicum fugit, quo profligato & capto, mortem ſibi ipſe conſciuit. Plutarchus in vita Gracchorum, & Valerius Maximus libro 4. capite 7. de amicitia.

C. Bloſius Q. F. refertur in lege ædificantium apud Georgium Fabricium.

BOETHII.

Boethius, nobiliſſimus Senator & præf. occiſus à Valentiniano III. vnà cum Aetio, cuius neceſſarius erat. Abbas Vrſpergenſis & Iornandes in annalibus.

Fl. Boethius V. C. Conſulatum geſſit ſolus ſub Theodorico rege ann. vrbis conditæ MCCXL.

Boethius & Euthericus Conſules fuere ann. vrbis conditæ MCCLXIII. arguente id inſcriptione vetuſta, quæ extat Derthonæ in cœnobio D. Martini, quemadmodũ tradit Alciatus, vir iuris ciuilis conſultiſſimus.

BOETHIVS, doctus ille, cuius extant cõmentaria in Ariſtotelem, & alii complures libri, Conſulatum aſſecutus cum ſocero Symmacho ſub Theodorico rege, cuius iuſſu vterque eodem anno cæſus eſt. Appellari conſueuit Anicius Manlius Seuerinus Boethius. Vxori nomẽ fuit Ruſticianę, de qua videto in Ruſticis.

¶ BOETHO reſcribitur ab AA. & CC. 9. Cod. tit. 41.

¶ BOLIAE *Sabinæ Clodia obſtinata mater.* Inſcript. antiq. pag. 6.

¶ M. BOLLANVS, amicus Ciceronis, cõmendatur ab illo libro Epiſtolarum 13. Vatinio imp. epiſtola à calce 3.

¶ BONO reſcribit Gord. A. 6. Codicis titul. 40.

¶ *L. BONTVS L. F. L. N. Fal. Celer. II. vir Q. Augur. præf. fabr. Trib. mil. leg. III. Cyr. procur. ludi famil. glad. Cæſaris &c. cum coniuge Sextia L. F. Nerulla.* Hæc inſcriptio refertur in monumentis Neapolitanis Inſcript. antiq pag. 120.

¶ BONIFACIVS, vir nobiliſſimus, cùm eſſet mutus, ab Apollinari recepit vſum linguæ. Martyrolog. 22. Iulii.

¶ BONONIO Maximo reſcripſerunt Diui Impp. Seuerus & Antoninus Pand. 35. ad legem Falcidiam L. 88.

¶ BONOSVS, bibebat quantum hominũ nemo.

nemo. De quo Aurelianus dicere ſolebat, natum eum non vt viuat,ſed vt bibat. Sum pro imperio, cùm à Probo Imp. profligatus eſſet, laqueo vitam finiuit. De quo ſtatim iocus emerſit, amphoram pendere nõ hominẽ. Filios reliquit duos & vxorem generis Gotthici, quibus omnibus Probus pepercit. Fl. Vopiſcus.

Bonoſo alii, Magiſtro Equitum, reſcribitur à Conſtantino 6. Cod. tit. 61.

¶ *C.* BRICENTO *T. F. Clementi & Celiæ Votiniæ vxori locum dedit.* Hæc inſcriptio extat Paduæ in muro ciuitatis. Vide inſcriptiones antiq. pag 335.

¶ BRINNIVS, Ciceronem cum aliquot aliis hæredem reliquit. Cicero ad Atticum 13. *De Brinniana auctione*, &c. *dices Othoni co heredi meo, vel Labeoni noſtro* Et in eodem libro: *Brinnii libertus, cohæres noſter*. Meminit ibidem fundi Brinniani.

BRVTII.

Brutius Sura, legatus Sentii, Prætoris Macedoniæ, vir & fortitudine & ſapientia ſingulari, Arcbelao, Mithradatis præfecto, torrentis inſtar per Bœotiam ruenti, occurrens, tribus apud Chæroneã prœliis decertans cum repulit. Plutarchus in Sylla, cui Βρέττιος σούρρας vocatur.

Brutius Præſens, floruit ſub Traiano, ad quem extat epiſtola Plinii lib. 7.

Brutius Præſens, collega Antonini Pii in ſecundo eius Conſulatu, ann. vrbis conditæ DCCCLXXXXI. cuius filiam M. Imperator filio ſuo Commodo matrimonio iunxit. Meminit Cenſorinus capite vigeſimo-primo.

Præſentes tres Conſulares inuenio, verum Brutii ne an Apri fuerint, dubito. primus ann. vrbis conditæ DCCCCLXIX. alter DCCCCXCVII. tertius DCCCCV.

Brutiæ reſcribitur ab Alexandro A. 5. Cod. tit. 46.

¶ BRVTIANVS Luſtricus, accuſatus à-pud Traianum à Montano Atticino, illo relegato, abſolutus eſt. Plinius epiſtolarum 6. ad Tironem. Laudat hunc Brutianum impensè Martialis lib. 4.

¶ BRVTIDIVS Niger, Hiſtoricus, citatur apud Senecam ſubinde. Meminit Tacitus libro tertio. Puto de eodem loqui Iuuenalem.

------ pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

¶ BVBVLCVS, Epiſcopus Vindonenſis, circa annũ Domini CCCCXXX.

¶ M. BVCCVLEIVS, familiaris noſter, homo neque meo iudicio ſtultus, & ſuo valdè ſapiens, & à iuris ſtudio non abhorrens. Sic L. Craſſus apud Ciceronem primo de Oratore.

¶ BVCARPIAE reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 49.

¶ BVCCATRAHIO reſcripſit Gordianus A. 9. Cod. tit. 1.

¶ BVCILLIANI meminit Cicero ad Attic. 15. De Bucilliano Seſtium nõ puto moleſtè ferre. Et lib. 16. Nauigia præterea luculenta Seſtii, Bucilliani, &c.

¶ BVCOLIANVS, numeratur inter percuſſores Cæſaris ab Appiano libro 2.

¶ BVLLATIVS, notus ex amicitia & Epiſtolis Q. Horatii.

¶ BVRBVRVS, nobilis pictor, qui certauit aliquando cum Bonoſo.

¶ P. BVRRIENVS, Prætorius, citatur Ciceroni pro P. Quintio.

¶ BVSA, fœmina liberalis in populum Romanum. Vide Liuium vigeſimoſecundo: Valerium Maximum, libro quarto, capite 8.

¶ BVSSENIVS Pompeianus. Cicero ad Attic. 8.

CAECILII Metelli.

CÆcilios, quorum Romæ familia nobiliſſima fuit, ortos volunt à Cæculo, Vulcani filio, Præneſtinæ vrbis fundatore, cui nomē id à paruitate oculorū inditū fuit, vel, vt quibuſdā placet, à Cæcade Troiano Æneæ comite, vt aliis à cæcutientibus oculis. Meminit eius Cæculi Virgilius Æneidos 7. Cæterum Metellorum cognomētum à Metellis eſt ductum, qua voce in re militari quaſi mercenarii dicti ſunt. Vnde eſt illud Accii:

Calones famulíq; metellíq; caculæq;.

Vide Sex. Pompeium lib. 3. & 11. Plebeios fuiſſe, docet Liuius libro 59. Eoſdem fato factos Conſules, iocatus eſt Næuius Poeta, vt eſt apud Gellium & Ciceronem Verrinarum 2.

Q Cæcilius, Trib. pl. ann. vrbis conditæ CCCXVI. Liuius 4.

L. Cæcilius Metellus, Prætor à Gallis Senonibus cum legionibus cæſus. Liuius 12. Oroſius 3. cap. 22. & Eutropius 2. pag. 17.

¶ L. Cæcilius Metellus, neſcio quis, memoratur Fragmento Sex. Pompeii pag. 15.

L. Cæcilius Metellus, Conſul ann. vrbis conditæ CCCCLXIX. Caſſiodorus habet Cælius, ſed perperam. Sigonius hunc poſtero anno Pretorem à Senonibus occiſum tradit, ſic nimirum opinatus.

L. CAECILIVS METELLVS, Dict. M. Equit. bis Conſul, rebus aduerſus Pœnos fe-
Anno V.C. liciter geſtis, ſpecioſiſſimū egit triumphū,
DII. 13. ducibus hoſtium & 120. elephantis in
DVI. eo ductis. Fuit & P. M. & XV. vir ſacrorum. Cùm templum Veſtæ arderet, ſacra ex incendio rapiens, oculos amiſit. Populus verò Rom. quod nunquam vlli alii, tribuit, vt quoties in Senatum iret, curru veheretur. Vide Liuium 19. Valerium lib. 1. capite 4. libro 8. capite 14. Florum 2. cap. 2. Pliniū 7. cap. 43. Ouid. Faſt. 6. ¶ Elogium eius legitur in Antiquitatibus Fabricii Pag. 49.

Q. Cæcilius Metellus L. F. & ipſe Dictator, M. Equit. Conſul & Pontifex fuit bello Pun. ſecundo. Vide Liuium, Plinium 7. ca- DXLVIII
pite 43. Cicero in Bruto hunc etiam illis tēporibus Oratorem habitum ſcribit.

L. Cæcilius Metellus, fors Q. fr. autor deſerendę Italiæ, infamis ob id, & Senatu motus. Quæſtor tamen & Trib. pl. fuit Valerius Maximus libro ſecundo, cap. quarto: lib. 5. cap. 6.

M. Cæcilius Metellus, Trib. pl. & Quinto Cos. Prætor vrbanus fuit. Liuius 27. 28. & 29. Fors & hic Q. ac L. fratres habuit.

Q. CAECILIVS METELLVS Q. F. L. N.
cognomento MACEDONICVS, Prætor Pſeu DCXII
dophilippum vicit, cepit & ante currū duxit. Conſulatu perfunctus, Celtiberos domuit, de quo bello Florus libro 2. capite 17. Valerius libro quinto, capite primo. Geſſit & Cenſuram. Liberos 6. reliquit, nepotes 11. nurus generoſque, & à quibus pater appellari poſſet, 27. Ex 4. filiis vnum Prætorē, tres Conſulares, duos triumphales, vnum Cenſorium vidit. Filiarum altera P. Seruilii Iſaurici mater fuit, altera P. Scipionem, qui in exilio periit, genuit. Cicero pro domo ſua, Liuius 49. 52 & 53. Plinius 7. cap. 13. & 44. item de viris illuſtribus. Paterculus tertio illum filio Conſule obiiſſe, ſcribit. Vide de hoc memorabile exemplum moderationis libro quarto, capite primo, odii & ſimultatis lib. 9. cap. 3. felicitatis lib. 7. cap. 1. callidi ſilentii capite 4. poſt Conſulatus repulſam ampliſſimæ fortunæ honorum capite 5. apud Valeriū Max. Dixit pro L. Cotta, accuſante Africano. Nam in primis eloquentem habitum, & alias eius eſſe orationes, contraque Tib. Gracchum expoſitam in annalibus C. Fannii, ſcribit Cicero in Bruto. ¶ Cenſuræ eius, cum Q. Pompeio geſtæ, meminit Fragment. Sex. Pompeii pag. 95.

L. Metellus Caluus, Conſul fuit anno proximo, id eſt, DCXII. frater Q. Macedonici, vt Valerius lib. 8. cap. 5.

Q. Balea-

Q.Balearicus, Q. Macedonici F. Conſularis,triumphalis & Cenſorius fuit. Hic DCXXXI. filium reliquit, Q. Nepotem dictum, & filiam Cæciliam,fœminam ſpectatiſſimam, de qua Cicero in orat. pro Roſcio Amerino,& libro 1. de diuinat. Iulius Obſeq.pag. 515.Eadem nupſit App.Claudio Pulchro, mater ſcilicet Appii & Clodii.

L.Diadematus,pòſt Dalmaticus,vt Plinius,nempe ex triũpho de Dalmatis,Conſul ann.V.C.DCXXXVII.Præterea & Cenſor.Fuit Balearici frater. Meminit Plutarchus in Coriolano,& Diademati cognomẽ tum inde traxiſſe ſcribit,quòd vlceris cauſa frontẽ obligatã habẽs aliquãdiu obãbularit.

M. Cæcilius Metellus, Macedonici F. Q. Balearici & L.Diademati fr. Cõſul fuit an. vrbis cond. DCXXXIX. quo anno pater mortuus eſt. Plinius hunc Creticum vocat.

C.Cæcilius Metellus Caprarius, & ipſe Macedonici F.Q.L.& M. fr. Conſul fuit ann.vrbis cond.DCXXXXI. In hunc eſt dictum illud Æmiliani in obſidione Numãtiæ: ſi mater eius quintùm peperiſſet,aſinũ fuiſſe pariturã. Cicero 2. de Oratore. Certè ob ingenii tarditatem Caprarium appellatum,opinor. Vide Plutarchum de fortuna Romanorum.

C. Cæcilio C.F. Metello Imp. Italici, qui Argis negotiantur. Hæc inſcriptio, quæ extat Inſcrip.antiq.pag.494.haud dubie indicat, C.Metello Caprario hunc fuiſſe filium: nec enim alium C.Metellum inuenio.

L.Metellus, Cõſul an. V.C.DCXXXV. alius à Diademato, fors L.Calui filius. Hunc Aſconius etiam Pontificem Maxim. fuiſſe, tradit.

Q.Metellus Numidicus, & ipſe L. Calui F. Certè L.F. vocat illum Cicero pro L. Corn.Balbo, & in Epiſtolis ad Lentulum. Conſul ann. vrbis conditæ DCXLV. res præclaras aduerſus Iugurtham,Numidiç regẽ, geſſit, vnde & cognomen vnà cum triumpho conſecutus eſt. Hic repetundarum reus cùm tabulas rationum proferret, nemo iudicum eas inſpicere ſuſtinuit. Cicero pro Corn. Balbo. Valerius lib. ſecundo, cap. quinto. Pulſus vrbe Saturnini & Marii factione, rogatione Calidiana reuocatus eſt. Cicero pro Plancio. De Conſtantia eius in exilio vide Plinium in viris illuſtribus, Valerium libro quarto, capite primo. Functus eſt & Cenſura, quo tempore Equitiũ, qui ſe Tib. Gracchi F. mẽtiebatur, in cenſum non recepit. Soror eius Cæcilia L.Luculli mater extitit, non ſatis pudica, cùm maritus furti damnatus eſſet, vt Plutarchus in Lucullo. Eandem eſſe volunt, de qua Valerius libro primo, capite quinto, auctor de viris illuſtribus capite ſexageſimoſecundo, vt viris duobus nuptam fuiſſe, intelligamus.

Q. Metellus, Numidici F. cognominatus Pius, quia patrem lachrymis & precibus aſſiduis ab exilio reuocauit, vt Plinius de viris illuſtribus, Valerius libro quinto, capite 2. Velleius volum. poſter. Appianus bell. ciuil. lib. 1. L. Syllæ in ſecundo Conſulatu collega fuit, triumphalis & P. Max. Huius filia, Cæcilia, primũ M.Scauri, dein L.Syllæ coniunx fuit, mulier impudica, quod cũ Athenis cantaretur, Sylla ignorabat, ſecretaque domus ſuæ primùm hoſtium cõuicio didicit: quia nouiſſimi mala noſtra diſcimus, vt Hieronymus lib. primo, contra Iouinianum. Ab eodem opinor adoptatum Scipionem, qui poſtea Cn. Pompeii Magni ſocer factus eſt. De luxu eius vide Valerium lib. 9. capite 1. Macrobium lib. tertio, cap. decimotertio. Citatur eiuſdem Metelli Pontificis index quarti ibidem.

Q. Cæcilius Metellus Creticus, L. & M. Cæcilii Metelli, fratres fuere. Q. Conſulatu potitus eſt ann. V.C. DCLXXXV. quo L. Prætor Siciliam, M. in vrbe Præturam vrbanam tenuit. Sequenti anno L. Conſulatum adeptus eſt, ſed, quomodo ſcribit Dion, initio eius anni extinctus. Et hic quidem auctor de eo Lucii prænomen habet: Cùm Cicero quinto Verrinarum nunc Q. nunc L. appellet. Porro Q. Creticus hic eſt, cum quo bello Piratico diſſedit Pompeius. Plutarchus in Pompeio. Idem Pyrganionem Archipiratam, qui pulſa claſſe Rom. Syracuſanum portum obtinuerat, nauali pedeſtriq; prælio victum Sicilia decedere coegit. Eutropius 6. Iocatur in hũc Cicero Verrinarum 2. Verrem ſolitum dicere, nõ fato illũ, vt cæteros ex ea familia, ſed opera ſua Conſulem factum.

Cæcilia, Q. Cretici F. Metella Craſſi. Inſcript.antiq.pag.295. Suſpicor autem M. Craſſo, qui in Parthis periit, nuptam fuiſſe, vt duas eum vxores habuiſſe, ſtatuamus.

Q. METELLVS NEPOS, Balearici F. vir Conſularis & triumphalis, teſte Cicerone in L. Piſonem. Conſul fuit cum T. Didio Vitio ann. V. C. DCLVI. Accuſatus à Curione patre, moriens filium iureiu-

rando adegit, vt Curionem viciſſim accuſaret, quod ille promiſit & præſtitit. Vide Aſcon. Ped. ¶ Agnomen, Nepos, explicatur ad hunc modũ Fragmento Sex. Pomp. pagina 14. Nepos, luxurioſus à Thuſcis dicitur: nam nepotes ſunt luxurioſæ vitæ homines appellati; quòd non magis his res ſua familiaris curæ eſt, quàm iis, quibus pater auuſque viuunt, &c. Addit Valerius lib. 9. capite 15. niſi Nepotis à moribus cognomen accepiſſet, Pamphili, à Pamphilo hiſtrione, cui ſimilimus eſſet, habiturum fuiſſe.

Q. Nepos, Q. Nepotis F. & ipſe Conſularis: geſſit enim Conſulatum cum P. Lentulo Spinthere; eumque cum Cicerone ſimultates & inimicitias haberet, in Tribunatu ſuſceptas, poſitis iis, Ciceronis reſtitutionem enixiſſimè iuuit. Meminit eius rei Cicero in oratione dicta in Senatu poſt reditum, de prouinciis Conſularibus, pro P. Seſtio, in L. Piſonem & ad Att. 3. Fratrem habuit L. quod ex Ciceronis Epiſtolis lib. 5. videre eſt, & in Epiſtolis ad Attic. Sed & vterque P. Clodii Pulchri frater à Cicerone vocatur in oratione dicta poſt reditum in Senatu. Idem ad Att. 4. *Conciones, inquit, turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furioſiſſimæ Publii.* Et ibidem: *Contentio trium fratrũ turpis, fracta vis, contemptus furor.* Hæc de L. Nepote, Appio & P. Clodiis dici, quis neget? Iidem Q. & L. Nepotes, Q. & L. Celerum fratres patrueles fuere.

Q. Metellus Celer, L. Diademati F. à celeritate in exhibendis ludis gladiatoriis, defuncto patre, nomen ſortitus eſt, teſte Plutarcho in Romulo & Coriolano. Cicero nõ hunc Oratorem, ſed tamen non infantem fuiſſe ſcribit in Bruto, vbi Curionis & Q. Varii & C. Carbonis ſynchronum facit.

Q. Celer, ſuperioris F. Prætor Cicerone Coſ. ſtrenuam aduerſus Catilinam operam nauauit. Nam Piceno præfectus, multos ex eius ſociis interceptos in vincula cõiecit, & properanti in Tranſalpinam Galliam Catilinæ cum exercitu occurrit, iterq; illius inhibuit, vt memoriæ prodidit Saluſtius. Vnde rerum à ſe geſtarum Cicero ſocium vocat. Ex Prætura Galliam obtinuit, adiuuante Cicerone, biennioq; pòſt Conſulatum adeptus, in eo honore ita ſe geſſit, vt Cicero ad Atticũ ſcribens, virum bonũ & Conſulem egregiũ vocet, collegam eius Afranium non itidẽ collaudans. Quantæ fortitudinis & animi fuerit, indicat Cicero pro M. Cælio, qui dixiſſe illum, audiente Senatu, refert, ſua ſe manu Conſulẽ furere incipientem interfecturum. Vxorem habuit Claudiam Quadrantariam, à Catullo Lesbiam appellatam, vt Apuleius, P. Clodii ſororem, fœminam impudicam, nec ſatis ſibi morigeram, cuius fraude veneno ſublatus interiit adhuc vigente ætate, cùm amantiſſimus patriæ, tum Catuli & Ciceronis valde ſtudioſus. Meminit eius Cicero multis in locis honorificè. In oratione contra Vatinium etiam Augurem fuiſſe, & Cæſare Bibuloque Conſulibus deceſſiſſe indicat. De eodem Dion lib. trigeſimoſeptimo, &, vt ſuſpicor, Valerius lib. ſeptimi cap. 8. Soror illi fuit Mutia, Pompeii coniunx, Scæuolæ F. frater L. patruelis verò Q. Nepos. De Q. Celere & Nepote Cicero in Bruto: Duo, inquit, Metelli, Celer & Nepos, nihil in cauſis verſati, nec ſine ingenio, nec indocti, hoc erant populare dicendi genus aſſecuti.

Cæcilius quidam Metellus, à Sylla proſcriptus, cũ in ædes ſuas ab vxore Baſtia nõ admitteretur, ſe transfodit, foreſque ſanguine ſuo reſperſit. Liuius libro octuageſimonono.

Cæcilius, item Metellus, Trib. pl. exeuntem vrbe Craſſum diris proſecutus eſt.

Alius ſimiliter ex Metellis Cæſari ad ærarium teſtitit.

L. Metellus Scipio, citatur à Plinio natur. hiſt. 1.

Metelli, qui proauum habuerit Scipionẽ Africanum, turpem ἀνιστορησίαν notat Cicero ad Attic. lib. 6. epiſtol. 1.

Metellus pater proſcriptus, quomodo à filio Prætore agnitus & liberatus ſit, vide Appianum 4.

L. Metellus, Trib. pl. & Clodia ſocrus nominantur à Cicerone ad Att. 9. epiſtol. quarta.

P. Metellus Caluinus. Inſcript. antiq. pagina 482.

Cæcilii alii, promiſcuè congeſti.

A. Cæcilius, Ædilis plebis fuit ann. vrbis conditæ DLXV. M. Fuluio, Cn. Manlio Conſulibus. Liuius 38.

¶ L. Cæcilius Dentrix, Prætor an. V.C. DLXXII. Siciliam prouinciam tenuit. Liuius in fine Decad. 4. lib. 9. & ſeq.

M. Cæcilius Denter, inter 5. legatos ad Macedo-

Macedoniæ & Ægypti reges miſſus fuit. Vide Liuium 42.

¶ T. Cæcilium Teucrum, & eius fratrem, valde miratus eſt Ennius, eorumque fortitudinis cauſa ſextum annalem adiecit. Plinius 7. cap. 28.

Q. Cæcilius Q. F. Eques Rom. auunculus T. Pomponii Attici. De eius teſtamento & funere lege Valerium 7. cap. 8.

Cæcilius quidam libertinus iudaizans, cùm Verrem accuſare pararet, audiuit à Cicerone: Quid Iudæo commune cum Verre? Plutarchus in Cicerone.

Cæcilius & Bucolianus, fratres, inter percuſſores Cæſaris referuntur ab Appiano lib. 2.

¶ Q. Cæcilius Epirota, libertus Attici, Grammaticus. Vide Tranquillum.

¶ Q. Cæcilius Niger, domo Siculus, Quæſtor Verris in Sicilia Cicero in Verrem.

Cæcilius Niger, alius, refertur Cōment. 6. belli ciuilis.

¶ STATIVS CAECILIVS, natione Gallus (quidam Mediolanenſem volunt) Comicus Poeta nobiliſſimus, familiaris Q. Ennii, quem tamen Cicero ad Attic. malum autorem Latinitatis vocat. Volcatius illi inter Comicos palmam tribuit. Citatur apud Nonium in Hephæſtione, Pauſimacho, Ἀρπαζομένῃ, Medea, Nauclero, Hypobolimæo, Annalibus, Exule, Hymnide, Siracuſis, Plotio, Obolio, de mandatis, Fallacia, Aſoto, Thraſyleonte, Fœneratore, Andria, Oboloſtate, Vmbris, Subditiuo, &c. à Sex. Pomp. in Aethimne, Pugile, Æthrione, Dauo, Anagnotizomene, Triumpho, Andronico, Gano, Androgyno. Deceſſit anno poſt Ennium, ſepultus in Ianiculo. Euſebius. Statii Cæcilii eſt, teſte Apuleio, innocentiam eloquentiam eſſe. ¶ Reliqua eius fragmenta incredibili diligentia è bonis auctoribus collegit Robertus Stephanus.

¶ Q. CAECILIVS BASSVS, Eques Rom. Pompeianarum partium, bellum in Syria excitauit, Sex. Cæſare interfecto. Liuius libro 116. Cicero Philippica 11. & ad Attic. lib. 14. Dion 47. Appianus 4. Apamea duabus legionibus capta, duorum exercituum obſidionem perpeſſus, tandē ſe quibus voluit, conditionibus tradidit. Strabo lib. 16. Vide amplius Ciceronem lib. 14. ad Att. & annotationes in eum locum Victorii, citantis Dionem pag 511.

¶ C. Cæcilius Claudius Iſidorus, quantū teſtamento ſub Auguſto reliquerit, refert Plinius 23. cap. 10.

¶ Cæcilius Cornutus, Prætorius, accuſatus ſub Tiberio, ſua ipſius manu cecidit. Tacitus 4.

Cæcilius, Medicus, citatur à C. Plinio libro 1. in indice 29.

¶ Cæcilius Simplex, Conſul cum Q. Attico ſub Vitellio. Tacitus 17. & 19.

¶ Cæcilius Rufinus, Senatu motus à Domitiano Cenſore, quòd ſaltaſſet. Dion.

Q. Cæcilius, Conſul deſig. aduerſus quē cauſam Cerelliæ tueri ſe velle, ſcribit Plinius ad Gallum Epiſtolarum 4.

¶ Sex. Cæcilius Africanus, Iureconſultus temporib. Traiani. Meminit illius Gellius 20. cap. 1. Reſpondit illi Iulianus Pand. de agnoſcendis liberis l. 3.

¶ Cæcilius Claſſicus, homo fœdus & malus, eodem tempore accuſatus a Beticis, quorum Proconſul fuerat, accuſationem morte præuenit. Lege Plinium Epiſtolarum 3. ad Minutianum.

Cæcilio Proculo reſcripſiſſe D. Pium, teſtatur Vlpianus.

Cæcilii Rhetoris meminit Athenæus.

Cæcilii plures extant in monumentis Inſubrium.

¶ L. Cæcilius Rufus, Prætor P. Lentulo Spinthere Q. Metello Nepote Coſs. oppreſſus à P. Clodio, vt eſt auctor Tiro, libertus Ciceronis de vita eius 4. citante Pediano. Meminit eius Rufi Cicero pro Milone, qui domum eius à Clodio oppugnatam ſcribit.

Q. Cæcilio Ciſiaco Septicio Picæ Cæciliano procur. Auguſtor. & pro leg. prouinciæ Rhetiæ & Vindelic. & vallis Pœnin. Auguri, Flamini D. Aug. & Romæ C. Ligurius L. F. Val. Aſper. ↄ. con. 1. cr. ingenuor. Hæc inſcriptio extat Veronæ apud D. Florianum, vt eſt auctor B. Rhenanus in de rebus German. pagina 141. & Stumpſius libro decimo, pag. 311.

¶ Cæcilius Pinna, legatus bello ſociali Cn. Pompeii Proconſulis. Liuius 76.

Q. Cæcilius Papia Q. L. refertur in inſcriptionibus Romanis pag. 205. & 209.

L. Cæcilius L. L. Syrus pag. 299.

Q. Cæcilius Gemellus, cum Rufino & Memore, Cæciliis filiis, & Lætilia Rufina coniuge, pag. 164.

L. Cæcilius, cùm Cæſar aliis, qui ſecum pila luſitabāt, cētena ſeſtertia, illi vni quinquagena dari iuſſiſſet: *quid ego,* inquit, *vna*

manu ludo non duabus, vt tantundem accipiam? Macrobius.

C. Cæcilia, Tarquinii Priſci vxor, mulier morum integritate laudatiſſima. Volaterranus.

¶ Cæcilius Capella in illo exitu Byzantino, Chriſtiani gaudete, exclamauit. Tertullianus ad Scapulam præſidem.

¶ Cæcilius Callantianus, ortus Callanti, ciuitate Siciliæ, Iudaicæ religionis ſectator, docuit Romæ ſub Auguſto Cæſ. vſque ad Hadrianum. Scripſit librum contra Phrygas, dictionarium ex ordine litterarum, comparationem Ciceronis & Demoſth. & alia. Suidas.

¶ Cæcilius Argiuus, ſcripſit de piſcibus, verſificator. Autor Suidas.

¶ Cæcilio Iuliano reſcripſit Pius Pand. de quæſtionibus.

¶ Cæcilius Bato, legitur in Inſcript. apud Nouiomagum in hiſt. Batauica.

¶ Cæcilio Maximo reſcripſit D. Pius Pand. 49. de iure fiſci.

¶ Q. Cæcilii Candidi ad Paceium rogationum epiſtola refertur à Scæuola Pandect. 16. tit. depoſiti vel contrà.

Cæcilio reſcribitur ab Alex. A. 6. Cod. titul 3.

¶ Cæcilius Maturus, refertur Inſcriptionum antiq. pag. 12.

¶ Cæcilius Agricola, ob amicitiã Plautiani cæſus à Seuero. Dion.

Cæcilia virgo & Martyr Punica ſub Marco & Commodo Impp.

CÆCILIANI.

Cæciliano reſcribitur ab Honorio & Theodoſio 3. Cod. titul. 20. & 9. Codicis titul. 43.

Cæcilianus, vnus ex 18. Martyribus Cæſarauguſt. Prudentio.

Cæcilianæ reſcribitur ab AA. & CC. 5. Cod. tit. 16.

Cæciliano, præſidi in Africa, ſcribit D. Auguſtinus.

Cæcilianus, à Conſtantino Auguſto contra Donatiſtas abſolutus. Auguſtinus.

CÆCINÆ.

Cæcinarum familiam à Cæcina, flumine Volaterrano, nomen habere, veriſimile eſſe ſcribit Volaterranus. Alii à cæcitate deriuant.

A. Cæcina Volaterranus, pro quo extat Ciceronis oratio, Cæſare rempublicam tenente exulare coactus, quòd in illum belli tempore amarius ſcripſiſſet. Extant ad hũc Ciceronis, & ipſius ad Ciceronem epiſtolæ lib. 6. item lib. 13. vbi commendatur Seruilio Iſaurico. Scripſit & librum de procurandis fulguribus, quem Seneca ſe fatetur imitari, de quo Naturalium quæſtionum libr. ſecundo. *Hoc apud Cæcinam*, inquit, *inuenio, facundum virum, ſi habuiſſet in eloquentia nomen; & niſi illum Ciceronis vmbra preſſiſſet.* De filio Plinius libro 10. cap. de hirundinibus.

Cæcina quidam Volaterranus, ab adoleſcente Cæſare ad Ciceronem miſſus. Cicero ad Attic. 16. epiſtola 5.

A. Cæcina, vir Conſularis ſub Auguſto, legatus Tiberii Cæſaris. Paterculus. Forſan idem eſt cum Cæcina F.

¶ A. Cæcina Seuerus ſub Tiberio, legatus credo Germanici. Tacitus 2. & 3. Idem ibidem 40. ſe ſtipẽdia per complures prouincias feciſſe dicit, ac ſex liberos ex vxore ſuſtuliſſe fatetur.

A. Cæcina, dux Vitellianus, vir Conſularis, interemptus poſteà à Tito Cæſare, vt putat Sabellicus, ſcribens in Tranquillum.

¶ Cæcina Largus, è proceribus crebro in iuuẽnta Plinii locos oſtẽtauit. Plinius 17. cap. 1. Hic eſt, puto, C. Largus Cæcina (ita enim appellatur à Dione) qui Conſul & collega Claudii in ſecundo eius Conſulatu fuit, quem & Pætum dictum volunt. Meminit Aſconius Pedian. in pro M. Scauro: *Scauri domum poßidet nunc Longus Cæcina, qui Cos. fuit cum Claudio.* Vbi pro Longus legendum, Largus.

P. Largus Cæcina, ſuperioris frater. De hoc Tacitus lib. 11.

Cæcina Thuſcus, memoratur Tacito lib. 13. Præfectus Ægypto, relegatur à Nerone. Suetonius & Dion.

¶ Cæcina Albinus, apud Macrobium cum cæteris conuiuis diſputans inducitur.

Cæcina L. F. Inſcriptionum antiq. pagina 172.

¶ Cæcina Pætus, ſecutus Scribonii Camilli partes, & à Claudio mori iuſſus, gladio incubuit, exemplo Arriæ coniugis inuitatus.

¶ CAECIVS Philariſtus & Cæcia Eulimene. Inſcript. antiq. pag. 262.

CÆDICII.

M. Cædicius, homo de plebe, noctu voce incerta admonitus, vt diceret magiſtratibus, aduentare Gallos, Liuius 5. Plutarchus in Camillo.

Cædi-

Cædicius, Centurio capta vrbe. Liuius quinto.

L. Cædicius, Trib. pl. ann. vrbis cond. CCLXXIX.

C. Cædicius, legatus L. Papyrii Curſoris Cos. contra Samnites ann. V.C. CCCCLX.

Q. Cædicius Noctua, Conſul an. vrbis conditæ CCCCLXIIII.

¶ Q. Cædicius Lõgus, Conſul an. V.C. CCCCLXXXXIIII. Fors hic eſt, qui Trib. militum bello Pun. I. exercitum P.R. in iniquum locum deductũ ſua fortitudine ſeruauit. Vide Gellium 3. cap. 7. citantem Catonem ex Originibus.

L. Cædicius, Præfectus caſtrorum, a Germanis obſeſſus, ferro ſibi reditum ad ſuos fecit. Paterculus.

Celebrat & Iuuenalis Cædicium quendam tanquam iudicem apud inferos, haud dubiè virum iuſtum ac ſanctum cùm viueret. Verſus Iuuenalis ſunt Satyra 13.

Pœna autem vehemens, & multo ſæuior illis,
Quas & Cædicius grauis inuenit, aut Rhadamantus.

Cædiciæ tabernæ in via Appia domini ſui nomine ſunt vocatæ. Sex. Pompeius.

Q. & C. Cædicii, fratres, P. filii, referuntur in memoriis Italicis pag. 341.

CÆLII.

Cælius Vibennus Thuſcus, nobilis dux, traditur Romulo veniſſe auxilio cum bona manu contra Tatium regem, vnde illis cõceſſus ad inhabitandum mons, Cælius dictus, & vicinus illi Cæliolus. Varro in de lingua Latina.

¶ Cælius Plotius, à Senatu in carcerem duci iuſſus eſt, quòd T. Veturium, eius Veturii filium, qui Samnitibus ob turpem pacem deditus eſt, ſtuprum pati recuſantem, ſeruilibus verberibus affeciſſet. Valerius 6. capite 1.

Cælius Plotius, miles manipularius, interfecit C. Luſium, natum ſorore C. Marii, à quo ad ſtuprum ſolicitatus fuerat. Ibidem.

M. Cælius, Trib. pl. tempore Catonis Cenſorii, contra quem eſt Catonis oratio: cui non loquendi tantùm, verùm etiam tacendi vilitatem opprobrans Cato; fruſto, inquit, panis conduci poteſt, vel vti taceat, vel vti loquatur. Gellius 1. capite decimoquinto. ¶ Habet tamen editio Colon. Gymnici M. Cæcilius.

L. Cælius, legatus Rom. præfectus Illyrici conatus Vſcaniam à Macedonibus recipere, cum multis vulneribus à præſidio regis Perſei repulſus eſt. Liuius 43.

¶ L. CAELIVS ANTIPATER, ſcriptor, vt illis temporibus, luculentus, iuris valde peritus, multorum etiam, vt L. Craſſi, magiſter, ſcripſit bellum Punicum ad L. Ælium. Cicero in de Oratore. Eius eſt hic verſus:

Has res ad te ſcriptas Luci, miſimus, Æli. Ad Herennium 4.

C. Cælius, Trib. pl. ann. V.C. DCXLVII. L. Caſſio & C. Mario Coſs. C. Popilium, alterũ legatum L. Caſſii, quòd obſides turpiſſimo fœdere Tigurinis dediſſet, accuſauit, atque in exilium ire compulit. Oroſius 5. capite 15. Idem, opinor, in eodem magiſtratu perduellionis tabellam dedit, doluitque eo nomine, quoad vixit. Cicero de legibus 3.

P. Cælius, Placentiæ præpoſitus ab Octauio Conſule, ne in poteſtatem Cinnæ viuus perueniret, occidi ſe à L. Petronio amico impetrauit. Valerius quarti capite ſeptimo.

Cælius, dux Marianarum partium. Plutarchus in Pompeio.

¶ C. Cælius Caldus, Conſul ann. V.C. DCLX. Meminit eius Cicero in de claris oratoribus pag. 221. & Dialogo 1. de Oratore pag. 21. Eſtq; idem, ad quem extat epiſtola Ciceronis in fine lib. 2.

C. Cælius Caldus, captiuus apud Germanos ex clade Variana, illiſis capiti catenis, quibus vinctus erat, protinus expirauit. Vide Paterculum.

P. Cælius, Prætor, collega Verris. Cicero in Verrinis.

¶ M. CAELIVS RVFVS, diſcipulus Ciceronis, natus eodem die, quo C. Licinius Caluus, itidem Orator, ſed diſpari euentu, C. Mario Cn. Carbone III. Coſs. Plinius 7. cap. 49. Patrem habuit equeſtris ordinis, M. Cælium, fuitque ex municipio Puteolano. Cicero pro Cælio. Geſſit Tribunatum plebis, Ædilitatem curulem & Præturam. Periit in bello ciuili. Vide Cæſarem Comment. 3. Cicero melius illum obiicientem crimina, quàm defendẽtem, bonam dextram, malam ſiniſtrã habere dixit, quomodo eſt auctor Fabius 6. cap. 4. qui & mentem illi meliorem, vitam longiorem optauit. Reum veneficii Cicero defendit oratione, quæ etiamnum extat. Idem de vitæ & orationis eius genere in

Bruto. Similiter & Tacitus in Dialogo de oratoribus. Eius ſunt epiſtolæ familiarium 8. Citatur & eius oratio de veſtitu & vehiculis à Priſciano libro 13. Macrobius 3. capite 7. optimum ſaltatorem fuiſſe ſcribit. Meminit eiuſdem Cælii Valerius 4. cap. 2. Accuſauit Atratini patrem, ſed ipſe viciſſim ab Atratino de vi reus factus, prior cauſam dicere coactus eſt. Ab eodem pulchellus Iaſon dictus eſt, teſte Fabio.

¶ M. Cælius Vicinianus, in petitione Ædilitatis repulſam paſſus. Cęlius famil. 8. epiſtol. 4. Cæſaris partes ſecutus, victo Pharnace, cum duabus legionibus in Ponto relictus eſt. Cæſar commentario 4. quanquã ibi Vincianus vocatur. Opinor Vinicianũ dictum, atque ita vtrobique legendum.

C. Cælius L. F. Ciceronis Quæſtor in Cilicia, quem ille decedẽs prouinciæ præfecit, vt teſtatur ad Att. epiſtolatum 6.

L. Cælius, memoratur Ciceroni pro A. Cæcina.

Sex. Cælius, eidem ad Att. & ad Q. fratrem 2. epiſt.

¶ Cælius Aruntius citatur C. Plinio.

¶ Q. Cælius Latiuienſis, Tribunitius, pro lege Manilia.

¶ Cælius Curſor, Eques Rom. Tacito libro 3.

¶ Cælius Sabinus I.C. auditor Caſſii, teſte Pomponio, multum potuit temporibus Veſpaſiani. Vide Tacitum 17. Gellium 7. capite 4. Citatur in de edicto Ædilium curulium Macrobio 4. cap. 2. Vide item Rutilium.

¶ C. Cælius Piſo (in quibuſdã libris eſt Hiſpo) & Rubrius Gallus Coſs. ſub Traiano, tradente Iuriſcõſulto Pand. 40. C. Cęlii Conſulis meminit Plinius Epiſt. 4. Fors hic eſt C. Cælius, qui diſcipulus Fabii Quintiliani omnes ſui temporis Oratores ſupergreſſus eſt.

¶ P. Cælius Balbinus, Conſul cum L. Ælio Cæſ. ſub Hadriano.

D. Caelius Balbinus, Imperator cũ Pupieno Maximo, antea bis Conſul. Vide ſuprà in voce Balbinus.

¶ Cælius Felix, occiſus à Commodo. Spartianus.

Cælia Claudia, virgo Veſtalis Maxima, de qua extat inſcript. apud Volaterr. pagin. 35c. Deceſſit, opinor, ſub Imper. Diocletiano.

¶ Cælius Tatianus, Eques Rom. tutor Hadriani, & ad imperium adiutor, Præfectus prætorio ab ipſo factus eſt. Deinde ob immodicam potentiam amotus, ornamẽtis Conſularibus & Senatoria dignitate cohoneſtatus eſt, ad extremum tamen grauiter ab eodem afflictus. Spartianus. Cataneus inſcitè hunc Tatianum & Attiliũ Titianum commiſcet, vni tribuens, quæ ſunt duorum, in 1. epiſtolar. Plinii ſcribens.

¶ Cælius Aurelianus, profeſſione Medicus, reliquit libros quinque de tardarum paſſionum curationibus. Citat & alios medicaminum & celerium paſſionum lib. 2. cap. quarto, & ſeq. Creditur Plinio & Galeno maior fuiſſe. Patria ei Africa tribuitur. Quàm id egerit, vt Græcæ litteraturæ cognitionem ſuis commendaret, vel inde patet, quòd omnia Græcis accepta refert.

Cælius Primitiuus, refertur in monumentis Rom. pag. 220.

¶ C. Cælius Anicetus, miles coh. 11. pr. & cum matre Cælia Prima, refertur ibidem pag. 174.

¶ L. Caelius Lactantius Firmianus, ſcriptor Eccleſiaſticus ſub Conſtãtino Magno, Criſpi, filii eius, præceptor. Vide Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

¶ Cælius Symmachus, Papa.

¶ Cælius Probatus, præf. vrb. ſub Conſtantino ann. V.C. MCIIII.

¶ Cælius Clemens, in Proconſulatu ſucceſſor dicitur à Plinio.

C. Cælius, inquit Cicero pro L. Flacco, *deciſionis arbiter, quo ſplendore vir? qua fide? qua religione?*

¶ Cælio Probino reſcribitur à Conſtantino & Conſtante AA. 5. C. tit. 1.

¶ M. Cælius Cæleſtinus. Inſcript. antiq. pag. 112.

¶ *M. Cælio Dionyſio lectori patri optimo C. Cælius Secundus*. Manutius in Orthographia.

T. Cælius, Terracinæ ſplendido loco natus, cùm in cubiculo quieſceret, peremptus eſt. Eius cædis, quoniam nulli eſſent alii, ad quos ſuſpicio tanti facinoris transferri poſſet, Cælii duo filii cauſam dixere, vno hoc nomine abſoluti, quòd aperto oſtio in altero lectulo inuenti eſſent dormientes, ſomno illis innocentiæ certiſſimũ indicium præbente. Valerius 8. cap. 1. Cicero pro Sex. Roſcio.

Cælius & Birrhus, latrones. Horatius libro 1. Serm. Satyra 4.

Cælius, primipilaris in Germania, poſt

Varianam

Varianam cladẽ obſeſſis Romanis pro duce fuit. Refertur eius ſtratagema apud Frõtinum cap.4.

¶ CAELIANVS, Rhetor, Afer ſub Macrino. Lampridius.

¶ CAESARIO PP. reſcribunt Arcadius, Honor. & Theodoſ. AAA. Cod. libro 7. titul. 41.

CÆSENNII.

P. Cæſennius nominatur Ciceroni in oratione pro Cæcina, vt vir corpore magis quàm autoritate grauis, & M. Fulcinii iunioris hæres.

Cæſennia, è municipio Tarquinienſi, ſummo loco nata, probatiſſima fœmina, primùm M. Fulcinio, qui ex eodem municipio fuit, & Romæ argentariam non ignobilem fecit, nupſit, deinde mortuo illo, atque item filio, A. Cæcinam, pro quo extat Ciceronis oratio, maritum cepit. Cicero ibidem.

¶ Cæſennius Lento, Cæſaris partium in Hiſpania, Cn. Pompeium iuniorem in fuga deprehenſum, ac victum ſuſtulit. Poſt cædem Cæſaris adhæſit Antonio. Meminit eius aliquoties Cicero in Philippicis 12. & 13. vbi & ſeptemuiralem fuiſſe indicat.

Cæſennius, qui Cepurica ſcripſit, citatur ſubinde à Plinio in naturali Hiſtor. lib. decimonono.

¶ CAESENNIVS PAETVS. Conſul ordinarius ſub Nerone, deinde tuendæ contra Parthos Armeniæ præfectus, dum inconſultè rem gerit, ac omina contemnit (Nam Euphratem ponte tranſmittenti & equus, Conſularia inſignia geſtans, retrò per ſubitam conſternationem euaſit, & hoſtia, dũ muniuntur hybernacula, diffugit, & pila militum arſere) victus eſt à Vologeſe, Parthorum rege: à quo mox etiam obſeſſus, per interpoſitam pactionem Armenia turpiſſimè exceſſit, cùm ſuppeteret res frumẽtaria, & Corbulo, laturus ſuppetias, nõ plus tridui itinere abeſſet. Regreſſum in vrbem, cùm grauiora metueret, Nero ſatis habuit facetiis inſectari, ignoſcere ſe dicẽs ſtatim, ne tam promptus in pauorem longiori ſolicitudine ægreſceret. Tacitus 14. & 15. Ioſephus ſub Veſpaſiano Syriæ præpoſitum tradit.

¶ Cæſennius Syluanus, propinquus Suetonii Tranquilli. Plinius epiſtolarum 3.

¶ Cæſennius Apollinaris, Iuriſconſultus, memoratur Paulo.

CÆSETII.

L. Cæſetius, pro quo dixit Cato. Meminit eius orationis Sex. Pompeius libro decimoſeptimo.

Cæſetius, Eques Rom. cùm iuberetur à Cæſare, iam rerum potiente, abdicare filiũ, quòd is Trib. pl. cum Marullo collega inuidiam ei, tanquam regnum affectanti, feciſſet: Celerius, inquit, tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies (tres autem habebat) quã ex his ego vnum nota pellam mea. Suetonius & Plutarchus in Cæſare, Appianus libro ſecundo, bell. ciuil. Dion lib. 44. Valerius lib. 5. cap. 7.

¶ Cæſetius Flauus F. Trib. pl. vt diximus, cum Marullo, impoſitam Cæſaris ſtatuæ coronam deiecit: quamobrem vterque poteſtate priuatus eſt. Suetonius in Cæſare.

C. Cæſetii, vt Equitis Romani, & Cæſariani, meminit Cicero pro Q. Ligario.

¶ Cæſetius Rufus, à M. Antonio proſcriptus ac cæſus eſt, cuius caput cùm ad illum conuiuantem allatum eſſet, ille, cùm diu diligenterque id conſideraſſet: *Hunc ego*, inquit, *notum non habui.* Valerius 9. capite quinto.

¶ CÆSIDENVS, memoratur Ciceroni in Bruto.

CÆSII.

M. Cæſius, ſcriba Iubellij, & à morte eius exercitus imperator delectus. De hoc Valerius lib. 2. cap. 2.

M. Cæſius, Prætor cum C. Sacerdote, ann. V. C. DCLXXVIII. memoratur Ciceroni in Verrem lib. 3. & lib. 13. epiſtol. ad Memmium.

M. Cæſius, neceſſarius Ciceronis, quem futurum Ædilem cum Cicerone filio & Q. fratris filio apud Arpinates, commendat Bruto epiſtolarum 13.

P. Cæſius, ſua & paterna Ciceroni amicitia coniunctus, cui, tenente rempublicã Cæſare, Meſſinium, Equitem Romanum, commendat epiſtolarum 13. epiſtola 52.

L. Cæſius, commendatur à Q. Cicerone M. fratri, vt liquet ex epiſtola 2. libri 1.

¶ Cæſius Cordus, Proconſul Cretæ, poſtulatus repetundis ab Anchario Priſco ſub Tiberio, damnatur. Tacitus 3.

¶ Cæſius Baſſus, inter Lyricos ponitur à Fabio Quintiliano, qui ſe eum vidiſſe ſcribit. Cõflagrauit cum villa ſua ardente Veſeuo. Ad hunc traditur Satyram ſcripſiſſe Perſius hoc initio:

Admonit iam bruma foco te, Baſſe, Sabino, &c.

C. Cæſius C. F. Ingenuus, cum Vlpia Adiuta coniuge, & Cæſia Ingenua filia, refertur in memor. Germanicis, Inſcript. antiq pag. 383.

T. Cæſius Primus, cum Taurino F. qui Patri Præneſte in templo Fortunæ, oblato dono, effigiem & inſcriptionem poſuit. Ibidem pag. 192. & apud Manutium in Orthographia in voce littera.

L. Cæſius Lucifer, cum L. Cæſio Priſco, patre ſuo, pag. 295.

. L. Cæſius Ampliatus, pag. 113.

Cæſia Victrix, L. Betucii Proculi coniunx, pag. 138.

Cæſia Gemella, cum Succeſſo F. pagina 304.

Cæſio reſcribitur ab AA. & CC. 9. Cod. titul. 46.

¶ L. Caesianvs Largus. Inſcript. antiq. pag. 77.

¶ L. Caesidenvs, accuſator de plebe, quem Cicero in Bruto ſe audiſſe, ſcribit, iā ſenem, cùm ab L. Sabellio mulctam lege Aquilia de iuſtitia petiuiſſet, ſed quo neminem ſuſpicioſius aut criminoſius dicere ſolitum, iudicaret.

¶ C. Caesidivs Euzelus, Inſcript. ant. pag. 73. & ſeq.

CÆSONII.

M. Cæſonius, Prætor, feliciter pugnauit cum Scordiſcis in Thracia. Florus ex Liuio lib. 56. Vetus tamen liber habet M. Coſconius.

M. Cæſonius, Ciceronis, vt opinor, collega in Ædilitate. Huius puto eum meminiſſe, vt ſecum petituri Conſulatum libro 1. epiſtol. 1. ad Att. & rurſus lib. duodecimo, epiſtola 14. his verbis: Cæſonius ad me litteras miſit, &c.

¶ T. Cæſonius Priſcus, Eques Rom. à Tiberio nouo officio præpoſitus eſt, vt eſſet a voluptatibus. Suetonius in vita Tiberii.

Caesonia, Caii Principis vxor, nata patre Orphito, matre Veſtilia, quam ille neq; facie inſigni, neque ætate integra, matremque iam ex alio viro trium filiorum, ſed luxuriæ ac laſciuiæ perditæ, & ardentius, & conſtantius amauit, vt ſæpe chlamyde peltaque & galea ornatam, & iuxtà adequitātem, militibus oſtenderet, amicis verò etiam nudam. Creditur potionatus quidem ab ea medicamento amatorio, ſed quod in furorem verterit, idque etiam ipſe ſuſpicatus, ſubinde iactabat, ſe vel fidiculis exquiſiturum de Cæſonia ſua, cur eam tantopere diligeret. Periit Cæſonia mox à cæde Caii, gladio per Centurionem confoſſa, filiaq; quam Caio pepererat, parieti illiſa, Suetonio teſte. Plinius eam libro 7. cap. quinto, inter octimeſtris partus exempla recitat.

¶ Cæſonius Maximus, amicus Senecę, pulſus in exilium à Nerone, non deſertus eſt ab amico ſuo Ouidio. Tacitus libro decimoquinto. Vtrunque Cæſonium videlicet, & Ouidium, celebrat Martialis libro ſeptimo.

¶ Cæſonius Vectilianus, Syriacis legionibus ſub Marco præfuit. Succeſſit illi Auidius Caſſius. Gallicanus in Auidio.

Cæſoniæ Rufi natalis celebratur Martiali lib. 9.

CAII.

Caius quidam, P. Clodii canis, multa dixit & fecit cum quadam Ciceronis contumelia. Vide libri ſexti ad Attic. epiſtol. tertiam.

T. Caius, Iuriſconſultus, ſub Alexandro floruit, teſte Volaterrano. Eius memorantur inſtitutiones tribus libris abſolutæ, ad edictum prouinciale libri 32. ad leges libri 15. ad edictum vrbicum libri 12. aureorum ſiue rerum quotidianarum lib. 7. δωδεκαδέλτου lib. 6. de manumiſſionibus lib. 3. ad edictū Ædilium curulium libri 2. de verbotū obligationibus lib. 3. fideicommiſſorum 2. de caſibus 1. Regularum 1. Dotalium 1. ad hypothecariam formulam 1. Rutilius Caii vocem prænomen eſſe vult, ac miratur, huius Iuriſconſulti nomē intercidiſſe, prænomine ſaluo. ¶ Epitome inſtitutionum Caii, ab Aniano, Alarici regis Conſiliario, confecta, legitur hodie inter veterum Iureconſultorum monumenta, euulgata à Cuiacio.

¶ Caius Antipater, Marianus, cæſus in conuiuio, fraude P. Albinouani, Appianus primo. Mendoſè tamen apud illum legitur Antipeſter.

Caius quidam interemptus à Cæſare Octauiano, capta Peruſia. Appianus 5.

Caio cuidam reſcribitur à Diocletiano 1. Cod. de iuris & facti ignorantia & 4. Codic. titul. 25.

Caius diſcipulus, cuius meminit Paulus Rom. 14. & ad quem Ioannes tertiam epiſtolam

piſtolam ſcripſit. Epiſcopus factus eſt Epheſiorum.

Caius, Hieroſolymorum Epiſcopus, memoratur Euſebio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro 5. cap. 11.

Caius quidam, ſcriptor Eccleſiaſticus antiquus, citatur pluribus in locis hiſt. eccleſ. Euſebii. Diſputauit cum Zepherino, Epiſcopo Rom. aduerſus quendam Proculum Cataphrygem. Euſeb. 2. cap. 25. De eodem Hieronymus de vita ſcriptorum Eccleſiaſtic.

Caius, Arrianus, citatur Tripart. 5. capite vigeſimo.

Caius, Confeſſor, celebratur Prudentio.

Caius & Alexander, Martyres, coluntur 10. Martii, teſte Beda.

¶ Zoſimo eſt Gaines, Nicephoro Gainas, in principio per G.

¶ CAIANVS, Gotthus, popularium ſuorum fretus auxilio, bellum ciuile mouit ſub Arcadio, in quo victo & capto reſectum caput, piloque ſuffixum Conſtantinopolim deportatum eſt.

Caiano reſcribitur ab AA. & CC. 8. C. titulo 28.

Caiano ſcribit in epiſtolis ſuis Libanius Sophiſta.

CALAVII.

Offilius Calauius, Ouii F. vir genere & factis clarus, quid ſenſerit de ſilentio Rom. poſteaquam à Samnitibus ſub iugum miſſi ſunt, Liuius 9.

Calauii, Ouius & Nonius, Campani, rei coniurationis in P. R. pœnam voluntaria morte præuenerunt. Liuius ibidem.

Calauii Campani, quorum parentes à Q. Fuluio ſecuri percuſſi, proditi per ſeruũ, quòd incendium Romæ excitaſſent, capite puniti ſunt. Liuius 26.

¶ CALESTRIVS Tiro, Proconſul Beticę præfuit. Laudatur Plinio epiſtolarum 7.

CALIDII.

Q. Calidius, Trib. pl. legem tulit, quâ reſtitutus eſt Q. Metellus Numidicus, cuius F. Q. Metellus Pius, Conſul, prætoriis comitiis petenti Q. Calidio eam gratiam retulit, vt pro ipſo P. R. ſupplicarit, illumque & ſuum & totius familiæ patronum eſſe dixerit. Cicero pro Plancio, Valerius libri 5. capite ſecundo. Ex prætura ſortitus Hiſpaniam, ſimulatque tempore imperii abſoluto domum ex prouincia rediit, accuſante illum Q. Gallio, damnatus eſt. Dictum illius in corruptos iudices, minoris videlicet H.S. xxx. Prætorium hominem honeſtè damnari non poſſe, refertur à M. Cicerone in Verrem, & ab Aſconio Pediano.

M. CALIDIVS Q. F. Orator, Prætor deſignatus Cicerone ab exilio redeunte, quẽadmodum indicat Cicero in oratione ad Quirites. Dixit pro domo Ciceronis, teſte Fabio libro decimo, capite primo. Accuſauit & Q. patris accuſatorem, Q. Gallium, veneficii crimine obiecto, quem Cicero contra illum defendit. Eloquentiam eius valde commendat Cicero in Bruto, oratorem non vnum è multis, ſed potius inter multos propè ſingularem fuiſſe prædicans. Tribuit ei reconditas exquiſitaſque ſententias, mollem & pellucentem orationem, & quæ ſemper in ipſius poteſtate fuerit. Verba ſuis locis poſita tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, verborum item & ſententiarum illa lumina, quæ Græci ſchemata vocant. Adhæc ordinem rerũ plenum artis, actionem liberalem, totumq́; dicendi placidum & ſanum genus. Cumq́; tria ſint, quæ orator efficere debet, vt doceat, vt delectet, vt moueat, duo priora ſummè illum tenuiſſe, tertia laude caruiſſe ſcribit, eoque etiam in accuſatione Q. Gallii ſuccubuiſſe docet, quòd tanto crimine intentato nimis ſolutè & oſcitanter egiſſet, cũ Cicero contrà: *Tu iſtud*, inquit, *M. Calidi, niſi fingeres, ſic ageres? Tu iſta eloquentia aliorũ hominum pericula defendere acerrimè ſolitus, tuum negligeres? vbi dolor? vbi ardor animi? nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percuſſa, nõ femur, pedis, quod minimũ eſt, nulla ſupploſio. Itaque tantum abſuit, vt inflammares noſtros animos. Somnum iſto loco vix tenebamus.* Hac ſummi Oratoris vel ſanctitate vel vitio pro argumento diluendi criminis vſus Cicero, cauſam obtinuit. Obiit Calidius Placentiæ, quomodo refert Euſebius, cùm Cæſarianas partes ſecutus, Togatam Galliam regeret. Meminit huius Calidii Cæſar belli ciuilis commentario 1. non procul ab initio.

¶ Vide Valerium lib. 8 c. 10. Aſcon. Ped. pro Cornel. Quintilianum lib. 11. cap. 3.

Cn. Calidius, Eques Rom. memoratur Ciceroni in Verrinis 6.

¶ CALLIDIVS Bononiẽſis, adulterii reus, profeſſus amorem pueri, eumque ſe conſectatum, abſolutus eſt. Valerius 8. capite primo.

¶ De nomine ita Cicero libro 2. de Inuentione: De hominis enim certo & proprio vocabulo agitur, vt ſi dica

Q. & Sex. Callidii, fratres.

CALLIMORPHO reſcribitur ab AA. & CC. 7. tit. 14.

mus, icciroo aliquem Calidiū vocari, quòd temerario & repẽtino conſilio fit, aut fiea de re hominibus Græcos imperitis verba dediſſe, quòd Clodius aut Cæcilius aut Mutius vocarentur, &c.

¶ Callimorphoniæ ab Antonino A. 4. Cod. tit. 65.

¶ Callistratvs IC. aduocatur ſubinde in Pand. iuris ciuilis. Scripſit de cognitionibus libros ſex, edicti monitorii totidem, de iure fiſci libros 4. Inſtitutionum 3. Quæſtionum 3.

¶ Callistvs, libertus Caligulæ, teſte Ioſepho libro 19. capite 1. euaſit poſtea ſub Claudio potent.ſſimus. Meminit eius Tacitus libro 11. An autem hic ſit Calliſtus Hyginianus, de quô extat inſcriptio apud P. Apianum pag. 206. ignoro.

¶ A. Calpenvs, Senator quondam & Cauſidicus, depugnauit in ludis Cæſaris Dictatoris. Suetonius.

¶ Callvtico reſcribitur ab AA. & CC. 9. Cod. tit. 1.

CALPHVRNII.

¶ καλπώνιον. Vide Manutium.

Calphurnii à Numa ſunt; ſiquidem Calphurnius, auctore Feſto, Numæ F. fuit. Sed & Horatius in arte ſcribens ad Piſones;

Vos ô Pompilius ſanguis,

inquit. Et quidem in elegia ad Piſonem, nuper reperta (nam Ouidium authorem eſſe, non credo)

----- quid memorare neceſſe eſt?
Vt domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraq́ Piſonis tulerit cognomina prima.
Humida calloſa cū pinſeret hordea dextra.

De eadem re Plutarchus in Numa.

¶ M. Calphurnius Flamma, Trib. mil. bello Pun. 1. in Sicilia A. Attilium Conſulem, cum exercitu in locum iniquum progreſſum, & à Pœnis circumſeſſum, cū 300. militibus facta in hoſtes eruptione, eoſque in ſe conuertens, liberauit. Liuius 11. Plinius 22. capite 6. Auctor de viris illuſtr.

¶ C. Calphurnius Piſo, Prætor belli Pun. ſecund. ann. octauo V. C. DXLIII.

¶ Quæri poſſit, an hic ſit Piſo, de quo Fragment. Sex. Pompeii pag. 136. & Pauli epitome lib. decimoſeptimo. Niſi quod prænomen variat, vt & de Coſs. expoſitio nōnihil hallucinatur.

C. Calphurnius Piſo, Conſul ann. vrbis conditæ DLXXIIII. moritur in magiſtratu, fraude, vt creditum eſt, cōiugis. Triumphauit biennio poſt Præturam, quadriennio ante Conſulatum. Suffectus eſt illi in Conſulatu priuignus Fuluius.

L. Piſo Cæſonianus Conſul ann. V. C. DCVI.

L. Calphurnius Piſo Cæſonianus, ſuperioris F. Conſul ann. vrbis conditæ DCXLII. cæſus à Tigurinis cùm L. Caſſio, cuius legatus erat. Cæſar belli Gallici comment. 1. Oroſius 5. capite 15. Auus hic fuit eius L. Piſonis, qui Cæſaris ſocer extitit.

L. Piso L. F. vt colligo ex Dione, Cæſonianus, ſocer C. Iulii Cæſaris, data illi F. Calphurnia, Conſul fuit ann. vrbis conditæ DCLXXXXVI. In hunc eſt oratio Ciceronis. Fuit ex ea familia, quæ appellata eſt Frugi, teſte Aſconio Pediano. Geſſit & Cenſuram cum App. Claudio ſub bellum ciuile Cæſaris & Pompeii.

L. Calphurnius Piſo, huius filius, Conſul ann. vrbis conditæ DCCXXXIX. ſub Auguſto. Dein legatus illius triennio Thraces domuit. Fuit & Pontifex, & per 20. annos præfectus vrbis. Obiit ſub Tiberio, principatus eius anno 18. Plura de hoc Dion, Paterculus & Cornel. Tacitus. Meminit eius & Valer. Maximus lib. 7. cap. 7. Ad hunc & filios Artem ſuam ſcripſit Horatius. De hoc Piſone Seneca plura in epiſtolis, vt epiſtola 84.

L. Calphurnius Piſo, ſuperioris, puto, F. Conſul fuit ſub Tiberio, ann. vrbis conditę DCCLXXIX.

L. Calphurnius Piſo, Conſul ſub Nerone ann. vrbis conditæ DCCCIX. ipſius Neronis collega in ſecundo Conſulatu. Hic dicere ſolebat, neminem ſe videre in Senatu, quem Conſul ipſe ſententiam rogauiſſet. Huius filius fuit L. Piſo, quem Africæ Procōſulem Val. Feſtus legatus occidit. Tacitus 20. Plinius Epiſtolarum tertio ad Caninium.

Cn. Calphurnius Cn. F. Piſo, deditus fuit Catilinæ, cæſus in Hiſpaniis, quem Cicero pugiunculum Hiſpanienſem vocat. Vide Aſcon. Pedianum & Salluſtium de coniurat. Catilinæ, item Dionem lib. trigeſimoſexto.

Cn. Piſo, alius à ſuperiore, legatus Pompeii in bello piratico fuit. Meminit Appianus in Mithradatic.

Calphurnius Galerianus, C. Piſonis F. conſobrinus generque L. Piſonis, qui Proconſul in Africa interemptus eſt, quòd rumore vulgi celebraretur, multis inanem illi principatus famam circumdantibus, iuſſu Mutiani, fuſo per venas ſanguine, extinctus eſt. Tacitus 20.

Q. Calphurnius Piſo, Coſ. an. vrb. conditæ DCXIX.

L. Calphurnius Piſo, primus ob frugalitatem

litatem cognomentum Frvgi adeptus, vt Cicero pro Fonteio, Trib. pl. legem tulit de pecuniis repetundis, Manlio & Cenſorino Coſſ. Conſul fuit an. vrbis cond. dcxxi. De hoc memorabilia extant exempla apud Valerium Maximum 2. cap. 2. & libro quarto, capite 3. Plinium 33. cap. 2. Frontinum lib. 4. cap. 1. Plura Cicero in Bruto. Siſenna apud Noniū ex s.c. duas nouas tribus ſcripſiſſe tradit. 1298.

L. Calphurnius Piſo F. Prætor cæſus eſt in Hiſpaniis, frugalitatis paternæ mirificus imitator. Huius eſt illud de anulo exemplū. Vide Ciceronem in Verrem actione 6.

L. Calphurnius Piſo Frugi N. Prætor. Cicero ibidem.

C. Piso L. F. Frvgi, gener Ciceronis. Cicero ad Attic. libro primo. Quæſtor Bithyniæ, cùm Cicero in exilium pelleretur. Idem in oratione ad Senatū de reditu ſuo: *Alter, inquit, fuit propugnator mearum fortunarum, & defenſor aſsiduus, ſumma virtute & pietate C. Piſo, gener. Qui minas inimicorū meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui Conſulis, qui Pontum & Bithyniam Quæſtor pro mea ſalute neglexit*, &c. Adde his, quæ habet in Vatinium, vbi impensè laudatur. Illo mortuo, Cicero filiā collocauit Furio Craſſipedi, vt eſt in epiſtolis ad Lentulum & 2. ad Q. fratrem.

¶ L. Calphurnius Piſo Beſtia, Conſul ann. vrbis conditæ dcxliii. corruptus pecunia, turpem cum Iugurtha pacem fecit. Plura Cicero in Bruto. Huius filia, iugulato marito Antiſtio, à Damaſippo Pr. ſeipſam transfixit. Paterculus. Pro hoc opinor dixiſſe Scaurum, vt eſt apud Ciceronem de Oratore 2.

L. Calphurnius L. F. Beſtia, ſocius & coniuratus Catilinæ. Saluſtius.

Pro Beſtia dixit Cicero de ambitu apud Cn. Domitium Prætorem. Ad Q. fratrem libro ſecundo. De hoc puto Ciceronem loqui Philippica 11. Beſtia, qui Prætor fieri non potuit, Conſulatum in Bruti locum ſe petere profitetur.

Calphurnio Beſtiæ, quòd aconito dormientes vxores necaſſet, obiecit accuſator M. Cæcilius: Vnde illa atrox peroratio, in digito eas mortuas. Plinius 27. capite ſecundo.

C. Calphurnius Piſo, Conſul ann. vrbis conditæ dclxxxvii. Hic puto eſt, quē Cicero in Bruto ſtatarium & ſermonis plenū oratorem vocat. Legem tulit de ambitu, in qua præter alias pecuniaria quoque pœna adiecta erat. Aſconius Ped. De huius conſtantia vide Valer. Max. 3. cap. 8. Prætura lib. 7. cap. 7.

Cn. Calphurnius Piſo, Cos. ann. V. C. dcxv. quo tempore pulſi ſunt vrbe Chaldæi & Mathematici. In Valerio lib. primi cap. 4. prænomen eſt L.

M. Pupius Calphurnius Piſo (Dion malè [illegible] vocat) fortè Cn. N. Conſul ann. V. C. dclxxxiii. Orator fuit. De hoc Cicero in Bruto & Aſconius Ped. in orationem aduerſus Piſonem, Valerius libro octauo, capite primo. Adoptatus eſt à M. Pupio. Cicero pro domo ſua. Glareanus appellat hūc M. Pupium Piſonem Calphurnianum, vt intelligas ex gente Calphurnia natū, & per adoptionem Pupiis inſertum eſſe.

Cn. Calphurnius Piſo Pompeianas reſurgentes in Africa partes aduerſus Cæſarē acerrimè iuuit. Mox Brutum & Caſſium ſecutus, reditu conceſſo, honorum petitione abſtinuit, donec vltrò ambiretur delatū ab Auguſto Conſulatum accipere. Tacitus libro 2. Meminit huius Piſonis & commētarius de bello ciuil. 5. Vide an idem ſit, de quo Valerius lib. 6. cap. 2.

Cn. Calphurnius Piſo, huius F. ingenio violento, & paternæ ferocitatis hæres, à Tiberio Syriæ præfectus, Germanicum Cæſarē creditus eſt veneno ſuſtuliſſe. Damnationem ſpontanea morte præuenit. Huius ex Plancina FF. fuere Cn. & M. Piſones. Vide Corn. Tacitum lib. 2. & 3. Dion tertium addidit L. Piſonem. de quo paulò pòſt.

L. Calphurnius Piſo, vir nobilis & ferox, qui ceſſurū ſe vrbe ob factiones accuſatorum in Senatu clamitauerat, & ſpreta potētia Auguſtæ, trahere in ius Virgulaniā, domoque principis excire auſus erat, accuſatus à Tiberio maieſtatis, opportuna morte, ne perageretur, euaſit. Vide Tacitum 2. & 4.

L. Calphurnius Piſo, alius, Prætor Hiſpaniæ, dolo cuiuſdam agreſtis, nationis Thermeſtinæ, cæſus. Tacitus lib. 4.

L. Piſo, Cn. Piſonis & Plancinæ F. cùm præfectus eſſet Africæ, metuens Caius, ne quid nouaret, totam gentem bifariam diuiſit, alteri rem militarem & Numidas attribuens. Dion. 59.

C. Calphurnius Piſo, multas inſignes familias paterna nobilitate complexus, coniurat in Neronem, ſed detecta coniuratio-

ne mortem ſibi cõſciuit, abruptis brachiorum venis. Tacitus lib. 15. Vxor illi fuit Arria Galla, & ex ea priuignus, Domitius. Ibidem.

C. Calphvrnivs Piso Frugi Licinianus, M. Craſſi & Scriboniæ F. adoptatur à C. Calphurnio Piſone. Nam id è Plutarchi Galba colligimus, patrē eius à Nerone cæſum affirmantis. Vir fuit habitu vultuque moris antiqui, & iteratò à Galba adoptatus, ſexto pôſt die, fraude Othonis interficitur, ætatis anno 31.

Piſo Frugi Theſſalicus, vnus ex 30. Tyrannis ſub Gallieno, cæſus à Valente, cui à Senatu magni honores decreti ſunt. Vide Pollionem.

Piſoni reſcripſerunt D. Marcus & Commodus Pand. de s. c. Syllaniano L. 2. item AA. & CC. 4. Cod. tit. 28. & 5. Cod. tit. 17. de repudiis.

¶ M. Calphvrnivs Bibvlvs, (Dioni L. F.) collega C. Iulii Cæſaris in Ædilitate, & in primo Conſulatu, ann. vrbis conditæ DCLXXXXV. In bello ciuili rem maritimam curauit tanta diligētia & pertinacia, vt morbo inde contracto deceſſerit. Cæſar Commentariô. 3. Cùm moraretur in Syria, duos filios amiſit, à Gabinianis militibus cæſos, quos tamen in ſuam poteſtatem redactos punire non ſuſtinuit. Valerius 4. capite primo. Seneca de conſolatione ad Martiam. Plura de illo Cicero in epiſtolis, Suetonius in Cæſare. Reliquit & ex Portia, Catonis filia, filium Bibulum, qui de M. Bruto vitrico, eiuſq; rebus geſtis, librum ſcripſit. Plutarchus in Bruto.

L. Calphurnius Bibulus, huius puto F. partium Bruti & Caſſii, impetrata venia, adhæſit Antonio, à quo Syriæ præfectus, in ea deceſſit. Appianus in fine 1. 4. & 5.

C. Bibulus, vir improbus, cuius meminit Gellius 2. cap. 7.

C. Bibulus, Ædilis, imperante Tiberio. Tacitus lib. 3.

Bibulo reſcribitur ab A A. & CC. 4. Cod. titul. 6.

¶ Calphurnius Craſſus, Craſſorum nepos, coniurauerat in Neruam, quem ille, vt erat manſuetiſſimus, in ludis ſibi adſidere voluit, delato etiam gladio, quem num ſatis acutus foret, pertentaret, ſignificans, illius conſilium ſe non fallere. Dion in Nerua. Eutropius tradit, illum cum vxore Tarentum remotum eſſe, partibus Principis lenitatem increpantibus.

Sex. Calphurnius Sex. F. Veturia Quinctianus, &c. Sigonius emendat. 1. pagina 74.

¶ L. Calphurnius (opinor eſſe ex Fabatis) cecidit in prælio apud Mutinam, contra Antonium pugnans. Cicero lib. 10. epiſtola 33.

L. Calphurnius Fabatus, Eques Rom. ſub Nerone. Vide Tacitum. Accuſatus tā quam Lepidæ inceſti conſcius, appellato Principe, inſtantem damnationem fruſtratus eſt. Mox circa ſumma ſcelera diſtento Nerone quaſi minor euaſit. Demum annis grauis Comū ſe recepit, vbi honores illius in lapide nuper reperto perleguntur. Vide inſcriptiones ant. pag. 69.

L. Calphur. Fabatus, proſocer C. Plinii iunioris: nam illius filii filiam, Calphurniā, vxorem habuit. Plinius. Dubito an idem cum ſuperiore ſit.

Fabatus, Cæſaris ſeruus apud Ioſephum 17. cap. 4.

Calphurnia quædā ob formam à principe Claudio laudata, ab Agrippina in exilium acta eſt, ſed à Nerone reuocata. Tacitus.

Calphurnius Zena. Inſcript. antiq. pag. 200. Vegetius item pag. 334.

Calphurnio Critoni reſcripſit Antoninus Imp. Pandect. 40. Qui & à quibus manumiſſi. &c. l. 15.

¶ P. Calphurnius Lanarius, ſynchronus Ciceronis, cuius meminit Off. 3. & Valerius 8. cap. 2.

Calphurnius Lanarius, tempore D. Hieronymi, ad quem eius extat epiſtola, Cur Chriſtianus Poetarum & Oratorum teſtimoniis vtatur.

Calphurniæ cuiuſdam improbitas, iudicibus permoleſta, edicto cauſam dedit, quo cauetur, ne fœminæ poſtulare liceat. Pand. lib. 3. titul. 1. l. 1. Cælius Rhodiginus 7. capite 54.

¶ Calphurnius Saluianus Italicēſis, miles Cæſaris bello ciuili. Fit eius mentio comm. 4. Coniurauit in necem Q. Caſſii Proprætoris, cū quo de ſalute 10. ſeſtertiis pactus eſt. Ibidem.

Calphurnius Saluianus, exul ſub Tiberio. Tacitus lib. 4.

¶ Calphurnius Aſprenas, Galatiæ ac Pamphiliæ præfuit ſub Galba. Tacitus 17. & 18.

¶ Calphurnius Sura, Ephemerides vitæ Gallieni ſenioris ſcripſit.

¶ Calphur-

¶ Calphurnius Agricola, miſſus eſt ab Antonino Philoſopho contra Britannos.

¶ Calphurnio Flacco ſcripſit Hadrianus de ventre in poſſeſſionem mittendo Pand. 37. ſecundū Paulum, quem conſtat perueniſſe ad Antonini & Seueri tempora. Cataneus. Certe Culphurnio reſcripſit & Pius Pand. 40. de manumiſſionibus.

¶ Calphur. Macer, vir doctiſs. tempore Plinii iunioris, ipſo teſte.

¶ Calphurnius Celerianus, refertur Marcello. Reſcripſit illi Hadrianus Pand. 48. de quæſtionibus.

¶ Calphur. Longinus, aduocatus fiſci ſub Diuis fratribus. Pand. 28. de iis qui in teſtamento, &c.

¶ Calphurnius Baſſus, citatur C. Plinio in naturali Hiſtoria.

Calphvrnia, vxor Titi, vnius è 30. Tyrannis, de genere Cenſorinorum, id eſt Piſonū, ſancta & venerabilis fœmina, quā maiores noſtri, inquit Pollio Trebellius, vniuiriam ſacerdotē inter ſacratiſſimas fœminas adorarunt, cuius ſtatuam in templo Veneris adhuc videmus argolicam, ſed auratam. Hæc ille.

¶ T. Calph. Siculus, ſcripſit Bucolica. Floruit ſub Caro Imp. & filiis eius. Trebellius in Bonoſo recitat Calphurnii epiſtolā de Carini Cæſaris morte, ad præfectum vrbis datam.

¶ Calph. Rufino, Proconſuli Achaiæ, reſcripſit Hadrianus Pandect. de offic. Proconſul. L. 10.

¶ Calphurnia Anthis, de qua Antiquitates Fabricii pag. 82.

Calphurnius Decens, cum Secura coniuge, refertur Inſcript. antiq. pag. 306.

A. Calphurnius, de quo Hirtius de bell. Alexandr. Valerius lib. 9. cap. 4.

Calphurnius, citatur in phroneſi apud Fulgentium ad Chalcidium.

¶ Calva, homo ſordidus. Cicero ad Att. 14. epiſt. 3.

CALVII.

Caluius Fidentinus, cum Sextilia Priſcilla coniuge, memoratur in antiquitatibus Dalmatiæ lepida inſcriptione pag. 359.

M. Caluio M. F. Pap Priſco patri allecto in ordinem Senatorum à Tib. Claudio Cæſ. Auguſt. Germanico, Cenſore, inter Tribunos, T. Caluius M. F. Extat iuxta oppidum, cui nomen Corax, vulgo Cori apud vrbem Romam. Inſcript. ant. pag. 183.

Caluia Criſpinilla, magiſtra libidinum Neronis. Tacitus lib. 18.

¶ Calvvs Athenodorus, citatur Ciceroni ad Attic. 16.

CALVISII.

C. Caluiſius Sabinus, legatus Cæſaris in bello ciuili, miſſus in Ætoliam, Pompeianis Calydone & Naupacto deiectis, totam eam regionem in Cæſaris fidem recipit, vt habet eius belli cōmentarius 3. Quo magis miror ab Appiano tradi, legionē illius penè totā à Scipione, Pompeii ſocero, conciſam. Cicero ad Plancū ſcribēs, hominē magni iudicii vocat, at Philippica 3. vt cupidū redeundi cum imperio in Africam, notat. Præfuiſſe autem Africæ ſub Cæſare, conſtat. Geſſit poſtea Conſulatum ſub Triumuiris ann. V. C. DCCXV.

C. Calvisivs Sabinvs, fors ſuperioris nepos, vir primarius in Senatu, accuſatus maieſtatis ſub Tiberio, per Celſum, vrbanæ cohortis Tribunum, tum inter iudices, diſcrimini eximitur. Legatus ſub Caio Cæſare Pannoniam adminiſtrauit: ex qua reuerſus, ipſe & vxor Cornelia rei facti, nō expectato iudicii die, ſeipſos interemerūt. Corneliæ crimini datum eſt, quòd cuſtodias accederet, & milites ſe exercentes ſpectaret, vt ſcribit Dion. Tacitus mala cupidine viſendi ſitum caſtrorum per noctem militari habitu ingreſſam, cùm vigilias, & cætera militiæ munia eadem laſciuia tentaſſet, in ipſis principiis ſtuprum auſam, & huius criminis notatum T. Iunium, qui poſtea cum Galba Imperatore cæſus eſt. Vide Tacitum lib. 5. & 17. Dionem 58.

Caluiſius Sabinus, homo diues, memoria nulla, ſed qui tamen eruditus videri vellet excogitans propterea compendiariam, vt ſeruos probè in Poetis verſatos, & Grammaticos analectas emeret. De hoc Seneca epiſtola 27. & Cælius Rhodiginus lectionum antiquarum lib. 7. cap. 52.

C. Caluiſius, ſumma familiaritate coniunctus Plinio, quem in epiſtolis cōtubernalem ſuum vocat, cuius etiam ex ſorore nepotem valde amare ſe ſcribit.

¶ Caluiſius Tullus, bis Cos. quo nata Domitia Caluilla, mater Antonini Philoſ. Imp. Vide Capitolinum in eius vita.

¶ C. Caluiſius Ianuarius, Pontifex, cum F. Caluiſia & vxore Lucilla Rufina, refertur in inſcriptionibus vrbis Mediolanenſis, vbi adhuc extat monumentum eius. Inſcript. ant. pag. 39.

¶ Sex. Caluiſius Saturninus, cum Caluiſia Saturnina coniuge & liberis, refertur in memoriis Italicis pag. 165.

M. Caluiſius Claudius Victori. Ibidem pag. 335.

¶ Caluiſius Taurus, Philoſophus temporibus A. Gellii. Vide noctes eius Atticas lib. 18. cap. 10. & 19. cap. 7.

¶ P. CAMERIVS Creſcens, Archigallus matris Deûm magnæ, &c. Inſcription. antiq. pagina 265. & Manutius in Orthographia.

In Camerium extat epigramma Catulli.

¶ L. CAMILLIVS Fauſtus, memoratur Inſcript. antiq. pag. 529.

¶ L. CAMINIVS Camers, cecidit ſub Cn. Pompeio, Magni F. in Hiſpania pro libertate pugnans. Refertur in antiquitatib. Fabricii pag. 53.

¶ CAMPANVS I. C. citatur Pomponio de fidei commiſſariis libertatibus.

¶ T. CAMPILIVS T. F cum Albana Merula coniuge, & Campilia Feſta ſorore, & Campilio Rufo Nepote, & Campilio Albano F. infante, quos ſimul vna dies rapuit, refertur Inſcript ant'q. pag. 265.

¶ Q. CAMVRIVS. Idem pag. 58.

L. Camurius LL. Pandarus VI. *vir Aug. ſibi & Zenoni liberto.* pag. 60.

¶ CANCIANO reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 51.

¶ L CANCIVS Secundus V. F. refertur Inſcriptionum antiq pag. 407. cum Cancia coniuge & Canciis liberis.

¶ L. CANCINIVS Hermippus. Ibidem pag. 303.

¶ CANDIDO reſcrib. ab AA. & CC. 4. Cod. tit 20.

¶ CANDIDIA Vrbana. Inſcript. antiq. pagina 468.

¶ De re Cani Cicero ad Att 15. epiſt. 21.

¶ C CANNIVS, Eques Rom. non infacetus, & ſatis litteratus, atque etiam locuples, deceptus in emẽdis hortis à Pythio, argentario Syracuſano. Vide Ciceronem off. 3. item 2. de Oratore.

¶ Iulius CANIVS; vir magnus & egregiis, occiſus à C. Caligula. Celebratur à Seneca in de tranquillitate animi.

Canius Rufus Gaditanus; popularis & amicus Martialis, ſemper ridere ſolitus.

CANIDII.

Canidius, comes Catonis in Cypro.

P. Canidius (Dioni lib. 49. cognomento Craſſus dicitur) dux Antonii, relictus legatus in Armenia, deuicta ea gente, ac Iberorum deinceps & Albanorum regib. ſubactis, ad Caucaſum vſq; proceſſit, teſte Appiano. Profligato Antonio per bellum Actiacum, ab Auguſto Capite punitus eſt, timidius, vt inquit Paterculus, quam pro ſua profeſſione decedens. Cælius epiſtola 9. in fine: Canidius, inquit, in defenſiõe ſua fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis frigidus. Plancus li. 10. epiſt. 21. oſtendit, eũ in exercitu Lepidi præfuiſſe, fauentem Antonio.

Canidia, venefica, exagitatur apud Horat. in Epodis.

CANINII.

C. Caninius Rebilus, Prætor ann. vrbis cond. DLXXXIII. P. Licinio Craſſo, C. Caſſio Longino Coſs. Siciliam prouinciam adeptus eſt. Liuius 42.

M. Caninius Rebilus, legatus cum M. Fuluio Flacco miſſus in Macedoniam anno ſequenti, id eſt DLXXXIIII. Liuius 43. Poterat eſſe idem cum ſuperiori, niſi prænomen obſtaret.

L. Caninius Rebilus, legatus Cæſaris bello Gallico & Ciuili, eiuſdem opera ad Cõſulatum perductus eſt, ſed quem anni fine vno tantùm die gereret. Vnde ſunt in illum ioca Ciceronis epiſtolarum 7. ad Curium, & apud Macrobium, ac item Tacitum 19. Idem Trib pl. Lentulo & Marcellino Coſs. rogationem tulit, vt Pompeius regem Alexandrinum, à ſuis pulſum, gemino lictore reſtitueret. Vide Plutarchum in Pompeio.

Rebilus, proſcriptus à Triumuiris, quomodo effugerit, Appianus. 4.

C. Caninius Rebilus, Conſul fuit ſub Auguſto, ann. DCCXLI. Vide Sigonium.

C. Rebilus C. F. (haud dubie Caninius) Conſul ſub * Cæſare, teſte Ioſepho in antiquitatibus. Seneca de beneficiis 2. capit. 21. ſcribit, Rebilum Conſularem magnam pecuniam miſiſſe Iulio Græcino ad impenſam ludorum, quam ille non accipiens, vt ab homine parum laudato, dixerit: *Rogo ignoſcas, & à Perſico non accepi.* Idem, puto, Caninius à Caio Cæſare, Germanici F. maieſtatis poſtulatus, tanquam conſcius coniurationis, quæ contra illum fuerat parata, animosè admodum reſpondens: Si ego; inquit, Cæſar, ſciſſem, tu neſciſſes.

¶ C. Caninius Gallus, quem familiarem ſuum

ſuum agnoſcit Cicero ad Cælium epiſtol. lib. 2. epiſt. 8. defenſus aliquando à Cicerone eſt, vt teſtatur ipſe initio lib. 7. ad M. Marium. Hic C. Antonii, à ſe damnati, filiam vxorem duxit, & M. Colonium, à quo damnatus eſt, rerum ſuarum procuratorem inſtituit. Valerius quarti, capite ſecundo.

L. Caninius Gallus (Dioni L. F.) Conſul ſub Triumuiris, ann. V. C. DCCXVII.

C. Caninius Gallus, Conſul in 13. Conſulatu Auguſti. Meminit Velleius volum. poſter.

Caninius Gallus, XV. vir ſub Tiberio, quem Imp. quòd Sibyllæ librum ante ſententiam collegii ſui recepiſſet, arguit. Cornel. Tacitus 5.

C. Caninius, Quæſtor Bibuli in Syria, cùm Cicero Ciliciam adminiſtraret. Extat ad illum Ciceronis epiſtola lib. 2.

¶ Caninius Satrius, frater P. Vari, defenſus à Cicerone. Vide initium 1. ad Atticum.

¶ Caninius Rufus, municeps C. Plinii Cæcilii, qui bellum Dacicum Traiani deſcribere Carmine exorſus traditur.

Caninius, non ingratus in Ciceronem, ad Attic. 16. pag. 615.

Caninius Saluſtius, ad quem ſcribit Cicero libro ſecundo epiſtol. famil. Vide annotationes noſtras. ¶ Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis vocant C. Saluſtium, pag. 84.

¶ CANNONIA Statuta, refertur Inſcript. antiq. pag. 111.

¶ L. CANTILIVS, ſcriba Pontificum, quos poſtea minores Pontifices appellarūt, quòd cum Floronia Veſtali ſtuprum feciſſet, à Pontif. Max. eouſque virgis in comitio cæſus eſt, vt inter verbera expiraret. Liuius 22.

CANVLEII.

Canuleia, inter primas Veſtales, quæ 4. erant, lecta eſt à Numa. Plutarchus in eius vita.

C. Canuleius, Trib. pl. ann. V. C. CCCX. coniugia patrum & plebis communia eſſe, & ex plebe quoque Conſules latis in hoc legibus, creari voluit. Creati tum ex ea contentione primùm Tribuni mil. Conſul. poteſtate. Liuius initio 4. Dionyſius Halic. 11.

C. Canuleius, Tribunus pl. accuſauit P. Furium. Appianus lib. 1.

M. Canuleius, Trib. pl. ann. vrbis cond. CCCXXXV. cùm Quæſtores primū 4. creati. Vide Liuium 4.

L. Canuleius Diues, Prætor ann. vrbis cond. DLXXXIII. Hiſpaniam ſortitus eſt. Liuius 42. Idem, opinor, triennio antè cū 4. aliis miſſus ad componendos Ætolos. Liuius 41.

L. Canuleius, miniſter Verris, Cic. in Verrinis.

L. Canuleius, legatus Cæſaris bello ciuili. Comment. 3.

M. Canuleius, pro quo dixere Cotta & Hortenſius. Cicero in Bruto.

M. Canuleius Galata refertur in mon. Rom. pag. 263.

M. Canuleius Zoſimus, refertur in antiquit. Fabricii pag. 54.

CANVTII.

P. Canutius, inquit Cic. in Bruto, æqualis meus, homo extra noſtrum ordinē meo iudicio diſertiſſimus. Meminit eiuſdem vt ingenioſi, & in dicendo exercitati, pro A. Cluentio.

Tiberinus Canutius, Trib. pl. continua rabie lacerabat Antonium, iam hoſtem iudicatum, Ciceronē imitatus, quæ libertas vtrique morte conſtitit. Vide Ciceronem Philipp. 3. & Paterculum. Alicubi inuenio hunc dici C. Canutium Tiberinum. Obiicientibus Antonio & Cæſare, quòd in repub. adminiſtranda potiſſimum Conſularis Iſaurici ſectam ſequeretur, reſpondit: malle ſe Iſaurici eſſe diſcipulum, quàm Epidii calumniatoris. Docuerat autem hic Antonium & Cæſarem, calumnia aliquādo notatus. Auctor eſt Suetonius de claris Rhetoribus. Neſcio huius an alterius ſit quod citat Priſcianus lib. 8. pag. 285. *Turpe eſt propter venuſtatem veſtimentorum admirari, & propter turpiſſimè vitam actam contemni.*

Canutius quidā cæſus traditur per Appianum, capta Peruſia.

¶ C. CAPATIVS, miles, refertur Inſcript. vetuſt. pag. 400.

Capatio reſcripſit Alexander A. 1. Cod.

¶ CAPITO, declamator apud Senecam.

Capitoni reſcribitur ab Alexandro 4. Cod. tit. 31.

¶ CAPITOLINAE ab AA. & CC. 5. Cod. tit. 16. & lib. 8. tit. 43.

¶ CAPRIVS, cauſidicus & accuſator apud Horatium Serm. 1. Sat. 4.

¶ C. CARANTIVS C. F. Volt. Verecūdus Vienę veteranus Coh. VII. pr. deductus à Di

uo Veſpaſiano Reate, & Carantius Phœbus & Carantia, referuntur in memor. Italicis pag. 143.

¶ Caravsivs, in Gallia appellatus Imp. Britanniam 7. annis tenuit ſub Diocletiano, tandem à ſocio per inſidias occiſus.

¶ Carbilivs Pollio, Eques Rom. teſtudinum putamina ſecarē in laminas, lectoſque & repoſitoria his veſtire inſtituit. Plin. 9. capite 11. Idem primus tricliniis argentum traditur addidiſſe, non vt operiret, aut Deliaca ſpecie faceret, ſed Punica. Idē & lectos aureos fecit. Plinius 33. capite vndecimo. Vixit ante bellum Ciuile Marii & Syllæ.

¶ Carpilivs vt I. C. citatur Pand. 28. de hæred inſtit. 69.

¶ D. Carfvlenvs, Cæſari militauit in Galliis, vir animi magnitudine & ſcientia rei militaris præſtans, vt ſcribit Hirtius belli ciuilis comment. quarto. Cæſus eſt in pugna Mutinenſi pro republ. Cicero epiſtolarum 10. Huic Antonius adeò fuit infeſtus, vt mortem minatus ſit, ſi in Senatum veniſſet.

¶ Carino reſcribitur ab Imp. Philippo 4. Cod. tit. 32.

¶ Carminivs interpres Virgilii citatur apud Seruiū 5. & 6. Æneidos, & à Macrobio vir curioſiſſimus appellatur Saturn. 5. Idem ſcripſit libros de Italia, quorum ſecūdus aduocatur à Macrobio.

¶ Carpasivs, vicarius Maximiani, cū ſimul cum aliis 19. occupauit domum Cyriaci Martyris. Vide Martyrologium 8. Iulii.

¶ Carpinia Gaditana, memoratur in antiquis inſcript. pag. 311.

¶ L. Carpinatius, Verris miniſter. Cicero.

CARPINEII.

Tib. Carpineius Gutta, refertur Appiano inter Marianos, belligerantes aduerſus Syllam libro primo. Legitur tamen apud illum Καπνᾶῖος. Interpres ſcripſit Capinæus.

Tib. Carpineius Gutta, alius ab illo, fors F. perſtringitur à Cicerone vt iudex numarius, in oratione pro A. Cluentio, quomodo & Bulbus: *Guttam*, inquit, *aſperſit huic Bulbo.* Et ad Q. fratrem libro tertio, epiſtola 3. Guttæ fauere Pompeium ſcribit, ſpreto Milone.

C. Carpineius, Eques Rom. apud Cæſarem belli Gallici Comment. 5.

¶ Carpitanvs, Medicus, citatur Plinio 29. cap. 1. ſed per heteroſin numeri, ſi tamen locus non eſt mendoſus.

¶ Carpo reſcribūt Seuerus & Anton. 8. Cod. tit. 26. dubium, eidem an alii Seuerus Alex. 4. C. tit. 20.

Carpophoro AA. & CC. 3. C. tit. 12.

¶ C. Carrinas, Prætor Carbonis, à L. Sylla intetemptus eſt. Appianus 1.

C. Carrinas F. Prætor Iberiæ ſub C. Cæſare Dictatore, à Sex. Pompeio victus eſt. Eandem poſtea C. Cæſari Octauiano tradidit. Poſt Actiacam verò victoriam, deuictis Morinis & Sueuis, qui ſæpius Rhenum traiecerant, triumphauit. Appianus 4. & 5. Dion 51. Vide an de eodem accipiendum Q. Metelli teſtamentum apud Valerium lib. 7. cap. 8.

T. Carrinatis vt Cæſariani meminit Cicero ad Attic. 13.

¶ M. Ancus Carseolanvs, Eques Rom. tempore Pompeii. Meminit illius Valerius 7. cap. 7.

¶ Carsidiae Helpidi Cornelius Oneſimus coniugi ſanctiſſimæ benè merenti fecit. Extat Inſcript. antiq. pag. 295.

¶ L. Carteivs, partium Bruti & Caſſii fuit. Cicero epiſt. lib. 12.

¶ C. Cartorivs P. F. Vide Inſcript. antiq. pag. 335.

¶ T. Cartius Valens. Ibid. pag. 336.

¶ Carvtio Thuſco cuidam ſub Romulo nupta fuit Acca Laurentia. Macrob.

CARVILII.

Sp. Caruilius, Quæſtor, Camillo crimini obiecit, quòd ærata oſtia haberet. Plinius 34. cap. 3.

Sp. Carvilivs Q. F. Maximvs, equeſtri loco natus, & homo nouus, teſte Velleio lib. 2. populi Romani fauore & ſuffragiis ad ſummos honores peruenit. Nam & Ædilitatem curulem adeptus eſt, & cum L. Papyrio Curſore duos Conſulatus geſſit, totidemque triumphos duxit. Priorem de Samnitib. & Hetruſcis, alterum de Tarentinis retulit. Iouem, qui eſt in Capitolio, è Samnitium pectoralibus, ocreis & galeis fecit, cuius amplitudo tanta erat, vt à Latiari Ioue conſpiceretur. Ex reliquiis verò limæ ſuam ſtatuam fecit, quæ eſt ante pedes ſimulachri eius. Auctores horum ſunt Liuius 10. & 14. Caſſiodorus & tabulæ Capitolinæ: de ſtatuis verò Plinius 34. capite ſeptimo.

Sp. Car-

Sp. Caruilius Sp.F.C.N. Maximus, & ipſe duobus Conſularibus potitus eſt. In priore Sardiniam obtinuit, deque ea triumphauit, teſtibus tabulis Capitolinis. Alterum 26. pòſt anno geſſit cum Q. Fabio Max. Sed & Auguratus ſacerdotio enituit. Primus ſterilitatis cauſa repudiauit vxorem, & quanquã iureiurando cenſorib. ſatisfecit, ſe videlicet liberorum gratia matrimonium colere, infamia tamen non caruit, populoque ob id, quoad vixit, inuiſus fuit. Deceſſit ann. vrbis conditæ DXLIII. Liuius 26. Dionyſius 2. Valerius Maximus 2. cap. 1. A. Gellius 4. cap. 3. qui illi & Rugæ cognomentum addit.

¶ Sp. & L. Caruilii, Tribuni pl. an. V. C. DXLI. M. Poſthumium Pyrgẽſem publicanum, qui multis annis rempub. depeculatat, cùm illi ducentum millium æris mulctã dixiſſent, ac ille cum cæteris publicanis concilium populi per vim turbare aggreſſus eſſet, rei capitalis die dicta, hominẽ exilio mulctarunt. Liuius 25.

Sp. Caruilius quidam, grauiter ex vulnere, ob rempub. accepto, claudicans, cùm ob eam cauſam in publicum prodire verecũdaretur: *quin prodis*, inquit, *mater, mi Spuri, & quotieſcunque gradum facis, toties tibi tuarum virtutum in mentem veniat.* Cicero de Oratore 2.

Caruilius, ſub Tiberio reus, cũ ſibi mortem conſciuiſſet, priuſquam eſſet damnatus, exclamans Cæſar: *Caruilius*, inquit, *me euaſit*.

Sp. Caruilius, libertus eius, qui primus omnium induxit exemplum diuortii, primus traditur Romæ ludum litterarium aperuiſſe. Plutarchus.

¶ Caruilius Martialis, ſcripſit de hortis.

¶ L. Caruilius Suauis, refertur in memor. antiquis pag. 259.

M. Caruilius Iucundus, cum eiuſdem nominis F. & Egnatia Thalluſſa coniuge, memoratur ibidem pag. 305.

CASCELLII.

¶ Sic ſcribit Manutius.

A. Caſcellius, vel, vt plerique ſcribunt, Caſellius, vt alii Ceſellius, nobilis fuit I. C. Quæratur infrà in Ceſelliis.

Q. Caſcellius Labeo, citatur in decreto quodam coloniæ, vt apparet, Florentinæ, apud Georgium Fabricium.

¶ CASPERIVS Ælianus, præfectus prætorio Domitiani. Eundem magiſtratum ſub Nerua gerens, tumultum inter milites Prætorianos excitauit. Deinde per ſpeciem vlciſcendæ ſeditionis, quanquã multum renitente Nerua, quos voluit, occidit. Vnde Traianus, a Nerua adoptatus, euocatum ad ſe cum Prætorianis, tanquam operam illorum requireret, ob motam ſeditionem velut importunos homines à ſe dimiſit. Dion.

Caſperius Æmilianus & Caſperius Agrippinus occiſi a Seuero.

¶ CASPONIA *P. F. Max. ſacerdos Cereri publica pop. Rom. Sicula.* Inſcript. antiq. pagina 311.

CASSII Longini.

Caſſii Plebeii erant, nobiles tamen, teſte Aſcon. Pediano. Idem tradit Corn. Tacitus, qui genus plebeium quidem, ſed antiquum honorarumque fuiſſe ſcribit.

¶ SP. CASSIVS VISCELLINVS (Cicero Becelinum vocat) tribus Conſulatibus & duobus triumphis enituit. Primum geſſit ann. V. C. CCLI. & cum collega Virginio triumphauit de Auruncis. Secundùm Cõſule plebs de ſacro mõte rediit, an. CCXLVI. Septimo poſt anno III. Conſul, etſi nulla re memorabili geſta, iterum tamen triumphauit. His honoribus elatus, regnum affectauit, & legem de agro Hernicorum Latinis & ciuibus diuidendo, ad conciliandam ſibi plebem, primus Romæ promulgauit. Quamobrem damnatus necatuſque eſt. Liuius 2. Dionyſius 5.6.8. Valer. 6. c. 3. Plinius à patre interemptum ſcribit lib. 34. capite 4. Aſtipulatur ei Valerius lib. 5. c. 8. Nec tamen ea ſententia à Liuio & Dionyſio præteritur.

C. Caſſius C.F.C.N. Longinus, Conſul ann. vrbis conditæ DLXXXII. Sortitus Galliam, nihil notabile geſſit. Cenſor poſtea an. DLXXXXIX. cùm ipſe & collega M. Meſſala theatrum lapideũ facere inſtituiſſent, autore P. Naſica tanquam inutile & nociturum publicis moribus ex s.c. deſtructum eſt. Liuius 42 & 48. Valerius 2. capite primo. Auguſtinus de Ciuitate Dei 1. Appianus item primo, & Paterculus volumine priore.

Q. Caſsius L. F. Q. N. Longinus, Prætor an. vrbis conditæ DLXXXVI. iuriſdictionem vrbanã tenuit. Tertio pòſt anno Conſul, in eo magiſtratu mortuus eſt. Liuius 45. & 46.

L. Caſsius Q. F. L. N. Longinus, Trib. pl. Lepido & Mancino Coſſ. legẽ tabella-

riam tulit, cuius meminit Cicero in Bruto & 3. de legibus. Fuit idem Orator triſtis, & iudex Seuerus, adeò vt tribunal eius Scopulus reorũ, & iudices Caſſiani prouerbio dicti ſint incorrupti & ſancti. Conſulatum geſſit ann. vrbis conditæ DCXXVI. Sed & Cenſuram obiuit cum Cæpione altero poſt conſulatum anno. Tradunt hæc præter Ciceronem Paterculus, Valerius libro tertio, capite 7. lib. 8. cap. 1. & Frontinus, qui illum cognomento Rauiliam appellatum ſcribit. Complura etiam de illo memorat Pedianus in orationem Ciceronis pro Milone.

Identidem in cauſis q̃rere ſolebat: CVI BONO FVISSET. Cicero pro Sex. Roſcio. Meminit ibidẽ Caſſianorũ iudicum.

C. Caſſius C.F.C.N. Longinus, Conſulatum adminiſtrauit cum C. Sextio, ann. vrbis conditæ DCXXIX. Quas res in eo magiſtratu geſſerit, non traditur.

L. Caſſius L.F. Longinus, Prætor anno vrbis conditæ DCXLII. vt eſt apud Saluſtiũ, ſexto anno pòſt Conſulatum adeptus eſt. Accepta autem Gallia prouincia, cùm Tigurinos perſequeretur, ab eiſdem inſidiis circumuentus, cum bona parte exercitus & legato, L. Scipione, viro Conſulari, cæſus eſt. Cæſar belli Gallici commentario primo, & Oroſius 5. cap. 15.

C. Caſſius L.F. Longinus Trib. pl. Mario & Flauio Coſſ. legem tulit, vt quem populus damnaſſet, in Senatu non eſſet. Conſul ann. DCLVII. cum Cn. Domitio Ænobarbo, nihil memorabile, quòd traditũ ſit, geſſit. De Tribunatu eius vide Pedianum.

L. Caſſius, haud dubiè Longinus, per tempus belli ſocialis Trib. pl. fuit. Quo autore concitati creditores Sempronium Aſellionem, Prætorem vrbanum, debitorũ cauſam defendentem, in foro interemerunt. Liuius lib. 74. Valerius 9. cap. 7. Appianus 1.

C. Caſſius Longinus, Conſul ann. vrbis conditæ DCLXXX. cùm quidem Trib. pl. nõ fuiſſet, Galliam citeriorẽ prouinciam obtinuit. Prorogato autem ſibi imperio, cùm Proconſul Spartacum, ad Alpes feſtinantẽ, prohibere conaretur, amiſſo exercitu, vix incolumis euaſit fugiens, caſtra eius apud Mutinam deleta ſunt. Plutarchus in Craſſo, Florus.

L. Caſſius Longinus, Ciceronis in Conſulatu competitor, iners ac ſtolidus, ſocius aliquando Catilinæ, cruentiſſimarum ſententiarum autor, teſte Pediano, ac fortaſſis idẽ, qui Cæſaris in bello ciuili legatus fuit, vt habet commentarius 3. quemq; Cicero pro Cn. Plancio familiarem ſuũ vocat.

Q. Caſſius Longinus, primùm Quæſtor ſub Pompeio in Hiſpania, deinde Trib. pl. cùm exardeſceret bellum ciuile, ad Cæſarẽ cum Antonio & Curione ſe cõtulit. A quo Proprætor Hiſpaniæ factus, cùm prouinciam auarè & crudeliter haberet, non modo coniurationem aduerſus ſe, verum etiã nouum ciuile bellũ excitauit. Quamobrẽ accepto ſucceſſore Trebonio Proconſule, iniquiſſimo tempore nauibus profectus, in oſtio Iberi fluminis cum omnibus rebus, & ingenti pecunia, naui demerſa periit. Hirtius belli ciuilis 4. Dion. 41. Valerius lib. 9. capite 4.

Q. Caſſius alius, an Longinus neſcio, ſuperioris in Hiſpania legatus fuit. Cæſar comment. 3.

L. Caſſius L.F.† N. Longinus, Cõſul ſufficitur in tabulis Capitolinis M. Lepido, gerenti Conſulatum cum T. Statilio Tauro, ann. vrbis conditæ DCCLXIII. circa extrema tempora Auguſti. Sufficitur autem ex Calendis Iuliis. Idem proditũ eſt à Dione.

L. Caſſius Longinus I.C. natus ex filia Tubetonis, quæ fuit neptis Ser. Sulpitii, & ob id ſolitus gloriari, ſe proauum habere Sulpitiũ, in profeſſione iuris ſucceſſit Maſſurio Sabino. Conſulatum geſſit ſub Tiberio ann. vrbis conditæ DCCLXXXII, vnà cum M. Vinicio Quartino. Quod ſi Pomponius, apud quem hæc produntur tit. de orig. iuris, non fallit in prænomine, idem cẽſendus eſt L. Caſſius Longinus, cui Tiberius Druſillam, Germanico genitam, coniunxit, quem Aſiæ Proconſulem C. Cæſar, cùm ſororem illi antea abduxiſſet, ambiguo deceptus oraculo, perimendum delegauit. Autor Suetonius ac vnà Tacitus.

C. Caſſius Longinus, & ipſe I.C. ducta Iunia Lepida, Auguſti Cæſaris abnepte, honores quidem geſſit, ſed vltra Præturam tamen non conſcendit. Sub Claudio Syriç præfuit, cæteros peritia legum præeminẽs, nec in re militari, quãtum ſine bello dabatur, ignauus. Reuerſus ex ꝓuincia, quòd & opibus vetuſtis, & grauitate morũ præcelleret, magnam auctoritatẽ obtinuit. Quãobrem infeſtus illi Nero, miſſa ad Senatum oratione, remouendum à rep. cenſuit, obiecitque, quòd inter imagines maiorum etiam C. Caſſii effigiem coleret, ita inſcriptã: DVCI PARTIVM. Proinde S. C. in Sardiniã inſulam deportatur. Vnde reuocatus à Veſpaſiano, quietus in vrbe diem ſuum clauſit. Autor horum Corn. Tacitus. Suetonius in

in Nerone luminibus captũ ſcribit. Plinius Epiſtolarum 7. teſtatur, Caſſianæ ſcholæ principem & parentem fuiſſe, domumque illius priſtinam dignitatem ac gloriam recuperaſſe, deuolutam ad Numidium Quadratum, qui tantus Orator eſſet, quantus ipſe I. C. fuit. Pomponius, quem ſuprà citauimus, hos Caſſios duos, quorum vterq; I. C. fuit, in vnum conflat, pudendo lapſu, vel potius aliena deprauatiõe notabilis, per quem ſeducti pariter deuiauerũt, Pomponius Lætus, Beroaldus, Volaterranus, Cataneus, Zaſius, & ne plures enumerem, Rutilius quoque, qui cùm in alios iniquiſſimã cenſuram exerceat, plus cæteris etiam hallucinari deprehenditur.

Caſſius Longinus, Philoſophus ſub Aureliano Imperatore, præceptor Porphyrii, ſcripſit quædam in Homerum & alia nonnulla. Ab Eunapio Sardiano vocatur βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον. De eodem Suidas λογγῖνος.

C. Caſſius (Longinum vocat Dion lib. 40.) percuſſor ille Cæſaris, quibus parentibus prognatus ſit, non traditur. Certè inhumanioris indolis adhuc puer ſatis clara documenta dedit, Fauſto Sylla ob imprudentius dictum in ludo litterario pugnis cõtuſo. Profectus cum M. Craſſo, cuius Quæſtor erat, in Syriam, & inde in Parthos, cæſo illius exercitu, cum paucis equitib. euaſit, Syriamque aduerſus Parthos defendit, Oſace duce cum magna copiarum parte interempto. Bello mox ciuili Pompeium ſecutus, Syriacis nauibus præfuit. Poſteaquam verò Pompeium profligatum eſſe cognouit, Cæſari ſe tradidit; à quo liberaliter conſeruatus, ac poſt etiam ad Præturã euectus, quod primum locum non tenuiſſet, prælato M. Bruto, ne eam prouinciam, quam cupiuiſſet, habere poſſet, per inuidiã ſeducto & impulſo Bruto, in necem illius conſpirauit, cum quo & M. Antonium trucidari voluit, niſi Brutus obſtitiſſet. Fuit quidem manu ſtrenuus & pugnax, ſed ingenio vanus & vita impurus, qui quo die Cæſarem occidit, filio togam virilẽ induit. Poſtridie Liberalium cùm apud M. Antonium cœnaret, rogante illo, num etiam ibi gladiolum aliquem in ſinu recõditum haberet, ſatis arroganter: *& quidem permagnũ*, inquit, *ſi & tu tyrannidem affectas*. Metu verò cum reliquis percuſſoribus vrbe cedens, Syriam auctoritate Senatus occupauit, tribus exercitibus, qui in eadem prouincia erant, in ſuam poteſtatem redactis. Oppreſſo Dolabella, Rhodios inuaſit, crudeliterq; diripuit; quibus orantibus, ne cunctis Deorum ſimulachris ab eo ſpoliarentur: Solem iis à ſe relinqui nimis quàm inſolenter reſpondit. Demum coniunctis cum Bruto caſtris, apud Philippos in Macedonia ab Antonio & Cæſare, cùm cornui ſiniſtro præeſſet, victus ac fuſus, q. & Bruti copias extinctas, totumque exercitum deletum exiſtimaret, Pindari ſerui manu necem ſibi conſciuit, reuera tũ Solem relinquere coactus, in cuius effigiem Rhodiis inſultans, ſuperbè & intempeſtiuè cauillatus fuerat. Sũt qui tradant, in acie vehemẽtiſſimè pugnãti ſpeciem Iulii Cæſaris, purpureo paludamẽto ornati, minaci vultu, ac concitato equo, impetum in eum facientis occurriſſe, quo conſpectu territus, hoſti tergũ dederit, hac voce prius emiſſa: *Quid amplius agas, ſi occidiſſe parum eſt?* Verùm vtcunque hoc ſe habeat, illud confeſſum eſt, diuinitus factũ, vt clementiſſimi viri, & benefici principis violator, ſanguine ſuo commiſſum parricidium expiaret. Vxorem habuit Iuniã, Bruti ſororem, quæ vtrique per annos 64. ſuperſtes vixit, vt amplius dicemus in Iuniis. Hæc ex Cæſare, Liuio, Valerio, Tacito, Plutarcho, Appiano, Floro, Dione & aliis.

L. Caſſius C. fr. Tribunatum pl. geſſit, M. Antonio Conſule, teſte Cicerone Philipp. 3. & epiſtolarum 12. Victis Bruto & Caſſio fratre, ab Antonio veniam obtinuit. L. Caſſius filius in acie Philippenſi, cùm poſſet effugere, volens periit. Appianus quarto.

Q. Caſſius C. & L. fr. vel certè propinquus, earundem partium, ſcribit Ciceroni Epiſtolarum 12. quæ quidem epiſtola eſt numero 13.

C. Caſsius, Senator, laudatur Ciceroni pro lege Manilia, alius à C. Caſsio, Conſulari.

CASSII alii, ſecundum cognomenta & munia congeſti.

Caſius Apronianus, Conſulatum geſsit ſub Hadriano Imp. anno principatus eius ſexto, vrbis conditæ DCCCLXXV. Hunc eſſe arbitror, quem Dion Hiſtoricus patrem ſuũ appellat, & cùm Hadrianus ad imperium peruenit, Ciliciæ præfuiſſe ſcribit. Etſi temporum ratio potius auum, quàm patrem

fuiſſe demonſtrat. Meminit eiuſdem libro 49.

· Caſſius Aſclepiodotus, magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, eùm Soranum, quem florentem coluerat, labentem ſub Nerone non deſereret, omnibus fortunis exutus, & in exilium actus eſt, pòſt tamen à Galba reuocatus. Tacitus ſub finem 16. Dion in Nerone.

Caſſius Barba, Cæſarianus fuit. Cicero de hoc ad Att. lib. 13. epiſt. 50. Mihi, inquit, Barba Caſſius ſubuenit.

Caſſia Caſſiana, refertur veterũ inſcript. pag. 139.

Caſſius Chærea, Trib. mil. C. Cæſarem Caligulam cùm cæteris coniuratis peremit.

Caſſio Dextro reſcripſiſſe D. Pium refert Vlpianus Pand. 40. de fideicõmiſſariis libertatibus, & libro 36. ad Senatuſconſultum Trebellianum.

˚ Cassivs Dion, Hiſtoricus, patria Nicæus, cognomento Cocceius, ſub Alexandro Imp. ſcripſit hiſtoriam Rom. libris 80. qui in Decades diſtributi fuere, res geſtas Traiani, Perſica, Getica, Itineraria, & vitã Arriani Philoſophi. Hæc Suidas. Geſſit & Conſulatum, Alexandri Conſulis collega, ann. vrb. conditæ DCCCCLXXXI. De patre, Caſſio Aproniano, ante diximus.

Caſſius Dion, alius, Conſul fuit eum Iunio Tiberiano ſub Diocletiano Auguſto, ann. vrbis conditæ M.XLIII. & præfectus vrb. ſub eodem principe.

Caſſius Dionyſius Vticenſis libros 28. Magonis Carthaginienſis de agricultura vertit lingua Grȩca libris 20. & Sextilio Prętori miſit. Varro primo de re ruſtica capite 1. Meminit Columella lib. 1. capite primo. Ambo etiam ſcriptum reliquere, epitomẽ horum confeciſſe Diophanem Bithynum. Et peculiariter Columella, memorabilia illa Magonis volumina ex S. C. in Latinum ſermonem cõuerſa.

Caſſia M. F. Feſta, cũ matre Clodia Reſtituta & Q. Minutio coniuge, refertur Inſcriptionum antiq. pag. 165.

Caſſio Feſto reſcripſerunt Seuerus & Antoninus Impp. Pand. 48. ad legem Iuliam peculatus.

M. Caſſius Firmus, refertur vet. inſcrip. pag. 303.

Caſſio Hadriano reſcripſit D. Pius Pan. 36. ad S.C. Trebell. 31.

M. Caſſius Herma, Inſcrip. antiq. p. 324.

L. Caſſius Hemina, ſcriptor annalium, vixit circa annum vrb. cond. DC. teſte Cenſorino in de die natali cap. 14. Citatur à Plinio 13. cap. 13. Item à Gellio & Macrobio, & ſubinde à Priſciano.

L. Caſſius LL. Ianuarius, cum M. Caſſio Firmo refertur antiquarum Inſcript. pag. 303. & 329.

Caſſius Iatroſophiſta, ſcripſit problemata medica 83. Græcè.

Caſſius, Medicus, citatur à Plinio libro 29. cap. 1. Celſus ſe vidiſſe eum ſcribit, ſuique ſeculi medicum ingenioſiſſimum vocat in præfatione.

Caſſius, miles inſigni robore ſub Nerone. Tacitus 15.

Caſſius, Mimus, infami corpore ſub Tiberio. Tacitus lib. 1.

C. Caſsius C.F. Vet. Modeſtinus, memoratur Carolo Sigonio ex antiquis monument. Emendat. lib. 2. pag. 74.

Q. Caſſius C.F. Niger refertur veterum memoriarum pag. 328.

Caſſius Papyrius, Conſul ſub Marco Imper. memoratur Capitolino in Albino.

Cassivs Parmensis, vnus ex percuſſoribus Cæſaris, & qui eius parricidii pœnas dedit vltimus, ſicuti Trebonius omnium primus, teſte Paterculo. Victis Bruto & Caſſio, coniunxit ſe Pompeio. Inde ad Antonium ſe contulit, cuius legatus in Syria multa ſtrenuè geſsit, quę deſcribũtur à Plutarcho & Appiano. Nouiſſimè poſt ſuperatum Antonium, miſſus eſt ab Auguſto Q. Varius, qui ſtudentem illum reperiens interemit, & ſcrinium cum libris abſtulit. Vide Valerium lib. primo, cap. ſeptimo. Velleium lib. 2. Meminit illius Horatius in epiſtola ad Tibullum. Citatur eius epiſtola ad Antonium C. Plinio lib. 31. c. 2. ¶ Fragmẽtum huius Caſſii de Orpheo, repertum in Brutiis, primus omniũ edidit Achilles Statius, ſubiectum videlicet commentationi eius in Grammaticos Suetonii. Idem doctiſſimo cõmentario veſtiuit Nathan Chytræus, & de ipſo Caſſio plenius explicauit.

Caſſius Patauinus, exilio punitus eſt ab Auguſto, quòd pleno conuiuio proclamaſſet, neque votum ſibi, neque animum deeſſe confodiendi eius. Suetonius.

Caſſius Potentinus VIIVIR ſub Seuero Imperatore, refertur inſcriptionum antiquarum pag. 446.

Caſſius Sabacco, memoratur Plutarcho in Mario, vt ipſius familiaris.

M. Caſ-

M. Caſſius Scæua, miles Cæſaris fortiſſimus, de quo Cæſar de bell. ciuil. 3. Valerius 3. cap. 2. Appianus 2. de bell. ciuil. Lucanus 6. Florus 4. & Suetonius in Cæſare. Idem etiam nomen, quod diximus, habet. Nam vt alii varient, excutere non libet.

T. Caſſius Seuerus, homo ſordidæ originis, & vitæ maleficæ, ſed celebris orator, ob procacitatem linguæ, & petulantia ſcripta, iudicio Senatus Cretam amotus eſt: vbi eadem actitando cùm recentia veteraq; odia renouaſſet, exutus bonis, interdicto igni atque aqua, in ſaxo Seriphio conſenuit. Tacitus lib. 1. & 4. Euſebius exilii anno 25. in ſumma inopia, vix panno contectis verẽdis, mortuum ſcribit. In hunc eſt dictũ Augusti: Vunam & Caſſius forum meum accuſaſſet, cùm plerunque rei ab illo facti abſoluerentur. Multa de illo Seneca & Quintilianus, qui & aliquot illius arguta dicta cõmemorat. Meminit illius & Plinius lib. 7. capite 12. Plinius iunior epiſtolarum libro 4. ad Seuerum ſcribens, cum Corn. Nepote eum coniungit, id quod Tertullianus quoque & Lactantius, mirum quo conſilio faciant. Arbitror eundem eſſe, ad quem ſcribit Ouidius 1. de Ponto. Scripta eius, etſi Senatusconſultis abolita, Caligulam imperii initio requiri, & in manibus eſſe, lectitariq; permiſiſſe, cùm diceret, maximè ſua intereſſe, vt facta quæque poſteris traderentur, auctor eſt Suetonius.

Caſſius Seuerus alius, floruit ſub Veſpaſiano. Fit illius mentio apud Plinium lib. 35. cap. 12.

Caſſius Syllanus, auunculus Vibii Auiti, præceptor Germanici Cæſaris. Plinius 34. cap. 7.

Caſſia L. F. Tertia, memoratur in antiquis inſcription. pag. 323.

C. Caſſius Thyſus vivir, ibidem pagina trigeſima prima.

C. Caſſius Verecundus, cum vxore Caſſia Damalide, liberta ſua, & Caſſio Cotyno, Caſſia Moſchide, parentibus ſuis, libertis C. Caſſii Longini, refertur antiquarum inſcript. pag. 228.

P. Caſſius Verus, cum Spedia Pãnychia coniuge, ibidem pag. 433.

Caſſia Vera, cum F. Tib. Caſſio Conſtantino, & Tib. Cl. Conſtantino marito, ibidem pag. 414.

Caſſium Vetulinum C. Cæſar, cùm patrem Capitonem interimeret, adeſſe coegit, deinde rogantem, vt ſibi condere illum liceret, etiam ipſum trucidari iuſſit. Dion 58. pag. 453.

Caſſii ſine cognomentis.

C. Caſſius I. C. ſub Hadriano, ad quẽ ſua ætate mulierem cũ 5. liberis, quos vno partu enixa erat, perductam fuiſſe, aiunt. Reliquit iuris ciuilis aliquot à ſe compoſitos libros. Auditum eum ſibi refert Ariſto Pandect. 4. de receptis arbitris 45. Ibidem Caſſii magiſter traditur fuiſſe Sabinus 23.

Caſſio, Proconſuli, ſcribit D. Pius Pand. 42. tit. 1. l. 31.

Caſſio & Hermionæ reſcribitur ab Alexandro Imp. 6. Cod. tit. 57.

Caſſio alii ab AA. & CC. 8. Codicis titulo 43.

Caſſius, Præſul Naruienſis, Totilam regem, cùm illi obuiam prodiſſet, placauit, ne ciuitati noceret. Meminit eius Gregorius Dialogorum 3.

CASSIANI.

Caſſiano reſcribit Gordianus 6. Codic. titul. 24.

Caſſianæ AA. & CC. ſeptimi Codicis titulo 16.

Caſsianus Martyr, à diſcipulis ſuis confectus, celebratur Prudentio.

Caſsianus alius, itidem Martyr apud Tingitanos, de quo idem Prudentius: *Ingeret Tingis ſua Caſſianum*, &c.

Caſſianus, dux Meſopotamiæ ſub Iuliano & Iouiniano principibus. Ammianus lib. 25.

Caſſianus, presbyter Maſſilienſis. De hoc Gennadius.

¶ Sex. Cassinivs Schola, ſedit iudex; cùm Cicero diceret pro L. Val. Flacco.

C. Caſſinius Schola, familiaris P. Clodii. Cicero pro Milone, & Aſconius Pedianus.

¶ Castori reſcribitur à Phil. Imperatore 4. Cod. tit. 32.

¶ Castricvs, amicus fuit Martialis, Poetæ, ad quem ſcribit Epigrammatũ libro 6. & ſeq.

CASTRICII.

M. Caſtricius, Placentiæ magiſtratum gerens, Cn. Carboni Conſuli, minitanti ſe multos habere gladios, & ego años, inquit. Valerius 6. cap. 2.

M. Caſtricius, vt vir ſummo ſplendore, ingenio & gratia præditus, laudatur Ciceroni Verrinarum 5.

Caſtricius, Auguſto coniuratione͂ Murænæ indicauit. Suetonius.

Caſtricius quidam, vt ſcriptor citatur Plinio lib. 1. in indice 19.

T. Caſtricius, Rhetoricæ diſciplinæ doctor in vrbe temporibus D. Hadriani, præceptor A. Gellii, vir ſumma autoritate. Gellius libro vndecimo, cap. 13. item libro 13. cap. 20.

¶ D. Caſtricius Verus Antonius Auitus cum Iulia Q.F. Vera matre, refertur inſcript. antiquarum pag. 373.

Caſtricia Connexa, cum Q. Ca͂plio marito, & Q. Camplio F. memoratur ibidem pagina 36.

Caſtricius, ſynchronus Hieronymi, ad quem ſanctiſſimi viri extat epiſtola.

¶ L. CASTRONIVS Pætus Lucenſis, co͂mendatur à Cicerone M. Bruto Epiſtolarum familiarium 13.

CATIENI.

T. Catienus, homo leuis & ſordidus, ſed tamen equeſtri cenſu. Cicero ad Q. fratrem. 1.

P. Catienus Philotimus, patronum adeò dilexit, vt hæres omnibus bonis inſtitutus, in rogum eius ſe iaceret. Plinius 7. capite 36.

Catienæ vt mœchæ meminit Iuuenalis Satyra 3.

Catienus, nobilis cantor, vnde Horatianum illud eſſe Porphyrio ſcribit:

---- *Catienis mille ducentis,*
Mater te appello, clamantibus. ---

CATII & CATTII reperiuntur, incertum vna an diuerſa familia.

Q. Catius, Trib. pl. ann. vrbis conditæ DXLIIII. Vide Liuium lib. vigeſimoſeptimo pag. 154.

C. Catius C.F. Men. Balbus: & Cn. Cattius Oneſimus &c. apud Manutium in Orthographia.

¶ Catius Celſus, Prætor tempore Ciceronis, L. Cotta & L. Torquato Coſs. cuius meminit Cic. in oratione pro Cornelio.

Catius, alius ab hoc, & te͂pore prior, ſcripſit 4. libros de rerum natura, & ſummo bono. De hoc Quintilianus: *In Epicureis leuis quidem, ſed non iniucundus tamen auctor eſt Catius.* Meminerunt huius & Cicero Epiſtolarum 15. ad Caſſium & Horatius in Sermonibus Satyra 4.

¶ Catius Fronto, memoratur Plinio in Epiſtol. vt vir facundus.

¶ M. Catius Hortenſius Paulinus, Prætor vrbis & xv. vir ſacris faciundis, refertur in mon. Rom. pag. 216.

¶ Catius Criſpus, declamator, citatur Senecę Suaſoria ſecunda.

C. Catius Secundus, refertur cum Sentia Saturnina vxore, Inſcript. antiquar. pagina 75.

CATILLII.

Catillius quidam improbus & facinoroſus, captus eſt à Vatinio, pro quo deprecanti Ciceroni duriter reſcribit Vatinius epiſtolarum 5.

¶ CATILLIVS SEVERVS, à Traiano Co͂ſul, & iteru͂ ab Hadriano creatus, dein Syriæ, mox vrbi præfectus ſub eodem, cùm Antonini Pii adoptionem factam doluiſſet, re prodita, quòd ſibi imperium pararet, accepto ſucceſſore, dignitate priuatus eſt, prius tamen grauiter ab Imperatore obiurgatus. Fuit autem maternus proauus Antonini Philoſophi, qui poſtea imperauit. Extant ad hunc epiſtolæ Plinii. Reſcriptum eſt illi à Traiano Pand. de militari teſtamento, Inſtitution. lib. 2. tit. 11.

Catillius Seuerus, vir omnium doctiſſimus ſub Alexandro, cui cognatus, & à conſiliis fuit. Memoratur Lampridio in Alexandro.

¶ L. Catilius Theſpius, refertur in memor. Italicis pag. 137.

CATINII.

C. Catinius, Prætor ann. vrbis conditæ DLXVI. Hiſpaniam vlteriore͂ eſt ſortitus. In qua biennio pòſt, victis & cæſis Luſitanis, captaque Aſta oppido, ex vulnere moritur. Liuius 18. & 39.

¶ Catinius Veſtinus, Trib. mil. ſub M. Antonio fuit. L. Plancus ad Ciceronem epiſtolar. lib. 10 epiſt. 23.

M. & L. Catinii de plebe Romana, primores co͂iurationis cuiuſdam nefariæ, ſub ſpecie ſacrorum. Vide Liuium 39.

Catinius homo ſceleratæ audaciæ. Plinius 7. cap. 44.

¶ CATONIO reſcribitur ab Adriano 6. Cod. tit. 23.

Catoniæ ab AA. & CC. ibidem tit. 54.

Iuſtus Catonius, primi ordinis Centurio, pòſt Præfectus prætorio, fraude Meſſalinę interfectus. Tacitus libro primo. Dion libro 60.

¶ Catvlae & Statiæ, ſors ſororibus, reſcripſerunt AA. & CC. quinti Codicis titul. 12.

¶ Catvlinvs Philomatheus, præfectus vrbis ſub Conſtantio ann. vrbis conditæ M.LXXXXIIII.

¶ Catvllvs, Pentapolitanæ Libyæ ſub Veſpaſiano rector, ob rapacitatem ſimul & crudelitatem diris ſuppliciis à Deo excruciatus. Ioſephus belli Iudaici lib. 7. cap. 31. & eodem vltimo.

Catullo reſcribitur ab Alexandro noni Cod. tit. 47.

¶ Catvllio Iuliano reſcripſerunt Diui fratres Pand. 17.

Catvlino, Proconſuli Africæ, reſcrib. Conſtantinus 6. Cod. tit. 55.

¶ Q. Cavcilivs, Eques Rom. nullarũ partium, à Catilina, cuius ſororem in matrimonio habebat, occiſus eſt. Cicero de petitione Conſulatus.

¶ C. Cavdinvs, memoratur Ciceroni vt vir grauis, & incorruptus iudex, pro A. Cluentio. Caudini reperiuntur in Corn. Lentulis.

¶ C. Cavlivs Mergus, vt vir grauis, & ſanctus iudex, citatur Ciceroni pro A. Cluentio.

CEIONII.

¶ C. Ceionius, in Clade Variana autor deditionis fuit, maluitque ſupplicio, quàm precio mori. Paterculus.

¶ Ceionius Varus, præfectus vrbis ſub Caro & Diocletiano.

¶ C. Ceionius Rufus, Conſul & præfectus vrbis ſub Conſtantino, refertur in monumentis Rom. pagina 220. & 248. & 387.

¶ L. Ceionivs Commodvs, bis Conſul ſub Hadriano, & ab illo adoptatus, dictusque L. Ælius Verus, patrem habuit L. Ceionium Commodum Verum ex Hetruria. Non diu ſuperuixit adoptioni, quòd eſſet valetudinarius. Extat Romæ talis de eo inſcriptio: L. Ælio D. Hadriani Auguſti F. Coſ. II.

L. Vervs Commodvs Antoninvs, illius F. fuit, conſors imperii cum M. Antonino Philoſopho, cum quo etiam, iubente Hadriano, à Pio adoptatus eſt. Imperauit cum Marco ann. 11.

¶ Ceionius Albinus, occiſus à Seuero. Spartianus.

Ceionius Albinus, præfectus vrbi ſub Valeriano. Extat fragmentum litterarum Aureliani ad ipſum in Vopiſco.

¶ Ceionius Baſſus, cui ſcribit Aurelianus Imp. apud eundem Vopiſcum.

¶ Ceionius Iulianus, familiaris Vopiſci Hiſtorici. Idem in Firmo.

¶ Ceionii Poſthumii & Ceionii Albini, ſub Conſtantino nobiliſſimi habiti, cùm ea familia per Gallienum & Gordianos plurimum creuiſſet, per Conſtantinum etiam aucta. Capitolinus in Clodio Albino.

Ceionius Poſthumius, pater Claudii Albini Cæſaris, ex matre Aurelia Meſſalina.

¶ Iuſto Celeri reſcripſit D. Pius Pand. 26. de tutor. & curat.

Celeri Diui Fratres quinti Codicis titulo 25.

Celeri alii reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 37.

¶ Celerinvs Diaconus & Confeſſor in Africa, cuius auia Celerina Laurentius patruus, Ignatius auunculus Martyres fuerunt, de quorum omnium glorioſis laudibus vide epiſtolam Cypriani. Coluntur 3. Febr.

¶ Celsidiae Longinæ reſcripſerunt Diui Frr. Pandect. 37. de ventre in poſſeſs. mitt.

Celsi, ſeparatim poſiti.

Celſo cuidam nobili dedicauit Lucianus ψευδόμαντιν ſuum, traditq; ſcripſiſſe illum de Magorum artibus Commentarios.

Celſus quidam rebellis fuit Pio, vt habet Gellicanus in Pio.

Celſus, vnus è 30. Tyrannis ſub Gallieno. Pollio.

Celſo ſcribit Vopiſcus in vita Probi Imperatoris, quem in Firmo Rufum Celſum vocat.

Celſus, Epicureus, ſcripſit contra Chriſtianos, cui Origenes 8. libris reſpondit. Euſebius Hiſtor. Eccleſ. libro ſexto, capite vigeſimoquinto.

Celſus de ſectis Philoſophorum 6. libros ſcripſit, Auguſtinus ad Quodvult Deum de hæreſibus.

¶ Celsinvs, Conſiliarius Diocletiani. Vopiſcus in Aureliano.

¶ C. Censivs, Chium vinum in domũ ſuam illatum dixit tum primùm, cùm ſibi cardiaco medicus dediſſet. Plinius lib. 14. cap. 14. qui ſe Prætorem illum vidiſſe confirmat. Ibidem. Ab aliis tamen legitur C. Sentius.

Cen-

Censorini, ſeparatim poſiti.

C. Cenſorinus, Orator ætate Cottæ & Sulpitii. Cicero in Bruto.

Cenſorinus, Eques Cinnanus, Octauio Conſuli caput amputauit. Appianus 1.

Cenſorinus is, qui ſcripſit opuſculũ de die natali ad Q. Cerellium, floruit ſub Seuero & Antonino, Principibus, quemadmodum videre eſt libri citati cap. 17. ¶ Editio eius noua, eaque caſtigatiſſima, auctorem habet Ludouicum Carrionem, vbi & de ipſo Cenſorino plura leguntur.

Censorinus, raptus à militibus, factuſque Imperator ſub Claudio, ſeptimo die ab eiſdem cæſus eſt. Pollio.

Cenſorinus, vt artis Grammaticæ doctiſſimus, citatur à Priſciano lib. 1.

CENTENII.

M. Centenius Penula, ex Centurione dux factus, cũ 8. millibus cæſus eſt ab Hannibale. Liuius 25.

P. Centenius Vrſio Martiæ Veneriæ coniugi & Centenio Vrſino F. P. I. Hæc Inſcriptio reperitur Salonæ, teſte Apiano Inſcript. ant. pag 369.

CENTRONII.

C. Centronius, Proprætor, cum 4. millibus equitum ab Hannibale circumuentus, ac cæſus eſt. Liuius 22.

Q. Centronius, Ædilis cũ C. Clodio ſub Auguſto, quemadmodum indicar vetuſtũ fragmentum magiſtratuum, quod adducit Apianus inſcript. antiq. pag. 315.

Centronius, alius opinor, fors nepos, homo ſumtuoſus, ædificando opes accidit, filius eodem ſtudio totas diſſipauit. Vtrumque notar Iuuenalis Satyra 14.

CEPARII.

Q. Ceparius, ſocius Catilinæ, cum Lentulo & cæteris cõiuratis ſtrangulatus. Salluſtius.

Ceparius Q. F. refertur Ioſepho lib. 14. cap. 16. vt Cæſaris Dictatoris partium.

M. Ceparius, familiaris Papyrii Pæti. Meminit eius Cicero ad Papyrium ſcribens Familiarium lib. 9. epiſtola 23.

¶ M. & L. Cepasii, fratres, homines ignoti & repentini, multa opera Quæſtores celeriter facti ſunt, oppidano quodam & incõdito genere dicendi. Cicero in Bruto. Horum maior natu cùm Fabricium defendens, grauiſſima hæc verba ex intimo artificio depromſiſſet: Reſpicite, iudices, hominum fortunas, reſpicite dubios varioſq; caſus, reſpicite C. Fabricii ſenectutem, cùm hoc reſpicite ornandæ orationis cauſa ſæpius dixiſſet, reſpexit ipſe. At C. Fabricius à ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat. Hîc iudices ridere, ſtomachari, atque acerbè ferre: patronus cauſam ſibi eripi, & ſe cætera de illo loco, reſpicite iudices, non poſſe dicere. Nec quicquam propius eſt factum, quàm vt illum perſequeretur, & collo obtorto ad ſubſellia reduceret, vt reliqua poſſet perorare. Cicero pro A. Cluentio.

¶ Cerannivs, citatur Ciceroni ad Attic. 14.

¶ Cereivs Metianus tempore Taciti Imp. patruus Claudii Capeliani. Vopiſcus.

CERELLII.

Cerellia, neceſſaria Ciceronis, & qua cum illi iam ætate prouectiori tantum conſuetudinis interceſſit, vt non defuerint, qui amorem illi & epiſtolas laſciuius ſcriptas, exprobrarent, quorum in numero fuit Q. Fuſius Calenus, perpetuus Ciceronis hoſtis, quemadmodum videre eſt in oratione eius apud Dionem lib. 46. qua M. Antoniũ contra Ciceronem defendit. Meminit huius Cerelliæ crebrò in epiſtolis ad Att. 13: & 14. Ex tredecimo eſt: *Mirificè Cerellia, ſtudio videlicet Philoſophiæ flagrans, deſcribit à tuis. Iſtos ipſos de finibus habet*, &c. Meminit & Quintilianus lib. 6. capite quarto, his verbis: *Etiam illud, quod Cicero Cerelliæ ſcripſit, reddens rationem, cur illa C. Cæſaris tempora tàm patienter tolerarit: Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho:* Commendat eandem Cicero P. Seruilio familiarium 13.

Cerellii. Macrinus, Fauſtinianus & Iulianus, cæſi ſunt à Seuero, teſte Spartiano.

C. Cerellius Fufidius, refertur Manutio in Orthographia.

Q. Cerellius, Eques Rom. eloquentia & vitæ innocentia iuxta clarus, pertigit ad tempora Gordiani ſenioris, cùm natus eſſet ſub Marco Philoſopho, quemadmodũ patet ex libello C. Cenſorini de die natali, qui ipſi inſcriptus eſt.

Cerellius Vitalis de quo Pandect. lib. 8. titul. 5. l. 8.

¶ Cerrinii Campani, Minius & Herennius, referuntur Liuio 39. nati matre Minia Pacula, participes coniurationis nefariæ ſub ſpecie ſacrorum Bacchi.

¶ Cerva-

¶Cervaria *Sp. F. Fortunata magiſtra Matri Matutæ D.D. Paul. Pontia M.F. & conſupplicatrices.* Hæc inſcript. extat Corę in Italia in turri ſacra, teſte Ap. inſcrip. ant. p. 184.

¶P. Cervivs, legatus Verris. Cicero in Verrinis. Fors ille, à quo Pōtius in adulterio deprehēſus, caſtrat⁹ eſt, teſte Val. Max. 6. c. 1.

¶Cervicio *Seuero Ceruicia Seuerina Ceruicius Seuerinus patri & Velinia Athenodora coniugi B.M.* Parmæ in æde cathedrali, teſte Apiano pag. 160.

CESELLII.

Ceſellius, prædiator, citatur Ciceroni in oratione pro Cornelio Balbo, vt Q. Mutii Scæuolæ, Auguris, ſynchronus. Verba Ciceronis ſunt: *Etenim Q. Scæuola ille Augur, cùm de iure prædiatorio conſuleretur, homo iuriſperitiſſimus, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Ceſellium, prædiatores, reiiciebat.* &c. Meminit Valerius lib. 8. cap. 13.

A. Ceſellius, vel certè Caſcellius erit. Citatur Caſcelius Pand. 28. de vulgari & pupillari ſubſtitutione 37. & Pand. 32 de legatis & fid. 98.

A. Cesellivs, vir Quæſtorius & I.C. audiuir Q. Mutiū, & Volcatiū quoq; teſte Plinio. Pōponius Voluſiū vocat, vt opinor mēdosè. Maximæ eruditionis virū extitiſſe, indicat Horatius in arte ſua, futurū in pcio iuris profeſſorem aſſerens, etiamſi ad exactā illam Ceſelli doctrinam non perueniat:

nec ſcit quantum Ceſellius Aulus,
Attamen in precio eſt, &c.

Præſtitiſſe etiam vrbanitate, docent Fabius & Macrobius. Cōſulenti enim mercatori, ac dicēti, nauem cum ſocio diuidere volo: perdes, inquit, ex ambiguo iocatus, ꝙ diuiſę nauis vſus amittatur. Lapidatus à populo Vatinius, cùm gladiatorium munus ederet; obtinuerat, vt Ædiles edicerēt, ne quis in arenā niſi pomū mitteret. Fortè iis diebus cōſultus à quodam Ceſellius an nux pinea pomū eſſet: *Si,* inquit, *in Vatiniū miſſurus es, pomū eſt.* Oppreſſa per Triumuiros republica; tanta illum libertate vixiſſe, tradit Valerius, vt nullius gratia, vel autoritate compelli potuerit, vti de aliqua earū rerū, quas Triūuiri dediſſent, formulam componeret, hoc animi iudicio, victoriæ eorū beneficia extra omnem ordinē legū ponens. De Cæſaris verò temporib. cū multa liberius loqueretur; amiciq;, ne id faceret, monerent, duas res, quæ hominibus amariſſimæ videantur, magnam ſibi licentiā præbere reſpondit, ſenectutē & orbitatē. Eadem grauitate, ne dicā

Valerius lib. 6. cap. 2.

cōtumacia, Conſulatū à Diuo Auguſto oblatū repudiauit. Deceſſurus, Q. Mutii, præceptoris ſui, nepotem P. Mutium hæredem reliquit, quemadmodum autor eſt Pomponius in L. 2. Pand. de orig. iur.

¶Ceſellius Vindex, ſcripſit commentarios lectionū antiquarū, celebratiſſimos olim. Citatur aliquoties apud Gelliū in noct. Attic. De huius erroribus cōpoſuiſſe quædam traditur Terentius Scaurus temporib. Hadriani. Ianus Parrhaſius, vir tantopere doctus, annotans in artem Poeticam Horatii, Iuriſconſultum & Vindicem commiſcet. quod equidem miror.

¶Ceſellius Baſſus, origine Pœnus, illuſo per ſomnium Nerone, dum militibus illius nullos auri ſpecus, quos ipſi promiſerat, exhibere poteſt, pudorem & metū voluntaria morte effugit. Tacitus initio 6.

¶Cesellianvs, Senator ſub Tiberio, quòd plurima in Cottam Meſſalinum prōſiſſet, à Senatu punitus eſt. Tacitus libro 5.

¶C. Cessedivs, prouinciam, quæ Antonii Cos. ſortitione obuenerat, repudiauit. Cicero Philipp. 3.

¶C. Cessenivs Philo, accuſauit Sex. Clodium, Pompeio III. Cos. damnauitque, Aſconius Pedianus.

CESTII.

Ceſtios ac Seſtios video ſæpius indiſcriminatim ſcribi, ac in vtriſq; eadem cognomina reperio, vt dubitem nonnunquam iidem ne ſint, vnaq; orthographia ſcribendi, an diuerſi, & diuerſis initialibus litteris notandi. Ego tantiſper illos dirimam, donec indubitatis rationibus ac argumentis eoſdem comperero. Nā ſolis hic coniecturis niti, periculoſum arbitror. Ceſtiana mala recenſentur Plinio lib. 15. cap. 14.

Ceſtius, exorto bello ciuili, Pompeianas partes ſibi ſequēdas ſtatuit. Quare ad Pompeium in caſtra Pharſaliæ ſe contulit, homo ætate decrepitus, & cui alterum crus in Macedonia mutilatum fuerat. Quem cùm cæteri aduenientem riderent, Pompeius ad primum illius conſpectum aſſurrexit. Plutarchus in Pompeio.

Ceſtius à prælio in Macedonia geſto dictus Macedonicus, bello Peruſino, cùm oppido potitus eſſet Cæſar, incenſa domo ſe ſuaque omnia iniecit igni, quē venti inſurgentes, cùm in vrbem diffudiſſent, tota ciuitas conflagrauit, Vulcani duntaxat tēplo incolumi. Appia. lib. 5. Fors eſt ſuperioris F.

Ceſtius, quòd Ciceroni inſeſtus negaſſet, illum litteras ſciſſe, à Cicerone F. obtinẽte Aſiam, in conuiuio flagris conciſus eſt. Vnde mox illud vulgatum: Cicero patri de corio Ceſtii ſatisfecit. Vide Senecam declamationum 3. & Cælium 8. c. 7. in præfatione, & lib. 7. ſimiliter in præfatione.

¶ C. Ceſtius Gallus, Conſul fuit ſub Tiberio vnà cum M. Seruilio Noniano, teſtib. Cornel. Tacito, Plinio & Dione ann. V. C. DCCLXXXVII. Plinius præterea lib. 34. c. 8. ſignum Corinthium habuiſſe, idq́; circumferre ſecum etiam in prælio ſolitũ, ſcribit.

Ceſtius Gallus, Syriæ legatus ſub Nerone, quem tumultuantes Iudæos comprimere cæptantem, varia prælia, eaq; ſæpius aduerſa, excepere. Tacitus 21.

¶ CESTIVS FLORVS, procurator Iudeæ, ſub quo bellum Iudaicum concitatum eſt. Tacitus ibidem.

¶ *C. Ceſtius L. F. Pob. Epulo pr. Trib. pl. VII. vir epulonum.* Hæc inſcriptio extat Romæ in pyramide iuxta portã S. Pauli. Apianus inſcript. antiq. pag. 252.

C. Ceſtius C. F. Stel. Sabinus, floruit ſub Antonino Aug. Vide inſcript. ant. pag. 150.

C. Ceſtius, lictor, commemoratur Ciceroni in Verrinis.

Ceſtius, Smyrnæus Rhetor, Romæ ſub Auguſto Latinè docuit. Euſebius. Fors hic eſt, qui ſubinde citatur à Seneca, quem hominem Græcum, & inopia Latinorum verborum laborantem, ſenſibus abundantem, deſcribit controuerſia 17. lib. 4.

Ceſtius Pius, idem an alius à ſuperiore, incertum, citatur ſubinde inter declamatores ſui ſeculi à Seneca.

Ceſtius, proſcriptus à Triumuiris, quæratur apud Appianum 4.

¶ L. CESVLENVS, homo accuſator de plebe, quem audiuiſſe ſe iam ſenem, cum a L. Sabelio mulctam lege Aquilia de iuſtitia petiuiſſet, ſcribit Cicero in Bruto.

¶ C. CETEIVS, accuſator Milonis. Aſcon. Pedianus.

¶ CETRONII Paſſeris epitaphium, referente Fabricio in Antiquitatibus pag. 89.

Vixi, quod volui, ſemper benè, pauper honeſtè,
Fraudaui nullum, quod iuuat oſſa mea.

¶ CHARISIVS Atticus, Orator, cuius Cicero meminit in Bruto.

Chariſius, Grammaticus, citatur à Priſciano. Apud Rufinũ in de Comicis metris Fl. Chariſius Soſipater nominatur. ¶ Libros eius quinq; primũ inuenit Ianus Parrhaſius. Eoſdem emendatiores edidit Georgius Fabricius, vir de antiquitate & re litteraria optimè meritus, è cuius prooemio cætera tam ad Chariſium, quàm ad opus eius pertinentia, reperi poſſunt.

Chariſio reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 54.

¶ CHILIVS, refertur Ciceroni ad Att. 1. epiſtola 7. & item 9.

¶ C. CICEREIVS, ſcriba Scipionis Africani, Præturam petens, vt vidit omnibus ſe cẽturiis Scipionis filio, quem competitorẽ habebat, anteferri, extemplo deſcẽdit, abiectaque candida toga, Scipionis ſuffragatorem agere cœpit, honorem iſtum Africani memoriæ deferens. Et Præturam quidem adeptus eſt Scipio, Cicereio tamen omnes magis gratulati ſunt. Idẽ biennio pòſt Prætor factus an. V. C. DLXXXI. Sardiniam ſortitus eſt. In quam dum tranſmittit, Corſicam in itinere ſubegit, cæſis in pugna 7. millibus Corſorum, captis amplius M.DCC. Vouit in ea pugna ædem Iunoni Monetæ. Corſis petentibus pacem dedit, cùm ceræ ducenta millia põdo exegiſſet. Ex Sardinia in vrbem regreſſo Senatus in æde Bellonæ datus eſt; vbi expoſitis, quas in Corſica res geſſiſſet poſtulatoq; fruſtra triũpho, in mõte Albano, ꝙ iam in morẽ venerat, citra publicam autoritatẽ triumphauit. Liuius Decadis 5. lib. 2. Valerius Max. lib. 3. cap. 5. lib. 4. cap. 5. & Plutarchus in Scipione.

CINCII.

¶ De Ciciæ familiæ ſepulchro Fragm. Sex. Pompeii pag. 72.

L. Cincius Alimẽtius, Prætor belli Pun. ſecundi anno 9. Siciliam tenuit, in eaque triennio rem geſſit. Liuius 26. & 27. Eius arbitror eſſe libros de re militari, quos citat Gellius lib. 16. cap. 4. ¶ Nominat & alios Fragment. Sex. Pompeii, nempe de Conſulum poteſtate p. 49. de verbis priſcis p. 73. 85. 187. Faſtorum pag. 87. de officio Iureconſulti p. 130. & 154. Myſtagogicõn p. 190.

M. Cincius Alimentius (haud dubiè fr.) Trib. pl. eiuſdẽ belli anno 15. & an. 11. pòſt præfectus Piſis. Hic opinor, legẽ de donis & munerib. tulit, ꝙ vectigalis iã & ſtipendiaria plebs eſſe Senatui cæpiſſet. Meminit eius M. Cato, Conſul, apud Liuiũ in defenſione legis Oppię lib. 34. Cũ eo ipſo die, quo legẽ tulerat. C. Cẽto ꝓdiiſſet, & ſatis cõtumelioſè, quid fers Cinciole? quæſiuiſſet, grauiter ille: vt emas, inquit, Cai, ſi vti velis. Cicero 2.

ro 2. de Oratore. Exoleſcentem nouo S.C. firmauit Auguſtus Cæſ. vt Dion lib. 54. De eadem Tacitus lib. 14. Plinius epiſtol. lib. 5. epiſtola vlt. Plautus venuſtè muneralem appellat.

¶ Cincius alius, vti reor, à ſuperiore, in ſuaſione legis Fanniæ, quæ lata eſt ann. V. C. DLXXXXIII. obiecit ſeculo ſuo, quòd porcum Troianum menſis inferrent, quem illi ſic vocabant, quaſi aliis incluſis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Macrobius.

L. Cincius, circumuentus, quòd primus de poteſtate Tribunicia loqui auſus eſſet. Apud Salluſt. in oratione Macri Trib. pl.

L. Cincius temporibus Ciceronis, cui H.S. DCXX. pro ſignis Megaricis ſe curaſſe ſcribit, ad Att. 1.

P. Cincius, vetus amicus & hoſpes Ciceronis (ſic enim illum vocat in oratione pro P. Cornelio Sylla) plurimis prædiis ſuis ad diſſoluendum æs alienum venditis, abiit in Hiſpaniam L. Iulio, C. Figulo Coſſ.

¶ Cincius Seuerus, occiſus à Seuero principe. Spartianus. Apparet in vita Cõmodi, per Lampridium ſcripta, Pontificem fuiſſe. Etſi mẽdosè ibidem Cingius vocatur. Tertullianus ad Scapulam ſcribens, ait illum (ſi tamen eſt idem) in Chriſtianos humanum fuiſſe, & clementem, qui Thiſtri remediũ ipſe dederit, quomodo reſponderent Chriſtiani, vt dimitti poſſent.

¶ CINGONIVS Varro, Conſul deſignatus, interemtus ſub Galba vt Nymphidii ſocius. Tacitus 17. Agit de eodem lib. 14.

¶ M. CINTVLLVS, refertur Inſcriptionum ant. pag. 333.

¶ CIPIVS, cognomento Parathencõ, occaſionem prouerbio dedit: Non omnibus dormio, quòd dormire ſe ſimularet, quo impunitius vxor ei moecharetur. Fragmen. Sex. Pompeii pag. 21. Paulo in epitome Capius dicitur. Variat etiam de prouerbio iſto Plutarchi fabula in Erotico.

CISPII.

L. Ciſpius, nominatur Cæſari in Commentariis, & Ciceroni Epiſt. 10. epiſt. 17. vbi cognomento Læuus dicitur.

Mons Ciſpius in vrbe à Ciſpio quodam denominatus eſt, autore Feſto.

M. Ciſpius, Trib. pl. Piſone & Gabinio Coſſ. à Clodianis vi foro depulſus, quòd Ciceronis reuocationi faueret. Cicero pro Seſtio. Idem pro Cn. Plancio corruptè Criſpium nominare videtur.

Ciſpia P. F. Secunda. Inſcript. antiq. pagina 341.

¶ CIVICAM Cerealem occidit Domitianus in ipſo Aſiæ Proconſulatu. Sueton.

¶ CLAMILLII aliquot referuntur in inſcript. ant. pag. 391. & 386.

¶ CLAMELLA pag. 252.

¶ CLARAE reſcribitur ab Alexandro A. 6. Cod. tit. 12.

Claro ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 44.

¶ CLASSICVS, præfectus alæ Treuirorũ, enituit nobilitate & opibus: quippe cui genus regium, & pace belloq; clara origo. De hoc multa Tacitus lib. 20. & ſeq.

CLAVDII.

¶ Propudianus porcus dictus, qui in ſacrificio gentis Claudiæ velut piamentũ & exolutio omnis contractæ religionis eſt. Fragment. Sex. Pompeii pag. 48.

Claudiorum Romæ duæ familiæ fuere, quarum altera Patricia, plebeia fuit altera. Patricia gens Claudia Regillis, oppido Sabinorum, orta eſt, & cum T. Tatio in vrbẽ recens conditam cõmigrauit, vel certè cũ Appio Claudio, gẽtis principe, poſt exactos Reges anno ferè 6. Mox in Patricios cooptata, agrum inſuper trans Anienem clientibus, locumq; ſibi ad ſepulturam ſub Capitolio publicè accepit. Claruit deinceps 28. Conſulatibus, Dictaturis 5. Cenſuris 7. Triũphis 6. Ouationibus 2. L. prænomine ob duorum infamiã in poſterum abſtinuit, Neronis & Pulcri cognominibus inter alia præcipuè delectata. Hæc ex Suetonio.

ACCIVS CLAVSVS SABINVS, cui poſteà App. Claudio nomen fuit, vel vt alii M. bello Sabino, quòd autor ille pacis à turbatoribus infeſtaretur, nec illorum factioni par eſſet, ab Regillo, magna clientium comitatus manu, Romã transfugit. His ciuitas data, agerq; trans Aniene, vetus Claudia tribus, additis poſtea nouis tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata. Appius inter patres lectus, haud ita multo pòſt in Principum dignationem peruenit. Vir vehemẽtis ingenii, & plebi admodum infeſtus. Cõſul factus eſt cum P. Seruilio an. vrbis conditæ CCLIX. Liuius 2. Dionyſius 6. Factum eius memorabile narrat Plinius libro 35. capite 3.

App. Claudius Sabinus, App. F. & ipſe, vti pater, plebem ſupra modum odio proſequens, Conſul creatur abſens (nã in campũ deſcendere noluit) ann. V.C. CCLXXXIII.

Quo tempore grauiſſima exarſit in vrbe ſeditio, volentibus Tribunis plebeios magiſtratus tributis comitiis fieri, quod tandem inuitis Patribus, & ipſo Appio Conſule, obtinuere. Idē exercitum ſuū, quòd pugnare nolens fugiſſet, cæſis ſecuri Cēturionibus, ſorte decimauit. Cùm dies illi dicta eſſet à Trib. pl. ob legē agrariam, cui acerrimè reſiſtebat, priuſquam ea veniret, moritur, populus tamen illius exequias frequens celebrauit. Liuius 2. Dionyſius 9. qui illum ſibi mortem conſciſſe, tradit.

C. Claudius Sabinus, App. fr. App. F. Cōſul lectus eſt, ac fuit an. V.C. CCLXXXXIIII. Collegam habuit P. Val. Publicolā, qui cū in recuperatione Capitolii, quod ab Appio Herdonio Sabino occupatū erat, cecidiſſet, L. Quintium Cincinnatū, Cæſonis patrem, Decembri menſe ſurrogauit. Liuius 3.

App. Clavdivs Sabinvs Regillenſis, App. F. App. primi N. ann. V.C. CCCIII. creatus X. vir ferendis legibus, ſumma inter collegas auctoritate erat, etſi minimus natu. Moderationis & induſtriæ laudē cùm tuliſſent omnes, ipſe comitia habens, peſſimo exemplo ſe in ſequentem annū X. virū creat, collegis, quos viſum eſſet, aſſumtis. Quos ſimul atq; in ſuam ſententiā adduxit, ad dominationē conuerſus, tertium quoq; annum per libidinem ſine vllis comitiis in eodem magiſtratu cōtinuauit. Virginiam, L. Virginii, honeſtum ordinem aduerſus hoſtes in bello ducentis, F. ſtuprare cupiēs, M. Claudium clientem ſubornauit, qui eā in ſeruitutem aſſereret. Pater re cognita, cùm in vrbem reuerſus filiam iam addictā videret, impetrato colloquio, ſeductam paululum à turba, abrepto à lanio cultro, interimit. Inde ad exercitum feſtinanter regreſſus, milites ad vindicādum facinus accendit, qui creatis 10. Tribunis, & Auentino occupato, X. viros abdicare ſe magiſtratu coegerunt, eoſque omnes aut morte aut exilio mulctauerūt. Claudius in carcerem coniectus, ſibi manus attulit. Liuius 3. Dionyſius Halicarnaſſ. 11. &c.

App. Claudius Craſſus, X. viri F. Trib. militum Conſulari poteſtate, ann. vrbis conditæ CCCXXXI. Liuius 4.

App. Claudius Craſſus, X. viri nepos, cuius adhuc iuuenis conſilium, ex ſententia proaui ſui repetitū, in diſſoluenda Tribunitia poteſtate laudatū eſt a Patribus. Liui. 4. Vir ingenio promtus fuit, & plebis certaminibus multū exercitus. Habetur eius oratio cōtra Tribunos pleb. grauis & ſeuera apud Liuiū initio 5. ꝙ orationē ipſe Trib. mil. Cōſulari poteſtate habuit an. V.C. CCCLII. Extat itē & alia eius oratio cōtra Tribunos pl. volentes X. viros ſacrorū ex parte de plebe creari, apud Liuiū in fine 6. Dictator dictus contra Hernicos, à quib. L. Genutius Conſul, circumuentus inſidiis, cæſus erat, profectus magna eos clade affecit. Quanquam non incruenta victoria, quarta ferè militū parte amiſſa. Liuius 7.

App. Claudius Craſſus, App. F. App. N. Decēuiri pron. creatus Conſul cum L. Furio Camillo an. V.C. CCCCVI. cū añus multis variiſq; motibus inſignis eſſet, in ipſo honore, atq; adeò in apparatu belli, moritur Liuius lib. 7.

C. Claudius Craſſus Regillenſis, ſuperioris F. Dictator dictus an. V.C. CCCCXVIII. cū Augures vitio creatum monuiſſent, mox magiſtratu illo ſe abdicat. Liuius.

App. Clavdivs Crassvs, C. F. App. N. Caecvs ille, iuris & eloquētiæ cōſultus. Cēſor factus cū C. Plautio, magiſtratū illū contra legē Æmiliā vltra præſcriptū tēpus geſſit, Appiā viā muniuit, aquam in vrbē induxit, Potitiis auctor fuit, vt Herculis ſacrorū miniſteriū in ſeruos transferrent; vnde ea gens funditus interiit, ipſe aliquanto pòſt luminibus captus. Ne Fabio imperiū prorogaretur, contradixit. Creatus eſt Conſul cū L. Volumnio Flāma in annū CCCCXLVII. Ne ſacerdotia cū plebeiis cōmunicarentur, valde reſtitit. Iterū Conſul cū eodē Volumnio creatus in annū CCCCLVII. adiuuante collega Hetruſcos cecidit, cū inter dimicandum ędem Bellonæ vouiſſet. Sequenti anno Prętor factus abſens, iunctis cū Volumnio copiis, Samnites vicit. Hæc Liuius 9. & 10. Cū de pace cum Pyrrho ineunda ageretur, ſenex & cæcus lectica in Senatū latus, turpes pacis conditiones oratione ſua diſcuſſit. Liuius 13. Cicero de ſenectute, Plinius de viris illuſtribus, Ouid. 6. Faſtorū, Plutarchus in Pyrrho Pand. lib. 3. tit. 1. l. 1. &c. Citatur in ſententiis à Sex. Pompeio. Filios 4. & filias 5. reliquit, vt Valerius lib. 8. cap. 14.

App. Claudius Caudex (ſic enim dictus eſt à nauium caudicibus, quòd primus Romana claſſe transfretauerit) Appii Cæci frater fuit, teſte Cicerone in Bruto, & in Catone, item Gellio 17. c. 21. Conſulatum geſſit ann. V.C. CCCCLXXXIX. quo tempore ſumtum eſt bellum contra Pœnos primum. De huius rebus geſtis vide viros illuſtres Plinii.

Clau-

Claudia, Veſtalis, Caudicis F. aut certè ſoror, cùm patrem triumphantem è curru violẽta Tribuni pl. manu detrahi animaduertiſſet, ipſa accurrens ampliſſimam poteſtatem cedere coegit. Cicero in Orat. pro Cælio, Valerius Maximus libro quinto, capite quarto. Suetonius in Tiberio. Sigonius tamen Claudiam hanc tempore poſteriorem facit, & App. Claudio, qui Coſ. fuit an. vrbis conditæ DII. natam cenſet. Is enim cum ad triumphum pecunia ex ærario negaretur, infami impudentia atq; ambitione vſus, priuatis ſumtibus triumphauit, vt Oroſius.

C. Claudius Regillenſis, Dictator ann. V.C. CCCCXVIII.

Appii Cæci liberi.

Appius Claudius Craſſus, Appii Cæci F. teſte Paterculo, Conſul fuit ann. vrbis conditæ CCCC.LXXXV.

P. Claudius Pulcher, Conſul ann. vrbis conditæ DIIII. Hic contra auſpicia cum Carthaginenſibus dimicans, victus eſt. Vide Polybium libro 1. Ciceronem libro 2. de natura Deorum, de diuinat. 1. & 2. Liuium 19. Suetonium in Tiberio, Valerium libro primo, capite quarto, libro octauo, capite primo.

Tiberius Claudius Nero, quem Cæci fuiſſe filium, tradit Suetonius in Tiberio.

C. Claudius Cento, quartus App. Cæci F. teſtibus Cicerone & Gellio libro deciſeptimo, capite 21. Conſul fuit ann. V.C. DXIII.

Claudia, cùm turba premeretur, optauit, vti frater viuẽs denuò duceret claſſem, ob eam rem mulctata. Vide Liuium 19. Gellium decimo, capite ſexto. Valerium Maximum 8. capite primo. Suetonium in Tiberio.

Claudia Quintia, caſtitate nobilis ann. vrbis conditæ DL. Vide Plinium 7. capite trigeſimo quinto de viris illuſtribus, Tacitum libro quarto, Suetonium in Tiberio, Valerium Maximum libro primo, capite 8. ¶ Iuſtus Lipſius in Taciti lib. quartũ commentans, nominat Quintam, non Quintiam.

Poſteritas P. Claudii Pulchri.

App. Claud. Pulcher, P. F. Trib. mil. in pugna Cannenſi, proximo anno Prætor, Conſul eius belli anno 7. id eſt, vrbis conditæ DXLII. mox à Capua capta mortuus. Liuius 25. & ſeq.

App. & P. Claudii, fratres, vt Liuius, & App. F. F. P. N. N. quorum Appius Conſul fuit ann. V.C. DLXIX. P. ann. DLXX.

C. Claudius App. F. P. N. Pulcher, Prætor ann. vrbis conditæ DLXXIIII. Conſul ann. DLXXVII. triumphauit de Hiſtris & Liguribus. Cenſor ann. DLXXXV. cum Tib. Sempronio Graccho. Fuit & Augur. Obiit ann. DLXXXVII. De Cenſura eius Valerius Maxim. libro 6. capite quinto. Gellius libro ſexto. Plinius de viris illuſtr. pagina 458. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pag. 95. quod idem de Auguratu eius pag. 150.

C. Claudius, tabulis Capitol. C. F. App. N. Cos. ann. V.C. DCXXIIII.

App. Claudius App. F. App. N. P. Pron. Pulcher, Conſul ann. vrbis conditæ DCXI. Salaſſos, gentem Alpinam, domuit. Liuius libro 53. Competitor Scipionis Æmiliani in Cenſura, cùm iactantius diceret, Romanos omnes à ſe nominatim ſalutari: *Vera, inquit, Scipio, narras, at mihi curæ fuit, non quidẽ noviſſe multos, ſed ne à quoquam ignorarer.* Vxorem habuit Antiſtiam. Filiã Claudiam Tib. Graccho adoleſcenti, Auguri, augur & ipſe, in cœna augurali deſpondit. Idem etiam Cẽſorius, & princeps Senatus fuit. Plutarchus in Gracchis.

App. Claudius Pulcher, Appii Cenſorii F. Hoc natus Appius.

Appius Claudius Pulcher, forſan, idem cuius meminit Cicero libro ſecundo de oratore.

Liuius Druſus Claudianus. De hoc infrà in Liuiis.

C. Claudius C. F. C. N. Pulcher, Conſul ann. vrbis conditæ DCLXII. Hunc eſſe puto, quem Cicero Off. 2. & in Verrem 6. Appii F. vocat, & ſplendida Ædilitate perfunctum ſcribit. De Prætura illius idem Cicero in Verrem 4. In Bruto C. Clodium vocat. Meminit quoque in oratione pro domo ſua, item in orat. pro Plancio, vbi virum potentiſſimum nominat. Plinius libro octauo tradit, illum Antonio & Poſthumio Coſſ. Ædilem fuiſſe, & primum omnium pugnam Elephantorum in Circo edidiſſe, idque ex auctoritate Feneſtellæ, libro octauo, capite ſeptimo. Forſan de eodem dicta Claudiana tonitrua. Vide Sex. Pompeium libro tertio & Chiliades Eraſmi.

App. Claud. Pulcher, Ædilitatis viuo Patre, C. Claudio, repulſam tulit. Cicero pro Plancio. Conſul factus ann. vrbis conditæ DCLXXV. miſſus eſt in Macedoniam, ibiq; diem clauſit extremum. Liuius lib. 91. Eutropius 6. & Oroſius 5. cap. 23. Succeſſit illi Scribonius Curio. Cicero in oratione pro domo ſua, patrem hunc Clodii ciuem egregiũ vocat: quippe qui, cùm de eo Tribunus pl. promulgaſſet, adeſſe propter iniquitatem Cinnani temporis noluerit: ideoq; abrogatum illi imperium, & exulare iuſſum: Dein à L. Philippo Cenſore quanquam auunculum in recitando Senatu præteritũ, propterea quòd nihil hic dicere poſſet, quare rata non eſſent, quæ in repub. acta eſſent, &c. Nominat eundem lib. 1. ad Attic. epiſt. 11. Vxorẽ habuit Cæciliam, Metelli Balearici F. filios App. C. & P.

C. Claudius Pulcher, frater, opinor, Appii, C. F. Prætor victus eſt à Spartaco, amiſſis quoque caſtris. Appianus & Eutropius lib. 6. Huius, puto, meminit Cicero in Bruto. & vtriuſq; lib. ſecundo officiorum. Vt ſcenam varietate colorum adumbrarit, vacuis, antè picta tabulis extentam, docet Valerius lib. 2. capite primo.

Appius Claudius Pulcher, Conſul ann. vrbis conditæ DCC. cum L. Domitio. Cenſor fuit cum L. Piſone. Proconſul in Cilicia Lentulo ſucceſſit, ipſi Cicero. Periit in bello ciuili. De hoc Cicero in Bruto. Ad eundem ſunt epiſtolæ lib. 3. epiſtol. famil. Conſule amplius in eaſdem annotationes noſtras. Adoleſcens cum P. fratre audiuit Atteium philologum, vt Suetonius de ill. Grammatic. Librum eius auguralem nominat Cicero epiſtola 4. Idem aliquoties citatur à Sex. Pompeio, & potiſſimũ lib. 17.

Claudia, vxor Cn. Pompeii, Magni F. Claudia.

C. Claudius filios duos habuit, Appios Claudios, à quibus accuſatus eſt Milo, Patrui percuſſor. Aſcon. Pedianus in Orat. pro Milone. Alterum ex his ſuſpicari poſſumus App. Claudium C. F. nobiliſſimum adoleſcentem, qui propter patris reſtitutionem ſecum Antonio coniunxit, quemque Cicero D. Bruto commendat Epiſtolarum lib. 11. epiſt. 22. Sed & Cælius lib. 8. epiſtol. 8. minoris Appii meminit. Idem fortè Cõſulatum geſſit ann. vrbis conditæ DCCXV. Nam tabulæ Capitol. nominant C. F. App. N. An filium eius App. Claudium credi oporteat, quem inter Iuliæ adulteros nominat Paterculus volum. poſt. iudicium eſto penes lectorem.

P. CLODIVS PVLCHER, homo ſeditioſus, & è Ciceronis inimicitiis & ſcriptis notus. Vxor ei fuit Fuluia, ſorores tres, de quibus Plutarchus in Lucullo & Cicerone, Dion in fine libri trigeſimiquinti, omnes impudicæ, & ab illo conſtupratæ. Vt maiores Clodii inde ad atauum vſque Conſules fuerint, Cicero in Orat. pro Cælio pag. 44. Moderationis eius habet exemplum memorabile Cicero ad Atticum 1. Valerius libro quarto, capite ſecundo. Seneca epiſtol. 98.

P. Clodius Pulcher, perditus & infamis amore meretricio, fœdè interiit, abdomine auidè deuorato. Valerius 3. cap. 5.

Claudia, deſponſa C. Cæſari Octauiano.

Claudia Pulchra, ſobrina Agrippinæ, vxoris Germanici, damnatur adulterii ſub Tiberio. Tacitus libro quarto. Natus ea

Quintilius Varus, nominatur Tiberii propinquus, ibidem.

Poſte-

Poſteritas Tib. Claudii Neronis.

C. Claudius Ti.F.Ti.N. Nero, Prętor an. vrbis conditæ DXLII. Fuluio & App. Claudio Coſs. exercitum ab eiſdem, iam Procõſulibus, acceptum in Hiſpanias tranſportauit. Conſul ann. DXLVII. cum M. Liuio, Aſdrubalem memorabili pugna vicit. Vnde collega triumphante, ipſe ouauit. Cenſor cum eodem Liuio fuit, in quo honore turpi ambo certamine diſſedere. Liui⁹ 27. & 30. Silius lib. 15. Plinius de viris illuſtrib. &c. De moderatione eius Valerius Max. lib. 4. cap. 1.

Tib. Claudius Nero, Prætor ann. vrbis conditæ DL. Sardiniam adeptus eſt. Conſul fuit cum M. Seruilio ann. DLII. In tabulis Capitol. nominatur P.F.Ti N.

App. Claudius Nero, forſan Tib. frater, Prætor ann. vrbis conditæ DLIX. Militauit ſub T. Quintio in Macedonia, teſtibus Polybio & Liuio.

Tib. Claudius Nero C.F. Prætor ann. vrbis conditæ DLXXIII. Obuenit ei Sicilia prouincia. Iterum Prætor ann. DLXXVI. niſi alium huic fuiſſe putandum eſt. Liuius nihil indicat.

Tib. Claudius, App. F.P.N. Nero, Prætor ann. vrbis conditæ DLXXXVII. Obtigit illi Sicilia Liuius 45.

C. Claudius Nero, Proconſul (puto) Aſiæ mox à bello Syllano. De hoc Cicero 3. Verrinarum.

Tib. Claud. Nero, cuius meminit Salluſtius in Catilina, item Cicero orat. in Varinium, & ad Attic. lib. 5. epiſtol. 21. Fors eſt Imperatoris auus.

Tib. Claud. Nero, Prætorius fuit, & Põtifex, Quæſtor Cæſaris in bello Alexandrino. Hiſtoriam eius habet Suetonius in Tiberio. Eundem eſſe puto, quem Cicero tãtopere laudat Epiſtolarum 13. De filiis & poſteris copioſius diſſeremus in familia Cęſarum.

TIB. CLAVD. NERO, Tib. F. priuignus Auguſti ex Liuia, in Imperio & potentia ſucceſſor.

Druſus Cæſar, Tib. F. fraude vxoriſ periit.

Druſus Nero, Tib. fr. filios habuit Germanicum & Claudium. Germanico filius fuit Caligula Imperator, quo cæſo ſucceſſit Claudius, cuius filium Britannicum Nero, per adoptionem frater, ſuſtulit. Et primus quidem Claudiæ genti per adoptionem inſertus Nero fuit.

Poſteritas C. Claudii Centonis.

C. Claudius Cento C.F. App.N. (ſic puto: contrarium enim habent tabulæ Capitol.) Interrex, à quo alio Interrege prodito, Conſules facti ſunt L. Æmilius Paulus & C. Terentius Varro. Dictator comitiorum cauſa dictus, Conſules creauit App. Claud. Pulchrum & Q. Fuluium Flaccum ann. vrbis conditæ quingenteſimo quadrageſimoſecundo. Nati eo C. Ap. & L.

C. Claudius Cento, legatus Sulpitii Cõſulis, miſſus ab eodem ex Macedonia, vbi contra Philippum regem bellum gerebat, cum 20. longis nauibus, & militum copiis, ad liberandas obſidione Athenas ann. V. C. DLIII. Liuius. 31.

App. Claudius Cento, Ædilis curulis an. vrbis conditæ DLXXV. Prætor ann. DLXXIX. triumphauit de Celtiberis.

L. Claudius Cento, Prætor eodem anno, quo Appius.

T. Claudius Cento, quòd ædes vendidiſſet, quarum partẽ, nimis in altum extructam, ab Auguribus demoliri iuſſus erat, priuato iudicio à M. Catone, Vticenſis patre, emtori Calphurnio Lanario ad præſtãdũ damnũ condemnatus eſt. Cicero off. 3. Valerius 8. cap. 2. Vbi tamen malè Centimalus vocatur, quod cognomẽtum Fuluiorum eſt, reſte quoque Sigiſmundo Gelenio.

CLAVDII Marcelli.

CL. Marcelli plebeii fuere, teſte Aſcon. Pediano & Liuio. De his ita Cicero in Verrem 5. Marcelli antiquiſſimi Siciliæ patroni.

M. Claudius Marcellus, Conſul fuit cũ C. Valerio ann. vrbis conditæ CCCCXXIII. quo tempore matronarum veneficia in vrbe prodita ſunt. Idem tertio anno pòſt comitiorum gratia Dictator dictus eſt. Liuius lib. 8.

M. Claudius Marcellus, Conſul ann. vrbis conditæ CCCCLXVI. cum Nautio Rutilio, reſte Caſſiodoro.

M. CLAVDIVS MARCELLVS, ſuperioris haud dubiè nepos, omnium ſuæ gentis clariſſimus extitit. Nam & Præturam & 5. Cõſulatus geſſit. Occiſo Inſubrium Gallorum

duce, ſpolia opima retulit. Hannibalem primus vinci docuit, Siciliam domuit, captis Syracuſis, cum hoſte, teſte Plinio 7. capite 25. vnde quadragies dimicauit, cæſus tandem per inſidias, cùm Augur eſſet, & ſexagenario maior, anno belli Pun. ſecundi vndecimo. Dictus vulgò P. R. gladius ob pugnandi ardorem, cùm Fabium, qui cunctator erat, clypeum appellarent. Hæc ex Liuio, Plutarcho & Plinio. Plutarchus ſcribit, huic fratrem fuiſſe Otacilium, quem etiam in prælio ſeruarit, ſed iſtud falsò, primum hunc Marcellum cognominatum.

M. Claudius Marcellus F. Conſul ann. vrbis conditæ DLV. De Inſubribus Gallis in magiſtratu triumphauit. Cenſuram geſſit cum T. Quintio Flaminio, an. DLXV. Obiit ann. DLXXVII. etiam Pontificatus ſacerdotio clarus, Liuius 33. 37. & 41.

M. Claudius Marcellus, Conſul ann. V. C. DLXXI. & X. vir ſacrorum. Deceſſit an. D. LXXXV. Liuius 39.

M. Claudius Marcellus, Pontificis F. patri in ſacerdotio ſucceſſit, ter Conſulatũ adeptus (ann. videlicet vrb. cond. DLXXXVIII. DXCIX. & DCII.) Periit in mari. Liuius, Cicero. Hic eum ſtatuas ſibi & patri, itemque auo poneret, in monumentis aui ſui, ad honoris & virtutis decorem, ſubſcripſit: Hi Marcelli nouies Coſs. auus quinquies, pater ſemel. Itaq; neque mentitus eſt, & apud imperitos patris ſui ſplendorem auxit.

M. Claudius Marcellus, Prætor ann. vrbis conditæ DLXXXV. Hiſpaniam ſortitus eſt. Liuius 43.

M. Claudius Marcellus, Æſernini pater; non ille quidem in patronis, ſed in promtis tamen, & non inexercitatis ad dicendum fuit, vt & filius eius, P. Lentulus. Cicero in Bruto, qui eum Q. Metelli Numidici & M. Æmilii Scauri ſynchronum facit. Fors hic eſt, quem militaſſe ſub C. Mario aduerſus Teutones & Ambrones ſcribit Plutarchus.

C. Claudius Marcellus, pronepos Marcelli, quinquies Conſulis, teſte Cicerone, Proconſul Siciliæ fuit, ſucceſſor Lepidi, cognomento dictus Eſerninus. Cicero in Verrinis actione 5. & 6. qui illum vnum ex iudicibus fuiſſe memorat tùm, cùm Verrẽ accuſaret. Ibidẽ vocat & huius propinquũ Cn. Lentulum Marcellinum.

M. Claud. Marcellus, Ædilis L. Philippo Conſule, id eſt, an. V. C. DCLXIII. Cic. I. de Oratore. Hic, opinor, eſt, quem Liuius altero anno belli ſocialis cum Eſernia colonia in poteſtatem Samnitum veniſſe ſcribit, libro 73. Vide an ad eundem pertineat locus Ciceronis pro Fonteio, item Valerii lib. 8. cap. 5.

M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS, Conſul ann. vrbis conditæ DCCIII. Cæſari aduerſus, primus de prouinciis eius ad Senatum retulit. Victo Pompeio, Mitylenas ſe contulit, vbi aliquot annos in exilio vixit. Tandem deprecante Senatu, à Cæſare reuocatus, cùm veniſſet Athenas, à P. Magio Chilone in portu interemtus eſt. Cicero familiarium 4. & ad Att. 13. pag. 487. Liuius 115. De eius eloquentia Cicero in Bruto. Exilii eius & paupertatis cum laude meminit Seneca in conſolatione ad Albinam matrem.

C. Claudius Marcellus, fr. patruelis M. Marcelli (Dioni M. & M. F. vocatur) patrem habuit M. Marcellum, matrem Iuniam, vt liquet ex Ciceronis, vtrique, patri & filio, ſcribentis, epiſtolis, 7. 8. & 9. libri 15. & item epiſtola 10. De hoc ad Att. lib. 10. epiſtola 17. Seruii conſilio nihil expeditur &c. Vnum C. Marcello cognoui timidiorem, quem Conſulem fuiſſe pœnitet. Fuit autem Conſul proximo poſt M. Marcellum anno.

C. Claudius M. F. Marcellus, alius à ſuperiore, nimirum M. Marcelli frater, geſſit Conſulatum anno ſequenti, cùm exortum eſt bellum ciuile. Quidam cum priore eundem eſſe volũt, quod mihi neutiquam probatur. Imò diuerſos fuiſſe, patet ex Dione. Puto etiam de hoc Marcello Ciceronem loqui epiſtol. famil. lib. 4. epiſtol. 9. Cæſari inimiciſſimus fuit, etſi ἐξ ἐπιμελείας σεσώκεν, vt idem Dion libro 40. Cicero libro 9. ad Attic. epiſtol. 1. Marcelli quidem, inquit, niſi gladium Cæſaris timuiſſent, manerent, de M. & C. loquens. Habuit autem vxorem Octauiam minorem, Augusti Cæſ. ſororem, de quo matrimonio Suetonius in Cæſare cap. 27. Vide familiam Antoniam & Iuliam.

Marcelli, pater & F. in Pelignis rempublicam turbarunt: vindicatum in eos à Cicerone & Bibulo. Oroſius 6. capite ſexto. Eutropius 6.

C. Marcellus, Capua exterminatus per Seſtium. Cicero pro Seſtio.

M. Marcellus, dux Cæſaris partium in Hiſpania contra Q. Caſſium, Commentario 4. Idem opinor eſt, cuius meminit Cæſar initio 1. Dion lib. 42. Eſerninũ cognomento

mento vocat, & Quæſtorem fuiſſe ſcribit. Idem libro quinquageſimoquarto Marci filium facit, & conſulem cum L. Aruntio fuiſſe dicit, ann. V.C. DCCXXXII.

M. Clavd. Marcellvs, C. Marcelli & Octauiæ, ſororis Auguſti, filius & in Iulia F. Auguſti gener, deſtinatus ſucceſſioni, in Ædilitate, edito magnificentiſſimo munere, deceſſit, año ætatis 23. teſte Seruio. Laudat hunc impenſè Virgil. lib. 6. Sorores habuit duas, quarũ altera primùm M. Agrippę, deinde M. Iulio Antonio, altera M. Valerio Meſſalæ collocata eſt.

Claudius Marcellus, citatur Senecæ inter declamatores ſui ſeculi.

¶ Claudius Marcellinus, reſpondit Plinio pro Martiano.

Claudius Marcellus, præfectus vrbis ſub Diocletiano.

Clavdii alii, ſecundum cognomentorum initiales litteras congeſti.

Claudio Adriano reſcripſit D. Pius Pand. 37. de Carboniano edicto.

Claudius Ælianus, Præneſtinus, cognomento Meligloſſus, docuit Romæ poſt Hadriani tempora. Suidas αἰλιανός.

T. Claudius Alypus, cum patre Claudio Felice, & Claudia Helpide matre, refertur in memoriis antiq. pag. 245.

T. Claudius Amerinus, lictor curiatus. Ibidem pagina 253.

T. Claudius Apollonius, cum Claudia Afra patrona, & Claudia Fuſca coniuge, pag. 349.

Claudius Apollinaris, præfectus claſſi ſub Vitellio. Tacitus.

Claudio Apollinari reſcripſerunt Antoninus & Verus Pand. 22. de probationibus.

Claudius Apollinaris, Epiſcopus Hierapoleos. Euſeb. hiſt. Eccl. 5. cap. 18.

Claudius Arabianus, occiſus à Seuero Principe. Spartianus.

T. Claudius Aſellus, Eques Rom. ſub Q. Fabio Conſule militans, extra ordinem cũ Iubellio Taurea Campano prouocatus pugnauit. Trib. militum ann. V.C. DXLVII. ſub Claudio Nerone Cos. contra Hannibalem in pugna ſtrenuã operam exhibuit. Anno proximo Prætor Sardiniam inſulam ex ſorte obtinuit. Congreſſum illius cum Iubellio Campano eleganter deſcripſit Silius lib. 13.

Tib. Claudius Aſellus, quòd à Scipione Æmiliano in Cenſura equo ſpoliatus eſſet, Trib. pleb. diem illi dixit. Gellius 7. cap. 11. In eundẽ Scipio, cùm gloriaretur, omnes ſe prouincias ſtipendia merẽtem peragraſſe; agas, inquit, aſellum. Cicero de Oratore 2. Et obiicienti luſtrum illud infelix: Noli, inquit, mirari. Is enim, qui te ex ærariis exemit, luſtrũ condidit, & taurũ immolauit. Tanta ſuſpicio eſt, vt religiõe ciuitatẽ obſtrinxiſſe videatur Mumius, q. Aſellum ignominia leuarit. Ibidẽ. Pertinent eodẽ è Lucilio verſus apud Gelliũ lib. 4. c. 17. Vxor Licinia illũ veneno ſuſtulit, vnde poſtea propinquorũ iudicio ſtrangulata eſt. Valerius 6. cap. 3.

¶ Claudianus Aſellus cæſus à Seuero. Spartianus.

Claudius Aſterius, cum Nunnitia coniuge, refertur in memor. antiquis pag. 137.

Claudius Auguſtalis apud Columellam initio lib. 11. ingenuæ naturæ & eruditionis adoleſcens.

Claudio Calixto reſcripſit Imp. Antoninus cum patre Pandect. 50 de legationibus.

P. Claudius Caninius, Cos. an. vrbis cõditæ CCCCLXVIII. In tabulis Capitol. nominatur C. Claudius Canina, & Conſulatus ei duplex attribuitur. Nos alterum Cl. Cinnę, qui ſequitur, vendicamus.

C. Claudius Cinna, Conſul ann. V.C. CCCCLXXX. triumphauit de Samnitibus & Lucanis, vt liquet ex tabulis Capitolinis.

Claudius Capelianus, Senator ſub Aureliano, nepos ex fratre Cereii Metiani. Vopiſcus.

L. Claudius Cicero, Trib. pl. ann. V.C. CCC. à quo dies dicta eſt T. Romulio, cùm magiſtratu abiiſſet.

Clavdivs Clavdianvs, Poeta Alexãdrinus. De hoc Suidas, & pleniſſimè P. Crinitus. Inſcriptio ſtatuæ, quæ Arcadii & Honorii Impp. iuſſu in foro Traiani ei collocata fuit, legitur Inſcript. ant. pag. 228.

T. Claudius Clemens, vixit ſub T. Veſpaſiano F. Inſcript. antiq. pag. 245.

T. Claudius Clyptus, hymnologus, ædes habuit in Cœlio monte. Marlianus quartũ, capite 23.

Claudius Didymus, Grammaticus. Suidas Δίδυμος.

Tib. Claud. Donatus, ſcripſit ad Tiberiũ Claudium Maximum interpretationes in Virgilium.

T. Claudius Eumelus, cum Martia coniuge refertur, Inſcript. antiq. pag. 312.

T. Claudius Euelpiſtus, cum Claudia Victoria coniuge,& T.Cl. Petronio F. pagina 305.

Claudius Fauentinus,Centurio,à Galba per ignominiam dimiſſus,ſub Vitellio claſſem Miſenenſem ad defectionem traxit,fictis Veſpaſiani litteris precium proditionis oſtentans.Tacitus 19.Memoratur & Fauẽtinus quidam cum Tuccha coniuge veterum inſcript.pag.312.

Claudius Felix,eundem fundum tribus obligauit,primũ Eutychiano, deinde Turboni,tertio loco alii creditori.Paulus Pandect. qui potiores in pignore habeantur.

Q. Claudius Flamen, Prætor ann. vrbis conditæ DXLVI. Tarentum prouinciã habuit.Plura Liuius lib.27.

Claudius Frontinus, vixit ſub Antonino Pio.

¶ Claudio cuidam reſcripſit Pius Pandect.ad legem Corneliam de falſis.

Claudio Frontino reſcripſit Iulianus Pand. 4. de eo quod metus cauſa factum eſt.

Claudiæ crimen inceſti remiſſum à Diuis fratribus propter ætatem, ſed vt diſtrahi coniunctionem illicitam iuſſerint. Pand. lib.48.tit.5.l.38.

Claud.Flauiano reſcribit D.Pius Pand. 5.tit.1.

CLAVDIVS GALENVS, Medicorũ princeps,cuius opera extant. Ex iiſdem facilè vita eius cognoſci poteſt. Explicarũt eadem cùm alii,tùm Cõradus Geſnerus. Legitur etiam de Galeno doctiſſima Philippi Melan.oratio declamat. Tom. 2. Suidas in hanc ſententiam de eo agit: *Galenus,inquit, celeberrimus Medicus, Pergamenus, qui ſub Marco,Commodo & Pertinace, Imperatoribus, Romæ fuit: filius Niconis Geometræ & Architecti. Multa ſcripſit, non tantùm Medica & Philoſophica, ſed etiam Grammatica & Oratoria. Quæ quia nota ſunt omnibus, recenſere nunc ſuperuacaneum eſſe duxi.* Hactenus Suidas.

Claudius Gorgus, vir clariſſimus, vxorẽ accuſans, cùm detectus eſſet, vxorẽ in adulterio deprehenſam retinuiſſe, & ſine accuſatore lenocinii damnatus eſt à D.Seuero Pand.48.tit.5.l.2.

T. Claudius Hermes.Inſcript.antiq. pagina 265.

Claudia Helice.Ibid.pag.279.

Claudia Homonœa pag. 233. item Antiq.Fabricii pag.69.

L.Claudius Hieronymianus, in Cappadocia, cùm indignè ferens vxorem ſuã ad ſectam noſtram tranſiſſe, Chriſtianos crudeliter tractaſſet, ſolo prætorio ſuo vaſtatus peſte,cùm viuus vermibus ebulliſſet: nemo ſciat, aiebat, ne gaudeant Chriſtiani. Tertullianus ad Scapulam.

Tib.Claudius Honoratianus.Inſcrip.ant. pag. 321.

C.Claudius Hortator,M.Equitum ann. V.C.CCCCXVIII.

Claudius Iulianus, Miſenenſis claſſis aliquando rector,à Vitellio ad Veſpaſianum defecit.Tacitus 19.

Claudius Iulianus, præfectus vrbi ſub Alexandro Imperatore, cui & ille reſcripſit Pand.31.de legat.& fideicommiſſis l.89.

Claudius Iulianus, Conſul cum Celſo Æliano ſub Maximo & Balbino Impp.Capitolinus.

Claudii Iuſti meminit D. Pius in reſcripto ad Sextiliam Baſſam.Pand.34.de alim. & cibar.legat.l.13.

Claudius Iuſtus leg.III. Geminæ P. F. Seuerianæ Alexandrinæ. Inſcript.antiq. pag.14. Videtur vixiſſe ſub Seuero & Antonino.

Claudius Labeo, præf. alæ Batauorum. Corn.Tacitus lib.20.

App. Claudius Lateranus X vir ſacr.faciend. Conſul deſign leg. Aug.pr.pr.leg.III. Italicæ V. S.L.M. Hęc inſcriptio legitur in memor. Auguſtanis.Fors hic eſt Lateranus, qui ſub Seuero Conſul fuit cum Rufino,ann. vrbis conditæ DCCCCXLIX.

T.Claudius Lenius, Diui Claudii Aug. lib.à ſtudiis.Apud Volaterr. & vetuſtarum inſcript.pag.102.

Claudius Lyſias, Trib. mil. ſub Felice, præſide Iudæę. Actorum 21.& 23.

Claudius Lucanus, Conſularis, occiſus à Commodo Lampridius.

Claudius Maximus, Stoicus inter præceptores D. Antonini.

Claudius Maximus, Proconſul Africæ, apud quem cauſam Magiæ dixit Apuleius Philoſophus.

T.Claudius Memnon,cum Iulia Reſtituta,refertur memor.veter.pag.246.

T.Claudius Oneſimus,cum Iulia Potita coniuge,pag.291.

Claudius Oneſimus, Viator collegii magni, cum CL. Z. Myrna coniuge. p. 210.

Claudius Pacatus, etſi Centurio fuiſſet, redditus tamen eſt à Domitiano domino ſuo,quòd eum ſeruum eſſe cõſtaret Dion.

T.Clau-

T. Claudius Pallas, Claudii Cæſ. Aug. lib. potentiſſimus, occiſus tādem à Nerone, de quo multa Corn. Tacitus. Huius frater fuit Claudius Felix, aliquādo præſes Iudeę, vt eſt apud eundem. Fors huius Pallantis F. fuit Claudia Pallas, cuius meminetunt vetuſtæ inſcriptiones p. 249. De monumento Pallantis Plinius epiſtol. lib. 8. ad Montanum, Roma Fabricii pag. 196.

¶ Obſeruandum hic, auctorē ſuprà Felicem Antonius accenſuiſſe.

P. Claudius Pallas Honorat. Repētinus, refertur cum multis honoribus Inſcript. ant. pag. 401.

Claudius Paternus, vixit ſub Seuero, cooptatus in locum Attidii Corneliani, cùm in illius locū Arrius Colonus cooptaretur. Inſcript. antiq. pag. 320.

T. Claudius Phœbus, refertur ibidem pag. 302.

C. Claudius C.F. Platina. Cicero Verrin. 4. pag. 130.

Claudius Pollio, laudatur vt vir bonus & doctus à Plinio Epiſtol. 7. ad Cornutum. Scripſit vitam Muſonii Baſſi, grauiſſimi ciuis. Ibidem.

Claudius Pollienus, Pruſæ domū Claudio Cæſari legauit, iuſſitq; in periſtylio tēplum ei fieri. Plinius ad Traianum.

Claudius Pompeianus, gener Marci Imperatoris in filia Lucilla, ſorore Commodi, ſub quo occiſus eſt, quaſi à latronibus. Sic Lampridius. At Spartianus ſuperſtitem vixiſſe Commodo, & poſteà è Tarraconenſi ad participandum imperium à Iuliano vocatū, quòd & gener Imperatoris fuiſſet, & diu militibus præfuiſſet, recuſaſſe, ſenem ſe & luminibus debilē reſpondendo. Fuit genere Antiochenſis, nec ſatis nobili, Equitis tamen Romani filius, à ſocero bis Cōſul factus. Herodianus ei elegantē orationem tribuit ad Commodum iam Imperatorem.

Claudius Pompeianus F. Marci Imperatoris ex filia nepos, occiſus eſt à Caracalla. Spartianus.

T. Claudius Proclus, cum Flauia Primitiua coniuge, refertur in memor. antiquis pag. 149.

Claudio Proculo, Prætori, reſcripſit D. Hadrianus Pand. 37. de ventre in poſſeſſionem mittendo.

Claudius Ptolemæus, Alexandrinus Philoſophus, floruit ſub Antonino Philoſ. Imper. De hoc Suidas.

Claudius Reſtitutus, vir facundus ſub Traiano, nominatur Plinio in Epiſtolis & Martiali.

Claudius Rufus, occiſus à Seuero. Spartianus.

Claudia Rufina, nobiliſſima mulier, Latinè & Græcè docta, ſcripſit librū Epigrāmatum, elegiam in mariti obitum, & alia quædam. Claruit anno Domini 89.

M. Claudius Rutilius, Trib. pl. ann. vrbis conditæ DLXXXV.

Q. CLAVDIVS QVADRIGARIVS, ſcriptor annalium.

Claudio Quartino reſcripſit D. Hadrianus Pand. 48. de quæſtionibus.

Claudia Sabbaris, memoratur in epitaphio apud Marlianum topographiæ 4.

Claudia Sacrata, mulier Vbia, amica Cerealis. Tacitus lib. 21.

Claudius Sagitta, præfectus alæ petrinæ ſub finem Vitellii. Tacitus 20.

Claudius Sanctus, dirus ore, ingenio debilior. Ibidem.

Claudius Saturninus, Prætor ſub Diuis fratribus Pand. 17. tit. mandati vel contrà. Eidem reſcripſit D. Pius Pand. 20. tit. 3. l. 1. item lib. 50. de legationibus.

Claudium Saturninum ſcripſiſſe librū de coronis, auctor eſt Tertullianus.

T. Claudius Secundus, cuius tumulo adſcriptum: *Hic ſecum habet omnia.* Inſcript. ant. pag. 242.

Claudius Senecio, decorus adoleſcens, Neroni gratus, patre Cæſaris liberto genitus. Tacitus 13.

Claudius Seleucus, Papinianū per epiſtolā conſuluit, cui ille reſpondit Pand. 34. de iis quibus vt indignis, &c.

T. Claudio T. F. Camil. Soterícho, vixit annis 2. Fabricius in ſua Roma.

Soterico, an Claudio, neſcio (Nam & in Apitiis Soterici inueniuntur) reſcripſerunt AA. & CC. 5. Cod. tit. 27.

Claud. Structulus, vixit ſub Pio, cuius reſcripto ex teſtamento Clodii Felicis legata percepit Pand. 36. Vt legatorum ſeu fideicommiſſ. &c.

Claud. Sulpitianus, occiſus à Seuero. Spartianus.

App. Claudius Tarronius Dexter. Inſcript. ant. pag. 123.

T. Claudius Tauriſcus Topiatius. Inſcript. ant. pag. 302.

Claudius Telemachus, fundum ab Ouinio emit, &c. Quære in Æmilio Largiano.

Claudius Timarchus Cretēſis, ſub Nerone, reus actus, quòd dictitaſſet, in ſua poteſta-

te ſitum, vt Proconſulibus, qui Cretam obtinuiſſent, grates agerentur.

Claudius Tryphonius I.C. citatur à Scęuola Pand. 26. de adminiſt. & periculo tutor. Reliquit diſputationum libros 12. Reſcribitur illi ab Antonino Caracalla C. 1. de Iudæis & cœlicolis.

Claudius Victor, nepos Ciuilis è ſorore. De hoc Tacitus.

Claudius Vnimanus, fugatus à Viriato. Oroſius lib. 5. cap. 4. Plinius de viris illuſtr. Florus lib. 2. cap. 17.

Clavdii ſine cognomentis.

C. Claudius, Flamen Dialis, quòd exta perperam dediſſet, Flaminio abiit. Obiit belli Pun. ſecundi anno nono. Liuius vigeſimoſexto.

P. Claudius, Ædil. curul. ann. vrbis conditæ DLXVI. Liuius lib. 38.

M. Claudius, Prætor M. Æmilio C. Hoſtilio Mancino Coſs. ann. vrbis conditæ DCXVII. De hoc Iulius Obſeq. pag. 501.

App. Claud. Trib. mil. Mario portam aperuit. Appianus 1.

App. Claudius, vir generoſus, à Pontio Teleſino ante portam Collinam in bello ciuili proſtratus. Plutarchus in Sylla.

P. Claudius, Augur, Conſule Cicerone. Idem 1. de diuinatione.

L. Claudius, Rex ſacrorum, cùm Cicero diceret apud Pontifices. Idem de haruſpicum reſponſis.

Ser. Claudius, frater Papyrii Pæti ad quē ſunt epiſtolæ Ciceronis lib. 9. vir litteratiſſimus, & in notandis cenſendiſque Poetarum ſcriptis magni iudicii. Obiit Metello & Afranio Coſs. Eius libros Pætus Ciceroni donauit. Vide ad Pætum epiſtolam 2. & ad Att. in fine 1. Meminit eius Claudii, niſi fallor, Gellius 3. cap. 3.

Sex. Claudius, libidinoſus ac prodigus ſenex. Vide Suetonium in Tiberio.

¶ P. Claudius, præfectus ſociūm an. V. C. DXLVII. ſub Claudio Nerone bello Pun. ſecundo. Liuius lib. 27.

Claudio reſcribitur à Gordiano A. 4. Cod. tit. 32.

Claudiæ ab AA. & CC. quinti Cod. titul. 16.

Claudio, Præfecto præt. à Gord. A. 5. C. titul. 11.

¶ Clavdianae reſcribitur à Gordiano A. 7. Cod. tit. 72.

Claudiano à Valeriano & Gall. 4. Cod. titulo 23. à Claudio in fine 40. Pand. titulo penult. l. 4.

Claudianus, Viennenſis eccleſię presbyter. De hoc Gennadius.

Clementes, ſeparatim poſiti.

Clemens, præfectus mil. ſub C. Caligula. Ioſephus Antiquit. 19. cap. 1.

Clemens, vetuſta proſapia Senatorum, atque etiam ex ſtirpe Cæſarum, omni ſciētia refertus, omniumq; liberalium artium peritus, ad hanc iuſtorum viam tranſiit. Itaque etiam in ea excellenter effloruit, vt principi quoq; Apoſtolorum ſucceſſor extiterit. Hæc Eucharius, Epiſcopus Lugdunenſis, in epiſtola ad Valerianum.

Clementi reſcribitur ab Alexandro A. 8. Cod. titul. 45. item à Philipp. A. 5. Cod. titul. 37.

Clemens, Poeta, familiaris Apulei Philoſophi.

¶ Clementino reſcribitur ab Alexandro A. 8. Cod. tit. 45.

Clementinus facundus dicitur Auſonio ad Theonem.

CLODII.

Clodiorum familiam ſcribit Feſtus Pompeius à Clodio, Æneæ ſocio, nominatam.

M. Clodius, quòd fœdam cū Corſis pacem feciſſet, hoſtibus deditus eſt. Quo non recepto, factum illius reſciſſum, ipſe in carcerem truſus, ibidem periit, ſcalarum etiā Gemoniarum nota fœdatus. Valerius Maximus 6. cap. 3.

Ser. Clodius, Eques Rom. magnitudine doloris in podagra coactus, veneno crura perunxit, caruitq; poſtea ſenſu omni æquè quàm dolore in ea parte corporis. Plinius ex auctoritate Varronis lib. 25. cap. tertio. Meminit Suetonius de claris Grammaticis.

¶ Sex. Clodius Phormio, argentarius, memoratur Ciceroni pro A. Cæcina.

Sex. Clodius, homo impurus, & P. Clodius, comites illius P. Clodii Pulchri Ciceronis inimici. Cic. pro Milone. Idem pro M. Cælio Sextum hominē ſeditioſum, incēſorem ſacrarum ædium, ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine ſede, ſine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum vocat: In oratione verò pro domo ſua, heluonē ſpurciſſimum, prægustatorem libidinum Clodii, hominem egentiſſimum & facinoroſiſſimum,

ſiſſimum, ſocium eius ſanguinis, qui ſua lingua etiam ſororē illius ab illo alienauerit &c. Item nouitium Ligurem, qui M. Papyrii, fratris ſui, teſtamento & iudicio improbatus ſit. Ornat & illum Cicero in de prouinciis Conſularibus ſub finē. Damnatus, & vrbe pulſus mox à cæde P. Clodii, reſtitutus eſt ab Antonio Conſule. Vide Ciceronem ad Att. lib. 14. Similiter Aſcon. Pedianum.

Sex. Clodius, Rhetor è Sicilia, familiaris ac præceptor M. Antonii Triumuiri, qui illi mercedis loco duo M. iugerum campi Leontini, & quidem immunia aſſignauit. Cicero Philippica 2. & Suetonius in de claris Rhetoribus.

Sex. Clodius, citatur ab Arnobio lib. 5. aduerſus gentes, forſan idem, qui temporū Indicem reliquit, vt Plutarchus in Numa. Locus ipſe ex auctore illo à Plutarcho adductus, memorabilis eſt, neque à noſtro inſtituto alienus. Ideo lectorem eò remittimus.

A. Clodius, Cæſaris partium, commendatus illi à Scipione, Pompeii ſocero. Cæſar belli ciuilis Commentario 3.

Clodia A.F. 15. antea filios enixa, 115. vitæ annum expleuit. Valerius 8. cap. 14. Plinius 7. cap. 48.

L. Clodius, Trib. pl. deſignatus ſub bellum Philippenſe, Ciceroni & Bruto addictus, quanquam beneficio Antonii auctus eſſet. Superfuit pugnæ Philippenſi. Appianus 5.

Clodia, mater D. Bruti, viri Conſularis, memoratur Ciceroni ad Atticum 12. epiſtola 21.

Clodia, diuerſa ab illa, refertur ad Att. lib. 12. epiſtol. 37. 40. 43. 46. & lib. ſeq. epiſtol. 26. 29.

CLODII alii, ſecundum cognomenta digeſti.

Clodius Adelphus, præfectus vrbis ſub Conſtantio.

Clodius Æſopus, Æſopi hiſtrionis F. de quo Valerius 9. capite 1. Plinius 9. cap. 35. & rurſum lib. 10. cap. 51. Cicero ad Atticū 11. epiſt. 15. Horatius lib. 2. Sat. 3. Patris Æſopi meminit Cicero ad Quintum fr. lib. 1. epiſtol. 2. item libro ſeptimo, famil. epiſtol. 1. Agit de eodem Tatianus Orat. ad Græcos: *Æſopo fabulatori*, inquit, *perpetuam memoriam non fabulæ ſolum eius, ſed Ariſtodemi quoque ars celebritatem conciliauit* &c. Vtrunque inculcat Tertullianus de pallio.

CLODIVS ALBINVS, Cæſar à Seuero factus, ab eodem acie profligatus, & cùm tota domo cæſus eſt, homo miræ voracitatis. Vide Capitolinum in eius vita. Prætor ſub Commodo, Conſul ſub Seuero fuit, gente Afer & ipſe, Adrumetinus videlicet. Fratrem illius ſummis honoribus euexit Senatus.

Clodius Bithynicus, capta Peruſia à C. Cæſare cæſus. App. 5.

Sex. Clodius Sex. F. Brocchus, refertur inſcripr. vet. pag. 67.

Clodius Clodianus, memoratur Paulo Pandect. 29. de acquirend. vel omitt. hæred. l. 96.

Clodius Fabatus. De hoc Antiquitates Fabricii pag. 75.

Clodius Felix, deceſſit ſub Pio Pand. 36. titul. 3.

Clodius Hermogenes, citatur Ciceroni ad Att. 13. pag. 499.

Clodius Herodianus, aliquot Imperatorum Romanorum vitas deſcripſit.

Clodia Læta, Veſtalis, ſub Caracalla viua defoſſa, tribus item aliis cæſis. Dion.

Clodius Licinius, rerum Rom. ſcriptor, citatur Liuio, item Ciceroni legum primo.

Clodio Mariano frumentario leg. VII. gem. Lucanius Laurentius faciundum cura. Hæc inſcriptio reperitur in memoriis Germanicis.

P. Clodius L.F. Pub. Niger, refertur Inſcript. ant. pag. 67.

Clodius Patauinus, refertur Ciceroni ad Attic. 12.

Clodius Philetærus, memoratur Ciceroni epiſtola ad Terentiam 4.

Clodia Plautilla, cum Q. Verconio marito & Lucifera lib. refertur in memoriis Mutinenſium Petro Apiano pag. 160.

Clodius Pollio, vir Prætorius, in quem emiſit poema Nero, quod inſcribitur, Luſcio. Meminit illius Suetonius in Domitiano.

M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS, natus patre Maximo, fabro ferrario, quidā volunt vehiculario. Vide Capitolinū. Imperauit cum Balbino, cùm eſt hoſtis declaratus Maximinus, antea Prætor, Conſul & Præfectus vrbi.

Clodius Quirinalis, Arelatenſis Rhetor, docuit Romæ Claudii & Neronis tēporibꝰ.

Clodius Rabia, ciuium inuidia pulſus, terram Arragonum petii. Vita decedens, tumulo iſto cinerem locari iuſſi. Pientiſſima matrona Clodia Relicta ex teſtamento fratris funera lamentabili fletu curauit. Benè valeas quiſquis es. Hæc inſcriptio extat Tarracone in Hiſpania Inſcript. antiq. pag 6.

Clodia Reſtituta, Q. Minutii Macri coniunx, mater Caſſiæ, M. F. Feſtæ, quæratur ſuprà in Caſſiis.

C. Clodius Sabinus, declamator tempore Senecæ feſtiuiſſimus, qui, quicquid illi in eloquentia deeſſet, vrbanitate penſaret. Meminimus, inquit Seneca, cùm illum Syriacus Vallius, homo diſertus, accuſaret, & videret Latinum Calumniam teſtem circa coronam iudicii obuerſari, & toties occurrere eunti Syriaco, & quærere, quid haberet ſpei? Deinde poſt iudicium, cùm Syriacus illi gratias ageret, quòd tantam curam ſui egiſſet: At me Hercules, inquit, timebam, ne vno Rhetore plus haberemus. Teſtis productus, cùm interrogatus eſſet, an accepiſſet à patre ſeſtertia? dixit, quòd accepiſſet, an haberet, negauit. Deinde interrogatus, an Calumniam haberet: Ipſe, inquit, negligentiam meam noſti, an habeam, neſcio, accepiſſe me ſcio. In Domitium, nobiliſſimum virum, cùm in Conſulatu Thermas, proſpicientes viam ſacram, ædificaſſet, cœpiſſetque deinde Rhetores circumire, & declamare: Ego, inquit, ſciebam hoc te facturum, & matri tuæ, quærenti de tua deſidia dixeram. * . . . . Duas eius vrbanas res præterire non poſſum. Secutus erat in prouinciam Cretam Occium Flammam Procos. Cœperunt Græci in theatro poſtulare, vt Sabinus maximum magiſtratum gereret. Mos eſt autem barbam & capillos magiſtratui Cretenſium ſubmittere. Surrexit Sabinus, & ſilentio manu facto: Hunc, inquit, magiſtratum ego Romæ bis geſſi. Bis enim reus cauſam dixerat. Græci non intelligentes, quorſum alluderet, petebant, vt illum honorem tertiò gereret. Poſtea offendit illos tota comitum cohors, oppreſſi ſunt in templo ab omni multitudine, quæ poſtulabat, vt Romam Sabinus cum Turdo proficiſceretur. Erat inter infames maximè & inuiſos homines Turdus. Cùm Turdus promitteret, iturum ſe, vt inde poſſet exire, Sabinus facto ſilentio: Ego, inquit, ad Cæſarem non ſum iturus cum Mattea. Poſtea hoc Sabino, cùm cauſam diceret, obiectum eſt. Multa illum diſertè dixiſſe memini, cùm introductus eſſet ex carcere in Senatum, poſtulaturus vt diariam acciperet, tunc dixit, de fame queſtus, nihil oneroſum à vobis peto, ſed vt me aut mori velitis, aut viuere. Et illud: Nolite, inquit, ſuperbè audire hominem calamitoſum: ſæpè qui miſereri potuit, miſericordiam rogat. Et cùm dixiſſet Senianus, locupletes in carcere eſſe: Homo, inquit, adhuc indemnatus, vt poſſim viuere, parricidas panem rogo. Cùm mouiſſet homines & flebili oratione, & diſerta, rediit tamen ad ſales, rogauit, vt in latomias transferretur, & ne nunc, inquit, quenquam veſtrum decipiat nomen latomiæ, illa minimè lauta res eſt. Hoc retuli, vt & ipſum hominem ex aliqua parte noſſetis, & illud ſciretis, quam difficile ſit, naturam ſuam effugere. Quomodo poſſet ab illo obtineri, ne in declamationibus iocaretur, qui iocatur in miſeriis & periculis ſuis, in quibus iocari eum non debuiſſe, quis neſcit? potuiſſe, quis credat? Cùm vno die & Græcè & Latinè declamaſſet, multa in eum vrbanè dicta ſunt. Quintus Atterius quibuſdam querentibus, puſillas mercedes eum accipere, cùm duas res doceret, reſpondit: nunquam magnas mercedes accepiſſe eos, qui Hermeneumata docerent. Mœcenatis dictum eſt: Caſſius Seuerus ab auditione eius cùm rediret, interrogatus, quomodo dixiſſet? ſubiecit, malè vicit. Hæc Seneca Controuer. quarta, libro nono, Controuerſiarum, & declamatione tertia, & ſeq. libro quatto declamationum.

* Hic quędã in Seneca deſunt.

Clodia Secunda, cuius epitaphios verſus habet Fabricius in Antiquitatibus, pagina 88.

P. Clodius P. F. Fab. Sura. Inſcript. antiq. pagina 62.

Clodius Thuſcus, qui Mamercum Scaurum accuſauit maieſtatis, & Hiſtoricus fatuus. & homo quàm improbi animi, tam infelicis ingenii nominatur Senecæ Suaſoria 2.

Clodius Thuſcus, memoratur à Gellio, citante litteras ad illum Aſinii Capitonis, libro 5. cap. 20.

Clodius Turrinius pater ſtudioſè declamare ſolebat, cuius filius adoleſcens ſummæ eloquentiæ futurus eſſet, niſi mallet exer-

let exercere quantum habet, quàm conſequi, quantum ſequi poſſet. Sed Turrinius Clodius multum de viribus remiſit, dū Apollodorum ſequitur, & ſummam legem dicendi eum putat. Tantum tamen illi virium ſuperfuit, quantum valeret, etiamſi ars abeſſet. Sententias dicebat excitatas, inſidioſè aliquid petentes. Nihil probabat niſi tutum, non quod imbecillus eſſet, ſed quia circumſpectus. Cauſas nemo diligentius expoſuit, nemo reſpondit paratius. Et pecuniam itaque & dignitatem, quam primùm in prouincia Hiſpania habuit, eloquentiæ debuit. Natus quidem erat patre ſplendidiſſimo, auo Diui Iulii hoſpite. Sed ciuili bello attenuatæ domus nobilis vires excitauit, & ita ad ſummam perduxit dignitatem, vt ſi quid illi deſuit, ſcias loco deſuiſſe. Inde filius quoque eius habet in dicendo paternam diligentiam, ſed vires ingenii ſui ex induſtria retundit. Hoc & in ipſo vitæ genere ſequitur, ad ſumma euaſurus iuuenis, niſi modicis contentus eſſet. Ideo dignus eſt, cuius tam modeſtis cupiditatibus fortuna præſtet fidem. Hæc Seneca proœm. libro decimo Controuerſ.

CLOELII.

Clœlii Patricii fuerunt, ab Hoſtilio rege in vrbem ex Alba diruta tranſlati. Nomen à Clœlio manſiſſe, Æneæ comite, auctor eſt Dionyſius, item Sex. Pompeius, libro tertio.

Clœlia virgo, inter obſides tradita Porſenæ, fruſtratis cuſtodibus, per Tiberim ad ſuos tranauit. Liuius 2. Auctor de viris illuſtribus, Dionyſius Halicarnaſ. lib. quinto. Plutarchus in Publicola, Valerius lib. 3. cap. ſecundo, &c. De eadem ad hunc modum Seneca in conſolatione ad Martiam pag. 424. *Equeſtris inſidens ſtatua in ſacra via celeberrimo loco Clœlia, exprobrat iuuenibus noſtris puluinum aſcendētibus, in ea illos vrbē ſic ingredi, in qua etiam fœminas equo donauimus, &c.*

¶ T. Clœlius Siculus, Conſul cū T. Largio fuit, anno poſt exactos reges 12. V.C. CCLVI. Liuius 2.

T. Clœlius Siculus, Trib. mil. Conſul. poteſtate, ann. V.C. CCCXL. vnà cum duob. collegis rei Romanæ præeſt, concordia domi, pace foris vigente. Liuius 4.

Q. Clœlius Siculus, Cenſor cum Sp. Seruilio Priſco an. V.C. CCCLXXIII. Liuius 6,

P. Clœlius Siculus, fit Decemuir ſacrorum ann. V.C. DLXXIIII.

¶ P. Clœlius Craſſus, Trib. mil. Conſul. poteſtate, ann. V.C. CCCLXXVII.

Clœlius, inimicus Ciceronis, citatur in epiſt. ad Att. lib. 10. epiſtola 6.

Clœlio reſcribitur à Gordiano A. 10. Cod. tit. II.

¶ *Clœlia Claudiana* V.V. *Maximæ à Diis electæ, merito quam ſibi talem antiſtitem numen Veſtæ reſeruare voluit: Clœlia Neruiana ſoror cum Pierio coniuge, ac liberis ſuis, orantes, vt per tot ſecula facere Dii permittant.* Manutius in Orthographia, in voce Sæculum.

¶ CLVATIVS, ſynchronus Ciceronis, memoratur ad Att. 12.

CLVENTII.

Cluentios Virgilius deſcendiſſe vult à Cloantho Troiano lib. 5.

------ Scyllaq; Cloanthus
Caerulea genus vnde tibi, Romane Cluenti.

L. Cluentius, in bello ſociali contra Romanos pugnans à Sylla cæſus eſt. Appianus primo.

¶ Cluentius Pelignus Italicenſis, cùm comprehenſus eſſet a cohortibus ſuis, ne Pompeio traderetur, ſeruus ipſum occidit, & ne domino ſuperſtes eſſet, ſe pariter interemit. Macrobius Saturn. 1. capite vndecimo.

¶ A. Cluētius Habitus, pro quo Ciceronis extat oratio, patrem habuit A. Cluentiū Habitum, matrem Saſſiam, quæ poſt Habiti mortem nupſit A. Aurio Melino genero, filia Cluentia ab illo propter pellicatum matris digreſſa. Deinde illo per Oppianicum cæſo, iſti ipſi nupſit Oppianico, mariti percuſſori. Qui cùm vitricus priuignum A. Cluentium veneno aggreſſus eſſet, accuſatus corrupto iudicio euaſit. ¶ Adde quæ de cognomento habent Notæ Fului Vrſini in opera Ciceronis pag. 195. adde quod tradidit Quintilianus libro ſecundo, capite 18. nempe Ciceronem gloriatum fuiſſe, ſe tenebras offudiſſe Iudicibus in cauſa Cluentii.

¶ C. CLVILIVS, Albanorum imperator tempore Tulli Hoſtilii regis.

Cluilius Gracchus (Dionyſius Cælium vocat) Æquorum imperator, vinctus à ſuis, ac traditus T. Quintio Dictatori, in triumpho ductus eſt. Liuius 3.

¶ CLVSINIVS Figulus, Vrbiniæ, quā ſibi matrem eſſe volebat, bona petens,

ab Aſinio Pollione, teſtamentum Vrbiniæ defendente, repulſus eſt. Vide Quintilianum lib. 7. cap. 3.

¶ C. CLVSIANVS, Centurio, in Africa ignominioſè à Cæſare dimiſſus eſt. Comment. 5.

CLVVII.

Cluuii, dubium num de oppido Samnitium, Cluuia, nomen habeant. Romanum ibi præſidium à Samnitibus verberibus laceratum & occiſum eſt. Ipſa Cluuia mox à Romanis recepta, & omnes puberes interfecti. Liuius 9.

¶ C. Cluuius Saxula, Prætor iterum an. vrbis conditæ DLXXXI. iuriſdictionem inter ciues & peregrinos obtinuit. Liuius initio 42.

L. Cluuius, Eques Rom. cuius filia fulmine tacta, obſcœnum in modum nudè iacuit, lingua paululum exerta, equo etiã, cui inſidebat, exanimato, quæ res equeſtri ordini, & virginibus infamiam, quæ mox ſecuta eſt, portendit. Veſtales enim nobiliſſimæ cum aliquot Equitibus Romanis inceſti pœnas ſubierunt. Iulio Obſequenti Pompeius Heluius, Oroſio L. Ælius, Eutropio in fine 4. L. Clouius dicitur. Quænam ſit harum ſynceriſſima lectio, multum addubito.

M. Cluuius, citatur à Cicerone vt familiaris ad Att. 6. epiſt. 2. lib. 13. ſe cum quibuſdam aliis relictum ab illo cohæredem ſignificat, ſimiliter libro decimoſexto, epiſtola 3.

C. Cluuius Puteolanus, commẽdatur à Cicerone Q. Thermo, Proprætori Aſiæ lib. 13. epiſtol. 57. vt debitæ illi pecuniæ diſſoluantur. Extat Puteolis, de hoc, an de alio quoquam, incertum, eiuſmodi inſcriptio: *C. Cluuius M. F. IIII. vir* IVRIDIC. II. *vir Nolæ* IIII. *vir Quinquennal. de ſuo faciund. curauit, idemque reſtituit. Ioui O. M. Sacr.* Inſcipt. antiq. pag. 127.

C. Cluuius, ſub Cæſare Galliæ Ciſalpinæ præfuit. Extat ad illum epiſtola Ciceronis lib. 13. 8. Hic, teſte Dione lib. 52. Cõſul deſignatus, quomodo & C. Furnius, Conſularibus aſcriptus eſt, cùm honore functus nõ eſſet, ab aliis impeditus.

¶ M. Cluuius Rufus, diues & eloquentia clarus, præfuit Hiſpaniæ ſub Nerone & Galba. Tacitus 20. Hũc opinamur eſſe, qui temporibus Plinii hiſtoriam ſcripſit, de quo idẽ Plin. in Epiſt. lib. 9. ad Rufonẽ.

¶ Cluuia Facula, Campana mulier, quæ ſtu corporis ditata, captiuis Romanis egentibus bello Punico ſecundo alimenta ſuppeditauit. Liuius 26. Valerius libro quinto, capite 2.

Cluuius M. F. refertur inſcript. antiq. pagina 127.

¶ *L.* CLVVIENVS *L. F. Anicilo balneum & aquas dedit.* Hæc inſcriptio reperitur Bergomi in æde D. Vincentii. Ibidem pagina 93.

Cluuienus, malus Poeta, notatur Iuuenali Satyra 1.

COCCEII.

Cocceiorum familia ex Narnia oppidò propagata traditur. Primus in hanc Conſulatum intulit M. Cocceius Nerua, is, qui Cæſarem & Antonium diſſentientes in gratiam reduxit, quemadmodum refert Appianus, qui L. prænomen illi, ſed vt opinor, mendoſè tribuit. Idem Appianus fratrem illi fuiſſe ſcribit, quem Cæſar conſeruârit. Geſſit autem Conſulatum cum L. Gellio Publicola, ann. vrbis conditæ DCCXVIII. Meminit huius Cocceii, & dexteritatis eius in componendis amicorũ diſſidiis, Horatius Sermonum 1. Satyra quinta. In quẽ locum Porphyrio commentans, Imp. Neruæ auum facit.

M. Cocceius Nerua, Conſul fuit cum C. Vibio Rufino ſub Tiberio. Vide Manutium in Orthographia in voce, Sæculũ.

M. COCCEIVS NERVA, vir diuini humanique iuris ſciens, Labeoni in ea profeſſione ſucceſſit, teſte Põponio. Tiberio principi, cui fuit coniunctiſſimus, in petenda Campania comes adhæſit, vbi 7. pòſt anno, cùm præſentem reipub. ſtatũ non probaret, conſilium moriendi cœpit, integro ſtatu honeſtum finem expetens. Proinde deprecantis Tiberii ſermonem auerſatus, cibi abſtinentia deceſſit. Tacitus lib. 4. & 5. Rutilius vult huius filium fuiſſe, qui & ipſe Iuriſconſultus, pater extiterit Neruæ Cæſaris. Addit, eundem Cocceium in curatione aquarum Satrio Rufo ſucceſſiſſe, Corn. Cethego & Varrone Viſellio Coſſ. fors ex Frontino.

Cocceius Nerua, Prætor deſignatus an. V. C. DCCCXVII. punitis, qui cũ Piſone coniurauerant, triumphalibus ornamentis à Nerone donatus eſt. Tacitus in fine 15.

M. COCCEIVS NERVA, duobus Conſulatibus geſtis, & quidem in vtroq; principis col- ¶ Vide Stemma apud Onuphriũ Panuiniũ pa. 5

pis collega, cæſo Domitiano in imperio ſucceſſit. Præfuit annum & menſes 4. deceſſitque in Conſulatu quarto ſeptuagenario maior, cùm ſibi Traianum adoptaſſet. Vitam eius & res geſtas deſcripſere Dion, Nicæus & Sex. Aurelius Victor. Item Egnatius Venetus. Fors idem eſt cum ſuperiore.

¶ *Diis manibus M. Coccei Sp. F. Auguſtalis. Vixit ann.* XVIII *men.* IX. *d.* XIII. *Coccei Aug. lib. Plutin. mater fil. piiſs.* Inſcript. ant. pag. 284.

L. Cocceius L. Coccei Poſthumi L. Auctus Architectus. Hæc inſcriptio extat Puteolis apud S. Proculum. Vide inſcript. antiq. pagina 26.

Cocceiæ Auitæ Domitiæ F. Chryſæ. Vix. annis XXIX. *Men.* III. *d.* XXIV. *Hermes Cocceiæ Beſſæ Act. coniugi benè mer.* Reperitur Romæ in viridario Cardin. Rhotomagen.

¶ Cocceio Campano reſcripſerunt Seuerus & Antoninus AA. Inſtitutionum 2. quibus modis teſtamenta infirmentur, & Pandect. 36. ad S. C. Trebellianum, Inſtitution. lib. 2. tit. 17.

¶ Cocceia Chryſis, vxor C. Iulii Flauiani Cornicularii, refertur in memor. Moguntinenſium pag. 468.

L. Cocceio L. F. Cogitato parentes. Vix. ann. XX. *menſ.* XI. *mil. cohort.* XI. *vrb.* Extat Neapoli. Inſcript. ant. pag. 122.

L. Cocceius Cupitus, memoratur in antiquitatibus repertis Norinbergæ. Ibidem pag. 409.

Cocceius Caſſianus, clariſſimus vir, cũ Rufina Ingenua, quam ille pleno honore dilexit, ſub Marco Imperatore, refertur Pandect. 34. de his quæ vt indignis auferuntur.

¶ Cocceius Firmus, Centurio memoratur Papiniano Pandect. 49. de captiuis & poſtliminio reuerſis.

Cocceia Nice, cuius carmen epitaphium exponitur à Fabricio Antiq. pagina 74.

Cocceius Proculus, apud Tacitum Speculator.

M. Cocceius Stratocles, æditus Veneris, cum M. Aurelio Pacoro. Vide ſupra in Aureliis.

Cocceiæ Valeriæ P. Tenacius Gemellinus Aug. coll. Epul. Id extare Budæ in Vngaria, tradit Apianus inſcript. ant. pag. 491.

Cocceius Verus, occiſus à Seuero. Spartianus.

¶ COCCEIANVS Dion, cognomento Chryſoſtomus, floruit Pruſæ in Bithynia ſub Traiano. Plinius Epiſtol. lib. 10. Citatur ab Iſaacio Tzetze in Caſſandram Lycophr. pagina 51. & alibi. ¶ Orationes eius 80. de Græcis Latinas fecit Thomas Naogeorgus, qui copioſiſſimè de eo diſſeruit in operis illius proœmio.

¶ L. COCTIVS M. F. S. T. I. quartus veteranus. Hæc inſcriptio legitur Taurini in Italia, teſte Dominico Machaneo.

Coctia filia & Coctius, nepos Saluii Coctiani, quærantur infrà in Saluiis.

¶ COERANVS, homo Ægyptius 7. annis exul. Dein reſtitutus, & Senator & Conſul factus eſt ſub Seuero. Dion.

¶ C. COESIDIVS Euzelus, refertur in memor. antiquis pag. 73.

¶ M. COLONIVS, C. Caninium Gallum damnauit, eiuſdem poſtea, quod mirere, procurator. Vide Valerium Maximum lib. 4. cap. 2.

COMINII.

L. Cominius, Trib. mil. in exercitu L. Papyrii Dictatoris, ann. V. C. CCCCXXIX. pugnante, ipſo abſente, Fabio legato contra Samnites, cùm equis frena detraxiſſet, perrupit hoſtium agmen, ſuiſque viam cõſequendæ victoriæ fecit. Vide Liuium libro octauo.

Cominius, Trib. pl. M. Lectorio Trib. mil. diem dixit, quòd Cornicularium ſuum de ſtupro compellaſſet. Valerius 6. capite primo.

Sex. Cominius, fœde tractatus à Verre. Cicero in Verrinis.

P. & L. Cominii, Equites Rom. Stalenum accuſarunt. Cicero pro A. Cluentio.

Q. Cominius, Cæſaris partium bello Africano, cùm nauigando à cæteris aberraſſet, à C. Vergilio captus, & ad Scipionem tranſmiſſus eſt. Hirtius vel Oppius Commentario 5.

¶ L. Cominius Pedarius, datus adiutor Coruino Meſſalæ in curatione aquarũ ſub Auguſto. Sex. Iul. Frontinus de aquæductibus.

C. Cominius, Eques Rom. accuſatus quòd probroſum carmen in Tiberium feciſſet, precibus fratris, qui Senator erat, cõceſſus eſt. Tacitus 3.

Quartus Cominius C. F. ſibi & Tertiæ Petroniæ M. F. vxori, & L. Cominio C. F. & C.:

Cominiæ C. F. Fratribus, & Tertiæ Cominiæ ſorori, & Ampliato & Felici lib. Hæc inſcriptio extat Mediolani ad S. Nazarium, tradente Apiano inſcript. ant. pag. 29.

Cominia Ianuaria, refertur ibidem pag. 258.

Cominia Fauſtina, Peregrinii Heliodori mater, in memoriis Moguntinis. pagina 466.

CONSIDII quæ gens plebeia fuit.

Q. Conſidius & T. Genutius, Tribb. pl. an. V. C. CCLXXVIII. autores legis agrariæ, T. Menenio diem dixere, propter amiſſum Cremeræ præſidium, cùm haud procul inde Conſul ſtatiua habuiſſet; cumque capitis anquiſiſſent, patrum precibus & gratia victi, mulcta contenti fuere, duobus millibus æris damnato reo. Liuius lib. 2.

Conſidius, publicanus, & L. Craſſi amicus, de quo Valerius lib. 9. cap. 1.

Q. Conſidius, grauis iudex tempore Ciceronis, cuius ille meminit in oratione pro Cluentio. Idē opinor iam natu grandis, Cæſare Conſulatum violentius gerente, liberè dixit, Ideo non conuenire Senatores, quòd illius arma timerent. Huic cùm Cæſar dixiſſet: Quin igitur tu eodē metu domi te contines? *me*, inquit Conſidius, *ſenectus intrepidum facit; cùm enim vita paululum ſuperſit, non eſt cur magnopere ſim ſollicitus.* Plutarchus in Cæſare.

Q. Conſidius, fœnerator tempore Catilinarii tumultus, neque de ſorte quenquam ſuorum debitorum, neq; de vſura appellari paſſus, publicum mœrorem priuata tranquillitate ſimul & liberalitate mitigauit. Val. Maximus lib. 4. cap. 8.

C. Conſidius, Proconſul Africæ, Q. Ligarium legatum, decedens inde, prouinciæ præfecit, idq; nō multo ante bellum ciuile. Cicero pro Q. Ligario. Vide an idem ſit, de quo Aſconius in Miloniana.

Conſidius Nouianus, ſucceſſor nominatus C. Cæſari in citeriori Gallia. Cicero in epiſtolis ad Tironem.

P. Conſidius, rei militaris peritiſſimus, militauit ſub Cæſare in Galliis, cùm antea ſub L. Sylla, & inde ſub M. Craſſo militaſſet. Cæſar belli Gallici comment. 5.

D. Conſidius, proprætor Pompeianus. Cicero ad Att. 8.

¶ C. Cōſidius Longus, bello ciuili Adrumetum in Africa præſidio vnius legionis tenuit, deinde ſub Scipione Tiſdram. Poſt victoriam Cæſaris, cùm fugeret, à barbaris interfectus eſt. Cæſar comment. 5.

¶ Q. Conſidius Gallus, hæres Q. Turii, cum pleriſque aliis commendatur à Cicerone Cornificio epiſtolarum 12.

L. Conſidius, homo abiectus & cōtemtus in vrbe, pòſt Duumuir Capuæ, notatur à Cicerone in de lege Agraria contra Rullum.

Conſidia, M. Seruilii, Conſularis viri F. à Democrate medico curata. Plinius lib. 24. cap. 7.

Conſidio reſcribitur ab AA. & CC. 9. Cod. tit. 20.

¶ CONSTANTII & CONSTANTINI, Imperatores, petantur è Victore, Suida, &c. item è Caroli Sigonii hiſtoria de imperio occidentali & Onuphrio Panuinio.

¶ COPIVS C. L. Leonas. Inſcript. antiq. pag. 52.

¶ COPILLAE reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 57.

COPONII.

T. Coponius Tiburs, damnato C. Maſſone, ciuis Romanus factus eſt. Eius nepotes T. & C. ſummæ virtutis & dignitatis homines vocat Cicero in Oratione pro L. Corn. Balbo.

Q. Coponius, damnatus ambitus, quia vini amphoram dediſſet dono ei, cuius erat ſuffragii latio. Plinius 35. cap. 12.

M. Coponius, refertur à Cicerone li. 1. & 2. de Orat. itē in Orat. pro Cæcina, pro quo dixerit Q. Scæuola contra L. Craſſum in cauſa M. Curii.

C. Coponius, præfectus præſidii, quod Craſſus bello Parthico Carris impoſuerat. Plutarchus in Craſſo, Appianꝰ in Parthico. Fors idē, qui bello ciuili Pompeiū ſecutus, nauibus Rhodiis præfuit. Cæſar comment. 3. Cic. ad Att. 9, ſcribit, illum initio eius belli Pompeianum Prætorem fuiſſe. Vt ab Antonio proſcriptum vxor ſeruarit, docet Appianus de bell. ciuil. lib. 4.

L. Coponii L. F. vt Cæſaris partium meminit Ioſephus 14 cap. 16.

Coponius, vir Prætorius grauiſſimus, P. Silii ſocer, cùm recens transfuga Plancus abſenti Antonio multa miranda in Senatu obiiceret; *multa*, inquit, *mehercules fecit Antonius pridie quàm tu illum relinqueres.* Velleius Paterculus volumine poſteriore.

* Coponius alius, Eques Rom. procurator Iudææ ſub Auguſto, miſſus cum Quirinio, præſide

præſide Syriæ. Ioſephus initio 18. antiquitatum, & belli Iudaici lib. 2. cap. 7.

¶ A. Coravlvs, miles refertur Inſcrip. antiq. pag. 483.

¶ L. Cordivs, honeſtus homo, dixit teſtimonium in Verrem. Cicero in Verrinis.

M. Cordius, reperitur in numis argenteis, teſte Carolo Sigonio.

CORELLII.

Corellius, Eques Rom. Ateſte genitus, quem ſuomet ipſam ſurculo caſtaneam inſeruiſſe in Neapolitano agro, ſcripſit Plinius, ſic vt ab ipſo nomen inter laudatas acceperit. Hãc poſtea hæres libertus iterum inſeruit. Inter eas hæc eſt differentia, illa copioſior, hæc Corelliana melior, libro 17. capite 17.

Corellius Rufus, I.C. celeberrimus, ſummæ auctoritatis apud Neruam. Moritur ſub Traiano voluntaria morte. Auror Plinius Epiſtolarum 1. ad Caleſtrium Tironẽ, qui plurimum ſanctitatem vitæ eius & innocentiam commendat. Vxor illi fuit Hiſpulla. Ibidem.

¶ Corfidivm, materteræ ſuæ maritũ, Varro autor eſt, funere locato reuixiſſe, & locatorem funeris ab eo elatum. Adiecit & miracula, quæ tota indicaſſe conueniat. E duobus fratribus, equeſtris ordinis, Corfidio maiori accidiſſe, vt videretur expiraſſe, apertoque teſtamento, recitatum hæredem minorem funeri inſtitiſſe. Interim eum, qui videbatur extinctus, plaudendo conciuiſſe miniſteria, & narraſſe, à fratre ſe veniſſe, commendatam ſibi filiam ab eo. Demonſtratum præterea, quo in loco defodiſſet aurum nullo conſcio, & rogaſſe, vt iis funebribus, quæ cõparaſſet, efferretur. Hæc illo narrante, domeſtici fratris properè annunciauêre, exanimatum illum, & aurum, vbi dixerat, repertum eſſe. Hæc Plinius 7. cap. 52.

CORNELII.

Nullã inter Romanas gentes latius ſparſam inuenio atque Corneliam, cuius plures quàm 12. populoſæ familiæ numerantur, omnes Patriciæ dignitatis, honorib. & imperiis illuſtres. Primi autem & antiquiſſimi occurrunt Maluginenſes. His proximi ſunt Coſſi, Aruinæ, Scipiones. Deinde certatim ingruunt Rufi, Syllæ, Siſennæ, Lentuli, Dolabellæ, Cethegi, Cinnæ, Mamerci, Mãmulæ, Merendæ, Merulæ. Ne quid nũc de Balbis, Fuſcis, Frõtonibus, Seueris, Anulinis & id genus cõpluribus aliis dicã, qui vt ad ſuperiores illas nihil pertineant, oẽs tamẽ nominis eſſe Cornelii fatendum eſt. Ab his vicus, quem inhabitarunt, Cornelius, & vna ex 35. tribubus in honorem gentis Cornelia nuncupata eſt. Singulare genti Corneliæ, non cremare defunctos, ſed telluri mandare. Primus omniũ Sylla cremari voluit, cuius inſtituti cauſam ſuo loco dicem⁹.

Maluginenſes.

Maluginenſes ab origine prioris patriæ dictos arbitramur, quomodo & Papyrii Mugillani, & Furii Medullini, & Sulpitii Camerini, ab oppidis prius habitatis appellationem traxere.

Ser. Cornelius Maluginenſis, iuuenis adhuc, opibus & dignitate præcellẽs, Conſulatum geſſit an. V.C. cclxix. cùm ſumtũ eſt ſupplicium de Sp. Caſſio, regnum affectante. Miſſus in Veientes, multam prædã abegit. Vixit poſtea in magna nominis authoritate, cùm eſſet & Flamen Quirinalis. Deceſſit an. vrbis conditæ ccct. Liuius lib. 2. Dionyſius antiquitatum 8.

L. & M. Cornelii Maluginenſes, fratres, ſors Seruio patre prognati, & ipſi ad ampliſſimos honores conſcenderunt. Lucius Cõſul. an. V. C. cclxxxxv. feliciter rẽ geſſit aduerſus Volſcos, deq; iis triumphauit, vt eſt autor Dionyſius lib. 10. M. Decemuir ferendarum legum enituit. Verùm quòd cum App. Claudio cæteriſq; collegis ad occupandam tyrannidẽ conſenſiſſet, in exilium pulſus eſt, ann. cccv. Liuius lib. 3.

M. Corn. Maluginenſis, alius à ſuperiore, fors filius, Conſul cum L. Papyrio Craſſo, an. vrbis conditæ cccxix. Liuius lib. 4.

P. Ser. & M. Cornelii Maluginenſes, referuntur Liuio lib. 4. 5. & 6. nullis rebus geſtis magnopere clari, niſi quòd aliquoties Tribunatum Conſulari poteſtate adminiſtrârũt, P. quidem tertiùm an. vrb. cond. ccclxv. quo anno Roma à Gallis capta eſt. Sequimur enim Carolũ Sigoniũ, cùm vulgares Liuii codices Seruilium vocent. Ser. etiã magiſterio Equitum functus eſt ſub Dictatore T. Quintio Pœno, an. cccxciii.

M. Corn. Maluginenſis Scipio, haud dubiè per adoptionẽ huic familiæ inſertus, Prætor ann. V. C. dlxxviii. Hiſpaniã vlteriorẽ obtinuit. Vñ regreſſus poſt bienniũ

à Fuluio & Poſthumio Cenſoribus Senatu motus eſt. Liuius 41. Meminit huius Maluginenſis Scipionis vt viri faceti Cicero de Oratore ſecundo. Nã cùm ex centuria ſua renunciaret Acidinum Conſulem, præcoque dixiſſet: dic de L. Manlio, reſpondit, virum bonum egregiumque ciuem eſſe, ſe arbitrari.

Ser. Corn. Maluginenſis, Flamen Dialis ſub Tiberio, memoratur Corn. Tacit. libro tertio. Sigonio ex Faſtis Capitol. Cn. F. Cn. N. Lentulus Maluginenſis vocatur. De filio Maluginenſi, patris in eo ſacerdotio ſucceſſore, idem Tacitus lib. 4.

COSSI.

Coſſos vocari ſcribit Feſtus Pompeius, qui rugoſi ſunt, & aſpera facie, à ſimilitudine vermium, qui in ligno nutriuntur. Vnde apparet eum, qui primus id cognomẽ tulit, inſigniter fuiſſe rugoſum.

A. Corn. Cossvs M.F.M.N. Larte Tolumnio, Veientium rege, in acie cæſo, Ioui Feretrio ſecunda opima ſpolia retulit. Liuius dubitat, Conſulne, an conſulari poteſtate Trib. militum, & quo potiſſimũ tempore, id fecerit. Conſulatum geſſit an. V.C. cccxxvi. Biennio pòſt M. Equit. ſub Dictatore Mamerco, feliciter pugnauit in Veientes. Liuius 4. Plinius de viris illuſtrib. Propertius lib. 4. Valerius libro tertio, capite 2. &c.

A.P. & Cn. Cornelii Coſſi, fratres opinor, & A. filii, referuntur Liuio libro quarto, omnes vel Conſulatu geſto, vel aliquot Tribunatibus mil. Cõſulari poteſtate peractis inſignes. Publius etiam Dictator Volſcos domuit, ann. V.C. cccxlvii.

A. Corn. Coſſus, fortaſſis A.F.A.N. ann. vrbis conditæ ccclxx. Dictator Volſcos cecĩdit, triumphauitque. M. Manlium Capitolinum, concitantem populum, in carcerem coniecit. Liuius 6.

A. Corn. Coſſus A.F.A.N.A. pron. (ſic enim coniicimus) aliquoties Trib. militum Conſulari poteſtate, bis Magiſter Equit. nouiſſimè Conſul cum M. Valerio Coruino de Samnitibus triumphauit. Liuius 7.

Longo pòſt tempore pro Coſſis fratrib. apud Centumuiros aduerſus M. Antoniũ dixit Curio pater, vt eſt apud Ciceronem de oratore 2.

Cornelia, ex Coſſorum familia, capta Veſtalis in locum Læliæ defunctæ ſub Nerone. Tacitus lib. 15. Vide infra in Lentulis.

Aruinæ.

Videntur Aruinæ ex Coſſis eſſe, ita annorum temporumque ratione proximè ſuccedunt. Adiuuat hanc opinionem prænominum conſideratio, quæ vbiq; eſſe eadem apparet.

A. Cornelius P.F. A.N. Aruina, Dictator Samnites ſubegit, triumphauitq; ann. vrbis conditæ ccccxxxii. Idem fecialis fuit, cum Samnitibus T. Veturius & Sp. Poſthumius dederentur.

P. Corn. A.F.P.N. Aruina, bis Conſul, cum Q. Martio Tremulo cecĩdit Samnites. Geſſit & cum C. Martio Rutilio Cenſuram. Liuius 9. & 10.

Inueniuntur Aruinæ & in Scipionibus, quibus Rutilius illos etiam attribuit.

Scipiones.

Scipionum familiam accuratius mihi deſcribendam delegi, ea maximè ratione ductus, quòd nuſquam neque præſtantiores Duces belli tempore, neque domi meliores ciues prognatos videam. Adeò rei militaris ſcientia, & morum integritate ſanctimoniaque Scipiones excelluere. Quanti verò putandum eſt, quòd ex oraculo numinis patribus, matrem Deûm non niſi ab optimo viro excipi velle, ſola Scipionum reperta familia eſt, quæ hunc dare poſſet? Nam quòd totius orbis imperiũ obtinuere Romani, gentiumque domini facti ſunt, Scipionibus deberi, quis ambigat?

Scipionis cognomentum, in gente Cornelia qui primus tulit, adoleſcens patrem, luminibus carentem, pro baculo regebat, quem ſcipionem Grammatici vocant. Macrobius 1.

P. Cornelius Scipio, Magiſter Equitum, Dictatore M. Camillo, cùm Veios cepit, ann. vrbis conditæ ccclix. Deinde Tribunus mil. Conſulari poteſtate. ccclxi. ccclxvi. ccclxx.

P. Corn. Scipio (vt puto, F.) Ædilis curulis fuit ann. vrbis conditæ ccclxxxix. M. Equit. dictus à L. Furio Camillo Dictatore ann ccccv.

L. Corn. Scipio, interrex comitia habuit ann. vrbis conditæ ccccii. Poſt biennium creatus ipſe Conſul, & iterũ an. ccccxxii.

L. Cornelius Cn. F. Scipio, Proprætor conſtitutus à Q. Fabio Max. Rutilio V. Cõſule ann. vrbis conditæ ccccLviii. legatus Papyrii Curſoris contra Samnites, ann. ccccLx. Conſul ann. ccccLv.

Cn. Cor-

Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio Aſina, Conſul ann. V. C. CCCCLXXXXIII. à Carthaginenſibus per fraudem captus. Liuius 17. Iterum Conſul ann. CCCCXCIX. factus eſt. Vide Valerium lib. 6. capite 7. & 11. Porro Aſinæ cognomentum vnde Corneliæ genti ſit inditum, explicuit Macrobius Saturnalium 1.

P. Cornelius Cn. F. L. N. Scipio Aſina, Conſul ann. vrbis conditæ DXXXIII. M. equitum anno quarto pòſt.

L. Corn. L. F. Cn. N. Scipio, Conſul an. vrbis conditæ CCCCLXXXXIIII. in Sardinia contra Sardos, Corſos & Hannonem, Pœnorum ducem, feliciter pugnauit, corpus hoſtis occiſi magnificè extulit, eiuſque exequias celebrauit. Liuius 17. Valerius Maximus lib. 5. capite 1. Narrat aliquot eius ſtratagemata Frontinus libro tertio, capite 9. & 10.

Cn. Corn. L. F. L. N. Scipio, Caluus Cõſul ann. vrbis conditæ DXXXII. Hoc notatus eſt P. Cornelius Naſica, qui VIR. OPT. à Senatu iudicatus eſt.

P. & Cn. Cornelii Scipiones, fratres, L. FF. L. NN. quorum Publius, Africani pater, Conſul fuit anno primo belli Punici ſecundi V. C. DXXXVI. Ambo rebus magnis in Hiſpania geſtis, ibidem interiere, dicti ob id duo fulmina belli Virgilio. De Cn. amplius, & filia Cornelia, à Senatu elocata, Valerius lib. 4. cap. 4. Seneca ad Albinam cap. 12. Zonaras Tom. 2.

P. CORNELIVS P. F. L. N. SCIPIO AFRICANVS, matre enecta natus eſt, vt tradit Plinius libro 7. Vitam illius ſcripſere C. Oppius & Iulius Hyginus, vt eſt apud Gellium 7. capite 1. item Plutarchus, quæ biſtoriç interiere. ſcripſit etiam noſtra memoria Donatus Acciaiolus. De eodem copioſiſſimè agit Liuius, & alii Romanæ hiſtoriæ auctores paſſim. Adde inſuper quæ Suidas habet Πόπλιος. Coniugem habuit Tertiam Æmiliam, L. Pauli, apud Cannas cæſi, F. Ex qua três liberos ſuſtulit, P. Cornelium Scipionem F. & duas Cornelias filias, quarum maior collocata eſt P. Cornelio Scipioni Naſicæ, eius, qui vir optimus iudicatus eſt, filio, minor verò Tib. Septonio Gracchoꝫ quam & ipſam concreto genitali natam, & duodecies, alternatim ſemper nunc maſculum nunc fœmellam peperiſſe, ſcribit Plinius. Africanus ipſe bis Conſul fuit, & Cenſor, princepsque Senatus tribus continuis luſtris. Deceſſit anno ætatis 54. Scitum eſt Catonis maioris de hoc Scipione apud Suidam in vocib. ἀΐσσουσι & Κάτων apophthegma: Is enim à quodam interrogatus, quid de Carthagine & Scipione ſentiret, fertur Homeri de Tireſia verſum ſubintuliſſe: οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. *Hic ſapit; at reliqui ſimulacra vt vana vagantur.*

P. Cornelius P. F. P. N. Scipio, Africani F. captus ab Antiocho rege, gratis patri remiſſus eſt. Augur factus eſt ann. vrbis cõditæ DLXXIIII. Sed & præturam geſſit, ad quam obtinendam plurimum illi C. Cicereius, patris ſcriba, ſuffragatus eſt. Corpore fuit minus firmo. Laudat hunc ab eloquentiæ & litterarum ſtudio Tullius in Bruto. At Valerius Maxim. vt ſummi viri degenerem filium inſectatur libro tertio, capite quinto.

Cornelia, Africani filia, Gracchorũ mater, duodecim partus totidẽ funeribus recognouit. Et de cæteris facile eſt, quos nec editos nec amiſſos ciuitas ſenſit. Tib. Gracchum & C. quos etiam qui bonos viros negauerit, magnos fatebitur, & occiſos vidit & inſepultos. Conſolantibus tamen miſeramque dicentibus: *Nunquam*, inquit, *non felicem me dicam, quæ Gracchos peperi.* Hæc Seneca de conſolatione ad Martiam. Adde quę habet de conſolatione ad Albinam. Eſt etiam de hac Cornelia præclarus Plutarchi locus in C. Graccho, Valerii lib. 4. cap. quarto.

P. CORNELIVS SCIPIO AFRICANVS Æmilianus, dictus Numantinus, vt Plinius de viris illuſtr. L. Æmilii Pauli, qui de Perſe regẽ triumphauit F. per adoptionem verò Scipionis Africani nepos, bis Cõſul & Cẽſor, Carthaginem & Numantiam ſuſtulit, deꝗ; vtraque triumphum egit. Vxor illi fuit Gracchorum ſoror, Sempronia. Strangulatus eſt domi ſuæ, incertum coniugisne fraude, an inimicorum opera, anno ætatis 55. vel vt alii 56. Vide Plinium de viris illuſtribus. De hoc opinor loqui Senecam de beneficiis 3. Abſtinentiam eius prædicat Suidas Πόπλιος. Idem Σκιπίων: *Scipio*, inquit; *oracula potius locutus eſt, quàm verba fecit. Euerſa enim Carthagine, cùm Romani confiderent, ſe pacatè & tranquillè victuros in poſterum, in medium progreſſus: Nunc quidem, inquit, exiſtimandum eſt, hæc bellorum initia eſſe* &c. In recentioribus auctoribus ſcripſit vitam illius Antonius Bendinellus Lucenſis. Fannius propter diſſimulationis dexteritatem Scipionem hunc Græco verbo

ἐπώνυμα appellabat. Cicero 2. de Oratore. Referuntur ibidem eius aliquot ſcitè dicta. De legatione eius ad res ſociorum inſpiciendas Iuſtinus lib. 38. Decedens libras 32. argenti hæredi reliquit. Et cùm de Pœnis triumpharet, quater millies cccc. LXX. M. pondo tráſtulit, quod argenti tota Carthago habuit, illa terrarum æmula, &c. Plinius lib. 33. c. 11. Meminit idem lib. 22. cap. 6. his verbis: *Aemilianum Scipionem Varro auctor eſt, donatum obſidionali corona in Africa, Manlio Coſ. tribus cohortibus ſeruatis, totidemque ad ſeruandas eas eductis: quod & ſtatuæ eius in foro ſuo D. Auguſtus aſcripſit.* Hactenus Plinius. Reliquit orationes aliquot, quæ citantur à Sex. Pompeio.

L. Corn. P. F. L. N. Scipio Asiaticus, Africani prioris fr. Conſul ann. vrbis conditę DLXIII. Antiochum regem vicit, Aſiaque ſubmouit, vnde illi cognomentũ Aſiatici inditum eſt. Ea victoria luxũ gemmarum vrbi intulit, vt eſt auctor Plinius 33. capite 11. Ibidem à Scipione in triumpho argenti cælati pondo millia quadringenta quinquaginta translata, ait. Et cap. præcedente, ludos ab eo factos è pecunia, quam P.R. contuliſſet: nam tantam pecuniæ abundantiam fuiſſe, vt is ſtipem ſpargere cœperit Sp. Poſthumio, Q. Martio Coſs. Huic ſtatuam, chlamyde & crepidis indutam, ob Antiochum victum, ad perpetuam rerum geſtarum memoriam in Capitolio erexerunt. Martianus.

L. Cornelius Scipio, vt opinor, Aſiatici F. Prætor ann. vrbis conditæ DLXXIX. à Fuluio & Æmilio Cenſoribus, Senatu motus eſt. De huius filio Cicero in Tuſculanis: Africani fratris nepos vita omniũ perditorum ita ſimilis, vt eſſet facilè deterrimus.

L. Corn. Scipio Aſiaticus, Conſul ann. vrbis conditæ DCLXXI. cuius exercitũ belli ciuilis tempore cùm ad ſe Sylla tranſtuliſſet, illum incolumẽ dimiſit. Liuius 85. Appianus etiam filium illi eodem prænomine fuiſſe tradit.

L. Corn. Scipio Suarius: ſic enim illum appellatum puto: cum Sigiſmundus Gelenius in Plinio pro Suario legat Serapio, vt videatur idem eſſe cum Serapione Naſica, quod tamen eſſe non poteſt, quia Naſica in exilio deceſſit, ille in vrbe. Fors erit primi Aſiatici nepos. Cognomentum Suarii à ſimilitudine traxit, quòd negotiatorem quẽdam ſuarium facie referret. Plebi in Tribunatu admodum gratus fuit, dignuſque viſus Africanorum familia. Cui cùm in bonis non eſſet funeris impenſa, populus aſſes cõtulit, ac funus elocauit, quaq; parte ferebatur, flores è proſpectu omni ſparſit. Plinius 21. cap. 3.

P. Cornelius Cn. F. L. N. Scipio Nasica, Africani fr. patruelis, vir optimus à Senatu iudicatus, cùm tantùm eſſet Quæſtorius, Matrẽ Deûm hoſpitio accepit, an. vrbis conditæ DL. Pontifex in locum Galbæ factus eſt, an. DLV. Conſul verò DLXIII. de Boiis triumphauit. Liuius 36. Multi per hoc decepti, quòd Pontifex creatus legitur, Pontificem Max. fuiſſe, tradunt. Sed & Cẽſorem fuiſſe, & Gracchum interemiſſe, aſſerunt, magno errore, quæ trium Scipionũ ſunt, vni tribuentes. Hallucinati ſunt in hoc & Valerius Maximus ac vnà D. Auguſtinus.

P. Scipio Naſica, bis Conſul fuit, primũ ann. vrbis conditæ DXCII. cum C. Martio Figulo: quo honore, cùm vitio ſe creatum intelligeret, ſe abdicauit. Iterum an. DXCIX. cum M. Marcello, Delminium, vrbem Dalmatarum, expugnauit, imperatoris nomen à militibus, triumphum verò à Senatu oblatum, recuſauit. Cenſor porticus in Capitolio fecit. Eloquentia primus, iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit: vndè vulgò Corculum dictus. Cicero in Bruto, & lib. 1. Tuſcul. Plinius in viris illuſtribus.

P. Corn. Scipio, huius F. eius, qui vir optimus iudicatus eſt, N. Conſul fuit ann. vrbis conditæ DCXVI. cum D. Iunio Bruto. Pont. Max. abſens creatus eſt, iuris ſtudioſus. Idẽ Tib. Gracchum, cuius conſobrinus fuit, priuatus occidit. Vide Paterculũ libro poſteriore, Ciceronem in Catone maiore, Liuiũ 58. Valerium Maximum lib. 3. cap. ſeptimo, lib. 5. capite 3. Plutarchum, Appianum. Dictus eſt & Serapion, ob Serapionis victimarii ſimilitudinem. Liuius lib. 55. Valerius 9. cap. 15. L. Accius Poeta hunc cùm omnib. in rebus vehementem, tum acrem aiebat in dicendo fuiſſe. Cicero in Bruto.

P. Corn. Scipio Naſica, Serapionis F. homo facetus & vrbanus, Conſul fuit cum L. Calphurnio Beſtia ann. vrbis conditæ DCXLIII. cùm ſumptum eſt bellum in Iugurtham. Obiit in eo honore. Vxorem habuit Cæciliam, Q. Metelli Macedonici F. Vide Ciceronem in Bruto & Officiorum 1. Cùm Ædilitatem peteret, ioci nomine repulſam

pulſam

pulſam paſſus eſt. Valerius 7. capite quinto. quanquam eo loco multorum Scipionũ hiſtorias commiſcet.

P. Corn. Scipio Naſica P. F. Serapionis N. vxorem duxit Liciniam, L. Licinii Craſſi Oratoris F. ex qua duobus filiis ſuſceptis, alterum ſocero in adoptionem dedit, qui dictus ob id eſt L. Licinius Craſſus Scipio. Vide Ciceronem in Bruto. Pulſus eſt idem Scipio in exilium bello ciuili inter Marium & Syllam exorto. Cicero in principio 3. de Oratore.

P. Corn. Scipio Naſica. P. Scipionis ex Licinia F. quem M. Brutus apud Ciceronē in de claris Oratoribus collegam ſuum vocat, cuiuſq; genus Cicero inibi ex ipſius ſapientię ſtirpe prognatũ dicit: auis duobus, Scipione illo Conſulari, qui ſalib. & facetiis præſtabat, & L. Craſſo Oratore: trib. proauis, Q. Metello Macedonico, cuius 4. filii, P. Scipione, qui ex dominatu Tib. Gracchi priuatus in libertatem rempublicā vindicauit, Q. Scæuola Augure, qui peritiſſimus iuris, idemq; percomis eſt habitus: duob. abauis, P. Scipione, qui bis Cōſul fuit, quiq; eſt Corculũ dictus, & altero omniũ ſapientiſſimo, C. Lælio, clarus. Neſcio nũ hic ſit, qui ex Scribonia, quæ poſtea Cæſari Auguſto nupta eſt, Corneliam & P. Corn. Scipionē liberos reliquit, de quib. eſt apud Propertiũ in fine quarti, vbi Corneliæ epicediō extat. Iuncta ea L. Æmilio Paulo, Cōſulari & Cēſorio viro, Lepidum, Paulum & Æmiliam illi liberos peperit. Deceſſit marito ſuperſtite, laudata etiam ab Auguſto Imperatore.

P. Scipio, Scipionis & Scriboniæ Auguſti F. frater Corneliæ, cuius modò meminimus, Cōſul fuit ſub Auguſto, eo ipſo anno, quo ſoror in fata conceſſit, id eſt ann. V. C. DCCXXXVIII. Numeratur & Scipio in adulteris Iuliæ. Opinor eundem eſſe.

Q. METELLVS PIVS SCIPIO, Naſicæ F. teſtamento in genus hæreditatemque Metelli Pii adoptatus, indeque cognomentum Metelli ferens, vt Dion, fit Pompeii Magni ſocer, data illi Cornelia F. quæ prius P. Craſſo, M. filio nupſerat. Conſul fuit ann. V. C. DCCII. à genero in quinq; poſteriores menſes collega aſſumtus. Vxorem habuit Lepidam, vt eſt apud Plutarchum in Catone Vticenſi. Victus a Cæſare in Africa, ac in mari, cùm fugeret, deprehenſus, ſibi manus attulit. Contrario enim in Africam vento relatus, cùm teneri nauem ſuam ab hoſtibus videret, ferro ſe tranſuerberauit, & quęrentibus vbi Imperator eſſet, *Imperator*, inquit, *benè ſe habet*. Vox hæc parem illum maioribus fecit, & fatalē Scipionibus in Africa gloriam non eſt interrumpi paſſa. Multũ fuit Carthaginem vincere, ſed amplius mortē; nec aliter debebat Imperator, & quidē Catonis, mori. Seneca Epiſtolarum 3. epiſtola 24. Vide epitomen Liuii lib. 114. Appianũ bell. ciuil. lib. 2. Valerium Max. lib. 3. cap. 2. Florum 4. cap. 2. Plinius ſcribit, illum Capitoni Babylonica triclinaria obieciſſe, lib. 8. cap. 48. ſi tamen locus non eſt mendoſus.

¶ At ſanctius Sex. Pompeius lib. 3. Carnificis loco habebatur is, qui ſe vulnerasset, vt moreretur.

P. Cornelius Scipio Salutio, vir abiectiſſimus in caſtris Cæſaris, quem ille, quòd Pompeiani dicerent, fatale eſſe Scipionib. in Africa vincere, per ludibrium exercituī præfecit. Suetonius & Plutarchus in Cæſare. Porro Plinius lib. 7. cap. 12. id cognomēti primùm in ea familia à Salutione Mimo Cn. Scipioni inditum ſcribit.

P. Scipio, adoleſcens, Verri in iudicio aderat. Cicero in Verrim. 6.

Cornelia, è Scipionum gente, L. Voluſio Saturnino, nuper in præfectura vrbis extincto, Voluſium Saturninum, qui Conſul fuit poſt ſexageſimum ſecundum annum genuit. Plinius libro ſeptimo, capite decimoquarto.

C. Cornelius Scipio, pulſus vrbe, Maſſiliæ habitauit, cuius filiam Corneliam P. Seſtius, is, pro quo Cicero dixit, vxorem habuit. Vide Ciceronem pro Seſtio & familiarium Epiſt. 5. epiſtola 6.

P. Corn. Scipio, euocatus Pompeianarum partium in Africa ſub Scipione, in oppido Sarſura, cui præerat, interemptus. Cęſar comment. 5.

L. Scipio, cùm aurum factum haberet in vinea, ita ictus eſt, vt iſta eſſet integra, aurum colliquiſſet. Varronis eſt diuinarum 3. Citatur Nonio in voce Liquidum.

P. Scipio, cuius vxor Poppæa iuſſu Meſſalinæ interempta eſt, rogatus ſententiam: *cùm idem*, inquit, *de admiſſis Poppææ ſentiam, quod omnes, putate me idem dicere quod omnes*. Eleganti vſus temperamento inter coniugalem amorem & Senatoriam neceſſitatē. Tacitus hunc Conſulem fuiſſe tradit anno 2. Neronis, id eſt, V. C. DCCCVIII. ac legendum apud illum Scipio puto, non Cæpio.

L. Corn. Scipio, ſub Diocletiano viuēs, refertur Inſcript. ant. pag. 277.

P. Corn. Scipio Aſiaticus, Conſul cum C. Bellicio Natale. Ibidem pag. 201.

Hiſpali.

Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus, ſors Cn. Cornelii Scipionis Calui nepos. Cōſul fuit ann. vrbis conditæ DLXXVIII. cum Q. Petilio, in quo magiſtratu deceſſit. Fuit & Pontifex.

C. Corn. Hiſpalus (nam & hunc Scipionem fuiſſe, puto) Prætor peregrinus M. Popilio L. Calphurnio Coſſ. an. vrb. conditæ DCXV. edicto Chaldæos vrbe & Italia expulit. Valerius 1. capite 4. Militauit ſub Scipione in expugnatione Carthaginis. Appian.

Cn. Corn. Scipio, Hiſpali F. damnatus repetundarum, quòd oblata per ſortem Hiſpania prouincia, quo minus illuc iret, dicere hanc cauſam non dubitauit, quòd rectè facere neſciret. Valerius Maximus libro 6. capite 3.

Rufi & Syllæ.

P. Cornelius Rufus, Dictator ann. V. C. CCCCXXI. Liuius 8. etſi apud illum Rufinus, non Rufus, legitur.

ANN. V. C. CCCCLXIII. & CCCCLXXVI. P. Corn. P. F. Rufus, ſeu Rufinus, bis Conſul & Dictator, dormiens oculorum vſum amiſit, cùm id ſibi accidere ſomniaret. Plinius 7. capite 50. Ab hoc quinque mediis ortus eſt Sylla Dictator, vt Velleius. De eodem plura Liuius lib. 14. Plutarchus in Sylla, Gellius lib. 4. & 17. Valerius libro ſecundo.

P. Corn. Rufus, Decemuir, quòd illo ſuadente bello Punico ſecundo ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primùm ſunt inſtituti, Sibylla cognominatus eſt, & inde corrupto nomine primus Sylla vocari cœpit. Macrobius Saturnalium 1. Chariſius lib. 1. ita: *Sibyllam Epicadus ait appellatum, qui ex Sibyllinis libris primò ſacrum fecit, deinde Syllam: qui quòd flauo & compto capillo fuerit, conſimiles Syllæ ſunt appellati. Inde effœminati hodieque in ludo Sylli dicuntur* &c. Gellius Flaminem Dialem factum ſcribit, cui cognomen id primùm ſit inditum. Idem Prætor belli Punici ſecundi anno 7. iuriſdictionem vrbanam ſimul & peregrinam, quæ duorum antea ſors fuerat, obtinuit. Liuius initio 25. qui in eodem libro ludos Apollinares hoc Prætore primùm factos ſcribit. ¶ Aliter tamen de principio nominis Sullæ, ſeu Syllæ, Robertus Titius locorum controuerſorum lib. 1. capite 4. Qui idem Sex. Pompeii locum lib. 16. ad hunc modum legit: Rauiliæ, à rauis oculis, quemadmodum à colore fuſco Sullæ.

Ser. Corn. Sylla, vnus ex 10. legatis, qui miſſi ſunt in Macedoniam, victo Perſe. Liuius 45.

L. CORN. L. F. P. N. SYLLA, Dictator & bis Conſul. Vxores habuit, primam Æliam, inde Cæliam, tertiā Cæciliam Metellam, vnde ſuſtulit Fauſtum & Fauſtam, poſtremò Valeriam, Meſſalæ F. Oratoris Hortenſii ſororem, ex qua illi iam defuncto nata filia Poſthuma. Vide Plutarchum in eius vita. Poſt multa crudelia facta tandē phthiriaſi deceſſit. Qua de re ita cecinit Q. Serenus: Sed quis non paucat Pherecydis fata tragœdi? Qui nimio ſudore fluens animalia tetra Eduxit, turpi miſerum qui morte tulerunt. Sylla quoque infelix tali languore pereſus Corruit, & fœdo ſe vidit ab agmine vinci. Cur cremari, non inhumari voluerit, idque contra morem maiorum, Plinius refert lib. 7. cap. 54. Qui & hoc habet lib. 22. cap. 6. Syllam ſcriptum reliquiſſe, ſe corona graminea donatum ab exercitu apud Nolam, legatum bello Marſico, idque etiam in villa ſua Tuſculana, quæ poſtea Ciceronis fuit, pinxiſſe. De filio ante ipſum mortuo Seneca in conſolatione ad Marciam pag. 423. Idem epiſt. 11. tunc violentiſſimum fuiſſe tradit, cùm faciem eius ſanguis inuaſiſſet: *Quia*, inquit, *quidam nunquam magis quàm cùm erubuerint, timendi ſunt, quaſi omnem verecundiam effuderint.*

P. Corn. Sylla Fauſtus, Dictatoris F. periit in bello ciuili. Huius ſoror Fauſta primùm Q. Pompeio Ruſo, inde C. Memmio, tertio T. Annio Miloni nupſit. In quā eſt dictum fratris apud Macrobium lib. 2. Satur. cap. 2. *Miror ſororem meam habere maculam, cùm fullonem habeat.* Ita enim eius adulteri vocabantur. Cooptatus eſt in collegium Augurum, Martio & Marcellino Coſſ. Dion. lib. 39. Vxor ei fuit Pompeia, Pompeii M. filia, qua nata Cornelia nupſit Æmilio, editique eo matrimonio Manius Lepidus & Æmilia Lepida, nurus Auguſti.

P. & Ser. Syllæ, fratres, ſocii Catilinæ. Saluſtius.

P. Corn. Ser. F. P. N. Sylla, propinquus Syllæ Dictatoris, & ſub illo Quæſtor, vt autor eſt Cicero in officiis. Dion illum Syllæ ἀδελφιδοῦν, id eſt ex fratre nepotē fuiſſe, tradit lib. 36. Bello ciuili Cæſaris partes ſecutus, inter primos duces in pugna Pharſalica fuit. Deſignatus Conſul biennio ante Ciceronem

ronem Conſulē, accuſatione L. Torquati honore deiectus eſt. Iterum accuſatus ab eodē coniurationis in rempub. a Cicerone defenſus eſt, quæ oratio etiamnū extat. Cicero participē fuiſſe Syllanæ dominationis non negat, ſed multis vitā ac reditū impetraſſe ſcribit. Fratrē illius facit L. Cæcilium, vel, quomodo Beroaldus legit, L. Corneliū, qui legē, qua damnatus frater erat, corrigere voluerit. Meminit huius & Cicero Epiſtolarum 9. & 15. item in officiis, Cæſar in commentariis & Appianus. Ex Epiſtola 17. & 19. lib. 15. filium reliquiſſe liquet.

L. Cornelius Sylla, Conſul ſub Auguſto an. V. C. DCCXLIX. Scauri Mamerci frater, haud dubie F. P. Syllæ ſuperioris. Vxor illi fuit Sextilia. Ad hunc arbitror pertinere inſcriptionē illam: *L. Corn. P. F. Sullæ Proconſ. VIIvir. Epul. clientes poſ.* Hæc legitur Romæ in marmore apud ædem Diuæ genitricis.

L. Corn. Sylla F. Conſul ſub Tiberio, an. vrbis conditæ DCCLXXXV.

Corn. Sylla, ſub eodem Tiberio, Senatu motus ob prodigalitatem. Tacitus 2.

Fauſtus Sylla, Conſul ſub Claudio, ann. V. C. DCCCIIII. Fors hic eſt Corn. Sylla, quē Nero miſſum Maſſiliam in exilium paulo poſt interemit, vt habet Tacitus lib. 14.

L. Corn. Syllanus, Conſul ſub Claudio ann. vrbis conditæ DCCLXXXXVIII.

Syllæ Titus Imp. Hieroſolymis euerſis, Maſſadam oppidum, quo multi Iudæorū confugerant, expugnandum dedit: quo a Sylla circumuallato, Iudæi ſe mutuis vulnerib. cōfecere, perieruntq; 960. cū mulierib. ac paruulis. Hegeſippus lib. 5. cap. 52. & 53.

Siſennæ.

P. Cornelius Siſenna, Prætor ann. V. C. DLXXI. iuriſdictionem vrbanam tenuit. Liuius 39.

L. CORNELIVS SISENNA, reliquit hiſtoriarum libros 22. De hoc vide Ciceronem in Bruto, & de Legibus 1. De eodem arbitror loqui Ouidium 2. Triſtium:

Vertit Ariſtiden Siſenna, nec obfuit illi,
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.

Eiuſdem opinor meminiſſe Ciceronē Verrinarum 6. Ex primo de legibus verba eius hęc ſunt: *Siſenna omnes adhuc noſtros ſcriptores, niſi qui forte nondum ediderunt, de quibus exiſtimare non poſſumus, facile ſuperauit*, &c. Scripſit bellū ciuile Syllanumq; iam ſenior.

¶ Plura de hoc Siſenna Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 292. vbi quidē hoc nominatim traditur, eum Prçturam geſſiſſe M. Lepido Q. Catulo Coſs. ann. V. C. DCLXXVI.

Cn. Cornelius L. F. Siſenna, de quo Dion lib. 36.

Siſenna, Grammaticus, ſcripſit cōmentaria in Plautum. Citatur a Rufino in de metris Comicis.

Dion lib. 54. pag. 367. meminit Cornelii Siſentii. Puto vocatum Siſennam.

Lentuli.

Lentulos a Lente, vt a fabis Fabios, & a cicere Cicerones, dictos, vti quiſq; videlicet aliquod genus optime ſereret, docet Plin. 18. c. 3. Vt P. Oppii dicto notati ſint, cum aſſidue minores parentibus liberi naſcerentur, traditur a Quintiliano lib. 6. c. 4.

L. Corn. Lentulus, Conſul ann. V. C. CCCCXXVII. contra Samnites rem geſſit. Huius, opinor, meminit Plinius 33. c. 2. Legatus Cōſularis in exercitu, qui furcis Caudinis incluſus fuit, deditionem ſuaſit. Extat eius oratio apud Liuium, in qua idem patrē ſuum in Capitolio, cū obſideretur a Gallis, ſuiſſe commemorat, & quidē vnum diuerſæ ab aliis ſententiæ, ne ciuitatem a Gallis auro redimerent. Vide Liuiū 8. & initio 9.

Ser. Cornelius Cn. F. Cn. N. Cos. an. V. C. CCCCL.

L. Cornelius T. F. Ser. N. Lentulus, Conſul ann. V. C. CCCCLXXVIII.

L. & P. Cornelii Lentuli Caudini, L. F. L. nepotes, haud dubie fratres, & illius Lentuli, ad furcas Caudinas ſimul incluſi, nepotes. Inde enim cognomētum id inditum arbitror. Ambo fuere Cōſulares. ille enim an. V. C. DXVI. hic ſequenti honorem iſtum obiuit.

¶ L. Corn. Lentulus, Pontifex Max. iuſſu populi ver ſacrum vouet, anno belli Punici ſecundi altero. Moritur eius belli anno 6. Liuius 22. & initio 25.

P. Corn. Lentulus Caudinus, militauit in Hiſpaniis ſub Scipione Africano, anno belli Pun. ſecundi 9. Liuius 26. Hunc exiſtimo Prætorem fuiſſe ann. V. C. DLI. Liuius Caudini cognomentum non addit in fine 39.

L. Cornelius Lentulus Caudinus, Ædilis curulis eiuſdem belli anno 11. M. Marcello quintū & T. Quintio Criſpino Coſs. Liuius 27.

P. Cornelius Lentulus, fit Prætor anno 5. belli Punici ſecundi, ſortiturq; Siciliam.

M

Liuius 24. Hunc eſſe puto, quem Liuius 22. belli Pun. ſecundi an. ſecundo Attilii Prætoris legatum fuiſſe ſcribit, vocatq; P. Surā.

L. Corn. Lentulus, fit Xvir ſacrorum eius belli anno 6. Biennio poſt Prætor Sardiniam tenuit. Inde Scipioni in Hiſpania cũ L. Manlio Acidino ſuccedens, proconſulari imperio quinq; annis eam tenuit. Scipione Coſ. Ædilitatẽ abſens geſſit. Cum ouans in vrbẽ rediſſet, proximis comitiis cũ P. Villio Conſul factus eſt, ann. V.C. DLV. Obiit ann. DLXXXI. Liuius 25.26.28.30.31. In tabulis Capitolinis vocatur L.F.L.N.

Cn. Cornelius Lentulus L. frater, Ædilis curulis cum L. Lentulo, ann. vrbis cond. DXLIX. & quarto poſt anno Conſul. Deceſſit, cum eſſet & Augur, P. Claudio L. Porcio Coſs. Liuius 30. Pater fuit, vt coniicimus, L. Cornelii Cn.F.L.N. Lentuli, qui Conſul fuit ann. DLXXXXVIII.

¶ Ser. Cornelius Lentulus, Ædilis curulis ann. vrbis conditæ DXLVII.

¶ Cn. Cornelius Lentulus, Proconſul Hiſpaniæ citerioris, cum ex S.C. vrbem eſſet ingreſſus, tulit pręſe auri M. & quingenta pondo, &c. Liuius in fine 31. & libro 33.

¶ Ser. & P. Cornelii Lentuli, eodẽ ann. V.C. DLXXXV. hic Ædilis cur. fuit, ille Prętor Siciliam prouinciam habuit. Liuius 43.

L. Cornelius Cn.F.L.N. Lentulus, Cõſul ann. V.C. DXCIIX. Dehinc repetundarum damnatus, Cenſor tamen cũ C. Cenſorino factus eſt. Valerius Max. lib. 6. capite 11. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pag. 94.

L. Cornelius (fors L. F. Cn. N.) Lentulus, Conſul ann. V.C. DCVIII. cum L. Mũmio Achaico. In Caſſiodoro prænomen eſt Cn.

Cn. Cornelius Lentulus Clodianus, Conſul an. V.C. DCLVII. De hoc Salluſtius hiſtoriarum 4. incertũ ait fuiſſe, ſtolidior an vanior fuerit. Vide Gellium 18. cap. 4. Neſcio num idem hic ſit, in quo Cicero commendat actionem in Bruto.

¶ P. Lentulus, eodem tempore, forma, dignitate, corporis motu, ac vocis ſuauitate in dicendo conſpicuus. Cicero ibidem. Cæſus eſt a Marianis. Appianus 1.

Cn. Cornelius Cn.F. Lentulus Clodianus, Conſul ann. V.C. DCLXXXII. cum L. Gellio, & biennio poſt cum eodẽ Cenſor, Pompeio primum Coſ.

P. CORNELIVS P. F. LENTVLVS SPINTHER, Ædilis fuit Cicerone Coſ. de quo Plinius lib. 9. cap. 39. & libr. 19. cap. 1. Ipſe Conſul factus, reſtitutionem Ciceronis enixiſſime iuuit. Vnde ille & Deum & ſalutis ſuæ auctorem vocat. Plura idem libro 1. epiſtolarum. De P. Lentulo F. vide lib. 12. de vtroque vero verboſius egimus in eaſdem epiſtolas annotationibus noſtris.

Cn. Cornelius P.F.·.N. Lentulus Marcellinus, Conſul an. V.C. DCXCIIX. De hoc Cicero in Bruto & Valerius 6. cap. 2. Huius auia matrem Deûm manibus ſuis accepit. Cicero in de Haruſpicum reſponſis. Laudatur ibidẽ fortitudo proaui illius. Cum aliquando in Senatu Pompeiũ, a quo ad honeſtiorẽ locũ productus erat, grauius proſcinderet, tanquã Cæſaris partes fouentem, cõmotior Pompeius: *Non erubeſcis*, inquit, *ô Marcelline, de me minus honeſte loqui, per quẽ ex muto vocalis, & ex famelico vomens factus es?* Hunc Lentulum opinor eſſe, quem defunctum Cicero luget ad Att. 4. epiſtola 6. Quod ſi ita eſt, proximo anno a Conſulatu, Pompeio & Craſſo ſecundum Coſs. mortuus ſit, neceſſe eſt.

Cn. Lentulus Marcellinus F. Cæſaris in bello ciuili Quæſtor fuit. Commentario 3. De eodem Cicero Philippic. 3.

L. Lentulus (P. F. Dioni) Cruſcellus, Conſul ann. V. C. DCCV. iuſſu Ptolemæi necatur in carcere. Cicero in Bruto, Cæſar commen. 3. belli ciuil. De hoc, opinor, Cicero ad Att. 11. L. inquit, Lentulus Hortenſii domum ſibi & Cæſaris hortos & Baias deſponderat.

P. CORNELIVS LENTVLVS Princeps Senatus, qui cõtra C. Gracchũ armatus ſtetit, quiq; accuſauit M. Aquilium, vt eſt apud Ciceronẽ in diuinatione contra Verrẽ, & contra Rullũ, itẽ Philip. 8. Idẽ pulſus patria ob inuidiam, ſeceſſit in Siciliam, ibiq; mortuus eſt. Valerius Max. 5. c. 3. Vide quæ de eodem Cicero habet Orat. 3. & 4. in Catilinã. Nã vtrobiq; auũ L. Lentuli Suræ facit.

P. Lentulus, Suræ pater, habuit in matrimonio Fuluiam, M. Fuluii Flacci filiam. Cicero orat. 4. in Catilinam.

P. CORNELIVS LENTVLVS SVRA, Cõſul. an. V.C. DCLXXXIII. Hic, puto eſt Sura ille, qui Prætor iterũ ob coniurationẽ Catilinariã ſtrangulatus eſt. Suræ cognomentum hinc adeptus eſt. Cum Syllæ Quæſtor multa publicatum rerum conſumpſiſſet, poſtulatus rationem, rem nihili fecit, ac in Senatum veniens, Rationem mihi, inquit, reddere non eſt, ſed præbere ſuram. alludens ad motẽ puerorum, quo, qui in ludo

ſphæræ

ſphæræ peccauerunt, ſic puniri ſolent. Aliquando cauſæ cuiuſdam reus, cùm aliquos ex iudicib. corrupiſſet, ſuperans duabus ſententiis; *Fruſtra*, inquit, *impenſum eſt aurum pro altera ſententia, cùm vna tantùm abſolutus diſceſſiſſem*. Idem cùm contra patriam cum Catilina conſpiraſſet, fato tribus Corneliis Rom. imperii monarchiam deberi dixit: Ex his fuiſſe Cinnam & Syllam, ſe tertium fore, qui rerum potiatur. Plutarchus in Cicerone, Salluſtius de coniurat. Catilinæ, Cicero in Catilinam, &c.

Lentulus Sura, xv. viratum petens, repulſam paſſus eſt. Cælius ad Ciceronem Epiſtolarum 8. epiſtola 4. Eiuſdem, opinor, meminit Cicero lib. 5. ad Vatinium.

L. Lentulus, Flamen Martialis tempore Ciceronis, Gabinii competitor. Cicero in Vatinium. Vxor illi fuit Publicia, ſocrus Sempronia. Macrobius 3. cap. 7.

P. Lentulus, Lentuli Nigri Flaminis F. Ciceronis contẽporane⁹. Aſcon. Pedian⁹.

Lentulus Cruſcellus, proſcriptus à Triumuiris, in Siciliam fugit comitante illum vxore Sulpicia, quamquam Iulia mater retineret. Valerius 6. cap. 7. Appianus 4.

Cn. L. F. & P. P. F. P. N. Cornelii Lentuli, ſimul Conſules ſub Auguſto ann. V. C. DCCXXXVI. Dioni Cneus L. F. & Publius P. F. cognomine Marcellinus vocãtur.

Cn. Cornelius, Cn. F. Dioni, Lentulus, Augur, Conſul ann. V. C. DCCXL. Hic, auctore Seneca, quater millies ſeſtertiũm ſuum vidit, ingenii tam ſterilis, quam animi, tantaque inopia ſermonis, vt cùm eſſet auariſſimus, numos tamen citius emitteret, quàm verba, De beneficiis 2. cap. 27. Tacitus ſcribit, huic ſuper Conſulatum & triumphalia de Getis, gloriæ fuiſſe, benè toleratam paupertatem, dein magnas opes innocenter partas, & modeſtè habitas. Vide plura apud Senecam loco citato. De morte eius Suetonius in Tiberio.

L. Cornelius L. F. Lentulus, Conſul ann. V. C. DCCL.

Cn. Cornelius Lentulus (Paterculus Coſſum vocat) ſub Auguſto in Africa triũphalia ornamenta meruit, teſtimonio etiã victoriæ in cognomen filii collato, vt inquit idem Paterculus. Cõſulatum geſſit an. V. C. DCCLIII. Hunc Tiberius Imp. mortuo L. Piſone præfectum vrbis fecit, virũ, vt inquit Seneca epiſtola 84. grauẽ & moderatum, ſed merſum vino & madentem adeò, vt ex Senatu aliquando, in quem è conuiuio venerat, oppreſſus inexcitabili ſomno tolleretur.

Cn. Lentulus Getulicus F. Conſul fuit ſub Tiberio ann. V. C. DCCLXXVIII. Sub Caio Cæſare ad res nouas conſpirauit, vt meminit Suetonius in Claudio. Dion li. 59. illum 10. annis Germaniam rexiſſe, & à Caio cæſum eſſe, tradit. Vide plura de hoc Getulico apud Corn. Tacitum lib. 5. Idem epigrammata & hiſtorias ſcripſiſſe traditur, auctoribus Suetonio in Caligula, Plinio, Martiale, Sidonio & Probo. Ac leguntur hodie quædam Græca 3. & 6. Anthol. corrupto tamen titulo Γετυλίκ pro Γετυλικῦ.

Coſſus Cornelius Lentulus Coſ. ann. V. C. DCCLXXVII.

Cornelius Lentulus Coſſus, Coſſi F. Conſul & collega Neronis in quarto illius Conſulatu. Frontinus de aquæductibus. Huius, opinor, filia fuit Cornelia illa, quæ in locũ Læliæ defunctæ Veſtalis capta eſt. Meminit eius Tacitus lib. 15.

Lentulum mimographum citat Tertullianus in Apologetico, & in de Pallio. Gyraldus putat eundẽ, quem notat Iuuenalis Satyra 8. quemq; Laureolũ egiſſe ſcribit.

P. Lentulus M. F. Scipio Conſul cum T. Quintio Criſpino Valeriano. Inſcript. antiq. pag. 212.

P. Cornelio Lentulo Scipioni Coſ. præfecto ærarii legato T. Cæſaris Aug. leg. IX. Hiſpan. Pontifici, feciali dd. Apud Manutium in Orthographia in voce, Fecialis.

L. Lentulus, in Africa ſub Auguſto decedens, relicta filia, primus codicillorum vſum introduxit. 2. Inſtit. 25. de codicillis.

Cn. Corn. Lentulus Vaccia, citatur Ciceroni ad Q. fr. 2. epiſtola 3.

Lentulo Varo reſcripſit Titus Antoninus Pand. 50. ad municipalem & de incolis.

Cn. Lentulus Maluginenſis, Flamen Dialis, Coſ. fuit ſuffectus ſub Auguſto ann. V. C. DCCLXII.

Dolabellæ.

Dolabellas opinor Lentulorũ eſſe gentis. Inuenio namque apud Aſcon. Pedianũ & Macrobium, P. Lentulum vocari generum Ciceronis, exiguæ ſtaturæ hominem, quẽ longo accinctum gladio videns, iocoſè, Quis illum alligaſſet gladio, quæſiuit. At hunc Dolabellam dictum, apud quẽ Tullia ex partu deceſſit, conſtat ex epiſtolis Ciceronis, & Plutarcho in vita Ciceronis. Cæterum Dolabelliana pira, ex hac familia inuento nomine, referũtur C. Plin. li. 15. c. 15.

P. Cornelius Dolabella Maximus, Conſul fuit ann. V. C. CCCCLXX. Gallorum reliquias in Hetruria ad lacũ Vadimonis deleuit, deq́; iis triumphauit. Paria his memorat Eutropius lib. 2. cap. 1. niſi quòd apud illum Cn. appellatur. ſimiliter D. Auguſtinus lib. 3. cap. 17.

Cn. Cornelius Dolabella, Rex ſacrorũ lectus per tempus belli Punici ſecundi ann. V.C. DXLVI. deceſſit ann. DLXXIIII. Liuius 27. & 40.

L. Corn. Dolabella, Duumuir naualis, cùm in locũ Cn. Cornelii Dolabellæ Rex ſacrorum inaugurandus eſſet, magiſtratũ ponere noluit. Deinde ex cœlo obſeruatio interuenit, eſtque illi prælatus L. Cloelius Siculus. Liuius 40.

Cn. Cornelius Dolabella, fors ſuperioris Cn. F. Cn. N. Conſulatum geſſit ann. V. C. DXCV.

Cn. Cornelius Dolabella, L. Saturnini
DCLIII I. Trib. pl. frater, vnà cum illo periit: per forũ namq; holitoriũ fugiens, cum L. Geganio interemptus eſt. Eutropius 5. Oroſius 5.

Cn. Cornelius Dolabella, Cn. puto F. Cn. N. Conſul an. V. C. DCLXXIII. triumphauit ex Macedonia. Cicero in L. Piſonem. Hunc arbitramur eſſe, quẽ C. Cæſar adoleſcẽs repetundarũ poſtulauit, nec damnauit, vt eſt apud Sueton. Meminit Valerius lib. 8. c. 9.

Cn. Cornelius Dolabella, alius eodem tempore, Procõſul Ciliciæ, accuſatus à M. Scauro, & damnatus eſt. Autor Aſcon. Pedianus. Hũc legatus & Proquæſtor C. Verres teſtimonio ſuo afflixit. Cicero in Verrẽ 3. Hos Cneos puto fratres patrueles fuiſſe.

Cn. Dolabella, Proconſul Aſiæ. De hoc Valerius lib. 8. c. 1. Gellius lib. 12. c. 7. Ammianus lib. 29. Variant tamẽ de pnomine Valerius & Gellius, quorũ ille P. hic Cn. vocat, licet idẽ teſtimonium Valerii aduocet.

P. CORNELIVS P. F. DOLABELLA, Cæſaris partium in bello ciuili, interfuit pugnę Pharſalicæ & Africanæ, in Hiſpanienſi etiã vulnus accepit. Cicero Philip. 2. In occiſi locum, cùm ageret annum ætatis 25. vt habet Appianus, ſuffectus Conſul, Aſiam prouinciã inuaſit, Trebonio, Cæſaris percuſſore, qui Procõſul eã tenebat, Smyrnæ crudeliter interempto. Periit non multo poſt Laodiceæ in Syria manu ſerui, cùm oppido C. Caſſius per proditionẽ potitus eſſet. Factum eius in tollenda columna Cicero valde laudabat, Panſa vehementer improbabat. Cicero ad Atticum lib. 14. Eundẽ eſſe P. Corn. Dolabellam, & qui Ciceronis gener fuit, & qui Tribunus turbulentus, pòſt Conſul cum Antonio, in Syria periit, teſtãtur loci ſubiecti. Cicero ad Att. 11. epiſt. 12. *Quod me audis fractiore eſſe animo, quid putas, cùm videas acceſſiſſe ad ſuperiores ægritudines præclaras generi actiones?* Item epiſt. 14. *Etſi omnium conſpectum horreo, præſertim hoc genero* &c. Item 15. *Ad quæ gener accedit, & cætera quæ fletu reprimor, ne ſcribam.* Item 23. *O dii generum vt noſtrum potiſſimum, vt vel tabulas nouas?* Indicant idem epiſtolæ vtriuſque libri 9. familiarium. Aſtipulatur etiã Dion lib. 42. qui eundem facit, qui Tribunus pl. tumultus & ſeditionis auctor fuerit, quique cùm Prætor nondum fuiſſet, Conſul factus ſit Cæſaris beneficio, omnia per gratiam ignoſcentis.

P. Cornelius P. F. P. N. Dolabella, Conſul ſub Auguſto ann. V. C. DCCLXII. Hic an alius, incertum, cùm periiſſet ab Auguſto, donari ſibi torquem aureum, à Gallis ablatum, Malo, inquit ille, donare te ciuica. Macrobius 2. Arbitror hunc eſſe, quẽ vetus inſcriptio apud Marlianum lib. 4. P. F. vocat, & cum C. Iunio Syllano Flam. Mart. coniũgit. De eodẽ fortè Tacit. lib. 3. & ſeq.

Cornelius Dolabella, ab Othone Imp. in coloniam Aquinatem ſepoſitus, ob vetuſtum nomen, & Galbæ propinquitatem, interimitur ſub Vitellio, cùm in vrbem regreſſus eſſet. Tacitus 17.

P. Corn. Dolabella Prætore, Cicero dixit pro A. Cæcina. Quo tempore autem ille Prætor fuerit, Corrado non conſtat.

Cethegi.

Cethegos diuerſus amictus à cæteris diſtinguebat, quos Horatius cinctutos appellat, quòd habitus ſeu toga ad cinctum reducta fuerit. Exerto ſanè brachio conſtat procedere ſolitos. Vnde & illud Lucani:

-- Exertiq́; manus veſana Cethegi.

Et alibi:

-- Nudiq́; Cethegi.

Item Silii 8.

Ipſe humero exertus gentili more parentum
Difficili gaudebat equo, &c.

Hæc Volaterranus.

M. Corn. Cethegus, flaminio abire iuſſus, propter exta parum ritè aris Deorum admota. Valerius 1. c. 1. Plutarch. in Marcel.

M. CORNELIVS M. F. M. N. CETHEGVS, vir multis honoribus clarus: nam adhuc adoleſcens Pontifex factus eſt. Ædilis curulis fuit cum P. Scipione Africano. Inde

Inde proximo anno Prætor, pauloque pòſt Cenſor, cùm nondum Conſul fuiſſet. Conſul bello Pun. ſecundo anno V.C. DL. cum P. Sempronio Tuditano, quem & in Cenſura collegam habuerat, Hetruriam in fide continuit: procos. Galliam prouinciam adeptus eſt. Hæc Liuius. Habitus eſt & Orator, quem Ennius Suadæ medullam appellauit, vt eſt apud Ciceronem. Verſus Ennii ſunt:

--- dictus ollis popularibus olim,
Qui tum viuebant homines, atq; æuũ agitabãt,
Flos delibutus populi, Suadæq; medulla.

C. Cornelius L.F. M.N. Cethegus, ſimiliter per omnes honorũ gradus conſcẽdens, & Aedilis, & Prætor, & Conſul, & Cenſor fuit. Habitus etiam in numero oratorum. Cicero in Bruto. Proconſul antequam Aedilis, 15. hoſtium millia in prœlio cecidit. Liuius in fine 31. & ſequentibus libris. Triumphauit de Inſubribus & Cenomanis.

P. Cornelius L. F. P. N. Cethegus, Aedilitius, Prætorius & Conſularis: nam eum honorem cum M. Bebio geſſit, teſte Liuio & Plinio 13. cap. 13. qui eum L. filium facit. Caſſiodorus in catalogo Conſulum P. Corn. Lentulum vocat.

M. Cornelius C. F. C. N. Cethegus, Conſul ann. V. C. DXCIIII. Pontinas paludes ſiccauit. Liuius 46. Plinius ſcribit ex auctoritate Mutiani, hanc paludem 24. vrbium loca occupaſſe.

P. Cornelius Cethegus, multæ auctoritatis, & princeps in ciuitate tempore Luculli, teſte Plutarcho in vita Luculli. Fors idem, qui cum C. Mario pulſus vrbe, poſtea Syllæ ſupplex factus, in gratiam receptus eſt. Appianus 1. De hoc arbitror & Ciceronem loqui in Bruto, vbi illum C. Cæſaris L. filii æqualem vocat, & in Senatu Conſularium auctoritatem aſſecutum fuiſſe ſcribit.

C. CORNELIVS CETHEGVS, ſocius Catilinæ, ſtrangulatus. Cicero & Salluſtius. Cicero in oratione pro P. Sylla innuit, Q. Metellum Pium ab illo vulneratum, cùm occidere voluiſſet.

P. Cethegus Ælio Staleno, viro improbo, dignum illo conſilium, id eſt, infidele & exitiabile dedit. ſynchronus Ciceronis. Cicero pro A. Cluentio.

Sex. Corn. Cethegus, Conſul ſub Tiberio, ann. V.C. DCCLXXVI. Dioni Sex. F. Et ſi apud illum corruptè, vt puto, Serg. legitur.

Cethegus, Senator, adulterii reus, truncatus eſt capite ſub Valentiniano. Ammianus 28.

Cethegus, vir Conſularis, legatus patri in Aſia tempore Hadriani. Lucianus in Demonacte.

L. Cornelius Cethegus, contra quem extabat oratio Ser. Sulpitii Galbæ oratoris. Liuius 49.

Corn. Cethegus, populo muſtum rutatum dedit in Conſulatu, collega Quintii Flaminini, comitiis peractis. Plinius lib. 19. cap. 8.

Cinnæ.

Corneliæ genti vnde Cinnæ cognomen ſit inditum, quiue primùm inde ſic appellatus ſit, nondum comperi. Niſi quis à Cinna, ciuitate Theſſaliæ, Cornelios Cinnas dictos velit, quemadmodum à Meſſana, ciuitate Siciliæ, Valerii vocati ſunt Meſſanæ primùm, deinde Meſſalæ.

L. Corn. L.F. Cinna, Conſul ann. V.C. DCXXVII. cum L. Caſſio Longino.

L. CORNELIVS L.F. L.N. CINNA, quater Conſul, multa crudelitate in ciues vſus, tandem & ipſe crudeliter à ſuis militibus cæſus eſt. Vide Liuium 79. 80. & 83. item Volaterranum & alios. Huius F. Corneliam Cæſar, qui pòſt rerum potitus eſt, vxorem habuit, nec, vt eam dimitteret, vllis rationibus, ne mortis quidem metu, à Sylla Dictatore cogi potuit.

L. Cornelius Cinna F. adhæſit Lepido: poſt cuius mortem cùm fugiſſet ad Q. Sertorium, opera C. Cæſaris per rogationem Plotiam patriæ reſtitutus eſt. Suetonius in Cæſare. Videtur eo natus Cn. Cornelius Cinna Magnus.

Cornelius Cinna, Prætor, Cæſari cognatione deuinctus, primus à cæde illius Tyrannum fuiſſe, proclamauit.

Cn. Cornelius L. F. Cinna Magnus, vt Dion, Pompeii nepos ex filia, primùm hoſtis Auguſti, veniam obtinuit, relatus etiam ab eo in numerum iudicum, deinde inſidiator eandem lenitatem expertus eſt, fidus & amicus inpoſterum, cùm Liuiæ conſilium, clementiam ſuadentis, libenter princeps Auguſtus amplecteretur. Idem Conſulatum geſſit ann. V. C. DCCLVII. Vide Senecam de clementia lib. 1. capite 9. Dionem lib. 55.

Cinna quidam traditur à Plutarcho 500. equites ex Italia duxiſſe, quos, priuſquam

ad Dolabellam in Aſiam peruenirent, M. Brutus interceperit.

Cinna I C. citatur Vlpiano Pand. 23. de ritu nupt.

Mamerci, Mammulæ, Merendæ, Merulæ.

P. Cornelius Mamercus, Prætor ann. V. C. DLXXIIII. Siciliam rexit. Liuius 40.

¶ C. Cornelius Mammula, Prætor belli Pun. ſecundi anno 2. ex Senatus ſententia, populiq; iuſſu, Ver ſacrum vouit, quod annis pòſt 21. factũ eſt, L. Val. Flacco M. Porcio Catone Coſs. creatis. Liuius decad. 4. lib. 3. Qui primus in hac familia cognomẽ hoc tulit, ita dictus eſt, quòd eſſet papilloſus.

A. Corn. Mammula, Prætor ann. vrbis cõditæ DLXIII. P. Corn. Scipione M. Glabrione Coſs. Brutios prouinciam habuit. Liuius initio 36.

M. Corn. Mammula, xvir diuidundis agris ann. vrbis conditę DLXXXI. Liuius 42.

¶ P. Corn. Merenda, Conſulatum petiit ann. *

Ser. Corn. Merenda, Conſul ann. vrbis conditæ CCCCLXXIX.

Cn. Corn. Merenda, Prætor ann. V. C. DLX. Sardiniam tenuit. Liuius 34.

¶ Ser. Cornelius Merula, à L. Lentulo Conſule donatus ex præda corona aurea, Samnitum oppido capto. Plinius 33. cap. 2.

Cn. Corn. Merula, vnus ex 10. legatis, qui à S. P. Q. R. ad res Aſiæ diſceptandas cõponẽdasq;, victo Antiocho, miſſi ſunt, ann. vrbis conditæ DLXV. Liuius 36.

L. Corn. L. F. Merula, Prætor vrbanus ann. V. C. DLVI. quinto pòſt Conſul Boios vicit, 14. M. cæſis, captis viuis 1092. equitibus 221. ducibus tribus, ſignis militaribus 212. carpentis 63.

L. Corn. Merula, Ædilis Cur. cum L. Poſthumio Albino, cùm acta fabula Terentiana Adelphi, C. Fannio M. Valerio Coſs. ann. vrbis conditæ DXCIII.

L. Corn. Merula, Flamen Dialis, ſuffectus Conſul, pulſo Cinna ann. vrbis conditæ DCLXVIII. Reuerſo Cinna, periit inciſis à ſe venis. Hunc eius, qui Boios vicit, nepotem fuiſſe ſcribit Volaterranus, quod temporum ratio non tolerat. Pronepotem non negauerim.

Cornelius Merula, Conſulari natus familia, inducitur apud Varronem rei ruſticę lib. 3. cap. 2.

CORNELII promiſcuè congeſti iuxta ordinem litterarum in cognomentis.

Cornelius Abaſcantus Lib. Corn. Pauli pp. leg. II. Inſcript. ant. pag. 491.

CORNELIVS ALEXANDER, Grammaticus, quem propter antiquitatis notitiam Polyhiſtorem multi, quidã Hiſtoriam vocabant. Hæc Suetonius de Iulio Hygino explicans. Plura de eo Suidas Ἀλέξανδρος. Citatur etiam Plinio lib. 3. c. 17. lib. 36. c. 12.

Corn. Alpinus, Poeta malus, notatur Horatio. Scripſit Memnonia.

P. Cornelius Anulinus, Conſul ſecundũ cum Aufidio Frontone ſub Seuero, refertur Inſcript. antiq. pag. 253. & 296. Filius illius haud dubiè fuerit, qui Conſul extitit ſub Caracalla ann. V. C. DCCCCLXVIII.

Anulinus, Proconſul Africæ ſub Conſtantino & Licinio. Auguſtinus epiſtola 68.

Anulinus, Conſul ſub Diocletiano, ann. V. C. MXLVII. quem & ipſum arbitror fuiſſe Proconſulem Africæ ſub Conſtantino. Extant Conſtitutiones Conſtantini & Licinii Imperatoris ad hunc apud Nicephorum Hiſt. Eccleſiaſticæ lib. 7. cap. 42. Etſi ibi legitur Anylinus. Meminit ęiuſdem in litteris ad Cæcilianum, item ad Miltiadem, Epiſcopum Romanũ, Conſtantinus vt Proconſulis Africæ & patricii præfectorum Vicarii.

Anulinus, Proconſul Africæ ſub Gallieno, martyrio affecit Martinam, Donatillam & Secundam, virgines, 3. Calend. Auguſti.

Cornelius Aliquandus. Inſcript. ant. pagina 456.

P. Cornelia Annia, ne in orbitate viueret, maritum defunctum ſimul in ſepulchrum comitata eſt. Extat elegans de ea inſcriptio ibidem pag. 267.

L. CORNELIVS BALBVS L. F. Maior, Gaditanus, donatus ciuitate Romana per Pompeium, aliquanto pòſt eo nomine in iudicium tractus, & de iure virgarum in cõſilium miſſus, ab ipſo Pompeio, Craſſo & Cicerone defendi meruit. Hunc Theophanes Mitylenæus, rerum geſtarum Pompeii ſcriptor, ſibi adoptauit. Pompeius illi locum ad ædificandos hortos dedit, cæteris ſæpè amicis omnibus prælato: id quod queritur Cicero in Epiſtolis ad Atticum. Cæſaris in Gallia præfectus fabrûm, exorto bello

to bello ciuili, ipſius gratia in vrbem regreſſus eſt, ſeque quieti dedit, ne contra Pompeium agere videretur, amicorum interim negotia procurans, quemadmodum ipſe Cicero ad Atticum ſcribens teſtatur lib. 9. Plinius libro 7. cap. 43. etiam Conſulem fuiſſe, & primum externorum, atque in Oceano genitorum, eo honore vſum, quem maiores Latio quoque negauerint, aſſerit. Potitus eſt autem Conſulatu ann. V. C. DCCXIII.

L. Cornelius Balbus, Minor, & ipſe Gaditanus, ac ciuitate Romana donatus. Volaterranus hūc fratre ſuperioris genitū vult. Cæſari in bello ciuili adhæſit. Miſſus ad Lentulū Conſulem cum litteris & mandatis, ac promiſſione prouinciæ, ſi Romam reuertiſſet, ipſum conuenire non potuit, cùm iam per mare traiecíſſet: apud Dyrrhachium verò, per ſummam temeritatem, vt ſcribit Paterculus, ingreſſus Pompeii caſtra, cum Lentulo Conſule collocutus eſt, dubitante quanti ſe venderet. Quibus rebus incrementis illis viam fecit, quibus Hiſpanus in triumphum & Pontificatum aſſurgeret, fieretque ex priuato Conſularis. Certè Plinius libro 5. cap. 5. victis Garamantibus triumphaſſe illum, & vnum omnium externûm iure Quiritium & curru donatum refert. Aſinius Pollio in epiſtolis ſuis ad Ciceronem (extant hæ familiarium 10.) Quæſtorem ſibi in Hiſpania fuiſſe ſcribit, multa eius flagitia & ſcelera enumerans. Meminere Solinus & Strabo lib. 3.

Corn. Balbus, ſub Marco Imp. cui idem Imperator ſcripſit.

Corn. Balbus ἐξηγητικῶν 18. citatur à Macrobio Saturn. 3. cap. 6.

L. Cornelius Balbus, Conſul factus ab Auguſto & Antonio in fine anni in paucos dies, iis opibus, ea magnanimitate, vt populo Rom. moriens viritim 25. drachmas reliquerit.

Cn. Corn. Blæſus, Conſul fuit ann. V. C. CCCCXCVI. In tabulis Capitolinis Cn. Cornelius Blaſio eſt L. F. Cn. N.

Cn. Cornelius Blaſio, Prætor anno vrbis conditæ DLX. Siciliam tenuit. Miſſus eſt idem legatus ad Carnos & Hiſtros. Fuit & vvir de finibus cognoſcendis. Liuius 34. 43. & 45.

Cornelius Bacchus, citatur Plinio 37. capite 2.

Aur. Cornelius Celſus Parmenſis, mediocri vir ingenio, præter alia & de Rhetorica, & de re militari, deq; re ruſtica, etiam medicinæ præcepta reliquit. Fabius lib. 12. in fine, & 3. cap. 1. An autem hic ſit, vel alius, cuius extant 8. libri de medicina, doctis omnibus probatiſſimi, adhuc ambigo. Meminit Vegetius lib. 1. Columella lib. 1. cap. 1. lib. 3. cap. 17.

Cornelius Ceruntus miles Prætorianen. cum duobus Corneliis libertis, Nicephoro & Præpete, refertur Inſcript. ant. pag. 443.

L. Cornelius Chryſogonus, libertus Syllæ Dictatoris. De hoc Cicero in orat. pro Sex. Roſcio Amerino.

C. Cornelius Cotta, cum C. Cornelio Reſtituto, refertur ibidem pag. 244.

Corn. Domitianus in Velabro domum habitauiſſe traditur Marliano pag. 138.

Cornelius Epicadus, Grammaticus, Syllæ Dictatoris libertus. Suetonius. Meminit Macrobius lib. 1. Saturnal.

Cornelius Felix, refertur Paulo ff. 49. de iure fiſci. l. 48.

Cornelii Felicis epiſtolæ reſpondit Celſus lib. 7. Digeſtorum. Vide ff. libro 17. tit. 2. l. 58.

Cornelius Fidus, gener Naſonis. de quo vide Senecam in De tranquillitate animi.

L. Cornelius Firmianus, refertur Inſcript. ant. pag. 206.

Cornelius Firmus, cum Volſaria Paula coniuge, & Corneliis, Lucullo & Proculo, & Cornelia Tertulla, liberis, refertur ibidem pag. 379.

Q. Cornelius Flaccus, cum Cornelia & liberta Pſyche, ibidem pag. 207. & 292.

Cornelius Fronto, orator eximius, ac, teſte Dione in Hadriano, primas partes in agendis cauſis obtinens, Conſul fuit ſub Nerua. Martialis vt bello & pace clarum celebrat. Citatur ſubinde ab A. Gellio. Meminerunt huius & Iuuenalis & C. Plinius in epiſtolis. Docuit M. Antoninum. Dicitur & Martiali lib. 14. Stoicus:

Stoicus hinc gelidam Fronto petebat aquam.

ſi tamen eſt idem Fronto. De familiæ conditore Quadrato, patre Apella, & filio eiuſdem nominis, præclare Ariſtides Tomo 1. in Apellam. Extat hodie liber eius de differentiis vocabulorum.

Cornelius Fuſcus, claris ortus natalibus, in bello ciuili Vitelliano pro Veſpaſiano ſtetit, cùm ante Galbæ partes fouiſſet. Præfectus prætorio Domitiani, & dux contra

Dacos miſſus, ab iis cæſus eſt. Auctores ſunt Tacitus lib. 18. & ſeq. Suetonius in Domitiano, Dion, Victor, Iuuenalis Sat. 4.

Corn. Fuſcus Salinator, cui Seruianus filiam ſuam collocauit, commendatur à Plinio Epiſtolarum 6. ad Maximum & ad ipſum Seruianum.

Corn. Gallus, Prætorius, in Venere obiit. Valerius 9. cap. 12. Plinius 7. cap. 53.

Cn. Cornelius Gallus, Poeta, ac primus Ægypti præfectus ſub Auguſto, damnatus à Senatu, ipſe ſibi manum attulit. Accuſauit autem illum Valerius Largus collega, quòd vbique de Cæſare malè opinaretur. Auctor Dion. Amauit Cytherida, quæ relicto illo, ſecuta eſt Antonium. Virgilio, qui illum eo nomine conſolatur, Lycoris appellatur. Vide eclogam 10. & in eandem interpretes.

Cornelius Gaudentius, refertur Inſcriptionum ant. pag. 59.

C. Cornelius Habendus. pag. 61.

Cornelius Hiſpanus, citatur Senecæ inter declamatores ſui temporis.

Corn. Labeo, citatur Macrobio in lib. cui titulus de Oraculo Apollinis Clarii.

Cornelius Laco, Præfectus prætorii ſub Galba, occiſus à cæde eius iuſſu Othonis. De hoc Tacitus lib. 17.

Cornelio Latiniano reſcripſit Hadrianus ff. lib. 48. ad L. Iul. de adulteriis.

P. Corn. Licinius Valerianus Auguſtus, captus à Perſis, in miſera ſeruitute conſenuit, cùm imperaſſet annos plus minus 7. ¶ Familiæ ſtemma repetatur ex Onuphrii principibus Rom. pag. 59. & ſequenti.

Corn. Licinius Gallienus, à patre conſors imperii factus, præfuit annos 8.

Cornelius Macer, ſynchronus Trebellii Pollionis, ex familia Macrianorum, ipſo teſte.

Cornelius Mamurra Formianus, eques Rom. præfectus fabrorum Cæſaris in Gallia. de hoc Plinius lib. 36. cap. 6. Eſt autem ille ipſe, quem grauiter perſtringit Catullus, Formianum decoctorem appellans.

P. & M. Cornelii Mauri, cum Cornelio Teleſphoro liberto, referuntur Inſcriptionum ant. pag. 313.

T. Corn. Marcellinus, cum T. Paternia Florina coniuge, ibidem pag. 410.

Cornelius Marcellinus. De hoc Tacitus lib. 16. & ſeq.

Corn. Minutianus, laudatur Plinio Epiſtolarum 7. ad Falconem.

Cornelius Nepos, Hiſtoricus, Ciceronis amicus, ſcripſit Chronica, vitam Ciceronis & Attici, de viris illuſtribus libros 16. exemplorum librum, vt Chariſius, præterea de Saginatione auium. Vertit Daretem Phrygium. Luſit & Epigrammata. Scripſit item librum, teſte Tranquillo, quo diſtinguit literatum ab erudito. Moritur ſub Auguſto. Meminit Plinius lib. 3. cap. 18. & lib. 9. cap. 39.

C. Cornelius Nerſus. Inſcript. ant. pagina 260.

Corn. Oneſimus, cum Carſidia Helpide coniuge, refertur ibidem pag. 295.

Ser. Corn. Orphitus, Conſul ſub Claudio ann. V. C. DCCCIII. Reperio plures Orphitos, qui an & ipſi Cornelii fuerint, nondum compertum habeo.

Corn. Palmatius. Inſcript. ant. pag. 32.

Cornelius Paulus p.p. leg. 11. ad. Ibidem pag. 491. cum Cornelio Abaſcanto liberto ſuo.

Cornelia Paula, Pomponii Baſſi vxor, ducta ab Heliogabalo Imperatore, marito cæſo, poſtea tamen repudiata, quòd maculam haberet in corpore. Dion.

Corn. Pinus, pictor ſub Veſpaſiano. Plinius 35. in fine cap. 10.

L. Corn. Primion. Inſcript. ant. pag. 65.

L. Corn. Proſodicus. Ibidem pag. 59.

Corn. Priſcus, Conſularis ſub Traiano. Plinius Epiſtolarum lib. 5.

C. Corn. Priſcus & Cornelia Zoſima mater. Inſcript. ant. pag. 312.

Cornelius Priſcianus, Aduocatus Leonis. Sic legitur ff. 28. tit. 4. l. 3. Vixit ſub Diuis fratribus.

Cornelio Proculo reſcripſerunt Diui fratres ff. de quæſtionibus & 26. de Tutor. & Curat. datis ab his &c.

Corn. Quintius, refertur Inſcript. ant. pag. 306.

M. Corn. Rufus. Ibid. pag. 318.

Cornelio Rufo reſcripſerunt Diui fratres de iure fiſci ff. 49.

Cornelii, Rogatus & Victor. Inſcript. ant. pag. 296.

Corn. Sabinus Trib. vnus ex percuſſoribus Caii, periit mox ſua ipſius manu, quāuis iam abſolutus à Claudio, vt ſcribit Ioſephus 19. Antiquitatum cap. 4.

Cn. Cornelio Cn. F. Sab. Muſæo mancipi viæ Appiæ. Georg. Fabr. in ſua Roma.

M. Corn. T. F. Saturninus, refertur cum M. Corn. Iuliano, Inſcript. ant. pag. 297.

Cornelius Scapula, Conſul ann. V. C. CCCCXXVI. Liuius lib. 8.

Cornelius Seuerus, Poeta Epicus, Fabio libro 10. & Crinito. Huic ſcribit Ouid. lib. 4. de Ponto.

Cornelius Secularis, Conſul II. ſub Valeriano principe ann. V. C. MXII.

Corn. Senecio, Eques Rom. homo diues, & in ipſo procurrẽtis pecuniæ impetu extinctus, refertur Senecæ initio 17. Epiſtolarum.

Corn. Tacitus, Eques Rom. Belgicæ Galliæ rationes procurans, cuius filium ſe vidiſſe ſcribit Plinius lib. 7. cap. 16. quem opinor eſſe Hiſtoricum.

CORN. TACITVS, ſcriptor Hiſtoriæ luculentiſſimus. Amicus fuit Plinii iunioris, qui hiſtorias eius immortales auguratur futuras, iiſque inſeri cupit Epiſtolarum 7. P. Annius Tacitus Imp. tanti eum fecit, vt illius effigiem omnibus in bibliothecis poni edicto mandauerit, atque eius hiſtoriam ſingulis annis per ciuitatum decuriones deſcribi voluerit, ne videlicet aliquo vnquam tempore deperire poſſet. Scripſit & de Germanorum moribus libellum, vitam Iulii Agricolæ, ſoceri ſui, & dialogum de claris Oratoribus, Ciceronem imitatus, præterea librum facetiarum. ¶ Pleniſſimè Taciti vitam perſequitur, ſubiectis de eodem veterum ſcriptorum teſtimoniis, Iuſtus Lipſius, cuius itidem ſtudio auctoris huius opera, quæ hodie extant, emendatiſſima leguntur. Idem comment. in lib. 2. Taciti tradidit, priores eius quinque libros inuentos Corbeiæ, quod ad Viſurgim monaſterium eſt: cumq; Quæſtor quidam Pontificius ad Leonem X. detuliſſet, αἰτίδωρον ei depenſum 500. aureorum.

Corn. Theophilus. Inſcript. ant. pagina 187.

Cornelia Thymele. Ibidem pag. 306.

Cornelius Thuſcus, maieſtatis reum fecit Mamercum Scaurum ſub Tiberio, homo quàm improbi animi, tam infelicis ingenii. Tacitus lib. 6. Seneca Suaſoria 2.

Corn. Valerianus, citatur C. Plinio, quomodo & Celſo lib. 3. capite 12. in rebus medicis, & lib. 10. cap. 2.

Corn. Victorinus, Præfectus prætorii cum Fabio Repentino ſub Pio.

Cornelius Vipſanus, memoratur Senecæ inter celebres ſui ſeculi declamatores.

CORNELII ſine cognomentis.

C. Cornelius, Augur Patauinus, eo ipſo tempore, quo in campo Pharſalico depugnatum, proclamauit rem geri, & vincere Cæſarem. Gellius lib. 15. cap. 18. Iulius Obſeq. pag. 520.

Cornelia, maxima virginum Veſtaliũ, conuicta ſtupri, iuxta legem ſub Domitiano viua defoſſa eſt. Euſebius.

Cornelio reſcribitur ab Alexandro A. 6. Cod. tit. 2.

Corneliæ à Diocletiano & Max. AA. 2. Cod. de pactis.

Cn. Cornelius, Flamen Dialis inauguratus eſt ann. vrbis conditæ DLXXX. Liuius in fine 41.

L. Cornelius, miles veteranus, cur damnatus, Valerius 6. cap. 1.

Q. Q. Cornelii duo referuntur Inſcript. ant. pag. 239.

Ser. Cornelius Coſ. ann. vrbis conditæ CCCCLI. Liuius initio lib. 10.

Ser. Cornelius, alius, Cos. ann. vrbis conditæ CCCCLXXIX. Caſſiodorus.

C. Corn. Trib. pl. ann. vrbis conditæ DCLXXXVII. Vide de legib. eius Dionem lib. 36. Aſconium Pedianum in orat. Ciceronis pro hoc Cornelio habitam. De eodem Valerius Max. lib. 8. cap. 5.

Cornelia Liuii Druſi Trib. pl. mater, mortem filii, intra penates interempti, forti animo tulit. Seneca in conſolatione ad Albinam.

Cornelius, Romanæ vrbis Epiſcopus, de quo Hieronymus in ſcriptoribus Eccleſiaſtic. & alii.

CORNIFICII, qui plebeii erant, teſte Pediano.

Q. Cornificius, Senator fuit Cicerone Conſule. Salluſtius in Catilina. Cicero ad Atticum 1. Q. Cornificium conſularem virum vocat. Arbitror eundem eſſe, qui cũ Cicerone conſulatum petiit, vt eſt apud Pedianum.

L. Cornificii meminit Cicero pro Q. Ligario.

Q. CORNIFICIVS, Quæſtor Cæſaris bello ciuili, miſſus eſt Proprætore in Illyricum. Cæſar commentario 4. Interfecto Cæſare, cùm partes Senatus ſequeretur, à Sextio in veteri Libya profligatus & cæſus eſt. App. 4. Dion lib. 48. Ad hunc ſunt

Ciceronis epiſtolæ familiarium 12. Sunt qui velint hunc Poetam eſſe. Certè Oratorem fuiſſe, liquet ex epiſtolis Ciceronis. Scripſit de Rhetorica non pauca, quomodo prodidit Quintilianus lib. 3. cap. 1. Milites ſuos, quòd eos ignauiores videret ad ſubeunda pericula, non deſtitit liberius increpare, GALEATOS LEPORES vocans, quando audito pugnæ claſſico, vim hoſtiū non ferentes facilè diffugerent. A quibus tandem deſtitutus, & ab hoſtibus circumuentus, interiit. Vide Chronolog. Euſebii ad Olymp. 184.

L. Cornificius L. F. partium Cæſaris Octauiani, M. Brutum, Cæſaris Dictatoris percuſſorem, pro tribunali iudicum accuſauit. Plutarchus in Bruto. Bello Siculo ſtrenuam operam nauauit, Cæſaris in eo legatus. Vnde illius adhuc Triumuiri beneficio ad Conſulatum perductus eſt ann. vrbis conditæ DCCXIX. Citatur Cornificius in Glauco & in Etymis, vnà cum hoc verſiculo:

Deducta mihi voce garrienti

apud Macrobium 6. Similiter apud Priſcianum 6. de cœnis Deorum, & paſſim apud Sex. Pompeiū. Sed neſcio hic an ſuperior intelligendus ſit, præterea idemne fuerit Cornificius adoleſcens, quem Oreſtillæ filiam ſibi deſpondiſſe ſcribit Cælius ad Ciceronem epiſtola 7.

Cornificia Q. F. vetula, & multarum nuptiarum, refertur Ciceroni ad Atticum lib. 13.

Cornificia, L. Cornificii ſoror fuit, cuius carmen magno in precio habitum, teſtantur Euſebius & Cælius Rhodiginus. Vide an eadem ſit, de qua in hunc modum Guido Bituricenſis titulo de Memoria: *Cornificia,* inquit, *mulier Rom. quæ regnante Octauiano Caſ. claruit, dicere ſolita eſt, ſolam doctrinam liberam eſſe, in quam fortuna tela ſua figere non poſſit.*

Cornificia, amaſia Pertinacis Imp. Capitolinus in eius vita.

Cornificius Gordianus, vir Conſularis, proximè Tacitum ſedit, cùm is Imperator legeretur. Vopiſcus.

¶ CORVVS, Rhetor, cùm ſcholam tentaret Romæ, illi qui Iudæos ſubegerat, declamauit controuerſiam &c. Seneca Suaſoria 2.

¶ CORVINVS Clemens Alexandri Macedonis res geſtas carmine complexus eſt, Apuleii familiaris.

COSCONII.

M. Coſconius, Trib. mil. cæſus in pugna belli Pun. ſecundi ann. XVI. Liuius 30.

M. Coſconius, Prætor ann. vrbis conditæ DCXIX. Fuluio & Piſone Coſs. in Thracia cum Scordiſcis proſperè pugnauit. Epitome Liuiana 56.

C. Coſconius, Prætor bello ſociali maximas res geſſit. Vide Liuium 75.

Cn. Coſconius, Proconſul in Illyricum miſſus, bonam partem Dalmatiæ ſubegit, Salonas poſt biennium tandem cepit. Eutropius 6. Similiter Oroſius 5. capite vigeſimotertio.

C. Coſconius Calidianus, homo nullo acumine, ſed qui verborum copiam, ſi quā babebat, præberet populo cum multa concurſatione magnoque clamore. Cicero in Bruto.

C. Coſconius, Prætor Cicerone Conſule, & Proconſul Hiſpaniæ. Meminit eius Cicero pro Sylla & in Vatinium.

C. Coſconius, iudex ædilitius. Ibidem.

C. Coſconius, homo nocens, & Seruilia lege reus, ob carmen obſcænum, & flagitia accuſatoris Valerii Valentini, dimiſſus eſt. Valerius Max. 8. cap. 1.

Coſconius quidam ridetur Martiali, quòd nihil niſi caſtum & pudicum caneret, pueris ideo & virginibus tantùm legendus.

Coſconius citatur in Actionibus à Varrone lib. 5. de lingua Lat.

Coſconio reſcribitur à Seuero & Anton. 5. Cod. tit. 62.

COSSINII.

L. Coſſinius Tiburs, pater, damnato Cælio, ciuis Rom. ob ingenium & facundiam factus eſt. Cicero pro L. Corn. Balbo.

L. Coſſinius F. Eques Rom. familiaris Ciceronis, laudatur ab illo Epiſtolarum 13. vbi & Sulpitii amicus & tribulis vocatur. laudatur quoque ad Atticum 1. epiſtola penultima, & in fine primi.

Coſſinius, legatus P. Voreni, cæſus à Spartaco. Liuius libro 95. Plutarchus in Craſſo.

L. Coſſinius Anchialus, L. Coſſinii libertus. Cicero Epiſtolarum 13. epiſtola 24. *De Coſſinio doleo, dilexi hominem:* Cicero ad T. Atticum 13. epiſt. 45. Item, *Coſſinius hic, cui dedi litteras, valde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui viſus eſt,* lib. 1. epiſt. 18. Idem fortè, qui inducitur apud Varronem

Varronem de re ruſtica 2. de capellis diſſerens.

Coſſinius, Eques Rom. Neronis principis amicitia notus, a medico per inſcitiam interemtus. Plinius 29. cap. 4.

COSSVTII.

M. Coſſutii fit mentio in Verrinis.

Cossvtia, equeſtris ordinis, diues admodum, C. Iulio Cæſari prætextato deſponſa. Suetonius.

Coſſutius, ciuis Rom. ędem Iouis Olympii, cuius fundamēta Piſiſtratus locauerat, 200. annis poſt, præbente in id opus impenſam Antiocho rege, nobiliter architectatus eſt. M. Vitruuius in procemio 7.

L. Coſſutius, ciuis Tiſdritanus, cum eu noua nupta ad virum ducebatur, ea ipſa die in marem conuerſus eſt. Autor Plinius, qui ſe vidiſſe illum in Africa ſcribit.

¶ Coſſutius Capito, de quo Tacitus, lib. 13. & ſeq. Citatur etiam apud Iuuenalem, vt volunt, Satyra 8:

Et Capito & Tutor ruerint, damnante Senatu, &c.

Cn. Coſſutius Claudus, Cn. Coſſutius Agathangelus, referuntur Inſcriptionum vetuſt. pag. 291.

COTII.

Q. Cotius, cognomento dictus Achilles ob fortitudinem, refertur a Valerio Max. lib. 3. cap. 2.

P. & M. Cotii, memorantur Ciceroni in Verrinis.

COTINII.

L. Cotinius L. F. Martialis Dec. Iuuana II. I. d. ſibi & Pettia Latina Vxori V. F. Citatur Auentino lib. 2. in Maximiano.

CRASSITII.

T. Craſſitius quidam memoratur in lege ædificantium vetuſtiſſima, quæ extat apud Georgium Fabricium.

L. Craſſitius, clarus Grammaticus. Vide Tranquillum.

Craſſitia Vrſa, cum Craſſitio Conſtantino F. & Ælio Æliano, refertur in monumentis Germanicis Inſcript. ant. pag. 427.

¶ L. Crastinivs Pætus, mittitur à Cælio cum commentario rerum vrbanarum ad Ciceronem in Ciliciam, Epiſtolarum 8.

¶ Crastinvs, euocatus Cæſaris, de quo eſt apud ipſum Cæſarem, Lucanum & Plutarchum.

¶ Cratino reſcribitur ab A A. & C C. 5. Cod. tit. 62.

¶ Crator, libertus Veri Imp. ſcripſit de magiſtratibus Romanorum, a condita vrbe vſque ad patroni ſui obitum, cum nomina, tū tempora perſpicue & exacte perſecutus. Theophilus Antiochen. lib. 3. ſub finem.

CREMVTII.

A. Cremvtivs Cordvs ſub Tiberio, nouo, ac tunc primum audito, crimine poſtulatus, quod editis annalibus, laudatos M. Brutum & C. Caſſium vltimos Romanos dixiſſet, cum videret accuſatores ſuos Seiani clientes eſſe, quod perniciabile reo fuit, & Cæſarem truci vultu defenſionem accipere, certus relinquendæ vitæ liberam & ſe dignam orationem habuit, adductis multorum magnorumque virorum exemplis, quibus ea in ſcribendo libertas nihil nocuiſſet. Deinde egreſſus e Senatu, vitam abſtinentia finiuit. Libros per Ædiles cremandos cenſuere Patres, qui tamen occultati & editi manſerunt. Hæc ex Tacito. Seneca ſcribit, decreta Seiano ſtatua in theatro Pompeii, Cordum exclamaſſe: Vere theatrum perire, ideoque a cliente Seiani, Satrio Secundo, arreptum. Filiam reliquit Martiam, a qua Liuia culta eſt. Quam Seneca conſolans, Cremutii quoque patrem in alieni percuſſoris arbitriū veniſſe ſignificat. Vt ſcripta eius requiri, & denuo lectitari permiſerit Caligula, docet Suetonius.

Cremutius Ruſo, adoleſcens, commendatur a natalibus & indole apud Plinium Epiſtolarum 6. ad Triarium.

¶ M. Crepereivs, inter graues iudices commemoratur Ciceroni in Verrinis.

¶ Roci cognomen de hac familia reperiri in antiquis denariis, docent Fuluii Vrſini Notæ in opera Ciceronis.

¶ Creperivs Pollio, notatur Iuuenali Sat. 9. qui triplicem vſuram præſtare paratus inuenit, & fatuos non inuenit.

¶ Crescentio reſcribitur ab A A. & CC. 3. Cod. tit. 10.

Creſcenti ab iiſdem 4. Cod. tit. 26.

Crispi ſeparatim poſiti.

M. Criſpus, Trib. mil. ſub Cæſare in Africa, mittitur cum cohorte & ſagittariis Thabenam. Hirtius commentario 5.

Crispvs Cæſar, poſt tres Conſulatus a patre Cōſtantino ad ſuggeſtionem Fauſtæ nouercæ interemptus. Vide Suidam κρίσπος.

Criſpus, Rhetor antiquus, quem tamen Seneca ſibi auditum ſcribit declamantem, Controuerſia 19. lib. 4.

Criſpo reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. titul. 19.

Criſpum aliquando inimicum, ſed tamē ſalutis ſuæ defenſorem, Cicero pro iudicio defendit, vt liquet ex oratione pro Plancio.

CRISPINI.

Criſpinorum peculiaris fuit familia in gente Quintia, quos ſuo loco recenſebimus. Hic congeremus eos, quorum vel obſcurior ortus fuit, vel etiamdum genus maioreſque latent.

¶ C. Criſpinus Hilarus, ex ingenua plebe Feſulana, duodecimo Conſulatu Auguſti cū liberis 9. (in quo numero filiæ duę fuerūt) nepotib. 27. pronepotibus 29. nepibus 9. prælata pompa in Capitolio immolauit. Plin. 7. c. 13.

¶ Criſpinus Cæpio, Quæſtor Granii Marcelli Prætoris Bithyniæ, ipſum maieſtatis poſtulauit ſub Tiberio. Tacitus 1.

Criſpinus, Præfectus prætorio ſub Claudio, ſucceſſorē accepit Afranium Burrhū, deiectus per Agrippinam. Sub Nerone crimine coniurationis exactus in Sardiniam, accepto iuſſæ mortis nuncio, ſemet interfecit. Huius vxor fuit Poppæa, quam poſtea Nero peremit. Tacitus 12. & 16. Tranquillus in Nerone.

Criſpinus, Præfectus prætorio Domitiani principis, celebratur a Statio in ſyluis, qui patre illum Vectio Balano, quē comitem habuit in Armenia Corbulo, prognatū ſcribit. At a Iuuenale Satyra prima proſcinditur, vt pars Niliacæ plebis & verna Canopi. Et rurſum Satyra 4. vt adulter & inceſtus notatur: (candus

Ecce iterum Criſpinus adeſt mihi ſæpe vo-
Ad partes, mōſtrum nulla virtute redemtū
A vitiis, &c.

Criſpinus, præfectus Phœniciæ, cui reſcribitur 1. & 4. Cod.

Criſpinus, vir Conſularis, tutatus eſt Aquileiam contra Maximinum Imperatorem. Arbitror illum eſſe, qui Conſulatum geſſit ſub Alexandro an. V. C. DCCCCLXXVI.

Criſpinus, cum Criſpino F. refertur in antiquitatibus Germanicis inſcript. antiq. pag. 392.

Criſpina, cū patre Theopompo & Polliano, refertur. ff. 33. de dote relegata l. 14.

Criſpino reſcribitur a Seuero & Antonino 5. C. tit. 62. & ſeorſim ab Antonino ibid. Criſpinæ nobis cariſſimæ. Sic reſcribitur illi ab AA. & CC. 9. Cod. tit. 2. Criſpino ab iiſdem 4. Cod. Si certum petatur.

Criſpina, vxor Commodi Imperatoris.

¶ De huius denario cum inſcriptione: DIIS GENITALIBVS, Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 196.

¶ CRITONIVS, memoratur Ciceroni ad Atticum lib. 13. pag. 495. Ædilis fuit Antonio & Dolabella Coſs. cumque in ſpectaculis ipſius, quæ parabat, Cæſar Octauian° aureum ſolium & coronam auream, iuxta decretū Senatus, apponere patri decreuiſſet, neutiquam ſe permiſſurū ait, vt ad ſuas impenſas Cæſar coleretur. Appianus libro 3.

¶ CRONIVS Euſebius, Vicarius Italiæ, & Conſul cū Probino, ann. V. C. MCCXLII. Extat de illo inſcriptio apud Petrum Apianum pag. 225.

Cronii complures referuntur apud eūdem pag. 20.

¶ CVNANIVS Serenus, cū Cunanio Vrſatio F. memoratur ibidem pag. 435.

¶ C. CVPENNIVS, fors legatus L. Planci, Conſulis deſignati, in Galliis. Extat ad illum Ciceronis epiſtola in fine 16. ad Atticum.

Cupennius, notatur Horatio in Sermonibus:

— mirator cunni Cupennius albi.

Plura de eodem Porphyrio interpres.

¶ CVPITVS Cupitianus, cum Cup. Iuliana, refertur in Inſcript. apud Apianum pagina 376.

Cupitus, ſeruus, refertur Pand. titul. 5. l. 41.

Reperiuntur Cupiti & in Cocceiis.

CVRIATII.

Curiatiam gentem ab Albanis profectam, ſatis indicant Curiatii trigemini, cū totidem Horatiis Romanis, iiſque trigeminis fratribus, commiſſi & victi, de quibus vide Liuium 1. Dionyſium antiquit. 3. qui vtriſque auum maternum fuiſſe tradit Sequinium Albanum.

¶ P. Curiatius Philo, Conſul cū M. Genutio Augurino, quorum annus Tribunitiis contentionib. turbulentus fuit, creatique tum primum Tribuni mil. Conſulari poteſtate, habente comitia C. Curtio, ann. vrbis conditæ CCCX. Liuius initio 4.

P. Curiatius, Trib. pl. an. V. C. CCCLIIII. cum duobus collegis, M. Menlio & M. Minutio, correptos prioris anni Trib. militares,

litares, Sergium Virginiumque, ob rem bello male geſtã, apud populum reos facit, & peragit, damnatos denis millibus grauis æris. Liuius lib. 5.

C. Curiatius, Trib.pl. homo infimus & abiectiſſimus, D. Brutum & P. Scipionem Coſſ. (ann. V.C. DCXVI) quod ante factum non erat, in vincula coniecit. Sic Cicero de legibus 3. At Liuius non ductos, ſed duci iuſſos tradit, quod videlicet e delectu, qui habebatur, vt denos ſibi milites, quos vellent, eximere liceret, Tribuni non impetrarent, lib. 55. Idem Curiatius Scipioni Conſuli Serapionis nomen irridens impoſuit. Ibidem. Adde quæ de hoc Curiatio & Scipione habet Valerius libro 3. cap. 7.

Curiatius, citatur a Sex. Pompeio.

Curiatius Maternus, Poeta. Vide Taciti dial. de Orator. & in eundem notas I. Lipſii.

CVRII.

Ex Curiis longe omnium clariſſimus & princeps emicuit C. CVRIVS, cognomine dictus DENTATVS, quod cum dentibus in lucem prodiiſſet, vt Plinius lib. 7. Quidam hunc Manium prænomine, nonnulli M. vocant. Tribus Conſulatibus geſtis, primum de Samnitibus, iterum de Sabinis triumphauit, tertio de Lucanis ouans vrbem introiit, Pyrrho rege Italia pulſo. idem Trib. pl. interrege Appio Cæco comitia contra leges habente, cum de plebe Conſulem non acciperet, patres auctores fieri coegit. Cicero in Bruto, Plinius lib. 16 cap. 38. & 18. cap. 3. & 19. cap. 5. item de viris illuſtribus. De ſeueritate eius vide Valerium 6. cap. 3. de continentia lib. 4. cap. 3. Ciceronem in Catone, Plutarchum in Apophth. Athenæum lib. 10. In caſtris duos tantum calones miniſtros habuit, vt eſt apud Apuleium Apologiæ oratione prima. Ibidem filiam eius ob paupertatem ab ærario publice dotatam ſcribit.

M. Curius Trib.pl. ann. V.C. DLV. cum M. Fuluio collega T. Quintium Flamininum, Conſulatum ex Quæſtura petentem, nequicquam prohibere & repellere conatus eſt. Liuius lib. 22.

M. Curius, M. Coponii hæres extitit, cuius cauſa cum apud centumuiros ageretur, Q. Scæuola teſtamenti ius ex ſcripto defendente, ac negante, niſi poſthumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniſſet, mortuus eſſet, hæredem eum eſſe non poſſe, qui eſſet ſecundum poſthumum & natum & mortuũ hęres inſtitutus: L. Craſſus contra defendit, hac mente eum fuiſſe, qui teſtamentum condidiſſet, vt ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, M. Curius eſſet hæres, & obtinuit. Cicero de Oratore *1*.

M. CVRIVS, Ciceroni & Attico ſingulari iunctus amicitia fuit, cuius pater Ciceronem Quæſtorem habuit, ipſe vero Trib.pl. Ciceronis exulantis reſtitutionem enixiſſime iuuit. Huic Patris negotiãti Cicero Tironem ægrotantem cõmendauit: cõmendauit & ipſum Seruio Sulpitio & M. Acilio, Græciæ Proconſulib. potiente iam rerum Cæſare. Eidem etiam ſæpe familiariter ſcripſit, vt indicant aliquot epiſtolæ inſertæ lib. 7. Ad Tironem autem ſcribens, ſuauiſſimum hominem, & ſummi officii ſummæque humanitatis vocat, ad Att. vero lib. 7. epiſtola 2. vrbanitatem illi tribuit, quæ ſit in eo αὐτόχθον. Illud inſuper his addendum, Curium hunc & C. Cælium, qui Ciceronis in Cilicia Quæſtor fuit, conſobrinos fuiſſe.

M. Curius, alius a ſuperiori, Quæſtor fuit cum P. Sextio, Syllano & Muræna Coſſ. Cic. pro L. Flacco.

Q. Curius, ſocius Catilinæ, notiſſimus aleator, Salluſtio & Pediano. Huius primũ inſolentia & futilitate apud Fuluiam, quam amabat, deinde ipſius confeſſione apud Ciceronem Conſulem, Catilinæ coniuratio patefacta eſt. Pedianus poſtea damnatum ſcribit. Plura de illo Salluſtius. Notatus eſt a Caluo hoc hendecaſyllabo: *Et talis Curius pereruditus.* Auctor idem Pedianus.

C. Curius, Eques publicanus, pater C. Rabirii Poſthumii. Cicero pro Rabirio.

¶ M. Curius Dignus. Inſcript. ant. pagina 146.

¶ Manii Curii, vt perditi hominis & aleatoris, meminit Fabius lib. 6. cap. 4.

¶ Curius Fortunatianus, ſcriptor hiſtoricus, citatur Capitolino in Max. & Balbino.

¶ Cn. Curius Sabinus, miles l. 17. refertur Inſcript. ant. pag. 482.

¶ CN. CVRFIDIVS, perneceſſarius Ligariorum. Cicero ad Atticum 13.

CVRTII, quorum plerique patricii, cæteri plebeii fuêre.

Metius Curtius, dux Sabinorum in exercitu Tatii contra Rom. vnde lacum Curtium appellatũ volunt. Liuius 1. Dionyſ. 2. Piſo in Annalibus, Plutarchus in Romulo.

C. Curtius, Conſul ann. V. C. CCCVIII. Liuius initio 4. mendoſe P. Curiatium vocat. Cum comitiis præeſſet, primos Tribunos militares tres creauit. Ab hoc locum paluſtrem, qui erat in foro, antequã cloacæ eſſent factæ, poſtquam fulguratus, ex S. C. per Curtium Conſulem ſeptus foret, inde Curtium lacum appellatum, autor eſt Varro lib. 4. de lingua Latina, idque ex ſententia Cornelii & Lucerii.

M. CVRTIVS, iuuenis bello egregius, cum ingens ſpecus, in foro exortus, nulla ratione expleri poſſet, canerentque vates, dicandum illi loco, quo pop. Rom. plurimum poſſet, arma ac virtutem id eſſe interpretatus, equum armatus inſiliens, ſe in hiatum immiſit. Hanc de Curtii lacus appellatione fabulam memorant Liuius libro 7. Valerius Max. lib. 5. cap. 6. Scriptor virorum illuſtrium, Auguſtinus de C. D. lib. 5. cap. 18. vt Statium poetam, in Syluis poeticis luſibus gaudentem, nunc diſſimulemus.

Q. & Cn. Curtii Poſthumi, memorantur Ciceroni in Verrinis, vbi Quintum Verris ſodalem vocat.

¶ C. Curtius Poſthumus, familiaris Ciceronis, cum Syllanis temporibus fortunas omnes amiſiſſet, reditum in patriam per Ciceronem cõſecutus eſt. Poſtea Cæſar rerum potitus, in Senatum illum adlegit; cumque reliquam vnam poſſeſſionem in agro haberet, deque ea in diſcrimẽ veniret, ſcripſit Cicero Q. Valerio, Cæſaris legato, & diuiſioni agrorum præfecto, petens Curtio ſuam poſſeſſionem relinqui, vt ordinem inde Senatorium, a Cæſare conceſſum, tueri poſſit, lib. 13. epiſtola 5. Meminit eiuſdem Curtii ad Atticum lib. 9. epiſtola 2. *Vix dum epiſtolam tuam legeram, cum ad me, currens ad illum, Poſthumus Curtius venit, nihil niſi claſſes loquens & exercitus. Eripiebat Hiſpanias, tenebat Aſiam, Siciliam, Africam, Sardiniam, confeſtim in Græciam perſequebatur* &c. Et lib. 12. epiſt. 48. *O tempora*, inquit, *fore, cum dubitet Curtius Conſulatum petere* &c.

M. Curtius, per Ciceronem Tribunatum petiuit a Cæſare, quemadmodum eſt ad Q. fratrem Epiſtolarum 2. Idem interemto Cæſare, ſegnius agentes in republica ſeuere accuſabat. Cicero ad Atticum 14. epiſtola 7.

¶ C. Curtius Mithres, libert. C. Curtii Poſthumi, commendatur a Cicerone P. Seruilio lib. 13. epiſt. 70.

¶ Curtius Nicias, & ipſe familiaris fuit Ciceroni, profeſſione Grammaticus. Adhæſit & Pompeio Magno & C. Memmio: ſed cũ codicillos Memmii ad Pompeii vxorẽ de ſtupro pertuliſſet, proditus ab ea, Pompeium offendit, domoque ei interdictum eſt. Hæc Tranquillus in de claris Grammaticis. Cicero Niciæ meminit Epiſtolarum 9. ad Dolabellam ſcribens, & ad Att. 12. epiſtola 13. Item 14. epiſtola 7. & rurſum lib. 15. epiſtola 9.

¶ Curtius Peduceanus, Prætor vrbanus Cicerone Ciliciam obtinente. Cicero familiarium 13.

Q. Curtius, bonus & eruditus adoleſcens, L. Domitium, petentem Conſulatum, de ambitu poſtulauit. Cicero ad Q. fratrem 3.

P. Curtius, frater Q. Thalaſſi, occiſus in Hiſpaniis a Cn. Pompeio F. Ipſe Thalaſſus autem Iſaurico & Antonio Coſſ. in Ardeæ territorio cum 4. cohortibus viuus combuſtus eſt, quod tributa grauius exegiſſet.

Curtius, Eques Rom. deliciis diffluens, cum apud Auguſtum cœnaret, turdum macrum e patina tollens, eumque manu tenens, interrogauit Cæſarem, num mittere liceret? Cumq; is reſpondiſſet, quidni liceat? ille protinus auem per feneſtram miſit. Princeps ambiguitate verbi deluſus, factum æquo animo tulit. Macrobius 2.

Curtius Atticus, Eques Rom. ſub Tiberio, poſt artibus Seiani ſubuerſus. Tacitus lib. 4. & 6. Ad eundem ſunt Elegiæ, 4. & 7. apud Ouid. 2. de Ponto.

¶ Q. Curtius Rufus temporibus Tiberii floruit, in quem eſt eiuſdem principis dictum, natalium eius dedecus velantis: *Curtius videtur mihi ex ſe natus.* Ex ſectatore Quæſtoris in Africa, conſulare imperium, prouinciam Africam, & triumphi inſignia obtinuit. Tacitus 11. De eodem lege Plinium epiſtolarum 7. ad Suram.

Q. CVRTIVS RVFVS, ſcriptor rerum geſtarum Alexandri, ſub Veſpaſiano emicuit, vt opinatur Catanæus.

¶ Curtius Lupus. De hoc Tacitus lib. 4.

¶ Cur-

¶ Curtius Montanus, claruit ſub Claudio, Nerone & Veſpaſiano, homo eloquentia pollens. Accuſatus ſub Nerone, patri conceſſus eſt, prædicto, ne in republ. haberetur. Tacitus 16. & 20. Sententias repetēdo corrumpebat, vnde illum Scaurus inter Oratores Ouidium vocabat. Seneca Declamationum 9. Ventrem illius notat Iuuenalis.

¶ Curtius Mancia, generum ſuum Dominum Lucanum repudiauit. Vide Plinium Epiſtolarum 8. ad Rufinum.

¶ P. Curtius Oneſimus, cum coniuge Cæcilia Feſtina, refertur Inſcript. veterum pag. 265.

Curtia L. Prapis, cui pars dimidia huius monumenti conceſſa eſt a C. Helio Mæcenate, ſibi & P. Curtio Sp. F. Col. Max. & T. Iul. Auguſt. L. Glyconi &c. Hoc epigramma extat apud Bartholomæum Marlianum antiquæ Romæ lib. 5. cap. 13.

L. Curtius L L. Priſcus Curtia L L. Neuma Curtia Ↄ L. *Riamis Albanus.* Reperitur veterum memoriarum pag. 105.

Curtio, præfect. præt. reſcribitur ab Arcadio, Hon. & Theod. AAA. 1. Cod. de officio ciuilium iud.

CVRTILII.

Curtilium, Cæſaris partium, Cicero verberonem vocat, & ab eo Seſtilii fundū poſſideri indigne fert, ad Atticum lib. 14. epiſt. 6.

Curtilius Mancias, legatus in Germania exercitum duxit, Q. Voluſio & P. Scipione Coſſ. Vide Tacitum lib. 13.

Curtilius Hermeros & Curtilia Thetis coniuges referuntur veterum memoriarū pag. 298.

¶ T. Cvrtisivs, auctor motus ſeruilis ſub Tiberio. Tacitus lib. 4.

CVSPII.

P. Cuſpius, refertur Ciceroni Epiſtolarum familiarium 13. & 16. & ad Atticum 12. Cuſpiana explicabis & Preciana.

Cuſpius Fadus, Procurator Iudææ ſub Claudio, teſte Ioſepho, & Euſebio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ 2. cap. 11. cui ſucceſſit Tib. Alexander, atque illi Cumanus.

CVSPIDII.

L. Cuſpidius, municeps Ciceronis, epiſtolarum 13. Vbi tamen mendoſe apleriſque Cuſtidius legitur.

¶ Cuſpidius Celerinus, Senator temporibus Maximinorum. Capitolinus.

L. Cuſpidii teſtamentum extat, factum Romæ Cn. Pompilio L. Martio Coſs. ſubſcriptis teſtibus Q. Martio, C. Septimio, P. Curione, L. An. Capitone, M. Terentio, Iulio Panſa, C. Seſtio. Hæredes reliquit T. & Cn. Cuſpidios, fratris Agathonis filios, Fauſtam & Felicianam filias. Vxorem habuit Semproniam, ante ſe defunctam, ſui amantiſſimam. In his haud dubie multa deprauata ſunt. Vide antiquitates Fabricii pag. 5. & ſeq.

CVTII.

D. Cutio Balbino, M. Cornelio Potito, L. Accio, Iuniano Romulo IIII. *viris Viar. curandarum piiſſimo F. Balbinus pater, Priſca mater.* Extat Inſcript. antiq. pag. 24.

Cutio Romulo Quarto Ka. Fi. Reperitur ibidem pag. 390.

Cutio reſcribitur a Gordiano Imp. 5. Cod. tit. 64. etſi a nonnullis Curtio legitur.

Aemiliæ Calliopæ Cutia Priſca patrona L. b. m. Extat Inſcriptionum ant. pag. 313.

¶ Cynegivs, præfectus prætor. & Coſ. fuit ſub Valentiniano, Theod. & Arcad. Cod. de Iudæis & cœlicolis.

¶ Cyprogenia, refertur Pan. 34.

¶ Cyrillæ reſcribitur a Seuero & Ant. 4. Cod. tit. 28.

Cyrillo ab AA. & CC. 4. Cod. tit 49.

¶ Cyrvs, Conſulatum geſſit ſolus ſub Theodoſio iuniore & Valentiniano III. ann. V. C. MCXCIIII. Idem præfectus vrbi apud Conſtantinop. ob acclamationē populi, *Conſtantinus condidit, Cyrus reſtaurauit*, honore deiectus eſt, publicatis bonis. Quare ad Eccleſiam confugit, relictoque paganiſmo, poſt Smyrnæorū Epiſcopus factus eſt. Sic Nicephorus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 14. cap. 46. & lib. 18. cap. 33. Vide Suidam & Cuſpinianum in ipſius Conſulatu.

Cyrioni reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 6.

D.

DAcianus, præſes Hiſpaniæ, martyrio affecit Vincentium & Euláliam virginem. Daciano ſub Iuliano ſcribit Libanius.

¶ Dalmatio reſcribitur a Conſtantino 5. Cod. tit. 16.

¶ Damianus, præfuit Bithyniæ, in Conſules relatus a Seuero Imp. Suidas.

¶ Danubio reſcribitur ab AA. & CC. 6. C. tit. 58.

¶ Dato ab Alexandro A. 6. Cod. tit. 2.

¶ Datus, Atellanarum hiſtrio ſub Nerone.

¶ Decentio reſcribitur ab Antonino A. 4. Cod. tit. 58.

Decentius, frater Magnentii, dictus ab illo Cæſar, rebus perditis, ſuſpendio ſe necauit.

DECII.

Decii plebeii fuere, teſte etiam Iuuenale Satyra 8:

Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt
Nomina, pro totis legionib. hi tamē, & pro
Omnibus auxiliis, atq; omni plebe Latina,
Sufficiunt Diis infernis, terræq; parenti.

P. Decius Mus, pater, v. vir fuit menſarius ann. V.C. cccciii. cum magnum in populo æs alienū eſſet. Trib. mil. ann. ccccxii. exercitum Corn. Coſſi Conſulis, in iniquum locum progreſſum, audacia pariter & induſtria ſua ſeruauit, donatus ob id a Conſule corona aurea, & 100. bobus, & ab exercitu obſidionali graminea, alteraque item a ſuo præſidio. Liuius 7. Plinius 16. cap. 4. & rurſus libro 22. cap. 5. Conſulatum primus in ſuam familiam intulit, ann. ccccxv. in quo magiſtratu bello Latino, collega T. Manlio Torquato, ſe pro ſalute exercitus, & populi Rom. victoria, Diis manib. deuouit. Liuius 8. Val. 5. cap. 6. Plinius de viris illuſtr.

P. Decius Mus F. Conſul cum M. Valerio Max. ann. V.C. ccccxliii. De hoc extat inſcriptio pagina 254. & 307. Aduerſa valetudine diu laborauit. Inde legatus bello Samnitico ſub Dictatore Papyrio Curſore, multum ad victoriam contulit. Quare proximis comitiis ii. Conſul factus, Hetruſcos domuit. Anno quinto. poſt M. equitum dictus eſt a P. Cornelio Scipione, qui comitiorum Dictator creatus erat. Et interiecto anno lectus Cenſor cum Q. Fabio Rulliano, Valerio Coruino v. & Apuleio Panſa Coſs. ann. ccccliii. Tribunos pl. rogationem promulgātes de augendo Pontificum & Augurum numero, & adlegendis plebeiis, enixiſſime iuuit, euicitq;, creatus ipſe tum primus cum aliquot aliis ex plebe Pontifex. Tertiū Conſul cum Q. Fabio Rulliano, & mox Proconſul, multa ſtrenue aduerſus Appulos, Samnites & Hetruſcos geſſit. Quartum Conſul cum eodem Fabio aduerſus Samnites & Gallos pugnans, laborantibus ſuis, exemplo patris ſe deuouit, victoriamque Romanis peperit. Liuius 9. & 10. Valerius 5. cap. 6. Plinius de viris illuſtrib.

P. Decius Pyrrhicus, Conſul ann. V.C. cccclxxiiii. Neſcio num hic ſit, quē Plinius de viris illuſtr. Decium Muraenam vocat, ac Volſinienſes a ſeruorum improbitate & violentia liberaſſe commemorat. Cicero vult hunc ſuperioris F. eſſe, & Conſulem cum Pyrrho bellum gerentem in prœlio cecidiſſe, cum ſe e continenti genere tertiam Reipub. victimam præbuiſſet, Finium 2.

¶ M. Decius, vir ſpectatus in plebe Romana, cum ea in ſacrum montem ſeceſſit, miſſus cum aliis duobus legatus ad Senatum. Dionyſius 6.

M. Decius, Trib. pl. ann. V.C. ccccxliii. primo P. Decii Conſulatu, rogationem tulit ad populū, vt Duumuiri nauales claſſis ornandæ reficiendæq; cauſa ab eodem populo iuberentur. Liuius 9.

C. Decius, legatus miſſus in Cretam cū A. Poſthumio Albino & A. Licinio Nerua, ad comparanda auxilia. Liuius 42. DLXXIII

Q. Decius, Trib. pl. accuſauit L. Opimium

mium Conſulem, quod indemnatos ciues occidiſſet: ſed ille a populo abſolutus eſt. Liuius 61. Videtur res ipſa loqui, & reſpõdere, eundem eſſe cum ſequente P. Decio, & erratum in prænomine.

P. Decius, M. Fuluii Flacci (eius, qui ann. V.C. DCXXIX. Conſul, primus Italos ad petendam ciuitatem incitauit) æmulus, non infans ille quidem, ſed vt vita, ſic etiam in oratione turbulentus. M. Cicero in Bruto. Hunc eſſe opinor, vel certe huius patrem, quem Prætorē Scaurus transeunti ſibi ſedentem iuſſit aſſurgere, eiq; veſtem diſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eum in ius adiret, edixit. Plinius Cæcilius de viris illuſtrib. Ad eundem puto pertinere illud Lucilianum: Quid Decius Nucula, an confixum vis facere, inquit, in perſona Africani. Ac ſuſpicor Nuculæ vocem cognomentū eſſe. Certe Nuculæ ſui ſynchroni meminit Cicero in Philippicis. Sed & Præneſtinos cognominatos Nuculas, vel quod incluſi a Pœnis Caſilini famem nucibus ſuſtentaſſent, vel quod in eorum regione plurima nux minuta naſcatur, legimus apud Sex. Pompeium lib. 12.

C. Decius, Quæſtorius, Pompeianarū partium in Africa. Cæſar comment. 5.

.P. Decius, ex M. Antonii Conſulis primoribus, captus eſt a C. Cæſare ad Mutinam. Appianus 3. Cicero in Philippicis illius, vt Tribunitii, meminit.

¶ Decius Calphurnianus, præfectus vigilum, occiſus a Claudio Cæſare. Tacitus in fine 11.

¶ Decius Eculeo, citatur vti ſcriptor Plinio natural. hiſt. lib. 35. cap. 10.

¶ Decius Seuerus, vixit imperante Seuero.

Decii duo I C. fuêre.

Decius, Lucilli, Conſularis viri F. Poeta Satyricus fuit, Theodoſii & filiorū ætate. Laudatur a Claudio Rutilio in Itinerario.

Decio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 22.

De DECIO Cæſare extat inſcriptio apud Petrum Apianum pag. 24. ¶ Stemma petatur ex Onuphrio Panuinio pag. 57.

¶ Decius Blaſcus, eum Sempronia Leontide ſorore. Ibidem pag. 332.

Decius V.C. Conſul ſolus anno principatus Iuſtiniani tertio: cum editus eſt ab eo ſacratum conſtitutionum Codex, qui fuit annus vrbis conditæ MCCLXXXII. Chriſti DXXXII.

DECIANI.

C. Decianus, quod in concione queri uſus eſſet de morte Saturnini, cōdemnatus eſt. Cicero pro C. Rabirio & L. Flacco, Valerius lib. 8. cap. 1.

Decianus, ſynchronus Ciceronis, notatur vt homo turpis vitæ in oratione pro L. Flacco, quem ſuo teſtimonio affligere conatus eſt. Adiicit in eadem oratione, patrem Deciani in Tribunatu diem dixiſſe L. Flacci patri, Aedili curuli, qui poſtea Prætor & Conſul factus ſit, ipſum Decianum ciuitate exactum eſſe. Nimirum is erit ſuperior ille, ob Saturninum eiectus.

Decianus, apud Martialem Stoicus.

Decianus, præſes Hiſp. ſub Maximiano. Fors hic eſt, qui martyrio affecit Vincentium, item Eulaliam virginem & alios plures. Apud Prudentium perperam appellatur Dacianus.

Deciano ſcribit Libanius Sophiſta in Epiſtolis ſuis.

¶ L. DECIDIVS Saxa, ex vltima Celtiberia prognatus, caſtrorū metator apud Cæſarem fuit, inde factus Trib. pl. Cicero Philipp. 11. & 13. Meminit illius Cæſar commentario belli ciuilis 1. Adhæſit poſtea M. Antonio, ab eo ſimul & a Cæſare miſſus, adiuncto Norbano, cum 8. legionibus in Macedoniam aduerſus Caſſium & Brutum. Deinde Antonii legatus in Syria, profligato a Parthis exercitu, ne in hoſtium poteſtatem veniret, ſua ſibi manu necem conſciuit, teſte Floro: apud quem tamen mendoſe pro Saxa, Caſca legitur, quomodo in hiſtoriæ Liuianæ argumentis pro Decidius, Didius, & apud Appianum Ceditius, apud Dionem Decilius, & Sexas, lib. 47.

DECIMII.

Decimiana, & ab his tracta pſeudodecimiana pira, refert Plinius 15. cap. 15.

C. Decimius Flauus, Trib. mil. bello Punico ſecundo ſub M. Marcello Proconſule ſtrenuam operā in pugna aduerſus Annibalem edidit, milites ab elephantis in fugam actos continuit, beluas ipſas pilis petens cum magna hoſtium ſtrage auertit. Liuius 27.

C. Decimius Flauus, Prætor ann. V.C. DLXX. ſortitus vrbanam iuriſdictionem, in eo honore mortem obiit. Liuius 39.

¶ M. Decimius, legatus cum Tib. Claudio Nerone emiſſus in Aſiam, & inſulas, ad renouandam amicitiam cum Cretenſibus

& Rhodiis, & ad ſpeculandum, num ſollicitati animi ſociorum a rege Perſeo eſſent, ann. V.C. DLXXII. C. Popilio P. Ælio Coſſ. Liuius 42.

L. Decimius, legatus miſſus ad Gentium, regem Illyriorum, vti illum ad belli ſocietatem aduerſus Perſeum pelliceret, ſine vllo effectu, captarum etiam pecuniarum ab regibus Illyriorum ſuſpicione infamis, rediit. Liuius 42.

C. Decimius, Prætor peregrinus an. V. C. DLXXXV. Q. Martio Philippo Q. Seruilio Cæpione Coſſ. Legatus emiſſus cum C. Popilio & C. Hoſtilio Alexandriam, cum & Rhodum acceſſiſſent, ob moderationem magno cum aſſenſu a Rhodiis auditus eſt. Liuius 44. & 45.

Decimio, Præf. præt. reſcripſit Alexander A. 1. Cod. de modo mulctarum &c.

Decimia Primitiua in mon. Rom. Inſcript. ant. pag. 258.

¶ DECIMÆ reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 49.

¶ P. DELPHIVS Peregrinus. Inſc. vetuſt. pag. 329.

DELII.

Delius, vnus ex ducibus Antonii, miſſus ad accerſendam Cleopatram, mulieri perſuadet, monetq; Homerico verſu, vt ad iudicium proficiſcatur quam maxime ornata. Plutarchus in Antonio. Idem hiſtoriaseum ſcripſiſſe tradit, conuenitq; Dion lib. 50. Meſſala Coruinus hunc deſertorē bellorum ciuilium vocat, quia a Dolabellā ad Caſſium tranſiit, a Caſſio ad Antonium: nouiſſime ab Antonio ad Cæſarem. Scripſit epiſtolas laſciuas ad Cleopatram. Seneca Suaſoria 1.

Q. Delius, amicus Horatii Poetæ, ad quē ſcribit Carminum lib. 2. Oden 3.

Q. Delius, Q. L. VI. vir Fuſcus Auguſt. V. F. refertur Inſcript. ant. pag. 361.

Delianæ reſcribitur ab Antonino A. 4. Cod. tit. 49.

DEMETRII.

Demetrius Mega Siculus. Cic. Epiſt. 13.

DEMETRIVS, Pompeii libertus, quantæ potentiæ fuerit, docent Victorius in 4. Ciceronis ad Atticum pag. 69. Plutarchus in Pompeio & Catone, Iulianus Cæſar in Miſopogone. Feliciorem tu Demetrium Pompeianum vocas, inquit Seneca, quem non puduit locupletiorem eſſe Pompeio. Numerus illi quotidie ſeruorū, velut imperatori exercitus, referebatur, cui iam dudū diuitiæ eſſe debuerant duo vicarii & cella laxior, lib. 1. de tranquillitate vitæ cap. 8.

Demetrius, Cæſaris partium. Cicero Epiſtolarum 8. & 16. Eundem eſſe cum Demetrio Pompeii, patet e Philip. 13.

Demetrius, libertus Attici.

Demetrius, ſeruus Caſſii, qui mortem eius Antonio indicauit. Plutar. in Bruto.

Demetrius & Startocles, auctores Comœdiarum ſpectati Quintiliano.

Demetrio reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 24.

Alii a Seuero & Anton. ibidem tit. 30. & ab Ant. ſeorſim 7. Cod. tit. 52.

Demetria virgo, beati Fauſtini F. Romæ ante Iulianum Imperatorem in confeſſione ſpiritum emiſit: ſepulta iuxta matrem Daſceſam & ſororem Iunianam. Colitur memoria eiūs 11. Cal. Iunias.

¶ DEMETRIANO reſcribitur ab Alexandro A. 9. Cod. tit. 9.

DEMOSTHENES, Patricius ſub Veſpaſiano. Vide martyrologium noſtrum 18. Iulii vel circiter.

Demoſtheni reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 2.

¶ DESIDERIO, vicario Aſiæ, a Valentiniano, Theod. Arc. 9. Cod. tit. 43.

¶ DEXIMACHO ab iiſdem 2. Cod.

¶ DEXIPPO ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 55.

DIDII.

Lex Didia, haud dubie a Didio aliquo Trib. pl. lata eſt 18. anno poſt legem Fanniam, auctore Macrobio, id eſt, ann. V.C. DCII. Hæc non ciues tantum Romanos, ſed totam Italiam, nec vocatores modo ſi maiorē ſumtū feciſſent, verū etiā vocatos ipſos conuiuas Fannia lege teneri voluit.

M. Didius, primus omnium vagantes Thraces repreſſit. Sex. Rufus, item Florus lib. 3. cap. 4. qui illum tempore C. Catonis & M. Liuii Druſi, Conſularium virorū id eſt, circa annum V. C. DCXL. floruiſſe indicat. Ni prænomen obſtaret, arbitrarer eundem eſſe cum T. Didio, Conſulari illo.

Didius, Prætor Iberiæ, cum duob. millibus interemtus a Sertorio. Plutarchus in eius vita.

T. Didius, Conſul ann. V.C. DCLVI. teſte Cicerone in L. Piſonem, triumphauit ex Macedonia. Cæſus eſt in bello ſociali, vt Appianus, & quidem eodem die, quo Rutilius Conſul, 4. videlicet Idus Iunias, ſed anno

ſed anno ſequenti, vt Ouid. in 6. Faſtorũ:

Proximus annus erat, Pallantide victus eadẽ,
Didius hoſtiles ingeminauit opes.

De hoc, opinor, Frontinus 1. cap. 8. item li 2. ca. 10. Prætori in Hiſpania Trib. mil. fuit Q Sertorius, vt eſt apud Plutarchum.

C. Didius, bello ciuili dux Cæſarianus, & claſſis apud Gaditanos præfectus, Cn. Pompeium iuuenẽ e prælio Mundenſi fugientem aſſecutus occidit, caputq; Hiſpalim ad Cæſarem miſit. Idem non multo poſt a Luſitanis circumuentus & cæſus eſt. Commentario belli ciuilis ſexto. Meminit eius Dion.

¶ Didius Gallus, prouinciam ambitioſiſſime petierat, deinde impetrata ea, tanquam coactus querebatur. Huic vrbane Afer; *Age*, inquit, *aliquid, & reſpub. cauſa elabora*. Quintilianus 6. cap. 4. Succeſſit eidẽ Didio in aquis publicis curandis idem Domitius Afer ſub Claudio, vt eſt apud Frontinum in libello de aquæductibus.

A Didius, miſſus a Claudio Imperatore in Britanniam ſucceſſor P. Hoſtorio ibidem defuncto, vir ætate grauis, & multis honoribus clarus. Tacitus 12.

¶ Didius Scæua, vir militaris, interimitur in Capitolio, irruentib. Vitellianis. Tacitus 19.

¶ DIDIVS IVLIANVS Imperator, tenuit remp. menſib. 2. diebus 5. Patrem habuit Petronium Didium Seuerum, auum & proauum Didios Seueros, matrẽ Clarã Aemiliam, fratres, Didium Proculum & Nummiũ Albinũ, auunculũ, Saluium Iulianum proauũ maternũ. Saluium Iulianũ I C. illum, qui bis Conſul & præfectus vrbi fuit. Vxor illi Mallia Scantilla, filia Didia Clara fuit, gener Corn. Repentinus. Auctor Aelius Spartianus.

¶ Stẽma pete ex Onuphrio Panuinio pa. 47.

¶ C. Didius Geta, vir Prætorius, poſt Sueton. Paulinum Mauros aliquoties vicit, & ſubegit. Præſtuit etiam operam ſtrenuam ſub A. Plautio tempore Claudii. Dion 59. quo loco male in Latinis codicibus legitur Sidius pro Didius.

Q. Didius, Syriæ Prætor ſub Antonio tempore belli Actiaci, a quo perſuaſi Arabes claſſem Antonii in Arabico ſinu exædificatam incenderunt. Dion lib. 51.

¶ Didio Secundo reſcribit Traianus Pand. 8 tit. 22.

C. Didio Concordiano V. A. V I. M. V I I I. D. X X. C. Didius Celer & Iunia Marcellina parẽtes. Inſcript. ant. pag. 368.

Didia Hilara & Didia Hermione, ſorores. Ibidem pag. 363.

Didius, Anniæ Procillæ pater. Sic lego pag. 203.

Didiæ reſcribitur a Seuero & Ant. 5. Cod. tit. 23.

Didia, citatur Ciceroni ad Atticum 13.

DIGITII.

Sex. Digitius, ſocius naualis ſub P. Scipione Africano in Hiſpania, donatus ab eodem corona murali, expugnata Carthagine noua, quod primus murum aſcendiſſet, vna cum Q. Trebellio Centurione. Liuius 26.

Sex. Digitius, Prætor citerioris Hiſpaniæ ann. V. C. DLX. Africano II. T. Sempronio Longo Coſſ. crebris & infelicibus præliis factis, vix dimidium militum, quos acceperat, ſucceſſori tradidit. Liuius 34. & initio 35.

¶ DIGNVS quidam fuit, alteri ex Craſſi filiis nõ diſſimilis. Vnde iocus Ciceronis: Dignus Craſſi, notãs vxorẽ Craſſi adulterii.

¶ DILLIVS Vocula, legatus cæſus. Tacitus 20.

¶ Diodoro reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 49.

¶ DIOGENI & Ingenuæ ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 20.

¶ DIOMEDES, Grammaticus, cuius extant libri tres.

¶ Dionyſio Diogeni reſcripſit D. Seuerus. Pan. 47. de iniuriis & famoſis libellis.

Dionyſiæ reſcribitur a Dioclet. & Max. AA. Cod. 1. de iuris & facti ignorantia.

¶ DIOTIMÆ & Ingenuæ ab Antonino A. 4. C. tit. 54.

Diotimo & Symmacho ab Alexandro A. 5. Cod. tit. 63.

¶ Doctilij meminit Leo A. lib. 10. tit. 31.

DOMITII.

Gentis Domitiæ duæ claruerunt familiæ, Aenobarborum, qui fuere Patricii, & Caluinorum, qui plebeii. Ænobarbi functi ſunt Conſulatibus 7. triumpho Cenſuraq; duplici, & inter Patricios electi, perſeuerârunt omnes in eodem cognomine. Ac ne prænomina quidem vlla prӕterquam Cn. & L. vſurparunt, idque notabili varietate modo continuantes vnum quodque per trinas perſonas, modo alternantes per ſingulas. Nam primi tres Lucii, ſequentes tres ex ordine Cnei, reliqui non niſi viciſſim tum Lucii, tum Cnei dicti ſunt.

¶ Domitios ſingulos fere ſingulis genitos, Paterculus volum. poſter.

L. DOMITIVS, auctor originis itemq; cognominis Aenobarborum, cum aliquādo rure domum reuerteretur, occurrerūt illi iuuenes duo auguſtioris formæ, iubentes, nunciaret S. P. Q. R. victoriam, de qua incertum adhuc erat. Quibus cum minime crederet, leuiter illi arridentes, barbam eius manibus demulſerunt, eamq; ex fuſca flauam reddiderunt, aſſertionis ſuæ fidem, ſimul & viro cognomen Aenobarbi facientes. Quod inſigne manſit & in poſteris, ac magna ex parte rutila barba fuerunt.

Cn. Domitius L. F. L. N. Aenobarbus, Conſul ann. V. C. DLXII. Legatum etiam fuiſſe L. Scipionis Aſiatici, docet Plutarchus in apophthegmat. Prætor vrbis Scipione Africano II. Conſule, id eſt an. DLX. ædem Fauni dedicauit, quam ipſe Aedilis cum C. Scribonio biennio ante ex mulctario argento faciendam locârat. Liu. 34.

Cn. Domitius Cn. F. L. N. Aenobarbus, Cos. ann. V. C. DLXXXXI. cum P. Lentulo.

Cn. Domitiꝰ Cn. F. Cn. N. Aenobarbus, Pontifex fit oppido adoleſcens, ann. V. C. DLXXXII. Conſul an. DCXXXII. Allobrogas & Aruernos vicit, deque iis triumphauit, cum antea per prouinciam elephante inuectus eſſet, turba militum quaſi inter ſolennia triumphi proſequente. Liuius 61. Fuit & Cenſor. De eodem Valerius lib. 9. cap. 6.

Cn. Domitius Aenobarbus, ſuperioris F. Trib. pl. C. Mario III. Conſule, legem tulit, vti ſacerdotes a populo crearētur. infenſus Pontificibus, quod in patris locum alium quam ſe cooptaſſent. Suetonius & Paterculus. Accuſauit M. Scaurum, principem ciuitatis. Valerius 6. cap. 5. Cicero pro Deiotaro. Conſulatum geſſit an. V. C. DCLVIII. In hunc dixit L. Craſſus: non eſſe mirandum, quod æneam barbam haberet, cui os ferreum & cor plumbeum eſſet. Idem exprobranti Domitio collegæ in Cenſura, quod ob murænam in viuario mortuam lachrymaſſet: *At tu*, inquit, *cum vxores tres extuleris, nullam emiſiſti lachrymam.* Hallucinatur autem hic Suetonius, ex hiſce duobus Domitiis, patre & filio, vnum faciens, vnique tribuens, quod duorum eſt, fœdo in hiſtoria lapſu. Vide de eo plura apud Valerium libro 9. cap. 1. Occiſus eſt in bello Mariano. Paterculus. Idem hic puto fuit, qui M. Syllano propter vnius hominis, paterni amici & hoſpitis, iniurias diem dixit. Cicero in diuinatione in C. Verrem.

Cn. Domitius Aenobarbus adoleſcens, proſcriptus, & a Pompeio Magno in Africa interemtus. Liuius 89. Valerius Max. 6. cap. 2. Cinnæ gener hic fuit, vt eſt auctor Oroſius in fine quinti.

L. Domitius Aenobarbus, Cn. puto fr. Conſul ann V. C. DCLX. cæſus a L. Damaſippo. Neſcio an hic ſit, qui Prætor Siciliæ ſeueritatis ingentis exemplum in paſtorem edidit. Vide Valerium Max. lib. 6. cap. 3. Gellius 15. cap. 13. vult fratres fuiſſe, citans literas a Q. Metello Numidico ad Cn. & L. Domitios in exilio datas. Locus amplius expendendus.

☞ L. DOMITIVS ÆNOBARBVS, Cn. Pontificis Maximi & Cenſorii F. Conſul anno V. C. DCC. cum Appio Pulchro, cæſus eſt in acie Pharſalica. Vide Suetonium in Nerone. Cicero Philip. 2. & ad Atticū ab Antonio occiſum refert. Plinius 7. cap. 53. de eo ad hunc modum: *L. Domitius, clariſſimæ gentis, apud Maſſiliam victus, Corfinii captus ab eodem Cæſare, veneno poto propter tædium vitæ, poſtquam biberat, omni opere vt viueret, annixus eſt.* &c. Aedilis curulis M. Piſone M. Meſſala Coſs. ad 14. Calend. Octobris vrſos (forſan leones: neque enim Africa vrſos gignit) Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopas in Circo dedit. Idem 8. cap. 36.

Cn. Domitius, L. F. damnatus inter conſcios Cæſarianæ necis lege Pedia, cum inſons inuentus eſſet, reſtitutus eſt, ſummosque honores poſtea geſſit, Conſul an. V. C. DCCXXII. Plura Sueton. Conſolatur eundem Cicero in epiſtolis in fine 6.

L. Domitius Aenobarbus Cn. F. Aedilis L. Plancum, Cenſorem, via ſibi decedere coegit. Conſul ann. V. C. DCCXXXVIII. ſub Aug. Plura Sueton. item Tacitus lib. 4.

Cn. Domitius Aenobarbus L. F. ex Antonia minore, omni parte vitæ deteſtabilis, Conſulatus tamen honore auctus a Tiberio ann. V. C. DCCLXXXIIII. Huic ſorores duæ fuerunt, Domitia & Lepida, nupta Meſſalæ Barbato, mater MESSALINÆ Auguſtæ. De illa Tacitus lib. 12. de hac libro 11. & 13. Vide familiam Iuliam Cæſarum.

CLAVDIVS DOMITIVS NERO, Cæſar Auguſtus, Cn. Domitii & Agrippinæ F. præfuit paulo minus 14. annis, occiſor fratris, matris & præceptoris &c.

Caluini.

Caluini.

Cn. Domitius Caluinus, Conſul ann. V.C. cccc xxii.

Cn. Domitius Caluinus Cn.F. Aedilis Curulis cum Sp. Caruilio Q.F. Maximo, M. Fuluio, T. Manlio Coſſ. Liuius 10. Hic eſt fortaſſis, qui cum C. Petilio in eiuſdem honoris petitione quadriennio ante prætetitus eſt, prælato Cn. Flauio, Appii Cæci ſcriba, ob publicatos faſtos. Vide Plinium 33.cap.1. Crediderim etiam eundem, quem Florus lib. 13. Cenſorem primum ex plebe luſtrum condidiſſe ſcribit, niſi quod apud illum prænomen eſt P.

C. Sextius Domitius Caluinus, Conſul ann. V.C. dcxxx. Proconſul victa Saluiorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, calidis ibi & frigidis fontibus ſcaturientibus, & a nomine ſuo ita appellatas. Liuius 61.

Cn. Domitius Calvinus, Conſul ann. V.C. dcci. bello ciuili Cæſarianarum partium dux, cum Pharnace, rege Ponti, infeliciter congreſſus eſt, exercitu fere amiſſo. Iterum Conſul 13. anno poſt cum Aſinio Pollione, cum ex conſulatu Hiſpaniam obtineret, grauiſſimi comparandique antiquis exempli auctor fuit. Primipili namque Centurionem, nomine Iubillium, ob turpem ex acie fugam fuſte percuſſit. Paterculus. Hunc eſſe opinor, quem aliquoties citat Plinius lib. 1.

Domitii promiſcue congeſti.

L. Domitius, legatus Q. Metelli Pii, cæſus eſt cum exercitu ab Herculeio, legato Q. Sertorii in Hiſpania. Florus, Eutropius & Oroſius. Plutarchus in Sertorio Proconſulem fuiſſe ſcribit.

Cn. Domitius Corbulo, dux rei militaris peritiſſimus ſub Nerone, cuius inſidiis circumuentus periit. Vide Tacitum & Volaterranum. Eruditionis eius, & ſtudii in litteris argumentum eſt, quod ſæpe citatur a C. Plinio. Huius eſt illud: Hoſtem dolabra, id eſt, ſenſim vincendū eſſe. Sub Caio præfectus reficiendis viis, etiam Conſulatum aſſecutus eſt. Sub Claudio reus factus & abſolutus eſt. Dion 58.

Domitia Longina, Aelio Lamiæ nupta, a Domitiano in matrimonium abducta eſt; ex qua cum in ſecundo Conſulatu filium tuliſſet, alteroque anno conſalutaſſet Auguſtam, eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiauit.

¶ Domitius Dexter, præfectus vrbi ſub Seuero. Spartianus.

M. Domitius M.F. Salius Poſthumæ vxori optimæ ſanctiſſimæq. poſ. Inſcript. ant. pagina 347.

¶ P. Domitius Seuerus, cum matre Domitia Pieride. Ibid. pag. 284.

Cn. Domitius Euphroſynus, cum Flauia Maxima coniuge, pag. 304.

M. Domitius M.F. Priſcus Q. A. IIIL. vir A.P. Augur DD. Gratuitus podium cum lorica & aditus viuos fecit. Hæc Inſcriptio extat Mediolani. Ibid. pag. 37.

Domitia Domitiana, refertur pag. 89.

Domitius Domitianus T.F. Rom. auunculus L. Placidi, cum fratre Aluidio, pag. 89.

¶ Domitius Afer Nemauſenſis, ſub Tiberio cœpit inclareſcere, functus Prætura; & Claudia Pulchra Furnioque reis peractis, Tiberius illum ſuo iure diſertum eſſe dixit. Sub Caio reus præter ſpem abſolutus eſt, quod illi accuſanti nihil reſpondiſſet, dicens ſe Caium Oratorem magis quam Cæſarem expaueſcere. Vnde non modo iudicio liberatus, ſed & Conſul renunciatus eſt. Auctor Dion. Scripſit de Teſtibus libros 2. Fabius 4. cap. 7. Sunt & vrbane dictorum ab eodem editi libri. Fabius 6. cap. 4. Mortuus eſt in cœna ex cibi redundantia ſub Nerone, teſte Euſebio. Fabius libro 5. confitetur, ſenem Domitium ſibi adoleſcentulo cultum, ſed priore auctoritate multum imminuta.

De Cn. Domitio Sex.F. Afro vide Orthographiam Manutii in voce, Patricius.

Domitii, Tullus & Lucanus, fratres, ab Afro Domitio adoptati, in nomen & in bona eius ſucceſſerunt. De his videto latius ſcribentem Plinium Epiſtolatum 8. ad Rufinum.

¶ Domitius Marſus, Poeta, citatur Plinio lib. 1. & 33. a Suetonio in libello de cl. Gramat. Scripſit de vrbanitate diligentiſſime, item Epigrammata & opus Amazonidas. Vide Fabium 6. cap. 4.

¶ Domitius Apollinaris, Conſul deſignatus cæſo Domitiano. Plinius Epiſt. 9.

Domitio reſcripſerunt diui fratres. Pandect. 49. de appell. & rel.

¶ Domitius Inſanus, celebris in vrbe Grammaticus temporibus A. Gellii. Gell. 18. cap. 7.

¶ Domitius Vlpianus, Iuriſconſultus ſub Alexandro, cuius tutor fuit, & ſcriniorum magiſter, patria Tyrius, vt ipſe de colonis agens prodidit. Modeſtinus illum verticem legum nobiliſſimũ vocat. Scripſit permulta, quæ a Politiano & Aymaro recenſentur. Flauianum & Chreſtũ interfecit, vt eis ſuccederet, ipſeq; nõ multo poſt a Prætorianis occiſus eſt. ¶ Circumfertur hodie fragmentum regularum eius inter ea veteris iuris monumenta, quæ in opus vnum collegit Iac. Cuiacius.

¶ Domitius Labeo I C. ſcripſit librum epitomarum, & complures libros epiſtolarum.

Domitius Labeo Celſo ſuo S. & Iuuentius Celſus Labeoni ſuo S. Vtriusque epiſtola legitur Pan. tit. 1. l. 27. Idem fors cum ſuperiori I.C.

¶ Domitia Paulina, mater Hadriani Imperatoris. Spartianus.

¶ Domitius Syluanus, floruit ſub Pio, cui is libellum Domitii Syluani, patrui ſui, dedit, cum illi filius, ingenuus iuuenis, raptus atque concluſus, mox verberibus ac tormentis vſque ad ſummum periculum afflictus eſſet. Vlpianus Pan. 48. ad legem Iuliam de vi publ. l. 6.

¶ L. Domitius Gallicanus Papinianus, vir Conſularis, & ſæpius legatus Auguſti. De quo vide Inſcript. ant. pag. 16.

In Plinio eſt, Cn. Domitium quendam iudicem pronunciaſſe, mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſa, viro inſciente; ac dote mulctaſſe, libro 14. cap. 13.

Domitio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 44.

¶ P. Domitius Didymus, curator colon. Auenticenſis, refertur Inſcript. ant. pagina 529.

Domitia Fortunata. Ibidem pag. 372.

Domitia, Rutilii Seueri vxor. Vide Rutilios.

Domitiæ reſcribitur a Gordiano A. 5. Cod. tit. 23.

Domitio ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 43. & 9. Cod. tit. 46.

Domitio Celſo, Vicario, a Conſtantino 1. Cod. de off. diuerſorum iudicum.

Domitio, præfecto prætorio, a Gordiano A. 1. Cod. de officio, qui vicem alicuius iud. vel præf. obtinet.

¶ Domitius Apulus, ſororis filio venenum infudit. Cicero Philipp. 11.

¶ Domitius Sabinus, Trib. mil. ſub Veſpaſiano in bello Iudaico. Ioſephus eius belli lib. 3. cap. 13.

Domitia C. F. Secunda M. & C. Tonaciorum mater.

Domitius Piſo, citatur Plinio in præfatione naturalis hiſtoriæ.

C. Domitius Valens. Inſcript. ant. pagina 370.

C. Domitius Rufinus pag. 396.

C. Domitius Atticus. pag. 391.

¶ Domitianus, P. P. ſub Conſtantio, cæſus iuſſu Galli Cæſ.

Domitiano reſcribitur a Valeriano & Gall. 4. Cod. tit. 49.

Domitianus, ſub Aureliano iudex in Iconio, ciuitate Iſauriæ.

¶ Domno reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 2.

¶ Domnino ab Ant. A. 5. Cod. tit. 31.

DONATI.

Donatus Numida contra Cæcilianum, Epiſcopum Carthaginenſem, ordinauit Maiorinum, cui ſucceſſit Donatus, vir eloquens. Ab vtroque dicti Donatiſtæ. Auguſtinus de hæreſibus.

Donatus, a caſis nigris primus in vrbe Carthaginenſi altare contra altare erexit. Donatus Carthaginenſis eam hæreſin maxime roborauit. Auguſtinus lib. 2. contra Creſcentium cap. 1.

Donatæ reſcribitur ab Aureliano A. 5. Cod. tit. 3.

Donato ſcribit Fulgentius Epiſcopus.

Donatus Cæſ. Aug. lib. Inſcript. ant. pag. 361, & 455.

Donato reſcribitur ab Antonino A. 4. Cod. tit. 32.

Donato, Proconſuli Africæ, ſcribit D. Auguſt. vt Donatiſtas coerceat, nõ occidat.

¶ Dracilianus, Præfectus ſub Conſtantino Magno. Niceph. lib. 8. cap. 28.

¶ Dracontio reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 14. Idẽ ſub Diocletiano iudex Ianuariũ, Epiſcopum Beneuentanũ, cũ Soſio Diacono capite trũcauit 19. Nouemb.

¶ Drepanius Pacatus, ad quem Proconſulem ſcripſit D. Auſonius carmen de ludo 7. ſapientũ. Reſcribitur ei, vt Proconſuli, a Valent. Theod. & Arcad. 9. Cod. ti. 3.

¶ Druſianus, Medicus, ſæpe citatur, ac etiam notatur Ioanni Manardo Ferrarienſi in paruam artem Galeni.

¶ Druſillanus, Rotundus, ſeruus Claudii Auguſti, diſpenſator Hiſpaniæ citerioris,

citeriotis, lancem quingenariam habuit, cui faciũdæ officina prius exædificata fuerat, & comites eius octingentas 58. librarum. Plinius 33. cap. 11.

¶ Dvcennivs Verus, Conſul, memoratur a Celſo, vt cui pater in conſilio fuerit. ff. 31. de legatis & fideicõmiſſis, l. 29.

Ducennius Geminus, præfectus vrbi ſub Galba. Tacitus.

DVELLII.

Duellios inuenio patricios partim, partim plebeios fuiſſe.

Cæſo Duellius, x. vir per biennium cum Appio, mulctatur exilio cũ ceteris. Liuius 3.

M. Duellius, Trib. pl. factus, quo tempore tributis comitiis 5. primum Tribuni creati ſunt. Appio Claudio legem Agrariam acerrime impugnanti diem ad populum dixit. Liuius in fine 2.

M. Duellius, alius a ſuperiori, Tribunatum plebis ante creatos x. viros inſignem geſſit. Quod autem in Decemuiralibus certaminibus plebi non defuiſſet, creatus eſt iterum Trib. pl. ſimulatque abrogatum x. viris imperium eſt. Idem moderationis autor fuit, ne libertate ſua plebs abuteretur, eoque ipſo anno poſt punitos vel morte vel exilio x. viros, nec diem dici cuiquã, nec in vincula duci quemquam ſe paſſurum dixit. Liuius 3. Dionyſius 11. Cum collegæ continuare magiſtratum vellent, reſtitit, ac 5. tantum Tribunis creatis, a quibus cæteri cooptarentur, magiſtratu abiit, pariter patribus plebique gratus. Liuius ibidem.

M. Duellius, Tribunus pl. anno V. C. cccxcviii. legem pertulit cum collega L. Menenio de vnciario fœnore, patribus non perinde lætam: plebs eam aliquanto cupidius ſciuit accepitque. Liuius 7.

C. Duellius, vnus ex v. viris menſariis anno V. C. cccciii. cum ære alieno ciuitas laboraret. Liuius cõmeritos omnes cura ſua & æquitate ait, vt per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. Fuere autem hi: C. Duellius, P. Decius Mus, pater, M. Papyrius, Q. Publius & T. Aemilius. Liuius 7.

Cæſo Duellius, Conſul vna cum collega L. Papyrio Craſſo Auſones & Sidicinos prælio fudit, ann. V. C. ccccxix. Liuius 8. Caſſiodorus illi cognomen Helue tribuit.

C. Dvellivs, Conſul anno V. C. ccccxciii. aduerſus claſſem Pœnorum proſpere pugnauit, primusque omnium Romanorum ducum naualis victoriæ triumphum duxit, eſtq; ei perpetuus eo nomine honos habitus, vt reuertenti a cœna tibicines canerent, & funale præferretur. Liuius lib. 17. Cicero in Catone maiore, Valerius Max. 3. cap. 6. Plinius de viris illuſtribus, Silius in fine 6. Florus 2. cap. 2. Struxit templum Iano apud forum holitorium. Cornel. Tacitus libro 2. Vxor illi fuit Bilia, quemadmodum habet Plutarchus. Cicero in Oratore ad Brutum per contractionem nominis pro Duellio Bellium nominatum tradit, cum ſuperiores ſemper Duellii nominati forent.

¶ Dvlcio reſcribitur ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 35.

¶ Dvlcitivs, Tribunus & Notarius Imp. executor in Africa imperalium iuſſionum contra Donatiſtas. Auguſtinus retractationum 2.

¶ L. Dvrivs, Medicus, ſubito mortuus, dum mulſi potionem haurit. Plinius 7. cap. 53.

DVRONII.

Duronia, mater P. Ebutii, vxor T. Sempronii Rutilii, qui filium Bacchanalib. initiatum volens, cauſam præbuit, vt ex omni Italia ea ſacra tollerentur. Liuius 39.

L. Duronius, Prætor ann. V. C. dlxxiii. Apuliam prouinciam ſorte accepit, adiecti Hiſtri, & quæſtio de Bacchanalibus, cuius reſidua quædam incendia ſuperiori anno apparuerant. Sequenti anno ex Illyrico cum decem nauibus Brundiſiũ reuerſus, naues ibidem in portu reliquit. Ad vrbem cum veniſſet, inter exponendas res, quas geſſiſſet, in regem Illyriorũ Gentium omnis latrocinii maritimi cauſam coniecit. Vide Liuium 40.

M. Duronius, Trib. pl. legem de coercendis conuiuiorum ſumtibus abrogauit. Hac de cauſa a M. Antonio & L. Flacco, Cenſoribus, Senatu motus eſt. Valerius Max. 2. cap. 4. Eam iniuriam vlciſci volens, M. Antonium etiamnum Cenſorem de ambitu poſtulauit. Cicero de Orat. 2.

C. Duronius, T. Annio Miloni amiciſſimus. Cicero ad Atticum 5.

C. Duronius Martialis V. F. ſibi & Proculeiæ Proclæ coniugi ann. 30. & C. Duronio Vrſino. F. ann. 30. Hæc inſcriptio extat in Græcio Stiriæ, teſte Appiano Inſcript. ant. pag. 389.

E.

EBVTII.

T. Ebutius Helua T. F. teſte Dionyſio lib. 6. Conſul ann. V. C. CCLV. aceodem anno M. Equitum dictus ab A. Poſthumio Dictatore, triumphauit cum eodem de Latinis, ad lacum Regillum profligatis. Liuius 2.

L. Ebutius Helua, Conſul ann. V. C. CCXCI. deceſſit peſte, quæ tunc grauiſſima extitit.

M. Ebutius Helua, Triumuit coloniæ Ardeam deducendæ, metuens vexationes Tribunorum, iam die ipſis dicta, quod agrum Ardeatibus reddidiſſent, quem populus ſuum iudicaſſet, cum collegis inibi colonus adſcriptus remanſit, anno V. C. CCCXIII. Liuius 4.

M. Ebutius Helua, Prætor ann. V. C. DLXXXVI. Siciliam prouinciam ſortitus eſt, cum decem ante annis Trib. militum fuiſſet. Liuius 41. & 44.

¶ Poſthumius Ebutius Cornicen, Conſul ann. V. C. CCCXIII. conſilium reddendi Ardeatibus agri cum Fabio Vibulano collega enixe iuuit. Septimo poſt anno M. Equitum fuit Dictatori Q. Seruilio, cum captæ ſunt Fidenæ. Liuius lib. 4.

¶ T. Ebutius Carus, Triumuir coloniis deducendis Mutinam & Parmam, anno V. C. DLXXI. Sexto anno poſt Prætor Sardiniam tenuit, quam barbaris occupãtibus, Senatum eius rei certiorẽ per filium fecit. Liuius 39. & 41. Idem x. vir agris diuidendis fuit ann. DLXXXI. Etſi ibi mendoſe, vt opinor, Parrus vocatur.

Ebutia, L. Menenii Agrippæ coniunx. Valerius 7. cap. 8.

Sex. Ebutius, accuſauit A. Cæcinam, defendente Cicerone, vir nefarius & impudens.

M. Ebutius, Falcidii affinis tempore Ciceronis. Vide orationem pro L. Flacco.

¶ Ebutius Liberalis, ad quem ſcripſit Seneca 7. libros de beneficiis.

P. Ebutius P. lib. Memmio Aug. ſibi & Ebutiæ M. lib. liberæ & delicatæ ſuæ T. F. Io. Inferno. Hæc inſcriptio extat Taurini in Italia, teſte Dominico Machaneo.

¶ Ebutius Decadarchus, vir fortiſſimus, & multis præliis ſpectatus, petiit in oppugnatione Gamalenſium ſub Imperatore Veſpaſiano. Ioſephus lib. 4. cap. 1.

¶ EBVTIANVS, Præf. præt. occiſus a Commodo. Lampridius.

EGNATII.

Egnatius Mecennius, vxorem, quod vinum bibiſſet, fuſte occidit. Plinius 14. cap. 13. Apud Valerium lib. 6. cap. 3. non Mecennius ſed Metellus vocatur.

Cn. Egnatius, filium alterum exhæredauit, alteri alieniſſimos homines cohæredes iunxit. Ipſe a Lentulo & Gellio Cenſoribus, Senatu motus eſt, retento in eo honore filio, quem exhæredârat. Cicero pro A. Cluentio.

¶ L. Egnatius Rufus, Eques Romanus, cuius negotia Cicero commendat Q. Gallio, Proconſuli Ciliciæ, Epiſtolarum 13.

Egnatius Rufus, collecto in Aedilitate populi fauore, extinguendis priuata familia incendiis, Præturam Aedilitati coniunxit, ac mox Conſulatus petitor, ob nefaria in Auguſtum conſilia cum conſciis punitus eſt. Paterculus volum. poſteriori pag. 798. & ſeq. Dion lib. 53. Suetonius capite 19.

¶ Q. Egnatius Maximus, ſynchronus Ciceronis, cuius meminit ille in Epiſtolis ad Atticum 13. & 14.

L. Egnatius cum 300. equitibus, quibus ipſe præerat in bello Parthico, arrepta fuga, Craſſum Imperatorem ſuum deſeruit. Plutarchus in Craſſo.

Egnatii, pater & F. proſcripti a Triumuiris, mutuis vulneribus interiere. Appianus 4.

P. Egnatius, cliens Sorani, ſub Nerone

ipſum

ipſum patronum afflixit, pecunia inductus, homo ſub pallio Stoico animum perfidioſum ac ſubdolum vna cum auaritia & libidine occultans. Vide Tacitum 16. & Iuuenalem Satyra 3.

¶ M. Egnatius Caluinus, præf. Alpium. Plinius 10. cap. 48.

¶ Egnatius Feſtus, Aedilis ſub Antonino Pio, cui ludos edenti plebs vrbana ad ſtatuam ponẽdam pecuniam obtulit. Verum is honore contentus, impenſam remiſit, & impetrata venia ab ordine Peruſinorum, opt. maximoque principi de ſua pecunia poſuit. Hæc ex inſcriptione veruſta, quam exſtare Peruſii teſtes ſunt Marius Catanæus & P. Apianus pag. 176.

¶ Egnatius Capito, Conſularis, occiſus a Commodo Imp. Lampridius.

Egnatius, Poeta, citatur a Macrobio Satur. 6. vt ex quo Virgilius multa mutuatus ſit.

¶ Egnatia Maximilla, ſub Nerone maritum ſuum in exilium ſecuta. Corn. Tacitus in fine 15.

¶ Egnatia Thalluſa, refertur inſcript. ant. pag. 305.

C. Egnatius Secundus haræ Mineruæ libes. Hæc inſcriptio extat Iaderæ in ſtatua Mineruæ lapidea.

¶ Statius Egnatius, Samnitum dux, inter confligendum a captiuis Rom. captus & ad L. Volumnium Conſulem equo inſidens raptus eſt, ann. V. C. CCCCXXXVII.

Gellius Egnatius, Samnitum dux, cecidit in acie, contra Fabium Rullianum Cos. pugnans, ann. V. C. CCCCLVIII.

Marius Egnatius, bello ſociali fortiſſimus hoſtium dux, cæſus eſt a Coſconio & Luceio. Liuius lib. 75.

Egnatia L. F. primigenia, vxor Nouellii Aequalis, inuenitur in memoriis Mediolan. pag. 36.

Vlpius Egnatius Fauentinus V. C. Augur &c. quæratur apud Manutium in Orthographia in voce, Hecate.

¶ L. EGNATVLEIVS, Quæſtor & dux 4. legionis, ſigna ad C. Cæſarem Octauianum tranſtulit. Cicero Philip. 3. & 4.

Egnatuleius Honoratus, occiſus a Seuero Imperatore. Spartianus.

ENNII.

De Rudiis, non patria, lenius No- e Fului Vr- ni in ope- Ciceronis g. 221.

Q. ENNIVS, Poeta, natus Tarenti, teſte Euſebio (Strabo lib. 6. Silius & Mela, eum Rudiis, quæ Salentinorum vrbs eſt, genitum tradunt) per M. Catonem Quæſtorem translatus eſt in vrbem, Sardinia deuicta. Habitauit in monte Auentino, paruo ſemper & vnius ancillæ miniſterio contentus. Tanta ei ſiue parſimonia ſiue paupertas fuit. Scipioni Africano cum primis familiaris fuit, eumque in bellis ſemper comitatus eſt, ſic ab eo viciſſim honoratus, vt ſtatuam Ennii imponi ſepulchro ſuo iuſſerit. Vnde Ouid. libro 3. de Arte:

¶ Cicero pro Archia, Plinius 7. cap. 30. Liuius li. 38. Solinus cap. 6. Valerius lib. 8. cap. 15.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Eandem cum Naſica neceſſitudinem eius demonſtrat locus Ciceronis libro 2. de Oratore. Sed & M. Fuluium Nobiliorem, cuius filium erudiit, in Aetoliam ſecutus eſt. Diciturque Catonem iam ſenem literas Græcas docuiſſe. Primus autem amæno detulit ex Helicone perenni fronde coronam, ſecundum Lucretium, & cum hedera coniunxit laurum victoriam, vt Claudianus. Scripſit enim annales P. R. & bellum Punicum ſecundum, præterea Tragœdias, quæ ſimul omnia perierunt, tantum fragmenta quædam & ſententiæ crebriores extant apud Ciceronem, Lactantium, Gellium & Macrobium: qui etiam quæ Vergiliana ex illo ſint ſumpta, prodit. Ouidius vt ingenio maximum, ita rudem arte fuiſſe ſcriptum reliquit. Ipſe tria ſe habere corda dicere ſolebat, quod ſciret Latine, Græce & Oſce. Se quoque quintam eſſe ex Euphorbo Troiano animam, quæ ex illo in Homerum, deinde in Pauonem, mox in Pythonem, poſtremo in ſe demigrarit. Deceſſit articulari morbo ſeptuagenario maior Olympiade 153. vt eſt apud Euſebium, cuius tumulo inciſum hoc epitaphium, ab ipſo conditum, memorat Tuſculan. lib. 1. Cicero:

Aſpicite ô ciues ſenis Ennii imaginis formam,
Hic veſtrûm pinxit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis decoret, neq; funera fletu
Faxit. cur? volito, viuus per ora virûm.

Citantur eius apud Nonium, Medea, Menalippa, Hecuba, Hectoris lytra, Ambracia, Telamõ, Achilles, Thyeſtes, Alcmęon, Creſphontes, Cupiũcula &c. apud Feſtũ Pomp. Erechtheus, Alexander, Iphigenia, Andromeda, Telephus, Andromacha, Aiax, Aſota: & apud Macrobium Sabinarum quartus. ¶ Fragmentũ Sex. Pompeii ex Ennii Erechtheo hæc habet: Lapideo ſunt corde multi, quos non miſeret

Criſpus, Rhetor antiquus, quem tamen Seneca ſibi auditum ſcribit declamantem, Controuerſia 19. lib. 4.

Criſpo reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. titul. 19.

Criſpum aliquando inimicum, ſed tamē ſalutis ſuæ defenſorem, Cicero pro iudicio defendit, vt liquet ex oratione pro Plancio.

CRISPINI.

Criſpinorum peculiaris fuit familia in gente Quintia, quos ſuo loco recenſebimus. Hic congeremus eos, quorum vel obſcurior ortus fuit, vel etiamdum genus maioreſque latent.

¶ C. Criſpinus Hilarus, ex ingenua plebe Feſulana, duodecimo Conſulatu Auguſti cū liberis 9. (in quo numero filiæ duę fuerūt) nepotib. 27. pronepotibus 29. nepibus 9. prælata pompa in Capitolio immolauit. Plin. 7. c. 13.

¶ Criſpinus Cæpio, Quæſtor Granii Marcelli Prætoris Bithyniæ, ipſum maieſtatis poſtulauit ſub Tiberio. Tacitus 1.

Criſpinus, Præfectus prætorio ſub Claudio, ſucceſſorē accepit Afranium Burrhū, deiectus per Agrippinam. Sub Nerone crimine coniurationis exactus in Sardiniam, accepto iuſſæ mortis nuncio, ſemet interfecit. Huius vxor fuit Poppæa, quam poſtea Nero peremit. Tacitus 12. & 16. Tranquillus in Nerone.

Criſpinus, Præfectus prætorio Domitiani principis, celebratur a Statio in ſyluis, qui patre illum Vectio Balano, quē comitem habuit in Armenia Corbulo, prognatū ſcribit. At a Iuuenale Satyra prima proſcinditur, vt pars Niliacæ plebis & verna Canopi. Et rurſum Satyra 4. vt adulter & inceſtus notatur:

Ecce iterum Criſpinus adeſt mihi ſæpe vo- (candus
Ad partes, mōſtrum nulla virtute redemtū
A vitiis, &c.

Criſpinus, præfectus Phœniciæ, cui reſcribitur t. & 4. Cod.

Criſpinus, vir Conſularis, tutatus eſt Aquileiam contra Maximinum Imperatorem. Arbitror illum eſſe, qui Conſulatum geſſit ſub Alexandro an. V. C. DCCCCLXXVI.

Criſpinus, cum Criſpino F. refertur in antiquitatibus Germanicis inſcript. antiq. pag. 392.

Criſpina, cū patre Theopompo & Polliano, refertur. ff. 33. de dote relegata l. 14.

Criſpino reſcribitur a Seuero & Antonino 5. C. tit. 62. & ſeorſim ab Antonino ibid. Criſpinæ nobis cariſſimæ. Sic reſcribitur illi ab AA. & CC. 9. Cod. tit. 2. Criſpino ab iiſdem 4. Cod. Si certum petatur.

Criſpina, vxor Commodi Imperatoris.

¶ De huius denario cum inſcriptione: DIIS GENITALIBVS, Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 196.

¶ CRITONIVS, memoratur Ciceroni ad Atticum lib. 13. pag. 495. Ædilis fuit Antonio & Dolabella Coſs. cumque in ſpectaculis ipſius, quæ parabat, Cæſar Octauian⁹ aureum ſolium & coronam auream, iuxta decretū Senatus, apponere patri decreuiſſet, neutiquam ſe permiſſurū ait, vt ad ſuas impenſas Cæſar coleretur. Appianus libro 3.

¶ CRONIVS Euſebius, Vicarius Italiæ, & Conſul cū Probino, ann. V. C. MCCXLII. Extat de illo inſcriptio apud Petrum Apianum pag. 225.

Cronii complures referuntur apud eūdem pag. 20.

¶ CVNANIVS Serenus, cū Cunanio Vrſatio F. memoratur ibidem pag. 435.

¶ C. CVPENNIVS, fors legatus L. Planci, Conſulis deſignati, in Galliis. Extat ad illum Ciceronis epiſtola in fine 16. ad Atticum.

Cupennius, notatur Horatio in Sermonibus:

—mirator cunni Cupennius albi.

Plura de eodem Porphyrio interpres.

¶ CVPITVS Cupitianus, cum Cup. Iuliana, refertur in Inſcript. apud Apianum pagina 376.

Cupitus, ſeruus, refertur Pand. titul. 5. l. 41.

Reperiuntur Cupiti & in Cocceiis.

CVRIATII.

Curiatiam gentem ab Albanis profectam, ſatis indicant Curiatii trigemini, cū totidem Horatiis Romanis, iiſque trigeminis fratribus, commiſſi & victi, de quibus vide Liuium 1. Dionyſium antiquit. 3. qui vtriſque auum maternum fuiſſe tradit Sequinium Albanum.

¶ P. Curiatius Philo, Conſul cū M. Genutio Augurino, quorum annus Tribunitiis contentionib. turbulentus fuit, creatique tum primum Tribuni mil. Conſulari poteſtate, habente comitia C. Curtio, ann. vrbis conditæ CCCX. Liuius initio 4.

P. Curiatius, Trib. pl. an. V. C. CCCLIIII. cum duobus collegis, M. Metilio & M. Minutio, correptos prioris anni Trib. militares,

litares, Sergium Virginiumque, ob rem bello male geſtã, apud populum reos facit, & peragit, damnatos denis millibus grauis æris. Liuius lib. 5.

C. Curiatius, Trib. pl. homo infimus & abiectiſſimus, D. Brutum & P. Scipionem Coſſ. (ann. V.C. DCXVI) quod ante factum non erat, in vincula coniecit. Sic Cicero de legibus 3. At Liuius non ductos, ſed duci iuſſos tradit, quod videlicet e delectu, qui habebatur, vt denos ſibi milites, quos vellent, eximere liceret, Tribuni non impetrarent, lib. 55. Idem Curiatius Scipioni Conſuli Serapionis nomen irridens impoſuit. Ibidem. Adde quæ de hoc Curiatio & Scipione habet Valerius libro 3. cap. 7.

Curiatius, citatur a Sex. Pompeio.

Curiatius Maternus, Poeta. Vide Taciti dial. de Orator. & in eundem notas I. Lipſii.

CVRII.

Ex Curiis longe omnium clariſſimus & princeps emicuit C. CVRIVS, cognomine dictus DENTATVS, quod cum dentibus in lucem prodiiſſet, vt Plinius lib. 7. Quidam hunc Manium prænomine, nonnulli M. vocant. Tribus Conſulatibus geſtis, primum de Samnitibus, iterum de Sabinis triumphauit, tertio de Lucanis ouans vrbem introiit, Pyrrho rege Italia pulſo. idem Trib. pl. interrege Appio Cæco comitia contra leges habente, cum de plebe Conſulem non acciperet, patres auctores fieri coegit. Cicero in Bruto, Plinius lib. 16 cap. 38. & 18. cap. 3. & 19. cap. 5. item de viris illuſtribus. De ſeueritate eius vide Valerium 6. cap. 3. de continentia lib. 4. cap. 3. Ciceronem in Catone, Plutarchum in Apophth. Athenæum lib. 10. In caſtris duos tantum calones miniſtros habuit, vt eſt apud Apuleium Apologiæ oratione prima. Ibidem filiam eius ob paupertatem ab ærario publice dotatam ſcribit.

M. Curius Trib. pl. ann. V.C. DLV. cum M. Fuluio collega T. Quintium Flamininum, Conſulatum ex Quæſtura petentem, nequicquam prohibere & repellere conatus eſt. Liuius lib. 22.

M. Curius, M. Coponii hæres extitit, cuius cauſa cum apud centumuiros ageretur, Q. Scæuola teſtamenti ius ex ſcripto defendente, ac negante, niſi poſthumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniſſet, mortuus eſſet, hæredem eum eſſe non poſſe, qui eſſet ſecundùm poſthumum & natum & mortuũ hęres inſtitutus: L. Craſſus contra defendit, hac mente eum fuiſſe, qui teſtamentum condidiſſet, vt ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, M. Curius eſſet hæres, & obtinuit. Cicero de Oratore 1.

M. CVRIVS, Ciceroni & Attico ſingulari iunctus amicitia fuit, cuius pater Ciceronem Quæſtorem habuit, ipſe vero Trib. pl. Ciceronis exulantis reſtitutionem enixiſſime iuuit. Huic Patris negotiãti Cicero Tironem ægrotantem cõmendauit: cõmendauit & ipſum Seruio Sulpitio & M. Acilio, Græciæ Proconſulib. potiente iam rerum Cæſare. Eidem etiam ſæpe familiariter ſcripſit, vt indicant aliquot epiſtolæ inſertæ lib. 7. Ad Tironem autem ſcribens, ſuauiſſimum hominem, & ſummi officii ſummæque humanitatis vocat, ad Att. vero lib. 7. epiſtola 2. vrbanitatem illi tribuit, quæ ſit in eo αὐτόχθων. Illud inſuper his addendum, Curium hunc & C. Cælium, qui Ciceronis in Cilicia Quæſtor fuit, conſobrinos fuiſſe.

M. Curius, alius a ſuperiori, Quæſtor fuit cum P. Sextio, Syllano & Muræna Coſſ. Cic. pro L. Flacco.

Q. Curius, ſocius Catilinæ, notiſſimus aleator, Salluſtio & Pediano. Huius primũ inſolentia & futilitate apud Fuluiam, quam amabat, deinde ipſius confeſſione apud Ciceronem Conſulem, Catilinæ coniuratio patefacta eſt. Pedianus poſtea damnatum ſcribit. Plura de illo Salluſtius. Notatus eſt a Caluo hoc hendecaſyllabo: *Et talis Curius pereruditus.* Auctor idem Pedianus.

C. Curius, Eques publicanus, pater C. Rabirii Poſthumii. Cicero pro Rabirio.

¶ M. Curius Dignus. Inſcript. ant. pagina 146.

¶ Manii Curii, vt perditi hominis & aleatoris, meminit Fabius lib. 6. cap. 4.

¶ Curius Fortunatianus, ſcriptor hiſtoricus, citatur Capitolino in Max. & Balbino.

¶ Cn. Curius Sabinus, miles l. 17. refertur Inſcript. ant. pag. 482.

¶ CN. CVRFIDIVS, perneceſſarius Ligariorum. Cicero ad Atticum 13.

CVRTII, quorum plerique patricii, cæteri plebeii fuêre.

Metius Curtius, dux Sabinorum in exercitu Tatii contra Rom. vnde lacum Curtium appellatũ volunt. Liuius 1. Dionyſ. 2. Piſo in Annalibus, Plutarchus in Romulo.

C. Curtius, Conſul ann. V.C. cccviii. Liuius initio 4. mendoſe P. Curiatium vocat. Cum comitiis præeſſet, primos Tribunos militares tres creauit. Ab hoc locum paluſtrem, qui erat in foro, antequã cloacæ eſſent factæ, poſtquam fulguratus, ex S. C. per Curtium Conſulem ſeptus foret, inde Curtium lacum appellatum, autor eſt Varro lib. 4. de lingua Latina, idque ex ſententia Cornelii & Lucceii.

M. CVRTIVS, iuuenis bello egregius, cum ingens ſpecus, in foro exortus, nulla ratione expleri poſſet, canerentque vates, dicandum illi loco, quo pop. Rom. plurimum poſſet, arma ac virtutem id eſſe interpretatus, equum armatus inſiliens, ſe in hiatum immiſit. Hanc de Curtii lacus appellatione fabulam memorant Liuius libro 7. Valerius Max. lib. 5. cap. 6. Scriptor virorum illuſtrium, Auguſtinus de C. D. lib. 5. cap. 18. vt Statium poetam, in Syluis poeticis luſibus gaudentem, nunc diſſimulemus.

Q. & Cn. Curtii Poſthumi, memorantur Ciceroni in Verrinis, vbi Quintum Verris ſodalem vocat.

¶ C. Curtius Poſthumus, familiaris Ciceronis, cum Syllanis temporibus fortunas omnes amiſiſſet, reditum in patriam per Ciceronem cõſecutus eſt. Poſtea Cæſar rerum potitus, in Senatum illum adlegit; cumque reliquam vnam poſſeſſionem in agro haberet, deque ea in diſcrimẽ veniret, ſcripſit Cicero Q. Valerio, Cæſaris legato, & diuiſioni agrorum præfecto, petens Curtio ſuam poſſeſſionem relinqui, vt ordinem inde Senatorium, a Cæſare conceſſum, tueri poſſit, lib. 13. epiſtola 5. Meminit eiuſdem Curtii ad Atticum lib. 9. epiſtola 2. *Vix dum epiſtolam tuam legeram, cum ad me, currens ad illum, Poſthumus Curtius venit, nihil niſi claſſes loquens & exercitus. Eripiebat Hiſpanias, tenebat Aſiam, Siciliam, Africam, Sardiniam, confeſtim in Græciam perſequebatur* &c. Et lib. 12. epiſt. 48. *O tempora*, inquit, *fore, cum dubitet Curtius Conſulatum petere* &c.

M. Curtius, per Ciceronem Tribunatum petiuit a Cæſare, quemadmodum eſt ad Q. fratrem Epiſtolarum 2. Idem interemto Cæſare, ſegnius agentes in republica ſeuere accuſabat. Cicero ad Atticum 14. epiſtola 7.

¶ C. Curtius Mithres, libert. C. Curtii Poſthumi, commendatur a Cicerone P. Seruilio lib. 13. epiſt. 70.

¶ Curtius Nicias. & ipſe familiaris fuit Ciceroni, profeſſione Grammaticus. Adhæſit & Pompeio Magno & C. Memmio: ſed cũ codicillos Memmii ad Pompeii vxorẽ de ſtupro pertuliſſet, proditus ab ea, Pompeium offendit, domoque ei interdictum eſt. Hæc Tranquillus in de claris Grammaticis. Cicero Niciæ meminit Epiſtolarum 9. ad Dolabellam ſcribens, & ad Att. 12. epiſtola 13. Item 14. epiſtola 7. & rurſum lib. 15. epiſtola 9.

¶ Curtius Peduceanus, Prætor vrbanus Cicerone Ciliciam obtinente. Cicero familiarium 13.

Q. Curtius, bonus & eruditus adoleſcens, L. Domitium, petentem Conſulatum, de ambitu poſtulauit. Cicero ad Q. fratrem 3.

P. Curtius, frater Q. Thalaſſi, occiſus in Hiſpaniis a Cn. Pompeio F. Ipſe Thalaſſius autem Iſaurico & Antonio Coſſ. in Ardeæ territorio cum 4. cohortibus viuus combuſtus eſt, quod tributa grauius exegiſſet.

Curtius, Eques Rom. deliciis diffluens, cum apud Auguſtum cœnaret, turdum macrum e patina tollens, eumque manu tenens, interrogauit Cæſarem, num mittere liceret? Cumq; is reſpondiſſet, quidni liceat? ille protinus auem per feneſtram miſit. Princeps ambiguitate verbi deluſus, factum æquo animo tulit. Macrobius 2.

Curtius Atticus, Eques Rom. ſub Tiberio, poſt artibus Seiani ſubuerſus. Tacitus lib. 4. & 6. Ad eundem ſunt Elegiæ, 4. & 7. apud Ouid. 2. de Ponto.

¶ Q. Curtius Rufus temporibus Tiberii floruit, in quem eſt eiuſdem principis dictum, natalium eius dedecus velanis: *Curtius videtur mihi ex ſe natus.* Ex ſectatore Quæſtoris in Africa, conſulare imperium, prouinciam Africam, & triumphi inſignia obtinuit. Tacitus 11. De eodem lege Plinium epiſtolarum 7. ad Suram.

Q. CVRTIVS RVFVS, ſcriptor rerum geſtarum Alexandri, ſub Veſpaſiano emicuit, vt opinatur Catanæus.

¶ Curtius Lupus. De hoc Tacitus lib. 4.

¶ Cur-

¶ Curtius Montanus, claruit ſub Claudio, Nerone & Veſpaſiano, homo eloquentia pollens. Accuſatus ſub Nerone, patri conceſſus eſt, prædicto, ne in republ. haberetur. Tacitus 16. & 20. Sententias repetẽdo corrumpebat, vnde illum Scaurus inter Oratores Ouidium vocabat. Seneca Declamationum 9. Ventrem illius notat Iuuenalis.

¶ Curtius Mancia, generum ſuum Domitium Lucanum repudiauit. Vide Plinium Epiſtolarum 8. ad Rufinum.

¶ P. Curtius Oneſimus, cum coniuge Cæcilia Feſtina, refertur Inſcript. veterum pag. 265.

Curtia L. Prapis, cui pars dimidia huius monumenti conceſſa eſt a C. Helio Mæcenate, ſibi & P. Curtio Sp. F. Col. Max. & T. Iul. Auguſt. L. Glyconi &c. Hoc epigramma extat apud Bartholomæum Marlianum antiquæ Romæ lib. 5. cap. 13.

L. Curtius L L. Priſcus Curtia L L. Neuma Curtia ↄ *L. Riamis Albanus.* Reperitur veterum memoriarum pag. 105.

Curtio, præfect. præt. reſcribitur ab Arcadio, Hon. & Theod. AAA. 1. Cod. de officio ciuilium iud.

CVRTILII.

Curtilium, Cæſaris partium, Cicero verberonem vocat, & ab eo Seſtilii fundũ poſſideri indigne fert, ad Atticum lib. 14. epiſt. 6.

Curtilius Mancias, legatus in Germania exercitum duxit, Q. Voluſio & P. Scipione Coſſ. Vide Tacitum lib. 13.

Curtilius Hermeros & Curtilia Thetis coniuges referuntur veterum memoriarũ pag. 298.

¶ T. Cvrtisivs, auctor motus ſeruilis ſub Tiberio. Tacitus lib. 4.

CVSPII.

P. Cuſpius, refertur Ciceroni Epiſtolarum familiarium 13. & 16. & ad Atticum 12. Cuſpiana explicabis & Preciana.

Cuſpius Fadus, Procurator Iudææ ſub Claudio, teſte Ioſepho, & Euſebio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ 2. cap. 11. cui ſucceſſit Tib. Alexander, atque illi Cumanus.

CVSPIDII.

L. Cuſpidius, municeps Ciceronis, epiſtolarum 13. Vbi tamen mendoſe a pleriſque Cuſtidius legitur.

¶ Cuſpidius Celerinus, Senator temporibus Maximinorum. Capitolinus.

L. Cuſpidii teſtamentum extat, factum Romæ Cn. Pompilio L. Martio Coſs. ſubſcriptis teſtibus Q. Martio, C. Septimio, P. Curione, L. An. Capitone, M. Terentio, Iulio Panſa, C. Seſtio. Hæredes reliquit T. & Cn. Cuſpidios, fratris Agathonis filios, Fauſtam & Felicianam filias. Vxorem habuit Semproniam, ante ſe defunctam, ſui amantiſſimam. In his haud dubie multa deprauata ſunt. Vide antiquitates Fabricii pag. 5. & ſeq.

CVTII.

D. Cutio Balbino, M. Cornelio Potito, L. Accio, Iuniano Romulo IIII. viris Viar. curandarum piiſsimo F. Balbinus pater, Priſca mater. Extat Inſcript. antiq. pag. 24.

Cutio Romulo Quarto Ka. Fi. Reperitur ibidem pag. 390.

Cutio reſcribitur a Gordiano Imp. 5. Cod. tit. 64. etſi a nonnullis Curtio legitur.

Aemiliæ Calliopæ Cutia Priſca patrona L. b. m. Extat Inſcriptionum ant. pag. 313.

¶ Cynegivs, præfectus prætor. & Cos. fuit ſub Valentiniano, Theod. & Arcad. Cod. de Iudæis & cœlicolis.

¶ Cyprogenia, refertur Pan. 34.

¶ Cyrillæ reſcribitur a Seuero & & Ant. 4. Cod. tit. 28.

Cyrillo ab AA. & CC. 4. Cod. tit 49.

¶ Cyrvs, Conſulatum geſſit ſolus ſub Theodoſio iuniore & Valentiniano III. ann. V. C. MCXCIIII. Idem præfectus vrbi apud Conſtantinop. ob acclamationẽ populi, *Conſtantinus condidit, Cyrus reſtaurauit*, honore deiectus eſt, publicatis bonis. Quare ad Eccleſiam confugit, relictoque paganiſmo, poſt Smyrnæorũ Epiſcopus factus eſt. Sic Nicephorus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 14. cap. 46. & lib. 18. cap. 33. Vide Suidam & Cuſpinianum in ipſius Conſulatu.

Cyrioni reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 6.

D.

DAcianus, præſes Hiſpaniæ, martyrio affecit Vincentium & Eulaliam virginem. Daciano ſub Iuliano ſcribit Libanius.

¶ DALMATIO reſcribitur a Conſtantino 5. Cod. tit. 16.

¶ DAMIANVS, præfuit Bithyniæ, in Conſules relatus a Seuero Imp. Suidas.

¶ DANVBIO reſcribitur ab AA. & CC. 6. C. tit. 58.

¶ Dato ab Alexandro A. 6. Cod. tit. 2.

¶ DATVS, Atellanarum hiſtrio ſub Nerone.

¶ DECENTIO reſcribitur ab Antonino A. 4. Cod. tit. 58.

Decentius, frater Magnentii, dictus ab illo Cæſar, rebus perditis, ſuſpendio ſe necauit.

DECII.

Decii plebeii fuere, teſte etiam Iuuenale Satyra 8:

Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt
Nomina, pro totis legionib. hi tamē, & pro
Omnibus auxiliis, atq; omni plebe Latina,
Sufficiunt Diis infernis, terræq; parenti.

P. DECIVS MVS, pater, v. vir fuit menſarius ann. V.C. CCCCIII. cum magnum in populo æs alienū eſſet. Trib. mil. ann. CCCCXII. exercitum Corn. Coſſi Conſulis, in iniquum locum progreſſum, audacia pariter & induſtria ſua ſeruauit, donatus ob id a Conſule corona aurea, & 100. bobus, & ab exercitu obſidionali graminea, alteraque item a ſuo præſidio. Liuius 7. Plinius 16. cap. 4. & rurſus libro 22. cap. 5. Conſulatum primus in ſuam familiam intulit, ann. CCCCXV. in quo magiſtratu bello Latino, collegà T. Manlio Torquato, ſe pro ſalute exercitus, & populi Rom. victoria, Diis manib. deuouit. Liuius 8. Val. 5. cap. 6. Plinius de viris illuſtr.

P. Decius Mus F. Conſul cum M. Valerio Max. ann. V.C. CCCCXLIII. De hoc extat inſcriptio pagina 254. & 307. Aduerſa valetudine diu laborauit. Inde legatus bello Samnitico ſub Dictatore Papyrio Curſore, multum ad victoriam contulit. Quare proximis comitiis II. Conſul factus, Hetruſcos domuit. Anno quinto poſt M. equitum dictus eſt a P. Cornelio Scipione, qui comitiorum Dictator creatus erat. Et interiecto anno lectus Cenſor cum Q. Fabio Rulliano, Valerio Coruino v. & Apuleio Panſa Coſs. ann. CCCCLIII. Tribunos pl. rogationem promulgātes de augendo Pontificum & Augurum numero, & adlegendis plebeiis, enixiſſime iuuit, euicitq;, creatus ipſe tum primus cum aliquot aliis ex plebe Pontifex. Tertiū Conſul cum Q. Fabio Rulliano, & mox Proconſul, multa ſtrenue aduerſus Appulos, Samnites & Hetruſcos geſſit. Quartum Conſul cum eodem Fabio aduerſus Samnites & Gallos pugnans, laborantibus ſuis, exemplo patris ſe deuouit, victoriamque Romanis peperit. Liuius 9. & 10. Valerius 5. cap. 6. Plinius de viris illuſtrib.

P. Decius Pyrrhicus, Conſul ann. V.C. CCCCLXXIIII. Neſcio num hic ſit, quē Plinius de viris illuſtr. Decium Murænam vocat, ac Volſinienſes a ſeruorum improbitate & violentia liberaſſe commemorat. Cicero vult hunc ſuperioris F. eſſe, & Conſulem cum Pyrrho bellum gerentem in prœlio cecidiſſe, cum ſe e continenti genere tertiam Reipub. victimam præbuiſſet, Finium 2.

¶ M. Decius, vir ſpectatus in plebe Romana, cum ea in ſacrum montem ſeceſſit, miſſus cum aliis duobus legatus ad Senatum. Dionyſius 6.

M. Decius, Trib. pl. ann. V.C. CCCCXLIII. primo P. Decii Conſulatu, rogationem tulit ad populū, vt Duumuiri nauales claſſis ornandæ reficiendæq; cauſa ab eodem populo iuberentur. Liuius 9.

C. Decius, legatus miſſus in Cretam cū DLXXXIII
A. Poſthumio Albino & A. Licinio Nerua, ad comparanda auxilia. Liuius 42.

Q. Decius, Trib. pl. accuſauit L. Opimium

mium Conſulem, quod indemnatos ciues occidiſſet: ſed ille a populo abſolutus eſt. Liuius 61. Videtur res ipſa loqui, & reſpõdere, eundem eſſe cum ſequente P. Decio, & erratum in prænomine.

P. Decius, M. Fuluii Flacci (eius, qui ann. V. C. DCXXIX. Conſul, primus Italos ad petendam ciuitatem incitauit) æmulus, non infans ille quidem, ſed vt vita, ſic etiam in oratione turbulentus. M. Cicero in Bruto. Hunc eſſe opinor, vel certe huius patrem, quem Prætorẽ Scaurus tranſeunti ſibi ſedentem iuſſit aſſurgere, eiq; veſtem diſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eum in ius adiret, edixit. Plinius Cæcilius de viris illuſtrib. Ad eundem puto pertinere illud Lucilianum: Quid Decius Nucula, an confixum vis facere, inquit, in perſona Africani. Ac ſuſpicor Nuculæ vocem cognomentũ eſſe. Certe Nuculæ ſui ſynchroni meminit Cicero in Philippicis. Sed & Præneſtinos cognominatos Nuculas, vel quod incluſi a Pœnis Caſilini famem nucibus ſuſtentaſſent, vel quod in eorum regione plurima nux minuta naſcatur, legimus apud Sex. Pompeium lib. 12.

C. Decius, Quæſtorius, Pompeianarũ partium in Africa. Cæſar comment. 5.

P. Decius, ex M. Antonii Conſulis primoribus, captus eſt a C. Cæſare ad Mutinam. Appianus 3. Cicero in Philippicis illius, vt Tribunitii, meminit.

¶ Decius Calphurnianus, præfectus vigilum, occiſus a Claudio Cæſare. Tacitus in fine 11.

¶ Decius Eculeo, citatur vti ſcriptor Plinio natural. hiſt. lib. 35. cap. 10.

¶ Decius Seuerus, vixit imperante Seuero.

Decii duo IC. fuêre.

Decius, Lucilli, Conſularis viri F. Poeta Satyricus fuit, Theodoſii & filiorũ ætate. Laudatur a Claudio Rutilio in Itinerario.

Decio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 22.

De DECIO Cæſare extat inſcriptio apud Petrum Apianum pag. 24. ¶ Stemma petatur ex Onuphrio Panuinio pag. 57.

¶ Decius Blaſcus, cum Sempronia Leontide ſorore. Ibidem pag. 332.

Decius V.C. Conſul ſolus anno principatus Iuſtiniani tertio: cum editus eſt ab eo factarum conſtitutionum Codex, qui fuit annus vrbis conditæ MCCLXXXII. Chriſti DXXXII.

DECIANI.

C. Decianus, quod in concione queri uſus eſſet de morte Saturnini, cõdemnatus eſt. Cicero pro C. Rabirio & L. Flacco, Valerius lib. 8. cap. 1.

Decianus, ſynchronus Ciceronis, notatur vt homo turpis vitæ in oratione pro L. Flacco, quem ſuo teſtimonio affligere conatus eſt. Adiicit in eadem oratione, patrem Deciani in Tribunatu diem dixiſſe L. Flacci patri, Aedili curuli, qui poſtea Prætor & Conſul factus ſit, ipſum Decianum ciuitate exactum eſſe. Nimirum is erit ſuperior ille, ob Saturninum eiectus.

Decianus, apud Martialem Stoicus.

Decianus, præſes Hiſp. ſub Maximiano. Fors hic eſt, qui martyrio affecit Vincentium, item Eulaliam virginem & alios plures. Apud Prudentium perperam appellatur Dacianus.

Deciano ſcribit Libanius Sophiſta in Epiſtolis ſuis.

¶ L. DECIDIVS Saxa, ex vltima Celtiberia prognatus, caſtrorũ metator apud Cæſarem fuit, inde factus Trib. pl. Cicero Philipp. 11. & 13. Meminit illius Cæſar commentario belli ciuilis 1. Adhæſit poſtea M. Antonio, ab eo ſimul & a Cæſare miſſus, adiuncto Norbano, cum 8. legionibus in Macedoniam aduerſus Caſſium & Brutum. Deinde Antonii legatus in Syria, profligato a Parthis exercitu, ne in hoſtium poteſtatem veniret, ſua ſibi manu necem conſciuit, teſte Floro: apud quem tamen mendoſe pro Saxa, Caſca legitur, quomodo in hiſtoriæ Liuianæ argumentis pro Decidius, Didius, & apud Appianum Ceditius, apud Dionem Decilius, & Sexas, lib. 47.

DECIMII.

Decimiana, & ab his tracta pſeudodecimiana pira, refert Plinius 15. cap. 15.

C. Decimius Flauus, Trib. mil. bello Punico ſecundo ſub M. Marcello Proconſule ſtrenuam operã in pugna aduerſus Annibalem edidit, milites ab elephantis in fugam actos continuit, beluas ipſas pilis petens cum magna hoſtium ſtrage auertit. Liuius 27.

C. Decimius Flauus, Prætor ann. V. C. DLXX. ſortitus vrbanam iuriſdictionem, in eo honore mortem obiit. Liuius 39.

¶ M. Decimius, legatus cum Tib. Claudio Nerone emiſſus in Aſiam, & inſulas, ad renouandam amicitiam cum Cretenſibus

& Rhodiis, & ad ſpeculandum, num ſollicitati animi ſociorum a rege Perſeo eſſent, ann. V.C. DLXXII. C. Popilio P. Ælio Coſſ. Liuius 42.

L. Decimius, legatus miſſus ad Gentium, regem Illyriorum, vti illum ad belli ſocietatem aduerſus Perſeum pelliceret, ſine vllo effectu, captarum etiam pecuniarum ab regibus Illyriorum ſuſpicione infamis, rediit. Liuius 42.

C. Decimius, Prætor peregrinus an. V. C. DLXXXV. Q. Martio Philippo Q. Seruilio Cæpione Coſſ. Legatus emiſſus cum C. Popilio & C. Hoſtilio Alexandriam, cum & Rhodum acceſſiſſent, ob moderationem magno cum aſſenſu a Rhodiis auditus eſt. Liuius 44. & 45.

Decimio, Præf. præt. reſcripſit Alexander A. 1. Cod. de modo mulctarum &c.

Decimia Primitiua in mon. Rom. Inſcript. ant. pag. 258.

¶ DECIMÆ reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 49.

¶ P. DELPHIVS Peregrinus. Inſc. vetuſt. pag. 329.

DELII.

Delius, vnus ex ducibus Antonii, miſſus ad accerſendam Cleopatram, mulieri perſuadet, monetq; Homerico verſu, vt ad iudicium proficiſcatur quam maxime ornata. Plutarchus in Antonio. Idem hiſtorias eum ſcripſiſſe tradit, conuenitq; Dion lib. 50. Meſſala Coruinus hunc deſertorē bellorum ciuilium vocat, quia a Dolabella ad Caſſium tranſiit, a Caſſio ad Antonium: nouiſſime ab Antonio ad Cæſarem. Scripſit epiſtolas laſciuas ad Cleopatram. Seneca Suaſoria 1.

Q. Delius, amicus Horatii Poetæ, ad quē ſcribit Carminum lib. 2. Oden 3.

Q. Delius, Q. L. vt. vit Fuſcus Auguſt. V. F. refertur Inſcript. ant. pag. 361.

Delianæ reſcribitur ab Antonino A. 4. Cod. tit. 49.

DEMETRII.

Demetrius Mega Siculus. Cic. Epiſt. 13.

DEMETRIVS, Pompeii libertus, quantæ potentiæ fuerit, docent Victorius in 4. Ciceronis ad Atticum pag. 69. Plutarchus in Pompeio & Catone, Iulianus Cæſar in Miſopogone. Feliciorem tu Demetrium Pompeianum vocas, inquit Seneca, quem non puduit locupletiorem eſſe Pompeio. Numerus illi quotidie ſeruorū, velut imperatori exercitus, referebatur, cui iam dudū diuitiæ eſſe debuerant duo vicarii & cella laxior, lib. 1. de tranquillitate vitæ cap. 8.

Demetrius, Cæſaris partium. Cicero Epiſtolarum 8. & 16. Eundem eſſe cum Demetrio Pompeii, patet e Philip. 13.

Demetrius, libertus Attici.

Demetrius, ſeruus Caſſii, qui mortem eius Antonio indicauit. Plutar. in Bruto.

Demetrius & Startocles, auctores Comœdiarum ſpectati Quintiliano.

Demetrio reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 24.

Alii a Seuero & Anton. ibidem tit. 30. & ab Ant. ſeorſim 7. Cod. tit. 52.

Demetria virgo, beati Fauſtini F. Romæ ante Iulianum Imperatorem in confeſſione ſpiritum emiſit: ſepulta iuxta matrem Daſceſam & ſororem Iunianam. Colitur memoria eiūs 11. Cal. Iunias.

¶ DEMETRIANO reſcribitur ab Alexandro A. 9. Cod. tit. 9.

DEMOSTHENES, Patricius ſub Veſpaſiano. Vide martyrologium noſtrum 18. Iulii vel circiter.

Demoſtheni reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 2.

¶ DESIDERIO, vicario Aſiæ, a Valentiniano, Theod. Arc. 9. Cod. tit. 43.

¶ DEXIMACHO ab iiſdem 2. Cod.

¶ DEXIPPO ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 55.

DIDII.

Lex Didia, haud dubie a Didio aliquo Trib. pl. lata eſt 18. anno poſt legem Fanniam, auctore Macrobio, id eſt, ann. V.C. DCII. Hæc non ciues tantum Romanos, ſed totam Italiam, nec vocatores modo ſi maiorē ſumtū feciſſent, verū etiā vocatos ipſos conuiuas Fannia lege teneri voluit.

M. Didius, primus omnium vagantes Thraces repreſſit. Sex. Rufus, item Florus lib. 3. cap. 4. qui illum tempore C. Catonis & M. Liuii Druſi, Conſularium virorū id eſt, circa annum V. C. DCXL. floruiſſe indicat. Ni prænomen obſtaret, arbitrarer eundem eſſe cum T. Didio, Conſulari illo.

Didius, Prætor Iberiæ, cum duob. millibus interemtus a Sertorio. Plutarchus in eius vita.

T. Didius, Conſul ann. V.C. DCLVI. teſte Cicerone in L. Piſonem, triumphauit ex Macedonia. Cæſus eſt in bello ſociali, vt Appianus, & quidem eodem die, quo Rutilius Conſul, 4. videlicet Idus Iunias, ſed anno

ſed anno ſequenti, vt Ouid. in 6. Faſtorũ: *Proximus annus erat, Pallantide victus eadẽ, Didius hoſtiles ingeminauit opes.* De hoc, opinor, Frontinus 1. cap. 8. item li 2. ca. 10. Prætori in Hiſpania Trib. mil. fuit Q. Sertorius, vt eſt apud Plutarchum.

C. Didius, bello ciuili dux Cæſarianus, & claſſis apud Gaditanos præfectus, Cn. Pompeium iuuenẽ e prælio Mundenſi fugientem aſſecutus occidit, caputq; Hiſpalim ad Cæſarem miſit. Idem non multo poſt a Luſitanis circumuentus & cæſus eſt. Commentario belli ciuilis ſexto. Meminit eius Dion.

¶ Didius Gallus, prouinciam ambitioſiſſime petierat, deinde impetrata ea, tanquam coactus querebatur. Huic vrbane Afer: *Age*, inquit, *aliquid, & reipub. cauſa elabora.* Quintilianus 6. cap. 4. Succeſſit eidẽ Didio in aquis publicis curandis idem Domitius Afer ſub Claudio, vt eſt apud Frontinum in libello de aquæductibus.

A. Didius, miſſus a Claudio Imperatore in Britanniam ſucceſſor P. Hoſtorio ibidem defuncto, vir ætate grauis, & multis honoribus clarus. Tacitus 12.

¶ Didius Scæua, vir militaris, interimitur in Capitolio, irruentib. Vitellianis. Tacitus 19.

¶ Didivs Ivlianvs Imperator, tenuit temp. menſib. 2. diebus 5. Patrem habuit Petronium Didium Seuerum, auum & proauum Didios Seueros, matrẽ Clarã Aemiliam, fratres, Didium Proculum & Nummiũ Albinũ, auunculũ, Saluium Iulianum proauũ maternũ. Saluium Iulianũ I C. illum, qui bis Conſul & præfectus vrbi fuit. Vxor illi Mallia Scantilla, filia Didia Clara fuit, gener Corn. Repentinus. Auctor Aelius Spartianus.

¶ Stẽma pete ex Onuphrio Panuinio pa. 47.

¶ C. Didius Geta, vir Prætorius, poſt Sueton. Paulinum Mauros aliquoties vicit, & ſubegit. Præſtitit etiam operam ſtrenuam ſub A. Plautio tempore Claudii. Dion 59. quo loco male in Latinis codicibus legitur Sidius pro Didius.

Q. Didius, Syriæ Prætor ſub Antonio tempore belli Actiaci, a quo perſuaſi Arabes claſſem Antonii in Arabico ſinu exædificatam incenderunt. Dion lib. 51.

¶ Didio Secundo reſcribit Traianus Pand. 8 tit. 22.

C. Didio Concordiano V. A. V I. M. VIII. D. X X. C. Didius Celer & Iunia Marcellina parẽtes. Inſcript. ant. pag. 368.

Didia Hilara & Didia Hermione, ſorores. Ibidem pag. 363.

Didius, Anniæ Procillæ pater. Sic lego pag. 203.

Didiæ reſcribitur a Seuero & Ant. 5. Cod. tit. 23.

Didia, citatur Ciceroni ad Atticum 13.

DIGITII.

Sex. Digitius, ſocius naualis ſub P. Scipione Africano in Hiſpania, donatus ab eodem corona murali, expugnata Carthagine noua, quod primus murum aſcendiſſet, vna cum Q. Trebellio Centurione. Liuius 26.

Sex. Digitius, Prætor citerioris Hiſpaniæ ann. V. C. DLX. Africano II. T. Sempronio Longo Coſſ. crebris & infelicibus prælis factis, vix dimidium militum, quos acceperat, ſucceſſori tradidit. Liuius 34. & initio 35.

¶ Dignvs quidam fuit, alteri ex Craſſi filiis nõ diſſimilis. Vnde iocus Ciceronis: Dignus Craſſi, notãs vxorẽ Craſſi adulterii.

¶ Dillivs Vocula, legatus cæſus. Tacitus 20.

¶ Diodoro reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 49.

¶ Diogeni & Ingenuæ ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 20.

¶ Diomedes, Grammaticus, cuius extant libri tres.

¶ Dionyſio Diogeni reſcripſit D. Seuerus. Pan. 47. de iniuriis & famoſis libellis.

Dionyſiæ reſcribitur a Dioclet. & Max. AA. Cod. 1. de iuris & facti ignorantia.

¶ Diotimæ & Ingenuæ ab Antonino A. 4. C. tit. 54.

Diotimo & Symmacho ab Alexandro A. 5. Cod. tit. 63.

¶ Docilij meminit Leo A. lib. 10. tit. 31.

DOMITII.

Gentis Domitiæ duæ claruerunt familiæ, Aenobarborum, qui fuere Patricii, & Caluinorum, qui plebeii. Ænobarbi functi ſunt Conſulatibus 7. triumpho Cenſuraq; duplici, & inter Patricios electi, perſeuerãrunt omnes in eodem cognomine. Ac ne prænomina quidem vlla præterquam Cn. & L. vſurparunt, idque notabili varietate modo continuantes vnum quodque per trinas perſonas, modo alternantes per ſingulas. Nam primi tres Lucii, ſequentes tres ex ordine Cnei, reliqui non niſi viciſſim tum Lucii, tum Cnei dicti ſunt.

¶ Domitios ſingulos fere ſingulis genitos, Paterculus volum. poſter.

L. Domitivs, auctor originis itemq; cognominis Aenobarborum, cum aliquãdo rure domum reuerteretur, occurrerũt illi iuuenes duo auguſtioris formæ, iubentes, nunciaret S. P. Q. R. victoriam, de qua incertum adhuc erat. Quibus cum minime crederet, leuiter illi arridentes, barbam eius manibus demulſerunt, eamq; ex fuſca flauam reddiderunt, aſſertionis ſuæ fidem, ſimul & viro cognomen Aenobarbi facientes. Quod inſigne manſit & in poſteris, ac magna ex parte rutila barba fuerunt.

Cn. Domitius L. F. L. N. Aenobarbus, Conſul ann. V. C. dlxii. Legatum etiam fuiſſe L. Scipionis Aſiatici, docet Plutarchus in apophthegmat. Prætor vrbis Scipione Africano ii. Conſule, id eſt an. dlx. ædem Fauni dedicauit, quam ipſe Aedilis cum C. Scribonio biennio ante ex mulctario argento faciendam locârat. Liu. 34.

Cn. Domitius Cn. F. L. N. Aenobarbus, Cos. ann. V. C. dlxxxxi. cum P. Lentulo.

Cn. Domiti⁹ Cn. F. Cn. N. Aenobarbus, Pontifex fit oppido adoleſcens, ann. V. C. dlxxxxi. Conſul an. dcxxxii. Allobrogas & Aruernos vicit, deque iis triumphauit, cum antea per prouinciam elephante inuectus eſſet, turba militum quaſi inter ſolennia triumphi proſequente. Liuius 61. Fuit & Cenſor. De eodem Valerius lib. 9. cap. 6.

Cn. Domitius Aenobarbus, ſuperioris F. Trib. pl. C. Mario iii. Conſule, legem tulit, vti ſacerdotes a populo crearẽtur. infenſus Pontificibus, quod in patris locum alium quam ſe cooptaſſent. Suetonius & Paterculus. Accuſauit M. Scaurum, principem ciuitatis. Valerius 6. cap. 5. Cicero pro Deiotaro. Conſulatum geſſit an. V. C. dclviii. In hunc dixit L. Craſſus: non eſſe mirandum, quod æneam barbam haberet, cui os ferreum & cor plumbeum eſſet. Idem exprobranti Domitio collegæ in Cenſura, quod ob murænam in viuario mortuam lachrymaſſet: *At tu*, inquit, *cum vxores tres extuleris, nullam emiſiſti lachrymam.* Hallucinatur autem hic Suetonius, ex hiſce duobus Domitiis, patre & filio, vnum faciens, vnique tribuens, quod duorum eſt, fœdo in hiſtoria lapſu. Vide de eo plura apud Valerium libro 9. cap. 1. Occiſus eſt in bello Mariano. Paterculus. Idem hic puto fuit, qui M. Syllano propter vnius hominis, paterni amici & hoſpitis, iniurias diem dixit. Cicero in diuinatione in C. Verrem.

Cn. Domitius Aenobarbus adoleſcens, proſcriptus, & a Pompeio Magno in Africa interemtus. Liuius 89. Valerius Max. 6. cap. 2. Cinnæ gener hic fuit, vt eſt auctor Oroſius in fine quinti.

L. Domitius Aenobarbus, Cn. puto fr. Conſul ann V. C. dclx. cæſus a L. Damaſippo. Neſcio an hic ſit, qui Prætor Siciliæ ſeueritatis ingentis exemplum in paſtorem edidit. Vide Valerium Max. lib. 6. cap. 3. Gellius 15. cap. 13. vult fratres fuiſſe, citans literas a Q. Metello Numidico ad Cn. & L. Domitios in exilio datas. Locus amplius expendendus.

L. Domitivs Ænobarbvs, Cn. Pontificis Maximi & Cenſoris F. Conſul anno V. C. dcc. cum Appio Pulchro, cæſus eſt in acie Pharſalica. Vide Suetonium in Nerone. Cicero Philip. 2. & ad Atticũ ab Antonio occiſum refert. Plinius 7. cap. 53. de eo ad hunc modum: *L. Domitius, clariſſimæ gentis, apud Maſſiliam victus, Corfinii captus ab eodem Cæſare, veneno poto propter tædium vitæ, poſtquam biberat, omni opere vt viueret, annixus eſt.* &c. Aedilis curulis M. Piſone M. Meſſala Coſs. ad 14. Calend. Octobris vrſos (forſan leones: neque enim Africa vrſos gignit) Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopas in Circo dedit. Idem 8. cap. 36.

Cn. Domitius, L. F. damnatus inter conſcios Cæſarianæ necis lege Pedia, cum inſons iuuentus eſſet, reſtitutus eſt, ſummosque honores poſtea geſſit, Conſul an. V. C. dccxxii. Plura Sueton. Conſolatur eundem Cicero in epiſtolis in fine 6.

L. Domitius Aenobarbus Cn. F. Aedilis L. Plancum, Cenſorem, via ſibi decedere coegit. Conſul ann. V. C. dccxxxviii. ſub Aug. Plura Sueton. item Tacitus lib. 4.

Cn. Domitius Aenobarbus L. F. ex Antonia minore, omni parte vitæ deteſtabilis, Conſulatus tamen honore auctus a Tiberio ann. V. C. dcclxxxiiii. Huic ſorores duæ fuerunt, Domitia & Lepida, nupta Meſſalæ Barbato, mater Messalinæ Auguſtæ. De illa Tacitus lib. 12. de hac libro 11. & 13. Vide familiam Iuliam Cæſarum.

Clavdivs Domitivs Nero, Cæſar Auguſtus, Cn. Domitii & Agrippinæ F. præfuit paulo minus 14. annis, occiſor fratris, matris & præceptoris &c.

Caluini.

Caluini.

Cn. Domitius Caluinus, Conſul ann. V.C. CCCCXXII.

Cn. Domitius Caluinus Cn.F. Aedilis Curulis cum Sp. Caruilio Q.F. Maximo, M. Fuluio, T. Manlio Coſſ. Liuius 10. Hic eſt fortaſſis, qui cum C. Petilio in eiuſdem honoris petitione quadriennio ante præteritus eſt, prælato Cn. Flauio, Appii Cæci ſcriba, ob publicatos faſtos. Vide Plinium 33. cap. 1. Crediderim etiam eundem, quem Florus lib. 13. Cenſorem primum ex plebe luſtrum condidiſſe ſcribit, niſi quod apud illum prænomen eſt P.

C. Sextius Domitius Caluinus, Conſul ann. V.C. DCXXX. Proconſul victa Saluiorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, calidis ibi & frigidis fontibus ſcaturientibus, & a nomine ſuo ita appellatas. Liuius 61.

Cn. Domitius Calvinus, Conſul ann. V.C. DCCI. bello ciuili Cæſarianarum partium dux, cum Pharnace, rege Ponti, infeliciter congreſſus eſt, exercitu fere amiſſo. Iterum Conſul 13. anno poſt cum Aſinio Pollione, cum ex conſulatu Hiſpaniam obtineret, grauiſſimi comparandique antiquis exempli auctor fuit. Primipili namque Centurionem, nomine Iubillium, ob turpem ex acie fugam fuſte percuſſit. Paterculus. Hunc eſſe opinor, quem aliquoties citat Plinius lib. 1.

Domitii, promiſcue congeſti.

L. Domitius, legatus Q. Metelli Pii, cæſus eſt cum exercitu ab Herculeio, legato Q. Sertorii in Hiſpania. Florus, Eutropius & Oroſius. Plutarchus in Sertorio Proconſulem fuiſſe ſcribit.

Cn. Domitius Corbulo, dux rei militaris peritiſſimus ſub Nerone, cuius inſidiis circumuentus periit. Vide Tacitum & Volaterranum. Eruditionis eius, & ſtudii in litteris argumentum eſt, quod ſæpe citatur a C. Plinio. Huius eſt illud: Hoſtem dolabra, id eſt, ſenſim vincendũ eſſe. Sub Caio præfectus reficiendis viis, etiam Conſulatum aſſecutus eſt. Sub Claudio reus factus & abſolutus eſt. Dion 58.

Domitia Longina, Aelio Lamiæ nupta, a Domitiano in matrimonium abducta eſt; ex qua cum in ſecundo Conſulatu filium tuliſſet, alteroque anno conſalutaſſet Auguſtam, eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiauit.

¶ Domitius Dexter, præfectus vrbi ſub Seuero. Spartianus.

M. Domitius M. F. Salius Poſthumæ vxori optimæ ſanctiſſimæq; poſ. Inſcript. ant. pagina 347.

¶ P. Domitius Seuerus, cum matre Domitia Pieride. Ibid. pag. 284.

Cn. Domitius Euphroſynus, cum Flauia Maxima coniuge, pag. 304.

M. Domitius M. F. Priſcus Q. A. IIII. vir A. P. Augur DD. Gratuitus podium cum lorica & aditus viuos fecit. Hæc Inſcriptio extat Mediolani. Ibid. pag. 37.

Domitia Domitiana, refertur pag. 89.

Domitius Domitianus T. F. Rom. auunculus L. Placidi, cum fratre Aluidio, pag. 89.

¶ Domitius Afer Nemauſenſis, ſub Tiberio cœpit inclareſcere, functus Prætura; & Claudia Pulchra Furnioque reis peractis, Tiberius illum ſuo iure diſertum eſſe dixit. Sub Caio reus præter ſpem abſolutus eſt, quod illi accuſanti nihil reſpondiſſet, dicens ſe Caium Oratorem magis quam Cæſarem expaueſcere. Vnde non modo iudicio liberatus, ſed & Conſul renunciatus eſt. Auctor Dion. Scripſit de Teſtibus libros 2. Fabius 4. cap. 7. Sunt & vrbane dictorum ab eodem editi libri. Fabius 6. cap. 4. Mortuus eſt in cœna ex cibi redundantia ſub Nerone, teſte Euſebio. Fabius libro 5. confitetur, ſenem Domitium ſibi adoleſcentulo cultum, ſed priore auctoritate multum imminuta.

De Cn. Domitio Sex. F. Afro vide Orthographiam Manutii in voce, Patricius.

Domitii, Tullus & Lucanus, fratres, ab Afro Domitio adoptati, in nomen & in bona eius ſucceſſerunt. De his videto latius ſcribentem Plinium Epiſtolarum 8. ad Rufinum.

¶ Domitius Marſus, Poeta, citatur Plinio lib. 1. & 33. a Suetonio in libello de cl. Gramat. Scripſit de vrbanitate diligentiſſime, item Epigrammata & opus Amazonidas. Vide Fabium 6. cap. 4.

¶ Domitius Apollinaris, Conſul deſignatus cæſo Domitiano. Plinius Epiſt. 9.

Domitio reſcripſerunt diui fratres. Pandectr. 49. de appell. & rel.

¶ Domitius Inſanus, celebris in vrbe Grammaticus temporibus A. Gellii. Gell. 18. cap. 7.

¶ Domitivs Vlpianvs, Iuriſconſultus ſub Alexandro, cuius tutor fuit, & ſcriniorum magiſter, patria Tyrius, vt ipſe de colonis agens prodidit. Modeſtinus illum verticem legum nobiliſſimũ vocat. Scripſit permulta, quæ a Politiano & Aymaro recenſentur. Flauianum & Chreſtũ interfecit, vt eis ſuccederet, ipſeq; nõ multo poſt a Prætorianis occiſus eſt. ¶ Circumfertur hodie fragmentum regularum eius inter ea veteris iuris monumenta, quæ in opus vnum collegit Iac. Cuiacius.

¶ Domitius Labeo I C. ſcripſit librum epitomarum, & complures libros epiſtolarum.

Domitius Labeo Celſo ſuo S. & Iuuentius Celſus Labeoni ſuo S. Vtriusque epiſtola legitur Pan. tit. 1. l. 27. Idem fors cum ſuperiori I.C.

¶ Domitia Paulina, mater Hadriani Imperatoris. Spartianus.

¶ Domitius Syluanus, floruit ſub Pio, cui is libellum Domitii Syluani, patrui ſui, dedit, cum illi filius, ingenuus iuuenis, raptus atque concluſus, mox verberibus ac tormentis vſque ad ſummum periculum afflictus eſſet. Vlpianus Pan. 48. ad legem Iuliam de vi publ. l. 6.

¶ L. Domitius Gallicanus Papinianus, vir Conſularis, & ſæpius legatus Auguſti. De quo vide Inſcript. ant. pag. 16.

In Plinio eſt, Cn. Domitium quendam iudicem pronunciaſſe, mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſa, viro inſciente: ac dote mulctaſſe, libro 14. cap. 13.

Domitio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 44.

¶ P. Domitius Didymus, curator colon. Auenticenſis, refertur Inſcript. ant. pagina 529.

Domitia Fortunata. Ibidem pag. 372.

Domitia, Rutilii Seueri vxor. Vide Rutilios.

Domitiæ reſcribitur a Gordiano A. 5. Cod. tit. 23.

Domitio ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 43. & 9. Cod. tit. 46.

Domitio Celſo, Vicario, a Conſtantino 1. Cod. de off. diuerſorum iudicum.

Domitio, præfecto prætorio, a Gordiano A. 1. Cod. de officio, qui vicem alicuius iud. vel præf. obtinet.

¶ Domitius Apulus, ſororis filio venenum infudit. Cicero Philipp. 11.

¶ Domitius Sabinus, Trib. mil. ſub Veſpaſiano in bello Iudaico. Ioſephus eius belli lib. 3. cap. 13.

Domitia C. F. Secunda M. & C. Tonaciorum mater.

Domitius Piſo, citatur Plinio in præfatione naturalis hiſtoriæ.

C. Domitius Valens. Inſcript. ant. pagina 370.

C. Domitius Rufinus pag. 396.

C. Domitius Atticus. pag. 391.

¶ Domitianvs, P. P. ſub Conſtantio, cæſus iuſſu Galli Cæſ.

Domitiano reſcribitur a Valeriano & Gall. 4. Cod. tit. 49.

Domitianus, ſub Aureliano iudex in Iconio, ciuitate Iſauriæ.

¶ Domno reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 2.

¶ Domnino ab Ant. A. 5. Cod. tit. 31.

DONATI.

Donatus Numida contra Cæcilianum, Epiſcopum Carthaginenſem, ordinauit Maiorinum, cui ſucceſſit Donatus, vir eloquens. Ab vtroque dicti Donatiſtæ. Auguſtinus de hæreſibus.

Donatus, a caſis nigris primus in vrbe Carthaginenſi altare contra altare erexit. Donatus Carthaginenſis eam hæreſin maxime roborauit. Auguſtinus lib. 2. contra Creſcentium cap. 1.

Donatæ reſcribitur ab Aureliano A. 5. Cod. tit. 3.

Donato ſcribit Fulgentius Epiſcopus.

Donatus Cæſ. Aug. lib. Inſcript. ant. pag. 361, & 455.

Donato reſcribitur ab Antonino A. 4. Cod. tit. 32.

Donato, Proconſuli Africæ, ſcribit D. Auguſt. vt Donatiſtas coerceat, nõ occidat.

¶ Dracilianvs, Præfectus ſub Conſtantino Magno. Niceph. lib. 8. cap. 28.

¶ Dracontio reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 14. Idẽ ſub Diocletiano iudex Ianuariũ, Epiſcopum Beneuentanũ, cũ Soſio Diacono capite trũcauit 19. Nouemb.

¶ Drepanivs Pacatus, ad quem Proconſulem ſcripſit D. Auſonius carmen de ludo 7. ſapientũ. Reſcribitur ei, vt Proconſuli, a Valent. Theod. & Arcad. 9. Cod. ti. 3.

¶ Drvsianvs, Medicus, ſæpe citatur, ac etiam notatur Ioanni Manardo Ferrarienſi in paruam artem Galeni.

¶ Drvsillanvs, Rotundus, ſeruus Claudii Auguſti, diſpenſator Hiſpaniæ citerioris,

citerioris, lancem quingenariam habuit, cui faciũdæ officina prius exædificata fuerat, & comites eius octingentas 58. librarum. Plinius 33. cap. 11.

¶ Dvcennivs Verus, Conſul, memoratur a Celſo, vt cui pater in conſilio fuerit. ff. 31. de legatis & fideicōmiſſis, l. 29.

Ducennius Geminus, præfectus vrbi ſub Galba. Tacitus.

DVELLII.

Duellios inuenio patricios partim, partim plebeios fuiſſe.

Cæſo Duellius, x. vir per biennium cum Appio, mulctatur exilio cũ ceteris. Liuius 3.

M. Duellius, Trib. pl. factus, quo tempore tributis comitiis 5. primum Tribuni creati ſunt. Appio Claudio legem Agrariam acerrime impugnanti diem ad populum dixit. Liuius in fine 2.

M Duellius, alius a ſuperiori, Tribunatum plebis ante creatos x. viros inſignem geſſit. Quod autem in Decemuiralibus certaminibus plebi non defuiſſet, creatus eſt iterum Trib. pl. ſimularque abrogatum x. viris imperium eſt. Idem moderationis autor fuit, ne libertate ſua plebs abuteretur, eoque ipſo anno poſt punitos vel morte vel exilio x. viros, nec diem dici cuiquã, nec in vincula duci quemquam ſepaſſurum dixit. Liuius 3. Dionyſius 11. Cum collegæ continuare magiſtratum vellent, reſtitit, ac 5. tantum Tribunis creatis, a quibus cæteri cooptarentur, magiſtratu abiit, pariter patribus plebique gratus. Liuius ibidem.

M. Duellius, Tribunus pl. anno V. C. CCCXCVIII. legem pertulit cum collega L. Menenio de vnciario fœnore, patribus non perinde lætam: plebs eam aliquanto cupidius ſciuit accepitque. Liuius 7.

C. Duellius, vnus ex v. viris menſariis anno V. C. CCCCIII. cum ære alieno ciuitas laboraret. Liuius cōmeritos omnes cura ſua & æquitate ait, vt per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. Fuere autem hi: C. Duellius, P. Decius Mus, pater, M. Papyrius, Q. Publius & T. Aemilius. Liuius 7.

Cæſo Duellius, Conſul vna cum collega L. Papyrio Craſſo Auſones & Sidicinos prælio fudit, ann. V. C. CCCCXIX. Liuius 8. Caſſiodorus illi cognomen Heluę tribuit.

C. Dvellivs, Conſul anno V. C. CCCCXCIII. aduerſus claſſem Pœnorum proſpere pugnauit, primusque omnium Romanorum ducum naualis victoriæ triumphum duxit, eſtq; ei perpetuus eo nomine honos habitus, vt reuertenti a cœna tibicines canerent, & funale præferretur. Liuius lib. 17. Cicero in Catone maiore, Valerius Max. 3. cap. 6. Plinius de viris illuſtribus, Silius in fine 6. Florus 2. cap. 2. Struxit templum Iano apud forum holitorium. Cornel. Tacitus libro 2. Vxor illi fuit Bilia, quemadmodum habet Plutarchus. Cicero in Oratore ad Brutum per contractionem nominis pro Duellio Dellium nominatum tradit, cum ſuperiores ſemper Duellii nominati forent.

¶ Dvlcio reſcribitur ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 35.

¶ Dvlcitivs, Tribunus & Notarius Imp. executor in Africa imperalium iuſſionum contra Donatiſtas. Auguſtinus retractationum 2.

¶ L. Dvrivs, Medicus, ſubito mortuus, dum mulſi potionem haurit. Plinius 7. cap. 53.

DVRONII.

Duronia, mater P. Ebutii, vxor T. Sempronii Rutilii, qui filium Bacchanalib. initiatum volens, cauſam præbuit, vt ex omni Italia ea ſacra tollerentur. Liuius 39.

L. Duronius, Prætor ann. V. C. DLXXIII. Apuliam prouinciam ſorte accepit, adiecti Hiſtri, & quæſtio de Bacchanalibus, cuius reſidua quædam incendia ſuperiori anno apparuerant. Sequenti anno ex Illyrico cum decem nauibus Brunduſiũ reuerſus, naues ibidem in portu reliquit. Ad vrbem cum veniſſet, inter exponendas res, quas geſſiſſet, in regem Illyriorũ Gentium omnis latrocinii maritimi cauſam coniecit. Vide Liuium 40.

M. Duronius, Trib. pl. legem de coercendis conuiuiorum ſumtibus abrogauit. Hac de cauſa a M. Antonio & L. Flacco, Cenſoribus, Senatu motus eſt. Valerius Max. 2. cap. 4. Eam iniuriam vlciſci volens, M. Antonium etiamnum Cenſorem de ambitu poſtulauit. Cicero de Orat. 2.

C. Duronius, T. Annio Miloni amiciſſimus. Cicero ad Atticum 5.

C. Duronius Martialis V. F. ſibi & Proculeiæ Proclæ coniugi ann. 30. & C. Duronio Vrſino. F. ann. 30. Hæc inſcriptio extat in Græcio Stiriæ, teſte Appiano Inſcript. ant. pag. 389.

E.

EBVTII.

T. Ebutius Helua T. F. teſte Dionyſio lib. 6. Conſul ann. V. C. CCLV. ac eodem anno M. Equitum dictus ab A. Poſthumio Dictatore, triumphauit cum eodem de Latinis, ad lacum Regillum profligatis. Liuius 2.

L. Ebutius Helua, Conſul ann. V. C. CCXCI. deceſſit peſte, quæ tunc grauiſſima extitit.

M. Ebutius Helua, Triumuir coloniæ Ardeam deducendæ, metuens vexationes Tribunorum, iam die ipſis dicta, quod agrum Ardeatibus reddidiſſent, quem populus ſuum iudicaſſet, cum collegis inibi colonus adſcriptus remanſit, anno V. C. CCCXIII. Liuius 4.

M. Ebutius Helua, Prætor ann. V. C. DLXXXVI. Siciliam prouinciam ſortitus eſt, cum decem ante annis Trib. militum fuiſſet. Liuius 41. & 44.

¶ Poſthumius Ebutius Cornicen, Conſul ann. V. C. CCCXIII. conſilium reddendi Ardeatibus agri cum Fabio Vibulano collega enixe iuuit. Septimo poſt anno M. Equitum fuit Dictatori Q. Seruilio, cum captæ ſunt Fidenæ. Liuius lib. 4.

¶ T. Ebutius Carus, Triumuir coloniis deducendis Mutinam & Parmam, anno V. C. DLXXI. Sexto anno poſt Prætor Sardiniam tenuit, quam barbaris occupãtibus, Senatum eius rei certiorē per filium fecit. Liuius 39. & 41. Idem x. vir agris diuidendis fuit ann. DLXXXI: Etſi ibi mendoſe, vt opinor, Parrus vocatur.

Ebutia, L. Menenii Agrippæ coniunx. Valerius 7. cap. 8.

Sex. Ebutius, accuſauit A. Cæcinam, defendente Cicerone, vir nefarius & impudens.

M. Ebutius, Falcidii affinis tempore Ciceronis. Vide orationem pro L. Flacco.

¶ Ebutius Liberalis, ad quem ſcripſit Seneca 7. libros de beneficiis.

P. Ebutius P. lib. Memmio Aug. ſibi & Ebutiæ M. lib. liberæ & delicatæ ſuæ T. F. Io. Inferno. Hæc inſcriptio extat Taurini in Italia, teſte Dominico Machaneo.

¶ Ebutius Decadarchus, vir fortiſſimus, & multis prælüs ſpectatus, periit in oppugnatione Gamalenſium ſub Imperatore Veſpaſiano. Ioſephus lib. 4. cap. 1.

¶ EBVTIANVS, Præf. præt. occiſus a Commodo. Lampridius.

EGNATII.

Egnatius Mecennius, vxorem, quod vinum bibiſſet, fuſte occidit. Plinius 14. cap. 13. Apud Valerium lib. 6. cap. 3. non Mecennius ſed Metellus vocatur.

Cn. Egnatius, filium alterum exhæredauit, alteri alieniſſimos homines cohæredes iunxit. Ipſe a Lentulo & Gellio Cenſoribus, Senatu motus eſt, retento in eo honore filio, quem exhæredàrat. Cicero pro A. Cluentio.

¶ L. Egnatius Rufus, Eques Romanus, cuius negotia Cicero commendat Q. Gallio, Proconſuli Ciliciæ, Epiſtolarum 13.

Egnatius Rufus, collecto in Aedilitate populi fauore, extinguendis priuata familia incendiis, Præturam Aedilitati coniunxit, ac mox Conſulatus petitor, ob nefaria in Auguſtum conſilia cum conſciis punitus eſt. Paterculus volum. poſteriori pag. 798. & ſeq. Dion lib. 53. Suetonius capite 19.

¶ Q. Egnatius Maximus, ſynchronus Ciceronis, cuius meminit ille in Epiſtolis ad Atticum 13. & 14.

L. Egnatius cum 300. equitibus, quibus ipſe præerat in bello Parthico, arrepta fuga, Craſſum Imperatorem ſuum deſeruit. Plutarchus in Craſſo.

Egnatii, pater & F. proſcripti a Triumuiris, mutuis vulneribus interiere. Appianus 4.

P. Egnatius, cliens Sorani, ſub Nerone

ipſum

ipſum patronum afflixit, pecunia inductus, homo ſub pallio Stoico animum perfidioſum ac ſubdolum vna cum auaritia & libidine occultans. Vide Tacitum 16. & Iuuenalem Satyra 3.

¶ M. Egnatius Caluinus, præf. Alpium. Plinius 10. cap. 48.

¶ Egnatius Feſtus, Aedilis ſub Antonino Pio, cui ludos edenti plebs vrbana ad ſtatuam ponẽdam pecuniam obtulit. Verum is honore contentus, impenſam remiſit, & impetrata venia ab ordine Peruſinorum, opt. maximoque principi de ſua pecunia poſuit. Hæc ex inſcriptione vetuſta, quam exſtare Peruſii teſtes ſunt Marius Catanæus & P. Apianus pag. 176.

¶ Egnatius Capito, Conſularis, occiſus a Commodo Imp. Lampridius.

Egnatius, Poeta, citatur a Macrobio Satur. 6. vt ex quo Virgilius multa mutuatus ſit.

¶ Egnatia Maximilla, ſub Nerone maritum ſuum in exilium ſecuta. Corn. Tacitus in fine 15.

¶ Egnatia Thalluſa, refertur inſcript. ant. pag. 305.

C. Egnatius Secundus haræ Mineruæ libes. Hæc inſcriptio extat Iaderæ in ſtatua Mineruæ lapidea.

¶ Statius Egnatius, Samnitum dux, inter confligendum a captiuis Rom. captus & ad L. Volumnium Conſulem equo inſidens raptus eſt, ann. V. C. CCCCXXXVII.

Gellius Egnatius, Samnitum dux, cecidit in aciȩ, contra Fabium Rullianum Cos. pugnans, ann. V. C. CCCCLVIII.

Marius Egnatius, bello ſociali fortiſſimus hoſtium dux, cæſus eſt a Coſconio & Luceio. Liuius lib. 75.

Egnatia L. F. primigenia, vxor Nouellii Aequalis, inuenitur in memoriis Mediolan. pag. 36.

Vlpius Egnatius Fauentinus V. C. Augur &c. quæratur apud Manutium in Orthographia in voce, Hecate.

¶ L. EGNATVLEIVS, Quæſtor & dux 4. legionis, ſigna ad C. Cæſarem Octauianum tranſtulit. Cicero Philip. 3. & 4.

Egnatuleius Honoratus, occiſus a Seuero Imperatore. Spartianus.

ENNII.

¶ De Rudiis, Ennii patria, plenius Notæ Fului Vrſini in opera Ciceronis pag. 221.

Q. ENNIVS, Poeta, natus Tarenti, teſte Euſebio (Strabo lib. 6. Silius & Mela, cum Rudiis, quæ Salentinorum vrbs eſt, genitum tradunt) per M. Catonem Quæſtorem translatus eſt in vrbem, Sardinia deuicta. Habitauit in monte Auentino, paruo ſemper & vnius ancillæ miniſterio contentus. Tanta ei ſiue parſimonia ſiue paupertas fuit. Scipioni Africano cum primis familiaris fuit, eumque in bellis ſemper comitatus eſt, ſic ab eo viciſſim honoratus, vt ſtatuam Ennii imponi ſepulchro ſuo iuſſerit. Vnde Ouid. libro 3. de Arte:

¶ Cicero pro Archia, Plinius 7. cap. 30. Liuius li. 38. Solinus cap. 6. Valerius lib. 8. cap. 15.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Eandem cum Naſica neceſſitudinem eius demonſtrat locus Ciceronis libro 2. de Oratore. Sed & M. Fuluium Nobiliorem, cuius filium erudiit, in Aetoliam ſecutus eſt. Diciturque Catonem iam ſenem literas Græcas docuiſſe. Primus autem amæno detulit ex Helicone perenni fronde coronam, ſecundum Lucretium, & cum hȩdera coniunxit laurum victoriam, vt Claudianus. Scripſit enim annales P. R. & bellum Punicum ſecundum, præterea Tragœdias, quæ ſimul omnia perierunt, tantum fragmenta quædam & ſententiæ crebriores extant apud Ciceronem, Lactantium, Gellium & Macrobium: qui etiam quæ Vergiliana ex illo ſint ſumpta, prodit. Ouidius vt ingenio maximum, ita rudem arte fuiſſe ſcriptum reliquit. Ipſe tria ſe habere corda dicere ſolebat, quod ſciret Latine, Græce & Oſce. Se quoque quintam eſſe ex Euphorbo Troiano animam, quæ ex illo in Homerum, deinde in Pauonem, mox in Pythonem, poſtremo in ſe demigrârit. Deceſſit articulari morbo ſeptuagenario maior Olympiade 153. vt eſt apud Euſebium, cuius tumulo inciſum hoc epitaphium, ab ipſo conditum, memorat Tuſculan. lib. 1. Cicero:

Aſpicite ô ciues ſenis Ennii imaginis formam,
Hic veſtrûm finxit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis decoret, neq; funera fletu
Faxit. cur? volito, viuus per ora virûm.

Citantur eius apud Nonium, Medea, Menalippa, Hecuba, Hectoris lytra, Ambracia, Telamõ, Achilles, Thyeſtes, Alcmęon, Creſphontes, Cupiũcula &c. apud Feſtũ Pomp. Erechtheus, Alexander, Iphigenia, Andromeda, Telephus, Andromacha, Aiax, Aſota: & apud Macrobium Sabinarum quartus. ¶ Fragmentũ Sex. Pompeii ex Ennii Erechtheo hæc habet: Lapideo ſunt corde multi, quos non miſeret

neminis. Et Auguſtinus de C. D. libro 2. cap. 21. hunc ex illo verſum adducit:

Moribus antiquis res ſtat Romana virisq́.

In quem locum Viues commentans, in animo ſibi fuiſſe dicit, fragmenta Ennii e vatiis ſcriptoribus colligere, & in vnum veluti corpus diſperſa redigere. Plura de Ennio Suidas.

¶ Præſtitit hanc operã Robertus Stephanus fragmentis illis ab Henrico Stephano euulgatis.

Ennius, Grammaticus, alius a ſuperiore, ſcripſit de augurandi diſciplina, item de literis, ſyllabis & metris, vt tradit Suetonius Tranquillus ex L. Cottæ ſententia.

¶ M. Ennius Flaccus, Ciceroni fidiſſimus, Epiſtolarum 14.

¶ M. Ennius Mundus, refertur Ciceroni ad Atticum 15. pag. 589. Citatur & Mundus Plinio lib. 1.

Ennius quidam egens calumniator apud Ciceronem pro A. Cluentio.

C. Enniæ P. Rubrius Celer vxori cariſſimæ, pientiſſimæ, cum qua vixi annis 43. Men. 8. ſine querela S. M. P. opto valeas qui legis. Hæc inſcriptio extat apud Io. Tortellium.

Ennia, Macronis Præfecti præt. ſub Tiberio coniunx. Tacitus in fine 5.

Ennia P. l. Veneria, refertur in memoriis Venetorum. Inſcript. ant. pag. 324.

T. Ennius T. L. Amantius cum T. Annio F. memoratur in antiquis inſcriptionibus, ibidem pag. 479.

¶ EMERITO reſcribit Gordianus A. 4. Cod. tit. 3.

Emeritus, Donatiſtarum Epiſcopus, apud D. Auguſtinum.

¶ EPAGATHO reſcribitur ab AA. & CC. 4 C. tit. 65.

EPAPHRADITO ab Antonino A. 5. C. tit. 31.

¶ EPICTETO ab AA. & CC. 5. Cod. tit. 38.

¶ EPICVRIO a Vero & Antonino de ſuſpect. tutor. & curator.

EPIGONO ab AA. & CC. 5. Cod. tit. 18.

M. EPIVS, Pompeianus, refertur belli ciuilis commentar. 5.

EPIDII.

Epidius Marullus, Trib. pl. cum Ceſetio Flauo, quod ſtatuæ Cæſaris coronam lauream, quæ candida faſcia præligata eſſet, impoſitam iniquius ferentes, & coronæ faſciam detrahi, & hominem in vincula duci iuſſiſſent, poteſtate vterque priuatus eſt. Suetonius & Plutarch. in Cæſ. Appianus lib. 2. bell. ciuil. Dion lib. 44. Valerius lib. 5. cap. 7.

C. Epidius, ſcripſit de oſtentis. Citatur Plinio lib. 17. cap. 25. plerique hunc eſſe Grammaticum illum volunt, de quo eſt apud Sueton. Tranquillum.

EPRII.

Eprius Marcellus, eiurata per D. Syllanum, Claudii generum, prætura, in reliquũ diem eo honore euectus eſt, homo acris eloquentiæ, & multis delationibus ſuis exitiabilis. Vide Corn. Tacitum lib. 12. 13. 16. 18. 20.

L. Eprius Chilo viator Trib. pl. refertur in monumentis Italicis. Inſcript. ant. pag. 191.

EQVITII.

L. Equitius, Gracchi ſe filium eſſe ſimulauit, Tribunatumque aduerſus leges cum L. Saturnino petebat. Quem a C. Mario, tum v. Conſule, in publicam cuſtodiam ductum, populus clauſtris carceris conuulſis, raptum humeris ſuis, per ſummam animorum alacritatem reportauit. Idem populus Q. Metellum Cenſorem, quod ab eo tãquam Gracchi filio cenſum recipere nollet, lapidibus proſternere conatus eſt. Semproniam etiam, Gracchorum ſororem, in forum productam, Equitio, cui Semproniæ gentis falſum ius quærebatur, oſculum tanquam Tib. fratris filio dare ſummis clamoribus imperauit: quem etſi illa conſtanter a ſe repelleret, populus tamen in furore perſiſtens Trib. pl. creauit. Vide Valerium lib. 3. cap. 8. lib. 9. cap. 7. ac 16. Plinium de viris illuſtr. Appianus lib. 1. de bell. ciuil. lib. primo initi magiſtratus die cæſum tradit.

L. Equitius, Conſul ann. V. C. MCXXVII. collega Gratiani Imperatoris in tertio illius Conſulatu. Sub Iuliano & Iouiniano præfuit Illyrico. D. Hieronymus auaritiæ & prouinciarum compilationis illum notat.

¶ ERCISCO reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 24.

¶ EREMONIÆ ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

ERVCII.

C. Erucius, accuſator Sex. Roſcii Amerini, quem Cicero vt incerto patre natum miris ſalibus perſtringit, Roſcium aduerſus illum defendens: quæ oratio inter ceteras extat.

¶ Erucius Clarus, præfectus vrbis & bis Conſul ſub Hadriano & Pio, Principibus, vir morum literarumque veterũ ſtudioſiſſimus, familiaris Sulpitio Apollinari, quem

ri, quem Gellius adoleſcens ſectari ſolebat. Huius arbitramur filium fuiſſe, quem occidit Seuerus Imperator, & ad quem ſcripſiſſe D. Antoninum refert Iulianus Pan. 1.

P. Erucius, citatur C. Plinio lib. 19. vt indicat primus, citatos quoque libros ſcriptoris indicans. Malo autem legere P. Erucius, quam quomodo codices excuſi habent, Peritius.

¶ ESERNINVS, de quo Lucilius Satyrarum lib. 4. citante Nonio Marcello:

Eſerninus fuit flacco ore, vna equidem
Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus, locoque
Cum Pacidiano componitur, optimus multo
Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus.

¶ EVAGRIVS, præfectus præt. Conſtantini A. cui reſcribit ille 1. Cod. de Iudæis & Cælicolis, & 11. Cod. tit. 31.

¶ EVANGELO reſcribitur ab Alexandro A. 6. Cod. tit. 56.

¶ T. EVARISTVS, citatur Pan. 36. ad S C. Trebell. l. 16.

¶ EVDOXIO reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 24.

¶ EVELPISTO ab AA. & CC. 5. Cod. tit. 34. Reperitur id cognomē in Claudiis.

¶ EVGENIO ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 35.

Eugenio, præf. præt. a Gratiano, Valent. & Theod. AAA. 1. Cod. de mandatis principum.

Eugenius, tyrannus, victus a Theodoſio Imperatore. ¶ Vide Carolum Sigonium lib. 9. de imperio occident. & Onuphrium Panuinium.

Eugenius, vir ſanctus, Epiſcopus Carthaginenſium perſecutione Vandalica. Vide Victoris cōmentarios & Apoph. noſtra.

¶ EVMENIVS, Rhetor, & ſacræ memoriæ magiſter in aula Conſtantii Cæſ. ab eodē ſcholæ Cliuienſium præficitur. Oratio eius pro ſcholis inſtaurandis coram præſide Galliæ habita, legitur hodie inter veteres Panegyricos.

¶ Eumenidi reſcribitur a Gordiano Aug. 4. Cod. tit. 3.

¶ EVOCATO reſcribitur ab Anton. A. 4. Cod. tit. 32.

¶ EVODIÆ ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 44.

Euodio ab iiſdem 8. Cod. tit. 14.

¶ EVPHEMIVS, præſes Aquileiæ fuit ſub Dioclet. & Max. AA. Liber τῶν ἁγίων 11. Iunii.

EVPHEMIO reſcribitur ab Alexandro A. 5. Cod. tit. 12.

¶ EVPREPIO a Philippo A. 9. Cod. tit. 34.

EVRYMEDONTI ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

EVSEBIO ab iiſdem 4. Cod. tit. 49.

¶ EVTROPIO, præf. præt. reſcribitur a Gratiano, Valent. Theod. AAA. 5. Cod. de ſponſalibus & arris ſponſaliciis. Item ſi rector prouinc. &c.

EVTROPIVS, vir Conſularis, ad Valentem A. ſcribit. Præfectus equitum ſtipendia fecit ſub Conſtantio & Iuliano.

¶ EVTYCHIÆ reſcribitur ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

¶ EVTYCHIANO reſcripſit D. Marcus Pan. 1. de adopt. & emancipat.

Eutychianus κωμάζων, præfectus præt. & Conſul non ſemel ſed iterum ac tertio factus ſub Heliogabalo.

Eutychiano liberto reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 57.

Eutychiano ibidem ab AA. & CC. tit. 3 e. & Eutychianæ tit. de rebus creditis.

Aliū Eutychiano, præfect. præt. ab Arcadio & Honor. AA. 5. Cod. de nuptiis.

¶ EVTYCHIDES, memoratur 4. ad Att. 14.

¶ EXPEDITO reſcribitur ab Alexandro A. 6. Cod. tit. 23.

¶ EXVPERANTIO militi ſcribit Hieronymus per Quintilianum fratrem.

¶ EXVPERIVS, vnus ex ducibus legionis Thebeæ.

Exuperius, Epiſcopus.

F.

FABERII.

Q. Faberius, citatur Ciceroni ad Atticum 13. 14. & 15.

· Faberius, ſcriba Cæſaris Dictatoris. Meminit eius Appianus 3. & Macrobius.

FABII.

Fabii gentis ſuæ auctorem dixere Herculem, quem ferunt cum Euandri filia, ſeu vt quidam, cum virgine indigena concumbentem genuiſſe Fabium, a quo deinde Fabiorum familia deſcenderit. Hoc conſtat, gentem Fabiam hæreditaria ſacra Herculis habuiſſe. Vnde eſt, quod Q. Fabius Maximus, cum Tarentum ab hoſtibus recepiſſet, Herculis ſignum inde tranſlatum in Capitolio dedicauit. Sunt qui Fabios ab agrorum foſſione Fodios primũ appellatos, deinde mutatis duabus litteris Fabios dictos, memoriæ prodidere. Silius Italicus lib. 6. ptiori ſententiæ ſuffragatur, Ouidium & Iuuenalem ſecutus. In hac gente notabile eſt, tres continuos principes Senatus extitiſſe. Plinius 7. capite 41. Idem pagi Fabiani meminit in agro Sulmonenſi lib. 17. cap. 26. in fine.

¶ Vide Sex. Pompeii li. 6. Plutarchũ in Fabio Max.

Fabius, Romuli dux, occidit Remum, vt vult Euſebius.

Q. Cæſo, M. Fabii Vibulani, ftatres, Cæſone patre nati, ſeptem continuis annis viciſſim ſibi ſuccedentes, Conſulare munus obtinuere. M. in 2. conſulatu egregia victoria vicit Hetruſcos. Triumphum tamen oblatum, ob mortem Q. fratris & Cn. Manlii collegæ, qui ambo in ea pugna ceciderant recuſauit. Liuius 2. Valerius Max. 5. capite 5.

CCCVI. Fabii, duce Cæſone Fabio Vibulano, Conſule tum III. in Veientes profecti, quos ſibi hoſtes pro republ. priuato nomine deſumſerant, cum ſæpe feliciter pugnaſſent, tandem inſidiis circumuenti, ad vnum omnes cæſi ſunt, vno prope pubere domi relicto, a quo deinceps genus propagatum eſt. Sic Liuius 2. Auctor de viris illuſtrib. & Ouidius Faſtor 2. At Dionyſius 9. recte fabulam & nugamentum eſſe docet, hunc tantum, & quidem in cunis puerum, Fabiæ ſtirpis relictum credi, cum ex tam numeroſa proſapia perplures impubis ætatis ſupereſſe neceſſum fuerit.

Q. Fabius M. F. (eius, inquam, qui Cæſone patre natus, fratres Q. & Cæſonem habuit) Vibulanus, extinctæ ad Cremeram genti ſuperſtes, tres conſulatus geſſit, & præfecturam vrbis abſentibus Conſulibus. In tertio Conſulatu Aequos vicit, deque iis triumphauit, vir egregius domi militiæque. Poſtea tamẽ quam eſt factus Decemuir, ita in eo honore mutatus eſt, vt Appii quam ſui mallet eſſe ſimilis. Exilio itaque patriam mutare coactus eſt, bonaque in publicum redacta. Liuius 3. Dionyſius 9. Meminit Sex. Pompeius lib. 12. quem locum aſcribere placuit: *Numerius prænomen*, inquit, *numquam ante in patricia familia fuiſſe dicitur, quam is Fabius, qui vnus poſt ſex & trecentos, ab Hetruſcis interfectos, ſuperfuit, inductus magnitudine diuitiarum, vxorem duxit Otacilii Maleuentani, vt tum dicebantur, filiam, ea conditione, vt qui primus natus eſſet, prænomine aui materni Numerius appellaretur.*

M. Fabius Vibulanus, Conſul cum Ebutio Cornicine, ann. V. C. CCCXIII. Hunc arbitror decemuiri fratrem fuiſſe, potius quam filium, dictumq; primum omnium Ambuſtum, licet id Liuius non tradat. Nã quod vnus Q. ex tota gente ſuperfuiſſe tantum legitur, ſic accipio, illum pubertati proximum tantum in oculis fuiſſe populo, cum ceteri infantes, aut minus adulti, velut non nati eſſent, ignorarentur.

M. Q. Cn. Fabii Vibulani, x. viri filii, quorum M. Trib. mil. Conſulari poteſtate fuit ann. V. C. CCCXXII. & iterũ CCCXL. Q. conſul ann. CCCXXXII. Trib. militum Conſulari poteſtate CCCXLI. & iterum CCCXLVIII.

CCCXLVIII. Cn. Conſul an. CCCXXXIIII. qui victis Aequis, de iiſdem ouans vrbem ingreſſus eſt.

Q. C. Cæſo, Fabii Vibulani Ambuſti, M. Ambuſti filii. Ex his Q. Conſul fuit an. V.C. CCCXLIII. C. Quæſtor triennio poſt, demũ omnes Trib. mil. Conſul. poteſtate, quo anno Roma capta eſt, nempe CCCLXV. Cui calamitati magnam cauſam præbuere, contra ius gentium in hoſtem pugnando, cum legati eſſent. Quintum mors iudicio ſubtraxit. Liuius 5. & 6.

M. Fabius Ambuſtus, fors Q. F. bis Trib. mil. ter Conſul, Dictator & M. Equitum fuit. Ex primo conſulatu, cæſis Hernicis, ouans vrbem ingreſſus eſt. In ſecundo ſuperauit Faliſcos & Tarquinienſes. In tertio triumphauit cum collega T. Quintio de Tarquinienſibus, quorum tum ex nobiliſſimis Romæ CCCLVIII. in medio foro virgis cæſi, ac ſecuri percuſſi ſunt, idq; pro ſcelere, quo CCCVII. Rom. milites captos immolârant, pœnæ redditum. Ex duabus filiabus alteram Licinio Stoloni, alteram A. Sulpitio patricio coniugem dedit. Quæ Stoloni nupta fuit, irriſa a ſorore, maritum impulit, vti legem de cõmunicando plebi Conſulatu ferret, tulitq; adiuuante ſocero, & prim⁹ ex plebe Cõſ. fact⁹ eſt. Liu. 6. & 7.

C. Fabius Ambuſtus, Conſul an. V. C. CCCXCVII. infeliciter cum Tarquinienſibus pugnauit, ſuntq; CCCVII. milites Romani capti a Tarquinienſib. & immolati.

Q. Fabius Ambuſtus M. Equitum ann. V.C. CCCCXI. deinde Dictator ipſe comitiorum cauſa dictus, ann. CCCCXXXII.

Q. FABIVS MAXIMVS, M. Fabii Ambuſti, ter Conſulis & Dictatoris F. Magiſter Eq. a Dictatore Papyrio pene ſecuri percuſſus eſt. Poſtea Dictator & quinquies Conſul creatus, tres triũphos duxit. Cenſor forenſem turbam omnẽ in tribus coniecit 4. casq; vrbanas appellauit. Inde primus omniũ Fabiæ gẽtis Maximi cognomen adeptus eſt. Cenſor iterũ fieri noluit. Equitum tranſuectionẽ, quæ fieret idibus Quintilibus, inſtituit. Vide Liuium, Plinium in viris illuſt. Valerium Max. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 2. lib. 4. cap. 1. lib. 5. ca. 7. Oroſium &c. Plerique hunc Rullianum, Plutarchus Rullum vocat. Liuius fratres ei fuiſſe ſcribit M. Cæſonem, & ex matre C. Claudium.

Q. Fabius Maximus, Gurges dictus, ob deuoratum patrimoniũ, cuius infamiam rebus poſtea præclare & cum virtute geſtis ſuſtulit. Conſul anno V. C. CCCCLXI. aduerſus Samnites male pugnauit. Verum cum illi pater legatus iret, cæſis eisdem, triumphauit. Iterum Conſul, & quemadmodum pater & auus, princeps Senatus extitit, quod Plinius in rara felicitate commemorat lib. 7. cap. 41. De legatione eius ad Ptolemæum & abſtinentia, Valerius lib. 4. cap. 3. de bello cum ſeruis Volſinienſibus Florus libro 1. cap. 21. Zonaras Tom. 2.

Q. FABIVS MAXIMVS, ab obtrectatoribus dictus CVNCTATOR, a verruca in labris, VERRVCOSVS: a clementia morũ OVICVLA, vt Plinius de viris illuſt. pag. 435. & 450. triumphauit de Liguribus, Hannibalem mora fregit, Conſulatus quinq; geſſit, ſed & Dictator aliquoties & princeps Senatus fuit. Vide Ciceronem in Catone, Liuium, Plinium, Valerium & Plutarchũ, qui tradit illum a Q. Fabio Maximo Rullo quartum fuiſſe, illumque proauum habuiſſe. Augur fuit 63. annis. Plinius 7. capite 48. Donatus eſt a S. P. Q. R. corona graminea, Hannibale ex Italia pulſo. Plinius 22. cap. 5. Elogium eius reperitur in Antiquitatibus Fabricii pag. 50. Meminit Q. Serenus ſic canens: Interdũ exiſtit turpi verruca papilla: Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæſit, Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rem.

Q. Fabius Maximus, Cunctatoris F. Aedilis, Prætor & Conſul ann V. C. DXII. Augur in locum patris ſuffectus eſt. Pater legatus filio, cum ad illum in caſtra veniret, nec a lictoribus verecundia maieſtatis eius ſummoueretur, ille proximum lictorem animaduertere iuſſit, qui vbi, vt deſcenderet equo, inclamauit, deſiliens pater: *Experiri, inquit, volui, fili, ſatin' ſcires Conſulem te eſſe.* Liuius 24.

M. Fabius Max. & ipſe Cunctatoris F. & Conſularis, viuente adhuc patre mortuus: cuius mortem ille magno animo tulit. Cicero in Catone maiore.

Q. Fabius Maximus, Augur, mortuus admodum adoleſcens, priuſquam vllum magiſtratũ caperet, ann. V. C. DLVIII. L. Furio M. Marcello Coſſ. Filium opinor Q. vel M. fuiſſe, Cunctatoris nepotem.

Q. Fabius Max. Aemilianus, L. Pauli F. Scipionis Africani frater natu maior, Conſul fuit ann. V. C. DCIX. adoptatus, vt arbitror, a quopiam ex Cunctatoris nepotibus.

Q. Fab. Max. Allobrogicus, Q. Maximi Æmiliani F. Pauli N. Conſul an. V. C. DCXXXIII. apud flumen Iſaram prælio commiſſo aduerſus Allobrogum gentem, Aruernorumque regem, Bituitum, ad 6. ¶Florus 16. Oroſius 5. cap. 14. Idus Auguſtas, 130. millia perduellium cecidit, qua quidem in pugna quartana febri liberatum illum auctor eſt Plinius libro 7. cap. 50. Idem lib. 33. cap. 11. primum omnium mille pondo argenti habuiſſe ſcribit. Appellat autem illum Scipionis Aemiliani fratrem, ſed male, cum eſſet fratris filius. De eodem Valerius lib. 6. cap. 9.

Q. Fabius Maximus Seruilianus, frater Q. & Cn. ſed adoptatus in gentem Fabiã, Conſul fuit an. V. C. DCXII. Florus epitomæ Liuianæ lib. 54. ſcribit illum, rebus in Hiſpania proſpere geſtis labẽ impoſuiſſe, pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Fuit & Cenſor ac item Pontifex. Macrobius librum illius 12. de feriis citat. Valerius auctor eſt, pœnas illum a filio dubiæ caſtitatis exegiſſe, & punito pependiſſe voluntario ſeceſſu patriæ conſpectum vitando, lib. 6. cap. 1. Oroſius lib. 5. cap. 4. quingentis principibus Hiſpanis, deditionis iure inuitatis, manus præcidiſſe tradit. Idem docent Appianus Iberico, Valerius lib. 2. cap. 2. Frontinus lib. 4. cap. 1.

Q. Fabius Maximus, Allobrogici F. adoleſcens perditus ac infamis fuit, cui Q. Pompeius, Prætor vrbanus, paternis bonis interdixit. Valerius 3. cap. 5. Cicero Tuſculanarum primo.

Q. Maximus, dictus Eburnus propter candorem, & pullus Iouis, quod eius natis fulmine icta erat: nam veteres puerum, quem quis amabat, pullum eius nominabant. Auctor Sex. Pompeius lib. 14. item Arnobius libro 4. aduerſus gentes. Conſul fuit anno V. C. DCXXXVIII. Arbitror Maximi Seruiliani fuiſſe filium. Quintilianus Declamat. 3. ſcribit, illum cognita cauſa domi filium impudicum necaſſe. At hoc ipſum de patre Seruiliano memorat Valerius lib. 6. cap. 1.

Q. Fabius Maximus, quod filium rus relegatum occidiſſet, accuſante Cn. Pompeio, damnatus eſt. Oroſius 5. cap. 16. Meminit Q. Maximi exulis Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo.

Q. Maximus, accuſauit C. Antonium. Cicero in Vatinium. Neſcio num idem ſit, qui Conſul fuit ſub Dictatore Cæſare, & qui obiit in eodem honore. Cicero epiſtolarum 7. ad Curium. Vide noſtras annotationes. Extat in hũc iocus apud Quintilianum 6. cap. 4. vt liquet ex Dione. Nam Chryſippus, cũ in triumpho Cæſaris eburnea oppida translata eſſent, & poſt paucos dies Fabii lignea, thecas iſſe ait oppidorum Cæſaris. Suffectum illi tradit Plinius M. Orellium, cum alii Caninium malint, 7. cap. 53.

Fabius Maximus ſub Auguſto principe, qui incuſans illius congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem; heminaria eſſe dixit. Quintilianus libro ſexto, capite 4.

Paulus Fabius Maximus, Conſul ſub Auguſto anno V. C. DCCXLIII. In Caſſiodoro P. prænomen eſt, malim eſſe Q. Hic eſt, ad quem ſunt elegiæ Ouidii in libris de Ponto & Triſtium, cui vxor fuit Martia, valde ab Ouidio laudata. Arbitror hunc eundem cum ſuperiore. Vide Cuſpinianum pagina 343. ¶De Maximi huius interitu pleniſſime Plutarchus περὶ ἀδολεσχίας, niſi quod perperam Fuluium vocat. De eadem tragœdia Plinius: *Iuxta hæc*, inquit, *abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionem, deſiderium poſt relegationem; inde ſuſpicio in Fabium, arcanorumque proditiones* &c.

Q. Fabius Maximus Q. F. Conſul ſub Auguſto anno V. C. DCCXLIIII. cum Iulio Antonio. Meminit Seneca in Claudio cap. 2.

M. Fabio C. Iulius Hyginus, Auguſti lib. Aſtronomicon ſuum nuncupauit.

Fabius Perſicus, Conſularis. De hoc Seneca in de beneficiis 4. cap. 30. *Quid nuper*, inquit, *Fabium Perſicum, cuius oſculum etiam impediret viri vita boni, ſacerdotem non in vno collegio fecit, niſi Verrucoſi & Allobrogici & illi 300. qui hoſtium incurſioni pro republica vnam domum obiecerant* &c. Opinor Conſulem fuiſſe ſub Tiberio ann. V. C. DCCLXXXVI. Glareanus Priſcum vocat. Notatur a Iuuenale Satyra 3. & 11.

Q. Maximus, Conſul ſub Traiano, ipſius in quinto Conſulatu collega.

¶C. Fabius Dorſuo, ex Capitolio deſcen- CCCLXV.
dens, obſidentibus Gallis, in Quirinali ſacrum peregit. Liuius 5. Val. 1. cap. 1.

M. Fabius Dorſuo, Conſul anno V. C. CCCCX.

Q. Fabius Dorſennus, Poeta Comicus, cuius meminit Horatius Epiſtolarum lib. 2. epiſt. 1. & Plinius 14. cap. 13. Huius opinor,

opinor, in tumulo adſcriptum carmen fuit, id, quod refertur apud Senecam Epiſtolarum 14. epiſt. 1. *Hoſpes reſiſte, & philoſophiam Dorſenni lege.*

¶ C. FABIVS, ciuis nobiliſſimus, ædem Salutis, quam C. Iunius Brutus Bubulcus dedicauit, intus depinxit, nomenq; ſuum, Phidiæ ſecutus exemplum, adſcripſit. Valerius Max. 8. cap. 15. Ab hoc reor FABIOS PICTORES deſcendere. Porro Salutis ędem locauit C. Iunius Brutus Bubulcus Cenſor anno V. C. CCCCXLVIII. cum eam Conſul bello Samnitum vouiſſet. Liuius libro 9. Pinxit vero eam Fabius anno CCCCL. teſte Plinio lib. 35. cap. 4. Meminit huius Fabii vt pictoris ſimul & Hiſtorici D. Hieronymus ad Heliodorum in Epit. Nepotiani, ſed vt a pictura clarioris.

Q. Fabius Maximus Pictor, huius haud dubie F. niſi quod, neſcio quomodo, adeptus ſit nomen Maximi. Conſul fuit ann. V. C. CCCCLXXXIIII. Forte de eodem Valerius lib. 4. cap. 3.

N. Fabius Pictor, haud dubie Q. frater, Conſul ann. V. C. CCCCLXXXVII. Tabulæ Capitol.

Q. FABIVS PICTOR, alterius illorũ F. accepta clade apud Cannas, Delphos ad oraculũ miſſus eſt (ann. V. C. DXXXVIII.) ſciſcitatum, quibus precibus ſupplicationibusque Deos placare poſſent, & quænam futura finis tantis malis foret. Liuius 22. & 23. Hic eſt Hiſtoricus, ſiue annalium ſcriptor; Romanorum omnium hiſtoriæ conditorum antiquiſſimus, quem Cincius, Cato, Calphurnius, Dionyſius, Liuius, cæterique plures in multis ſecuti ſunt, eoque etiam ſubinde illum in operibus ſuis citant. Eutropius ſcribit, illum interfuiſſe bello Gallico, quod geſtum eſt Coſs. C. Atilio Regulo & L. Aemilio Paulo, ann. V. C. DXXIX. Suidas hæc de eo habet: *Fabius Pictor, hiſtoricus Rom. negat vlli magiſtratuum Romanorum licere, quicquam publicum in vſus ſuos conuertere.*

Q. Fabius Pictor, Prætor anno V. C. DLXV. cum priore anno Flamen Quirinalis inauguratus eſſet, prouinciam ſortitus Sardiniam, quo minus in eam proficiſceretur, a P. Licinio Pont. Max. retentus eſt. Dein ira prouinciæ ereptæ, magiſtratu ſe abdicare conantem patres auctoritate ſua deterruerunt, & vt ius inter peregrinos diceret, decreuerunt. Liuius 27. Obiit an. V. C. DLXXXVII. Q. Aelio Pœto M. Iunio Coſs. Liuius in fine 35.

Ser. Fabius Pictor, & iuris & literarum & antiquitatis bene peritus. Cicero in Bruto. Opinor ſuperioris Q. filium fuiſſe. Apparet ex Cicerone, vixiſſe circa ann. V. C. DC. Ac neſcio, num prænomen etiam vitiatum ſit. Nullum enim alium in tota Fabiorum gente Seruii nomen vſurpaſſe, lego. Rutilius in vitis IC. tres hoſce proximos Fabios Pictores in vnum miſcet, paulo modeſtior Volaterrano, qui 4. conflat.

¶ Buteo genus accipitris eſt, quem Græcia numero teſtium Triorchin vocant, cui principatũ in auguriis Phœmonoe dedit. Ab hoc familia Romæ cognominata, cum proſpero auſpicio in ducis naui ſediſſet, vt ſcribit Plinius.

¶ A Fabiis genus repetiſſe NICEPHORVM BOTONIATEM Imp. legimus apud Curopalatẽ pag. 147. 6. quod ſi ita eſt, Butronis nomen in Botoniatæ deprauatũ, ſuſpicari poſſumus.

M. Fabius Buteo, bis Conſul, an. V. C. DVI. & CVIII. & Cenſor. Dictator ſine magiſtro Eq. creatus ad legendum Senatum anno belli Pun. ſecundi tertio, 177. viros cum ingenti approbatione omnium in Senatũ legit. Vide Liuium lib. 23. Fabiũ Buteonem F. ſuum, furti inſimulatũ, interfecit. Oroſius 4. cap. 13. Eutrop. 3. lib.

M. Fabius Buteo, Prætor anno V. C. DLIII. Sardiniam prouinciam ſortitus eſt, ad quam illi legio vna & x. naues longæ decretæ. Liuius in fine 30.

Q. Fabius Buteo, vt opinor, M. fr. Prætor ann. V. C. DLVIII. Hiſpaniam vlteriorem prouinciam accepit. Liuius 33.

Q. Fabius Buteo, moritur in Prætura ann. V. C. DLXXXI. Maſſiliæ, cum in Hiſpaniam citeriorem, quæ illi prouincia obuenerat, iret. Liuius initio 42.

Buteo, aridus quidem declamator, ſed prudens diuiſor controuerſiarum a Seneca vocatur lib. 3. controuerſia 14.

¶ L. Fabius, vnus ex 10. legatis Scip. Africani.

L. Fabius, quo Quæſtore damnatus eſt de vi Milo. Pedianus.

L. Fabius, Centurio ſub Cæſ. in Galliis fortiſſimus, cæſus ab Heo..s. comment. 1.

Sex. Fabius, memoratur Ciceroni 7. ad Trebatium.

Fabia, Veſtalis, a Catilina vitiata. Hæc ſoror fuit Terentiæ. Cicero, Pedianus. Eadem a Plutarcho Fabia Terentia vocatur, & a Clodio accuſata, a Catone defenſa traditur in vita Catonis.

Fabius, Senator, Prætor in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus. Plinius 7. capite 7.

qui de historia illa hoc memorabile ἀπόφθεγμα ſubiicit: *Is demum profectò vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.*

Fabius quidam notatur loquacitatis Horatio Sat. 1. alius adulterii Sat. 2.

Fabia, L. Aelii Veri, qui cum Marco imperauit, ſoror.

M. Fabius, ſuperatur a Mithradate, apud Dionem. Opinor legatum fuiſſe Luculli.

¶Q. Fabius Labeo, Quæſtor vrbanus cum L. Aurelio, ann. V. C. DLVIII. Prætor ann. DLXV. ingentem captiuorum numerum Romani & Italici generis ex Creta collegit, eaque ex cauſa naualē triumphum conſecutus eſt. Val. Antias apud Liuiū in fine 57. Conſul ann. DLXXI. cum M. Marcello, tertio poſt anno fit Pontifex. Liuius 39. & 40. Arbiter inter Nolanos & Neapolitanos ſuper finibus conſtituendis datus, inſidioſo conſilio vtroſq; parte agri fraudauit. Sed & Prætor, cum dimidiam partē nauium ab Antiocho rege ex fœdere deberet accipere, medias omnes ſecuit, vt eum tota claſſe priuaret. Cicero Off. 1. Valerius Max. 7. cap. 3. Liuius 38. De filio illius loquitur Cicero in Bruto.

Q. Fabius Labeo, ſuperioris haud dubie F. confertur a Cicerone in Bruto cum Ser. Fabio Pictore, ac iiſdem ferè quibus ille laudibus ornatus fuiſſe prædicatur. Floruit vterque circa annum V. C. DC. & infra.

¶Fabius declamator, citatur Senecæ declamationum lib. 10.

Fabii alii, congeſti ſecundum cognomenta.

C. Fabius Adrianus, Prætor Africæ bello ciuili Mariano, Q. Metellum Pium, quod bellum moliretur, Africa expulit. Liuius 84. Idem propter crudelitatem & auaritiam a militibus ſuis in prætorio exuſtus eſt. Liuius 86. Valerius Max. 9. cap. 10. Cicero in Verrinis libro 3. Oroſius 5. cap. 19. Eutropio Arrianus vocatur, qui & hiſtoriam paulo ſecus narrat.

Fabius Adrianus, legatus Luculli, vir ſtrenuus, teſte Plutarcho in Lucullo. vbi tantum Adriani nomen: ego Fabium eſſe ſuſpicor.

Fabia Aconia quæ fuerit, quære ſupra in Aconio Catulino, quem & ipſum apparet Fabiæ gentis fuiſſe.

Fabia Agatha, tantum memoratur in Italicis memoriis vna cum L. Fabio. Inſcript. ant. pag. 285.

Fabiola, priore marito dimiſſo, nupſit alteri: eo defuncto, cum publice pœnitentiam egiſſet, in viduitate permanſit. De morte eius Hieronymus ad Oceanum.

Fabius Antoninus ex Iunia Valeriana filium Antoninum & Honoratam filiam ſuſtulit. De his Paulus IC. Pand. lib. 36. tit. 1. l. 74.

Q. Fabius Catulinus, Conſul cum M. Flauio Apro ſub Hadriano, anno V. C. DCCCLXXXII. Fit eius mentio Inſcript. ant. pag. 298.

Fabius Cerilianus, Cari, Carini, & Numeriani tempora perſecutus eſt. Vopiſcus in Caro.

Fabius Chilo, Conſul deſignatus, cum eſt cæſus Commodus Imperator, teſte Lampridio, Præf. vrbis ſub Seuero fuit, ad quem Pand. 8. de pœnis citatur Seueri & Antonini epiſtola. Citatur eadem de interdict. & releg. & deport. Et Pand. 1. iidē Imperatores vt amici ſui meminerunt de off. præf. vigilum. Extat & Seueri ad eum epiſtola de poteſtate & iuriſdictione præf. vrb. Geſſit Conſulatum ſub eodem anno eius 11. V. C. DCCCCLVI.

C. Fabius Fabianus, maritus Iuniæ D. F. Ruſticæ, quorum F. fuit C. Fabius Iunianus, refertur Inſcriptionum antiquarum pagina 9.

Q. Fabius Gallus, hæredem propter filiam inſtituit P. Sextilium Rufum. Deceſſit Cicerone adhuc adoleſcente. Cicero Finium 2.

M. & Q. Fabii Galli, fratres, memorantur Ciceroni Epiſtolarum 9. ad Pœtum. Commendatur ex his M. a Cicerone Cælio Aedili lib. 2. & Papyrio Pœto libro 9. Laudat eundem Cicero lib. 15. ad Caſſium ſcribens. Extant ad vtrumque Ciceronis epiſtolæ lib. 7. in quarum vltima mendoſe pro Q. prænomen M. legitur. Q. autem a Cæſare proſcriptus fuit.

L. Fabius Hiſpanienſis, proſcriptus a Sylla, adhæſit Sertorio. De hoc Plutarchus in Sylla, Seruius e Saluſtio in libro 1. Aeneid.

Q. Fabius Honoratus, floruit ſub Conſtantino Magno, vt liquet ex Inſcrip. ant. pag. 261.

Fabiæ Hygiæ, vix. ann. XX. Hæc inſcriptio legitur Romæ in templo Cæciliæ. Ibidem pag. 317.

Fabius Iuſtus, ad quem extant epiſtolæ Plinii, & Taciti dialogus de Oratore.

M. Fabius Licinius, conſul ann. v. c. DVII.

Q. Fabius Lucullus, citatur in epico carmine apud Fulgentium Placiadem.

Fabius Luſcus, homo, inquit Cicero, peramans noſtri, ad Atticum 4.

Fabius Marcellinus, vixit ſub Caracalla, vt colligere eſt ex inſcriptione, quæ extat Tarracone, Inſcript. ant. pag. 18.

Fabia Oreſtilla, Antonini proneptis, mater Gordiani, eius, qui cum patre dictus Auguſtus, in Africa cæſus eſt. Capitolinus.

A. Fabius Pontinus, cum vxore & liberis refertur in Inſcriptionibus ant. pagina 316.

Fabius Paulinus, occiſus a Seuero Imperat. Spartianus.

Fabia Q. F. Priſcilla, cum Baſſo marito Aug. L. & ab Epiſtol. refertur Inſcript. ant. pag. 246.

Fabia Pyrallis, cum Artemiſio liberto. Ibidem pag. 242.

M. FABIVS QVINTILIANVS, ducta Tutilii, qui Rhetoricæ ſcriptor fuit, F. ſuſceptam ex ea gnatam Nonio Celeri collocauit, viro honeſtiſſimo, conferente Plinio 5 c. M. nummûm. Plinius Epiſt. 6.

Fabius Repentinus, præfectus prætorio cum Corn. Victoriano ſub Pio.

Fabius Rufinus, vir egregius.

Fabius Ruſticus, ſcriptor hiſtoricus, citatur Corn. Tacito lib. 13. 15. & in vita Iulii Agricolæ, vbi Liuius veterum, ipſe Fabius recentiorum, eloquentiſſimi vocantur.

Fabius Sabinus, patrem habuit Sabinũ, inſignem virum & conſularem, euam præf. vrb. ſub Maximino, qui per tumultum fuſte percuſſus eſt, & in publico relictus. Ad hunc Paulus, Vlpianus & Pomponius ſcripſere libros. Audiuit Papinianum, fuitq; de conſilio Alexandri. Reliquit tres Reſponſionum libros ad Vitellium, 20. digeſtorum, & ad edictum Prætoris vrbani 5. Iuris ciuilis 3. Epiſtolarum 8. & ex Proculo ſingularem. Dictus eſt Cato ſui temporis. Vide Rutilium, Riuallium & Zaſium.

Q. Fabius Sanga, patronus Allobrogum, Ciceroni Conſuli coniurationem Catilinæ prodidit. Appianus 2. Meminit quoq; Q. Sangæ in oratione contra Piſonem.

Fabius Seuerus, vir doctus, & cauſarum patronus ſub Antonino Pio, teſtante id inſcriptione, quæ extat Tergeſti ante ianuam S. Laurentii, Inſcriptionum ant. pagina 355.

Fabius Soſianus, familiaris Vopiſci Hiſtorici. Vopiſcus in Firmo.

C. Fabius Tertius, cum Veturia Fauſta coniuge, refertur in Inſcriptionibus ant. pag. 372.

Fabius Titianus, Præf. vrbi ſub Conſtantino, & iterum ſub Conſtantio.

C. Fabius Valens, dux Vitellianarum partium aduerſus Othonem, captus a Val. Paulino, qui Veſpaſiano ſtudebat, Vrbini in cuſtodia interficitur: caput Vitellianis cohortibus, ne quam vltra ſpem fouerent, oſtentatum. Ipſe Anagniæ equeſtri familia natus, Virginium & fouit & infamauit, Fonteium Capitonem occidit, Galbæ proditor, Vitellio fidus, & aliorum perfidia illuſtratus. Tacitus 19. & ſuperioribus.

C. Fabius Valens, Conſul cum Vetere, cum reſpublica Domitiani tyrannide liberata ſub Nerua reſpirare inciperet. Vſus eſt hoc familiariter Pius, vt inquit Catanæus, & extat ad eum Plinii epiſtola libro quarto.

Q. Fabius Virgilianus, legatus Appii Pulchri in Cilicia. Cicero Epiſt. 3.

Fabius vir Conſularis, memoratur a Suida in M. Apicio.

Fabius Veſtalis, citatur vt ſcriptor a Plinio 7. cap. vltimo. Scripſit de pictura, teſte eodem.

Veſtali ſcribit & Ouidius in 4. de Ponto, ſed neſcio, eidem, an alii.

FABIANI.

Fabianus Maximus, nobiliſſimus vir, primus foro Romano hunc vomicũ morbum, quo nunc laboratur, intulit. De quo Caſſius Seuerus, antequam ab illo reus ageretur, dixerat: Quaſi diſertus es, quaſi formoſus es, quaſi diues es. Vnum tamen es non quaſi Lapſana. Seneca Controuerſiarum lib. 2. controuerſ. 5.

Fabiano reſcribit Gordianus Imperator 9. Cod. tit. 51.

Fabiano alii AA. & CC. 8. Cod. tit. 40. Huius, opinor, meminit Martyrologium noſtrum in Tiburtio 11. Auguſti.

Fabiano, præfect. præt. Theodoſius &

Valentinianus AA. 1. Cod. Ne ſanctum baptiſma iteretur, & de Iudæis.

Fabianus, Epiſcopus Rom. Eccleſiæ, & Martyr, quem prælatum ſibi dolens Nouatus, pernicioſum ſchiſma excitauit.

FABRICII.

C. FABRICIVS C. F. C. N. LVSCINVS, ter Conſul, & Cenſor cum Q. Æmilio Pappo. De hoc videto Liuium, Ciceronem, Valerium 2. cap. 4. lib. 4. cap. 3. & ſeq. lib. 6. cap. 5. Gellium 1. cap. 14. Suidam ἀπογεύστης, & iterum Φαβρίκιος. Hic bellicoſos Imperatores plus quam paterã & ſalinum ex argento habere vetuit. Plinius 33. cap. 12. Filiam huius ex ærario dotatam ſcribit Apuleius apologiæ ſuæ oratione 1. quoniam paternæ hæreditati præter opimam gloriam nihil erat, quod acceptum referret, vt Valerius lib. 4. ca. 4.

C. Fabricius Luſcinus, Prætor ann. V. C. DLXX. vrbanam iuriſdictionem obiuit. Liuius 33.

Q. Fabricius, Trib. pl. ſtuduit reuocando Ciceroni, pulſus ob id templo 7. Cal. Febr. Cicero ad Quirites & pro P. Seſtio.

¶ Fabricius Veiento, pulſus eſt a Nerone Italia, quod probroſa in patres & ſacerdotes compoſuiſſet, quodque principis munera vendidiſſet, libri eius exuſti. Sub Domitiano adulator & delatorũ patronus fuit. Huius vxor Hippia Sergium gladiatorem mœchum in Aegyptum vſque ſecuta eſt. Autores horum Tacitus 15. & Iuuenalis Sat. 4. & 6. Plura de hoc Veientone Plinius Epiſtolarum 4. ad Sempronium Rufum.

L. Fabricius C. F. Curator viarum, a quo pons Fabricius dictus, qui ante Tarpeius vocabatur. De hoc eſt inſcriptio in arcu pontis: *L. Fabricius L. F. cur. viar. faciendum curauit, idemq; Q. Lepidus M. F. M. Lollius M. F. Coſſ. S C. probauerunt.*

¶ Fabricius Thuſcus, citatur ſubinde a C. Plinio in naturali hiſtoria.

Fabricio reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 9.

¶ FABRICIANVS, matrem adulteram, & patris Valentini parricidam, occidit, abſolutus a Senatu. Plutarchus in Parall. & Fulgoſus lib. 8. cap. 1.

FADII.

T. Fadius, Cicerone Conſule Quæſtor fuit. Trib. pl. reuocationem illius iuuit. Hunc exulẽ Cicero conſolatur Epiſt. 5. Vbi tamen perperam T. Fabius legitur.

Fadius, miles Pompeianus, Gadibus viuus exuſtus a L. Corn. Balbo. Cicero Epiſtolarum 10.

L. Fadius, Aedilis Arpini, refertur Ciceroni ad Atticum lib. 15. epiſt. 8.

C. Fadius ſimiliter ad Att. lib. 16. ep. 6.

Q. Fadius, homo libertinus, cuius filiam duxiſſe M. Antonium, ex eaque liberos ſuſtuliſſe, ſcribit M. Cicero Phil. 2. & 3.

FALCIDII.

C. Falcidii meminit Cicero pro L. Manilia, vt ſua ætate florentis.

Falcidii quoque meminit alterius, vt hominis potoris & comeſſatoris, pro L. Flacco, cuius affinis M. Ebutius, gener C. Manilius fuerint.

P. Falcidius, Trib. pl. legem tulit inter bella ciuilia Auguſti & Antonii, ann. V. C. DCCXIIII. teſte Dione, qua libera legãdi facultas vſq; ad dodrantem tribuebatur, ita vt quarta pars bonorum apud hæredes maneret. Nam cum antea legaris hæreditas exhauriretur, nec vllum inde emolumentum eſſet, multi hæreditatem adire renuebant. 6. Cod. & Inſt. 2. de lege Falcidia. ¶ Vide Suidam Φαλκίδιος, & Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag 194.

FALCONII.

Falconius Probus, Proconſul Aſiæ, datus ſucceſſor Arellio Fuſco, cæſo Aureliano. Vopiſcus.

Falconia Proba, Adelphi, Conſularis viri vxor, concinnauit centonem ex verſibus Virgilianis de Chriſto. Vixit ſub Honorio & Theodoſio iuniore, vt a quibuſdã traditur.

FANNII.

C. Fannius, Trib. pl. ann. V. C. DLXVII. cum ex rogatione Petiliana iudicium factum eſt aduerſus L. Scipionem Aſiaticũ de pecunia in publicum non relata. Pronuntiauit enim ex ſua & collegarum aliorum, præter Gracchum, ſententia, Prætori non intercedere Tribunos, quo minus in Scipionem, quem duci in carcerem ille iubebat, ſua poteſtate vteretur. Liuius in fine lib. 8. Decadis 4.

C. FANNIVS STRABO, Conſulatum poſt vrbem conditam anno DXCIII. cum M. Val. Meſſala geſſit, factumque S C. eſt illis temporibus de moderandis ſumtibus, quo iubentur, vt ſcribit Gellius libro 2. capite 24. principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent,

rent, id eſt, mutua inter ſeſe conuiuia agitarent, iurare apud Conſules verbis cõceptis, non amplius in ſingulas cœnas ſumtus eſſe factutos, quam centenos vicenosque æris, præter olus & far & vinum, neq; vino alienigeno, ſed patrio vſuros, neque argenti in conuiuio plus quam libras centum illaturos. Meminit huius ſanctionis & Plinius lib. 10. cap. 50. his verbis. *Gallinas ſaginare Deliaci ceperunt, vnde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpore vnctas deuorandi. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum inuenio iam lege C. Fannii Cos. XI. annis ante tertium bellum Punic. ne quid volucrum poneretur, præter vnam gallinam, quæ non eſſet altilis. quod deinde caput translatum, per omnes leges ambulauit* &c. Eiſdem Coſs. M. Pomponio conſulente Senatum de Rhetoribus & Philoſophis, decretum eſt, vt curaret Prætor, ſi ei e republ. videretur, in Italia ne eſſent. Gellius noct. Attic. lib. 15. cap. 11. & Sueton. in de claris Rhetorib.

M. Fannius C. frater fuit, ex quibus patrueles nati duo, quorum vterque Caii prænomen habuit.

C. Fannius C. F. Tribunatum geſſit ex arbitrio & auctoritate P. Africani non obſcurum, vt teſtatur Cicero in Bruto, homo neutiquam elinguis, qui & cauſas defenſitauit, & orationem reliquit de ſociis & nomine Latino contra Gracchum & bonam & nobilem. Conſulatum geſſit cum Cn. Domitio Ænobarbo ann. V. C. DCXXXII. quem honorem C. Gracchi tamen ſuffragio & fauore cõſecutus erat, prælatus Opimio, quemadmodum ſcribit Plutarchus. Ab hoc C. Fannio latam arbitror legem Fanniam, quam plane diuerſam a ſuperiori S C. & ipſo poſteriorem manifeſte oſtẽdit A. Gellius, qui ludis Rom. item ludis plebeiis, & Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus, in ſingulos dies centenos æris inſumi, aliisque diebus decem, in ſingulis menſibus tricenos, cæteris autem diebus omnib. denos impendi, hac lege conceſſum tradit. Vnde Lucilius in eam iocatus Fannii centuſſes miſellos vocat. Macrobius, & complures illum ſecuti, S C. illud & legem Fanniam commiſcent. Sed nos diligentiæ & auctoritati Gellianæ aſtipulari malumus. Ioſephus M. F. vocat. hunc enim eſſe arbitramur, qui Romæ cum Iudæorum legatis amicitiam & ſocietatem renouauit, Antiquitatum 13. capite 16.

C. Fannivs M. F. C. Lælii Sapientis gener in minore filia Lælia, moribus & dicendi genere durior, ſocerum, quod cooptatus in collegium Augurum non eſſet, non admodum diligebat, præſertim cum ille Q. Scæuolam, ſibi minorem natu, generum prætuliſſet, cui tamen Lælius ſe excuſans, non genero minori, ſed maiori filiæ illud ſe detuliſſe, dixit. Scripſit hic Fannius Hiſtoriam ſeu Annales (vtrumque enim nomen habet Cicero in Bruto) non ineleganter, auditor etiam Panætii Stoici, ſoceri inſtitutum in hoc ſecutus. Cicero ibidem. Idem ad Atticum lib. 12. epiſtola 5. nominat Bruti epitomen Fannianorum.

M. Fannius C. F. Prætor anno V. C. DCLXXIII. quo anno Cicero Sex. Roſcium, parricidii reum defendit.

L. Fannius, Sertorianus, ſuaſit Mithradati ſocietatem Sertorii, eoque negotio confecto, eidem belli contra Romanos terra marique redintegrandi auctor fit. Appianus in Mithradatic.

C. Fannius, frater germanus Q. Titinnii, memoratur Ciceroni in Verrinis.

C. Fannius C. F. occubuit in bello Pompeiano. Cicero ad Att. 11. *De Fannio*, inquit, *conſoler te? pernicioſa loquebatur* &c. Huius filius inter honoratiſſimos Sexti Pompeii, relicto illo, tranſiuit ad Antoniũ.

¶ C. Fannius Chærea, vir improbus & accuſator L. Roſcii Comœdi, quem Cicero defendens, idcirco Fannium capite & ſuperciliis ſemper eſſe raſis dicit, ne vllũ viri boni pilum habere videatur. Adiicit, Roſcium, cum Ballionem illum improbiſſimum & periuriſſimũ lenonem agat, Chæream agere, quod perſona illa lutulenta, impura, inuiſa, in illius moribus, natura, vitaque expreſſa foret.

¶ Fannius Cæpio, ob coniurationem in Auguſtum a Tiberio accuſatus, & condemnatus eſt. Macrobius Saturnal. lib. 1. refert, mox a damnatione a ſeruo in ciſta ad Tiberim delatum, peruectumque Hoſtiam, in agrum Laurentem ad villam patris nocturno itinere perductum: Cumis deinde naufragio vna expulſum, dominũ Neapoli diſſimulanter occuluiſſe, ipſum exceptum a Centurione, nec precio nec minis, vt dominum proderet, adduci potuiſſe.

Fannius, garrulus & ineptus Poeta, notatur ab Horatio Sermonũ 1. Satyra 4.

C. Fannius, homo elegans, & diſertus, complexus eſt exitus occiſorum & relegatorum ſub Nerone, cuius operis tres libros tantum abſoluit, morte præuentus. Plura de illo Plinius in Epiſtolis libro 5. ad Maximum.

Fannia THRASEÆ PÆTI & Arriæ F. coniunx Heluidii, bis maritum in exilium ſecuta, tertio ipſa propter maritum relegata, laudatur prolixe a Plinio Epiſtolarum 7. ad Priſcum, & 3. ad Nepotem. Opinor & Thraſeam Fanniæ gentis fuiſſe, cum præſertim filiam Fanniam appellarit. De hoc præclare Tacitus, Dion, Arrianus, item Plutarchus in libello πολιτικῶν παραγγελμάτων.

Fannia Minturnenſis, iudicata a Mario impudica, hoſtem illum pronunciatū a S. P. Q. R. & in ſuam cuſtodiam deductum, ope, quantacunque potuit, adiuuit. Vide Valerium Max. lib. 1. cap. 5. lib. 8. cap. 2. & Plutarchum in Mario.

¶ Q. Fannius Reſtitutus, refertur vt hæres P. Barbii. Inſcriptionum antiquarum pagina 251.

Fannius, cum hoſtem fugeret, ſeipſum interemit: in quem ſic luſit Martialis libro ſecundo:

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit.
Hic rogo non furor eſt, ne moriare, mori?

¶ Fannius Saturninus, violator filiæ Pontii Aufidiani, refertur Valerio Max. lib. 6. cap. 1. etſi apud illum Faunius Saturninus legitur, ſed mendoſe, vt arbitror.

C. Fannio C. L. Felici patrono C. Fannius C. L. Acutus. C. Fanniæ C. L. Extat Patauii citante Scardeonio.

¶ M. FAVCIVS M. F. Eques Rom. memoratur Ciceroni epiſtolarum 13.

¶ FAVENTINVS, cum Tuccia coniuge in memoriis Italicis a Petro Apiano pag. 312.

Fauentinus quidam notatur a Martiale lib. 2. & 6.

Fauentinus alius quæratur in Claudiis.

¶ FAVIAM legem de plagiariis, de qua ff. 48. tit. 15. & Cod. 9. tulit haud dubie Fauius quidam Trib. pl. ſed quo tempore, incertum ignotumque nobis eſt.

FAVONII.

¶ Faonii ſcribendum ex auctoritate veteris lapidis deducto

C. Fauonius Iucundus P. F. in bello contra Viriatum occubuit, relictis ex Quintia Fabia 2. filiis Iocundo & Prudente. Teſtamentum eius in Luſitania factū, lectu iucundiſſimum, extat apud Ioannem Bartholomæum Marlianum antiquæ Romæ topographiæ lib. 5.

nomine a φάων Notæ Fului Vrſini in opera Ciceronis pag. 94.

M. FAVONIVS, vir Prætorius, Catonis æmulus, ſed parum conſideratus, & impenſe dicax, Pompeio candida faſcia crus alligatum habente; Non, inquit, refert, quanam in parte corporis ſit diadema. exigui panni cauillatione regias illi vires exprobrans, vt eſt apud Valerium libro 6. capite 2. Cum idem aliquando dixiſſet, ſe ſimul ac pede terram pulſaſſet, daturam eam ſibi quot milites vellet; non dubitauit poſtea imparato illudere. Cæſaris enim aduentu conſternatis omnibus, ac nullo reipublicæ aſſiſtente exercitu; *Nunc*, inquit, *Pompei, nunc tellurem pede concute, vt copias tibi, quibus cares, ſubminiſtret*. Eidem tamen in bello adhæſit, & poſt pugnam Pharſalicam fugienti in Aegyptum, ſe comitem præbuit. Interemto Cæſare, percuſſoribus ſe miſcuit, tanquam patrati facinoris particeps. Quare proſcriptus, poſt victoriam Philippenſem cum multis ſimul captiuis capite punitus eſt. Quod ad genus eius dicendi attinet, Cicero ad Atticum ſcribens, molis potius illum, quam Moloni operam dediſſe iocatur. Accuſauit tamen Naſicam.

L. Fauonius Siccianus T. leg. VIII. Aug. fortunæ. Hæc inſcriptio reperta eſt in Sylua Othonis, & extat apud P. Apianum.

¶ Fauoniana pira memorantur Plinio 15. cap. 15.

¶ FAVORINVS, inter Sophiſtas numeratur, de quo vide Gellium, Philoſtr. Suidam & Volaterranum.

FAVSTI.

Fauſtus, Manichæorum Epiſcopus, magnus laqueus Diaboli. Auguſtinus Confeſſ. 5.

Fauſtino reſcribitur a Seuero & Antonino 3. Cod. tit. 19. Hic procul dubio ille eſt, qui Conſul fuit ſub Seuero anno V. C. DCCCCLXII.

Fauſtinæ ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 29.

FELICES ſeparatim poſiti.

Felix, teſtamentum non quod voluit per ſuum & Sicuræ ſerui errorem obſignauit. Cicero ad Q. Fratrem in fine tertii epiſtolarum.

Felix,

Felix, Præfectus prætorio ante Miſitheum ſub Gordiano.

Felix, Magni Conſulis F. Præf. præt. & patriciæ dignitatis vir, ad quē iā religioſum Fauſtus Epiſcopus epiſtolam ſcripſit ad timorem Dei hortatoriam. Gennadius in Fauſto.

¶ Felix Capella, patre natus Felice e Martis curia, vnde illi cognomen Martiano. ſcripſit Mercurii & Philologiæ nuptias. Geſſit Proconſularem dignitatē, vt ipſe de ſe in vltimo ſuorum voluminum epigrammate teſtatur.

Felix, vnus ex 18. Martyribus Cæſarauguſtanis, celebratur Prudentio.

Felix, libertus Claudii, quæratur in Antoniis, & apud Tacitum.

Felix alius, quæratur in Clodiis.

Felix, cum vxore Blanda refertur inter ſanctos menſe Maio.

Felix, Nolenſis Martyr, commendatur a Diuo Auguſtino.

Felix Aptungenſis, ordinator Cæciliani, Carthaginenſium Epiſcopi. Auguſtinus.

Felix, Manichæus, conuerſus. Auguſtinus.

Felix & C. Hilarius, Auguſti liberti. Inſcription. ant. pag. 11.

¶ Feliciano reſcribitur ab AA. & CC. Cod. 3. tit. 14.

Felicianæ Domnæ ab AA. & CC. 5. Cod. titul. 28.

¶ Feliciſſimo ab Alexandro A. 7. Cod. tit. 11. & Philippo A. ibidem tit. 14. Reperitur ad cognomen in Arminiis.

¶ Felicitatis 7. filii Martyres. 6. Nonas Iulii.

¶ L. Fenestella, Hiſtoricus, moritur ſub Tiberio, nouiſſimo eius principatu (Plinius 33. cap. 11) ſeptuagenarius, ſepeliturque Cumis. Euſebius.

FENII.

Fenius Rufus, Præfectus annonæ, Nerone imperante, cum eam functionem legitime & ſine quęſtu tractaſſet, ob vulgi fauorem ab eodem cohortibus Prætoriis vna cum Ofonio Tigillino impoſitus eſt, cuius honoris anno 4. quod coniurationi Piſonianæ acceſſiſſet, interemptus eſt, vir vita famaque laudatus. Corn. Tacitus lib. 13. & 15.

Fenius Teleſphorus, cum Antulla filia, cui pater ipſe ſuperſtes fuit, celebratur a Martiale in fine primi.

Fenio Sabino reſcripſit D. Hadrianus. ff. 48. de quæſtionibus. Dubito tamen, an legendum ſit, vt infra, Seruio Sabino.

FESCENNII.

C. Feſcennius, Triumuir capitalis, C. Cornelium, fortiſſimæ militiæ ſtipendia emeritum, virtutiſque nomine quater honore primi pili ab imperatoribus donatū, quod cum ingenuo adoleſcentulo ſtupri commercium habuiſſet, publicis vinculis onerauit; a quo appellati Tribuni, cum de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, quod adoleſcens ille palam atque aperte corpore quæſtum factitaſſet, interceſſionem ſuam interponere noluerunt. Itaq; Cornelius in carcere mori coactus eſt. Valerius Maximus libri 6. capite 1.

Feſcennia, vt vinoſa, notatur eleganti epigrammate a Martiale lib. 1.

¶ Fessidius cauſidicus, vt bene vocalis, citatur Iuuenali Satyra 13.

Festi ſeparatim poſiti.

Feſto reſcribitur a Gordiano A. 8. Cod. tit. 14. & tit. 27.

Feſtus celebratur apud Martialem libro 1.

Feſtus, Senator Romæ ſub Anaſtaſio.

Feſta Corolina, refertur Inſcript. ant. pag. 304.

Feſtus, Procōſul Aſiæ ſub Valente, poetico & fabuloſo Echeto ſimilis. De hoc Suidas Φῆστος.

¶ Fetus quidam Rhetor ſtaturæ puſillæ, in quem Euctemon, homo venuſtiſſimi ingenii, Græce dixit: *Antequam te viderem, neſcio Rhetor, an Soratos eſſes.* Seneca controuerſiar. lib. 7. controuerſ. 4.

¶ M. Fetidius, Eques Rom. apud Ciceronem epiſt. 8. Fors erit Vetidius.

¶ Fidelia Verula. Inſcript. ant. pagina 469.

¶ Fl. Fidetius, *ex Comitibus hic eſt depoſitus, vixit ann. xx.* Hæc inſcriptio reperta eſt Salonæ teſte P. Apiano pag. 369.

¶ C. Fidius, accuſauit M. Sauſeium in tertio Pompeii Conſulatu. Aſcon. Pedianus.

L. Fidius Ↄ. L. Auctus, cum Fidia Ↄ. L. Patrona, refertur in memoriis Italicis vrbis Capuæ. Inſcript. ant. pag. 130.

¶ C. Fidiculanius Falcula, vir Senatorius, cum acceptæ ad rem iudicandam

pecuniæ accuſatus eſſet, abſolutus eſt. Cicero pro A. Cæcina.

¶ C. FIDVLI meminit Cicero in Vatinium.

¶ M. FIDVSTIVS, Senator, bis proſcriptus, ſemel a Sylla, iterum a M. Antonio. Plinius 7. cap. 43.

¶ FIRCELLVS Pauo Reatinus, inducitur apud Terentium Varronem de re ruſtica tertio.

¶ FIRMICVS, citatur a Plinio lib. 1. in indice 19.

FIRMII.

Firmius Cato, Senator ſub Tiberio Libonem Druſum in lectum perculit, poſtea ob improbitatē Senatu motus. Tacit. 2. & 4.

Firmius ſub Antonino (credo Caracalla) Mutiano tres tregædos legauit. Pand. 40. de fideicommiſſariis libertat.

Firmius, a Proculo quæſiit. Pand. 19. titul. 1. L. 38. Celſus.

Firmio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. titul. 35.

¶ FIRMIDIVS, vt vir improbus notatur Ciceroni in de Haruſp. reſp. & vt Clodii aſſecla, in oratione pro P. Seſtio.

M. Firmidius Spectatus, Inſcript. ant. pag. 173.

¶ FIRMIANVS, ſcripſit ad Probum de metris Comœdiarum. Citatur a Rufino in argumento eiuſdem, & tituli libello.

¶ FIRMILIANVS, Epiſcopus Cæſareæ Cappadocum Euſebio.

¶ FIRMINÆ reſcribitur a Dioclet. & Max. AA. Cod. 1. de precibus Imperatori offerendis.

¶ FIRMVS, præfectus Ægypti.

Firmus, dux limitis Africani, idemque Proconſul.

Firmus, inuaſor imperii contra Aurelianum. Hi tres eodem tempore vixere, teſte Fl. Vopiſco.

Firmus, apud Mauritaniam imperium occupans ſub Valentiniano, mox extinguitur. Aur. Victor.

Firmus, Epiſcopus Tagaſtenſis, apud Auguſtinum.

¶ FLACCONILLÆ reſcribitur a Carino & Numeriano 8. Cod. tit. 54.

FLAVII.

Flauii a flauo colore videntur appellati, fors ideo, quod primus eius gentis flauo capillitio fuerit, quod apud Italos, ob cœli ſolique naturam, rariſſimum eſt.

M. Flauius, data viſceratione populo in funere matris, mox Trib. pl. creatus eſt, ann. V. C. CCCCXXV.

CN. FLAVIVS Cn. F. ſcriba. patre liber- CCCCL.
tino, Ædilis cur. vulgauit ius ciuile & faſtos dies, antea etiā Trib. & Triumuir nocturnus, item Triumuir colon. deducendæ. De hoc vide Ciceronem pro L. Muræna & ad Att. lib. 6. epiſt. 1. Liuiū in fine 9. Valeriū 2. c. 1. Plinium 33. c. 1. Gelliū 6. c. 9. & Pomponium de origine iuris. Item Chiliades Eraſmi in prouerb. Cornicū oculos cōfigere.

Flauius, Trib. militū bello Pun. ſecundo ſub Marcello, in pugna quadam victoriæ initium fecit, percuſſo & in fugam acto Elephanto. Plutarchus in Marcello.

¶ C. Flauius Puſio, Eques Rom. M. Druſo Trib. pl. reſtitit. Cicero ꝑ A. Cluentio. Fors idem, quem M. Scaurus, princeps Senatus, accuſatum teſtimonio afflixit, vt eſt apud Valerium 8. cap. 5. & quem ſeruus occidit, vt eſt apud eundem cap. 4.

¶ C. Flauius Fimbria, Conſul an. V. C. DCL. collega C. Marii in ſecundo illius Cōſulatu. Meminit huius, vt luculenti patroni, & boni auctoris in Senatu, Cicero in Bruto.

C. FLAVIVS FIMBRIA, F. opinor, legatus L. Val. Flacci Cōſulis, quo per fraudē occiſo, correptis imperii inſignibus, Mithradatem Pergamo expulit, Ilium euertit. Deſertus ab exercitu, ſua manu concidit. Liuius lib. 80. 82. & ſeq. Plinius de viris illuſtribus, Appianus, Strabo, Auguſtinus de C. D. lib. 3. cap. 7. &c. Huius, puto, meminit Cicero in Bruto. Homo fuit extremæ audaciæ, de cuius furioſa voce Cicero pro Roſcio Amerino, Valerius 9. c. 11. Cū Ilio a Fimbria incenſo, etiā Mineruæ ædes deflagraſſet, inter ruinas ſimulachrum antiquiſſimum inuiolatum ſtetit, ſpemq; reſtitutionis oppido portendit. Iulius Obſequens pagin. 516.

L. Flauius Fimbria, huius frater, Prætor Carbonis, fraude P. Albinouani in conuiuio cæſus. Appianus 1.

L. Flauius Fimbria, homo nouus, per inimicitias & labores ad honores cōtendit. Cicero in fine Verrinarum. Huius, opinor, eſt ſapiens illud dictum de viro bono apud Valerium 7. cap. 2. quanquam ibi non L. ſed Licinius Fimbria vocatur.

L. Flauius, Prætor Piſone & Gabinio Coſſ. Pedianus. Cæſari & Pompeio gratus, Cicero ad Q. Fr. lib. 1. Ab hoc Tigranē filiū per fraudē eripuit Clodius, & dimiſit. Vide

Aſconium. Fuit & Trib.pl. Auctor Dion.

Q.Flauius Augur. de quo Valerius lib. 8.cap.1.

¶ C. Flauius Alphius, Prætor & Quæſitor in iudicio Cn.Plancii, defendente illũ Cicerone, itẽ vbi eſt accuſatus Gabinius. Cicero pro Plancio & ad Q. fratrẽ 3. Meminit Flauii Alphii, an eiuſdẽ, neſcio, Plin. 9.cap.8. item Seneca lib.1. declamat.1.

C. & L.Flauii, Equites Rom. Ciceronis familiares, quos ille 13. epiſtolarũ Acilio, Proconſuli Ciliciæ, commendat. ¶ Vide Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag.150.

Flauiana & Caluiſiana actio, item Flauianum & Caluiſianum iudicium, citatur Pand. 37. de iure patronatus l.16. & 38. ſi quid in fraudem patroni, &c. l.1. & 2. & 3.

M. Flauius ſcriba, qui Cæſarem Dictatorem in omni conſtitutione adiuuit. Macrob. 1.cap.17.

Flauii Rhetoris fit mentio apud Fabium 7. capite 5.

¶ Flauius Albinus, Flauius Dorſennius citantur Plinio lib. 1.

Quid Flauio legionem & Siciliam dari ſcribis? & id iam fieri? quæ tu ſcelera? Sic ad Atticum initio 9. cum Cæſar obſideret Pompeium Brunduſii.

Flauius quidam, cæſus ab Octauiano Cæſare, capta Peruſia. Appianus 5.

L.Flauius, Conſul ſuffectus ann. V. C. DCCXX.

Stemma Flauiorum Principum, nullis maiorum imaginibus clarum.

¶ Plenius de hoc ſtemate Onuphrius Panuinius.

T.Flauius Petronius, municeps Reatinus, Pompeianarum partium Centurio, auus fuit Veſpaſiani principis. Vide Suetonium. Filium habuit T.

T. Flauius Sabinus, pater Veſpaſiani, publicanum egit in Aſia, exercuit & fœnus apud Heluetios. Vxor illi fuit Veſpaſia Polla, Nurſiæ orta, quæ patrem habuit Veſpaſium Pollionem, ter Trib. mil. præfectumque caſtrorũ, & fratrem Senatorem, Prætoriæ dignitatis.

P. Flauius Sabinus, fr. Veſpaſiani natu maior, præfectus vrbis annis 12. cum 7. annis Mœſiam rexiſſet, domi militiæque clarus, interemptus a Vitellianis, cum eſſet Conſul deſignatus. Funus illi ductum Cenſorium eſt. Vide Tacitum.

T.Flavivs Vespasianvs, pater, imperauit ann. 10. Res eius geſtas & honores moreſque pete ex Suetonio & Tacito.

T. Flavivs Vespasianvs F. imperauit annis 2. m. 2. amor & deliciæ vrbis & orbis.

Flavivs Domitianvs T.fr. imperauit annis 15. cæſus a libertis & domeſticis.

Flauia Domicilla, Flauii Liberalis, apud Ferentinum geniti, filia, coniunx Veſpaſiani patris, Titi & Domitiani mater fuit.

P.Flauius Clemens, patruelis Domitiani, contemtiſſimæ inertiæ, repente ex tenuiſſima ſuſpicione ab ipſo propemodum in Conſulatu cæſus. Fuit autẽ collega Domitiani in 17. eius Conſulatu. Vxor illi fuit Flauia Domicilla, quæ ab Domitiano in Pandatariam relegata eſt. Dion.

Flauius Sabinus, alter ex patruelib. Domitiani, cæſus ab illo, quod comitiorum Conſularium die deſtinatum eum præco non Conſulem ad populum, ſed Imperatorem pronunciaſſet.

Flauia Domicilla, Clementis ex ſorore neptis, in Pontiam relegata eſt, quod ſe Chriſtianam teſtata eſſet. Euſebius. Meminit Hieronymus in epitaphio Paulæ.

Flavii alii, permiſte poſiti.

Flavii ſunt appellati Constantii & Valentiniani, Principes, & qui ſecuti ſunt vſq; ad Tiberium II. vt liquet ex vetuſtis inſcriptionibus. Pomp. Lætus. ¶ Legatur de iiſdem Caroli Sigonii hiſtoria de imperio Occidentali, & Onuphrius Panuinius de Principibus Rom.

Flavii item dicti prænominibus Longobardorum reges, initium faciente Autharo rege, anno Domini DXVII. Regino.

¶ Flauia Q. F. Salutaris, coniunx L. Publicii Italici, &c. Inſcriptio feſtiua apud Volaterr. & in memor. Ital. pag. 139.

¶ M. Flauius Aper, Senator mul:æ auctoritatis ſub Traiano, memorante Plinio epiſtolarum 5. ad Valerianum.

M.Flauius Aper, Conſul ſub Hadriano ann. V.C. DCCCLXXXII. Meminit eius inſcriptio vetus pag. 298. Reſcripſit illi Hadrianus Pand. 38. de bonis libertorum.

M.Flauius Aper, Conſul ſub M. Philoſopho cum T. Vitraſio, teſte inſcriptione pag. 126.

M. Flauius Aper, Conſul ſub Seuero, an. V.C.DCCCCLXIX.

Apro reſcribitur a Gordiano A. 5. Cod. titul. 4. de nuptiis, & ab Alex. A. 8. Cod. titul. 53.

Apro & Piæ ab A A. & C C. 6. Cod. titul. 39.

¶ L. Flauius Chryſogonus, cum L. Flauio Syluio lib. refertur Inſcription. antiq. pag. 15.

¶ Flauius Maternianus Præfectus vrbanorum militum, abſente Caracalla. Dion.

¶ Flauia Tertulla ſuum auunculũ maritum habuit, ex eoque plures liberos tulit, quod matrimonium ob temporis diuturnitatem, & ſtatum liberorum, reſcripto Marci & Lucii Impp. confirmatum eſt. ff. 23. de ritu nupt.

¶ Flauius Martianus, accuſatus ſub Traiano & damnatus. Plinius 2. ad Arrianum, & Calliſtratus Pand. 4.

Flauius Martianus ſub Diocletiano. Ex inſcript. quæ eſt apud Volaterranum. pag. 350.

¶ Flauia Titiana Auguſta, Pertinacis Imperatoris vxor, Flauii Sulpitiani F. quem Pertinax ſuo loco Præfectum vrbi fecit. Capitolinus.

¶ Flauia Manilia VV. maxima, de qua extat inſcriptio apud Volaterranum pagina 350. Deceſſit ſub Gordiano Imperatore. Sororis eius filii fuerunt Flauii, Syluanus & Irenæus.

¶ Flauius Arabianus, præfectus annonæ ſub Aureliano. Vopiſcus.

FLAVIVS PHILOSTRATVS, de cuius vita, atque adeo familia, Suidas. Nomen Flauius, a Suida omiſſum, retulit Iſaacius Tzezes in Caſſandram Lycophr. pag. 138.

¶ Flauius Vopiſcus, ſcriptor Hiſtoricus ſub Diocletiano.

¶ T. Flauius Iulianus Quadratus V.C. præfectus vrbis XV. vir. ſ. faciund. Refertur in monumentis Rom. pag. 216.

¶ T. Flauius Vitalis, refertur inſcriptionum ant. pag. 295.

T. Flauius Victor, cum Flauia Vrbica F. Ibidem pagin. 290. Papinianus reſponſionum 4. reſpondiſſe ſe ſcribit ſuper contractu, quem inierat Flauius Victor cum Hellico Aſiano. Vide Pandect. 17. titul. pro ſocio.

¶ T. Flauius Genethlius numul. de baſilica Iulia. Inſcript. ant. pag. 237.

T. Flauius Receptus T.F. Ibidem pagina 389.

L. Flauius Campeſtrinus 404.

Flauia Veneria Beſſa, in monument. Germ. 427.

Flauio Proculo reſcripſit D. Hadrianus Pand. 49. de iure fiſci.

Q. Flauius Aceſtes. T. Flauius Trophimas. Inſcript. ant. pag. 285.

Flauia Trophime. 311.

T. Flauius Coſmus. 286.

Flauius Oneſiphorus. 311.

¶ T. Flauius Clemens, ſcriptor eccleſiaſticus. Opera eius enumerat Euſebius Hiſtor. Eccleſ. 6. cap. 10.

Flauius Statilius, citatur Pand. 49. de iure fiſci l. 50.

Flauius Candidus, citatur Paulo Pandect. 45. de verb. oblig. cum Chryſogono ſeruo.

Q. Flauius, familiaris M. Bruti, percuſſ. Cæſ. Fit eius mentio in vita Attici. De eodem Plutarchus in Bruto, Appianus bel. ciuil. lib. 5.

¶ Flauius Genialis, Præfectus prætor. fuit ſub Didio Iuliano, vt tradit Spartianus.

¶ Flauius Flaccus, Senator ſub Tiberio Graccho, conſilium diuitum & factioſorum de ipſo occidendo, eo ipſe die, quo periit, indicanit. Plutarchus in Gracchis.

¶ Flauius Caper, vt Grammaticus citatur Rufino in de metris comicis, item a Chariſio & Priſciano. Extat liber eius de Orthographia.

¶ Flauius Ianuarius, conſulit Papinianum per epiſtolam, cui reſcribit ille Pand. 46. de ſolutionibus & liberat. l. 94.

Flauia Dionyſia, refertur Pand. 29. ad S.C. Syllanianum.

Flauiæ reſcribitur ab A A. & CC. 6. Cod. tit. 36.

Flauia, mater Anaſtaſiæ martyris. Suidas χρυσόγονος.

¶ Flauio Arriano reſcripſit D. Hadrianus Pand. 49. de iure fiſci. Præfuit ſub eodem Cappadociæ, teſte Dione.

¶ Flauius Antronianus, præfectus vrbis ſub Claudio II.

¶ Flauius Antiochianus, ſub Aureliano præf. vrb.

¶ Flauius Athenagoras ſub Seuero, cuius ille filiæ, quòd bona ſubiugata fiſco eſſent, decies cẽtena dotis nomine numerari iuſſit. Papinianus Pand. 22. de Vſuris. l. 6.

Flauius

Flauius Reſpectus, Prætor, conſuluit Celſum Pandect. de minoribus 25. annis L. 3.

T. Flauius T. F. Clu. Iſidorus Eq. Rom. &c. refertur Fabricio in Antiquit. CC. 8.

Flauius Philippus V. CL. Præfectus vrbi. Ibidem pag. 187.

Flauius Sylua, ſucceſſit Lucilio Baſſo in adminiſtratione Iudææ. Ioſephus belli Iudaici libro ſeptimo, capite 28. Dubito tamen, num rectius poſſit legi Plautius Syluanus.

Flauia Domicilla, Nonis Maii. Eius alumnus fuit Auſpicius.

Flauio Celſo reſcripſerunt Diui fratres. Pand. 50. de pollicitationibus.

Flauius Ælianus leg. Aug. Pr. Pr. ſub Alexandro principe, vt habet vetus inſcriptio, quæ extat Budæ. Inſcript. ant. pagina 491. Ac fors idem eſt, quem Conſulem legimus fuiſſe cum Maximo ann. V. C. DCCCCLXXV.

¶ FLAVIVS BELISARIVS, Ducum Iuſtiniani Imp. clariſſimus. De hoc Procopius, Zoſimus, alii. Nomen integrum legitur Nouell. Conſtitut. 47. Origine Germanum fuiſſe, docet prooemium Ioann. Leunclaii in Zoſimum. Venit etiam notandum, in Decretis Gratiani part. 2. C. 23. Q. 4. variata nonnihil ſcriptura dici Guiliſarium.

FLAVIVS STILICO, vir clariſſ. bis Coſ. ordinarius, magiſter vtriuſque militiæ, Comes domeſticorum & ſtabuli ſacri, &c. Vide Antiquitates Fabricii pag. 41. Plura de hoc Stilicone Claudianus & cæteri eius temporis ſcriptores.

FLAVIANI.

Flauianus, Proconſul Africæ, cuius meminit Solinus. Legatus illi fuit Octauius Auitus, de quo Plin. Epiſtolarum 9. ad Caninium. Item Plinius auunculus libro 9. capite 8.

Flauianus, Vicarius, ſeu Præfectus ſub Valentiniano 1. Marcellinus 28. De huius filio forte loquitur Symmachus apud Macrob. cum illum mirando patre præſtantiorem eſſe ait.

Flauianus, vrbi Romæ præfectus, futurorum vaticiniis deditus, Maximo imperiũ prædixit. Nicephorus Hiſtor. Eccleſ. 12. capite 39.

Flauiano reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 6.

Flauiana, ob ſtupra & adulteria ſub Valentiniano 1. damnata. Marcellinus 28.

Flauianus Auentinus dec. alæ Indianæ, cum Sequentia Fauſtina coniuge, refertur Inſcript. ant. pag. 466.

L. Flauianus M. libertus Adraſtus. Ibid. pag. 245.

¶ FLAVITES, Gothicæ gẽtis vir, quod Arcadio Imperatori fidus ſtrenue ſe contra Caianum in bello geſſiſſet, Conſul renunciatus eſt, eo perfunctus honore ann. vrbis cond. MCLIIII. Nicephorus lib. 13. c. 16.

Flauitæ in conſequendo Epiſcopatu Conſtantinopolitano, fraus & interitus refertur Nicephoro lib. 16. cap. 18.

¶ M. FLAVOLEIVS primipilus, vir fortis. Liuius 2. Dionyſ. 9.

FLORI.

Flori reperiuntur in Aquiliis, Ceſtiis, Iuliis & Valeriis.

Florus, auditor Latronis, citatur Senecæ inter declamatores, Suaſoriarum lib. 5. Fors eſt Iulius Florus.

Florus, Poeta, Iaſonis & comitum profectionem in Colchos, & velleris aurei ac Medeæ raptum, heroico carmine deſcripſit.

Paulus Florus ſub Iuſtiniano.

De Floro quodam inſcript. eſt apud P. Apianum pag. 118. ſed mendoſa.

Floro, Præfecto præt. reſcribitur a Gratiano, Valent. & Theod. AAA. 4. Cod. titul. 14.

Flora, meretrix, hæredem P. Rom. reliquit, vnde illi Floralia inſtituta.

Flora, meretrix alia formoſiſſima, quæ a Pompeio, quem mirifice amabat, in gratiam Geminii familiaris deſerta, præ mœrore contabuit. Plutarchus in Pompeio.

Floro reſcribitur a Philippo A. 5. Cod. titul. 37.

Floræ ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 17. & 8. Cod. tit. 54.

FLORENTII.

Florentius, Conſul cum Tauro ſub Cõſtantio, & præf. præt. coactus cum coniuge deliteſcere, quam diu imperauit Iulianus, Marcellinus 22.

Florentius alter, Nigriani F. officiorum magiſter, truſus in inſulam Dalmatiæ eodem tempore. Ibidem.

Florentius I. C. ſcripſit Inſtitutionum libros 12. Aduocatur in Pand. iuris ciuilis.

FLORIANI.

Florianus Imperator, Taciti Imp. fr. cum audiſſet ab exercitu Probum Auguſtum appellari, venas ſibi incidit.

Florianus, Vicarius Aſiæ ſub Valentiniano, Valente & Gratiano A A A. (Cod. 1. ne ſanctum baptiſma iteretur) & præf. auguſtalis, cui reſcribitur 10. Cod. tit. 10.

Florianus, martyr, iuſſu Aquilini, præſidis Norici, truncatus capite, & in Anaſum amnem apud Laureacum proiectus.

Floriano reſcribit Antoninus A. 4. Cod. tit. 39.

FLORIDVS, celebratur in Antiquitatibus Fabricii pagina 85. eiuſmodi epitaphio:

Quod vixi flos eſt: ſeruat lapis hoc mihi nomen:
Nolo Deos manes flos ſatis eſt titulo.

¶ FLORONIA, Veſtalis, ſtupri comperta & damnata, ſibi mortem conſciuit. Liuius 22.

FONTEII.

Fonteiorum genus Tuſculo, ex clariſſimo municipio, profectum eſſe, idque rerum geſtarum monumentis inciſum ac notatum cerni, memorat Cicero in Oratione pro M. Fonteio. Ibidem continuas Præturas huic familiæ tribuit: fuit enim diu Prætoria, ad principatum vſque Cæſaris Auguſti, eius fauore & beneficio Conſularis effecta. ¶ De prænominibus Fonteiæ gentis paulo aliter Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 188.

T. Fonteius legatus P. Scipionis, Africani patris, in Hiſpania, cum ille ab hoſtibus Pœnis & Numidis circumuentus occideretur, caſtris præpoſitus, ſtrenue ea tutatus eſt, Liuius lib. 25.

M. Fonteius, legatus Q. Seruilii, cæſus eſt Aſculi cum multis aliis ciuibus Romanis initio belli ſocialis. Cicero pro M. Fonteio, Paterculus, L. Florus, Aſcon. Pedianus.

M. Fonteius F. Prætor Galliam Narbonenſem obtinuit, ex qua regreſſus, factus eſt reus pro tribunali iudicum, accuſante illum M. Pletorio, ſubſcriptore M. Fabio. Crimini datum eſt, quod ære alieno Galliã oppreſſiſſet, quod ex viarum munitione quæſtũ feciſſet, quod vini inſtituiſſet portorium, & id genus alia quædam. Defendit illum Cicero: quæ oratio inter cæteras extat, ſed valde mutila.

Fonteia, virgo Veſtalis, M. Fonteii ſoror, memoratur in eadem oratione.

C. Fonteius, legatus M. Fonteii in Gallia, haud dubie propinquus illius.

P. Fonteius, homo plebeius, adoptauit P. Clodium patriciæ gentis & quidem ipſo natu minor, cum liberis etiã non careret. Meminit adoptionis eius Cicero in oratione pro domo ſua.

A. Fonteius, Trib. mil. quod ſeditioſus maluſque ciuis foret, a Cæſare in Africa per ignominiam dimiſſus eſt, vt eſt comment. 5.

M. Fonteius, amator hiſtoriarum, Vopiſco Hiſtorico familiaris. Meminit eius in Firmo Tyranno, ad Baſſum ſcribens.

C. Fonteius, Conſul ſuffectus ab Auguſto ann. V. C. DCCXX.

¶ Fonteius Agrippa, accuſator Libonis Scriboniani ſub Tiberio, qui & filiam ſuã capiendam in locum demortuæ Veſtalis obtulit. Tacitus 2.

Fonteius Agrippa, Conſul, Aſiam annuo imperio tenuit. Inde Moeſiæ præpoſitus eſt circa initia principatus Veſpaſiani. Tacitus 19. Ioſephus tradit, illum cæſum a Sarmatis belli Iudaici libr. ſeptimo, capite 23. Fuit idem & aquarum publicarum curator per biennium ſub Nerone, teſte Frontino.

¶ P. Fonteius Balbus, Prætor ann. vrbis conditę DLXXXVI. Hiſpaniam prouinciam ſortitus eſt. Liuius 44.

¶ T. Fonteius Capito, Prætor ann. vrbis conditę DLXXXVI. teſte Liuio in fine 40. Quam prouinciam tenuerit, ſcire non poſſumus, quoniam liber ſequens 41. acephalos eſt.

P. Fonteius Capito, Prætor ann. vrbis conditæ DLXXXV. Sardiniam prouinciam ſorte adeptus eſt. Liuius lib. 43.

C. Fonteius Capito, Conſul cum Germanico Cæſare ſub Auguſto, an. vrbis conditæ DCLXIII I. proconſul Aſiam curauit. Accuſatus per Vibium Serenum, ſed fictis criminibus, a Tiberio abſolutus eſt. Tacitus 4. De hoc haud dubie intelligendum eſt illud Iuuenalis Sat. 13.

—— ſtupet hæc, qua iam poſt terga reliquit
Sexaginta annos, Fonteio Conſule natus.

Fonteius Capito, ſuperioris, vt puto, pater, familiaris Antonii. Inquit enim Horatius Serm. lib. 1. Sat. 5.

—— Capi-

— *Capitoque ſimul Fonteius ad vnguem Factus homo, Antoni non vt magis alter amicus.*

Huic illud negotii datum eſt ab ipſo Antonio, vt ven ẽti ex Italia ſibi, ac in Parthos ituro, Cleopatram in Syriam adduceret. Plutarchus in Antonio.

L.Fonteius Capito, Conſul ann. V.C. DCCCXI. imperante Nerone. Præſes Germaniæ, cæſus eſt ſub Galba, vir auaritia ac libidine maculoſus. Tacitus 17.

Fonteius Capito, fors L. fr. Conſul an. vrbis conditæ DCCCXIX. itidem ſub Nerone. Inuenio, qui hunc velint fuiſſe Germaniæ præſidem, & cæſum potiente rerum Galba.

¶ C.Fonteius Craſſus, in Hiſpania cum 3. millibus hominum prędatum profectus, locoque iniquo circumuentus ab Haſdrubale, ad primos tantum ordines relato cõſilio, incipiente nocte, quo tempore minime expectabatur, per ſtationes hoſtium prorupit. Frontinus Stratagematum 1. & 4. vtrobique cap. 5.

¶ Fonteius Magnus, homo Græcus, reſpondit Plinio pro Bithynis aduerſus Rufinum Varenum. Plinius Epiſtolarum 5.

Fonteius Carthaginenſis, ſcripſit Paganus de mundanda mente ad videndum Deum, ſed poſtea baptizatus, Chriſtianus mortuus eſt. Auguſtinus retractationum 1. cap. 26.

M.Fonteius, domum Rabiriorum Neapoli emit H.S.CCC.XCIII. Cicero ad Atticum 1.

¶ FONTIANVS, Poeta, prouincias Romanorum carmine deſcripſit.

¶ FORTVNATVS & Epaphroditus fratres L.L. Veſpaſiani, referuntur apud P.Apianum inſcript.ant.pag. 282.

Fortunato reſcripſit M.Imperator Pandect. 22. de vſuris.

Fortunato alii reſcribitur a Probo A. 5. Cod. tit. 4.

Fortunatus, Manichæus, confutatur a D.Auguſtino.

¶ M.FOSLIVS Flaccinator, Tribunatum militum Conſulari poteſtate geſſit ann. V.C.CCCXX. Apud Liuium lib. 4. mendoſe Folius legitur, quomodo & apud Diodorum Phalinios.

¶ FRONDITIVS, miles, fronde capiti impoſita tranſnatans Vulturnum, præclara aduerſus Hannibalem facinora edidit. Plinius 17. 1.

¶ C. FRONTINIVS Nigrinus, refertur in memoriis vetuſtis pag. 272. & 274.

¶ FRONTONES in compluribus familiis reperiuntur, incertũ tamen cui ex Frontonum numero reſcribat Alexander A. 9. Cod. tit. 49. & cui item AA. & CC. 4. Cod. Si certum petatur, & 6. Cod. tit. 54.

Fronto, orator, ſub Seuero Imp. Suidas Φρόντων.

Fronto dictus eſt vnus ex 18. Martyrib. Cæſarauguſtanis.

¶ FRONTONIVS, citatur Pandect. 48. de acquirenda vel omitt. hæred. 98.

¶ FRVCTVOSVS, Epiſcopus & Martyr Tarraconenſis, refertur Prudentio in libro περὶ στεφάνων.

¶ T.FRVGIVS, 15. legionis in obſidione Hieroſolymorum ſub Tito præfectus. Ioſephus belli Iudaici lib. 7. cap. 9.

¶ FRVMENTII duo, Martyres, referuntur Victori Vticenſi lib. 3.

¶ FVLCIVS Cauſidicus, & vehemens accuſator, vna cum Captio citatur Horatio Sermonum 1. Sat. 4.

FVLCINII.

C.Fulcinius, legatus ad Veientes miſſus cum aliis tribus, iuſſu Tolumnii regis cæſus eſt. Liuius 4. Cicero Philipp. 9.

M. Fulcinius, Tarquinienſis, & domi ſuæ cum primis honeſtus fuit, & Romæ nõ ignobilem argentariam fecit. Habuit in matrimonio Ceſenniam, ex eodem municipio ſummo loco natam, ex qua filiam ſuſcepit, qua & hęrede deceſſit. Cicero pro A.Cecina.

M. Fulcinius M. ſuperioris F. vxore ducta, mox patris fata ſecutus eſt. Hæredem P. Ceſennium reliquit. Cicero ibidem.

L.Fulcinius C.F. accuſauit M.Saufeium. Aſcon. Pedianus.

¶ Fulcinius Trio, nobilis accuſationibus, & Conſul ſub Tiberio, an. vrbis conditæ DCCLXXXIII. Vide Tacitum libro quinto. Accuſatus ſub eodem principe, mortem ipſe ſibi conſciuit. Dion 57. non procul a fine. Cæterum de notione & ſignificato vocis Trio agit Varro libro 6. de lingua Lat. & item Gellius libro ſecundo capite 21.

¶ Fulcinius Priſcus IC. citatur Neratio de donationibus mortis cauſa factis, & Paulo de vi & vi armata, item Vlpiano

de impenſis in rebus dotalibus factis, & de legatis & fideicommiſſis 5.

¶Fvlgentivs Placiades, patre Fulgẽtio, matre Martiana, ex nobili Carthaginenſium Senatorum genere natus.

¶Fvlgino reſcribitur ab Alexandro Imp. 4. Cod. tit. 57.

¶T. Fvllonivs Bononienſis 150. annos cenſus eſt in Claudii Cæſaris cenſura. Plinius lib. 7. cap. 48.

FVLVII.

Fuluiam gentem etſi plebeiam, honoribus tamen & rebus geſtis claram ac nobilem extitiſſe, ſatis indicat Liuius. Eandem ab Hercule, iam laboribus perfuncto, ſacra accepiſſe, Cicero docet in orat. pro domo ſua. Quo tempore autem in vrbem venerit, aut quo potiſſimum auctore nitatur, incertum eſt. Primum ex Fuluiis, qui Conſulatum Romæ gesserit, Liuius nominat L. Fuluium (Caſſiodorus adiicit Curui cognomen) eiuſque Conſulatus refertur in annum V.C. cccccxxxii. Quem ſi ſtatuemus eſſe, de quo Plinius libro ſeptimo, capite 43. prodidit, Tuſculanorum rebellantiũ Conſulem, cum tranſiſſet ad Romanos, confeſtim eodem honore a P. R. ornatum; eodemque anno, quo fuerit hoſtis, Romæ triumphaſſe ex iis, quorum Conſul fuerat, haud dubie Tuſeulo veniſſe gentem Fuluiam, quomodo & Porciam, ſentiendum eſt. Cumque ex hoc Pætos & Centumalos produxerimus, a M. fr. qui ſecundum nonnullos ann. vrbis conditæ ccccxlix. in T. Minutii demortui Conſulis locum ſuffectus eſt, teſte Liuio libro 9. Flaceos & Nobiliores deſcendere conſentaneum fuerit. Sed hic nihil aſſerimus, coniecturis tantum, iiſque valde tenuibus, nitentes. Illud ſatis conſtat, poſt Fuluium Pætum, Centumalos, Flaccos & Nobiliores imprimis enituiſſe, de quibus ordine iam agemus. Vnum hoc præmittentes, de Tuſculana Fuluiorũ origine ſententiam etiam Ciceronis teſtimonio confirmari Philip. 3. *Si Arcinam*, inquit, *vxorem non probas, cur probas Tuſculanam?* Erat autem vxor Antonii Fuluia.

M Fuluius Pætus, Conſul ann. V. C. cccclIIII. quo tẽpore Nequinum, oppidum Vmbriæ, dubium ab illo ne an a collega, T. Manlio Torquato, captum in ditionem P.R. venit. Liuius lib. 10.

Cn. Fuluius Centumalus, legatus M. Valerii Coruini Dictatoris, triennio poſt, id eſt, ann. V.C. cccclv. fit Conſul, triumphatq; de Samnitibus. Deinde tertio poſt anno Proprætor contra Hetruſcos rem ex ſententia gerit, multis cæſis. Liuius libro decimo.

Cn. Fuluius, Quæſtor, interceptus ab Hannibale.

Cn. Fuluius Centumalus, haud dubie Cn. Fuluii, Quæſtorii, F. id quod ratio tẽporum arguit, Conſul ann. V.C. dxxv. Illyrios domuit, eorumque reginã, Teucã, teſte L. Floro lib. 2. cap. 5. & Polybio libr. 2. Prætor ann. dxli. Sueſſulam eum duab. legionibus tenuit. Conſul iterum ann. dxliii. (Sic enim multi ſentiũt, etſi apud Liuium numerus omiſſus eſt) Apuliam prouinciam habuit: in qua prorogato imperio, ſequenti anno apud Herdoneam cum Hannibale congreſſus, cum 12. Tribunis militum occubuit, exercitu ex magna parte ad internecionem cæſo. Liuius 26. & 27.

M. Fuluius Centumalus, Prætor an. V. C. dlxii. iuriſdictionem vrbanam obtinuit, Cn. Domitio L. Quintio Coſs. Liuius 35. Eidem negotium datum eſt, vt Quinqueremes nouas 50. faceret, cum P. R. ſe aduerſus Antiochum præpararet. Ibidem.

Flacci.

Q. Fuluius Flaccus, Conſul ann. vrbis conditæ cccclxxxix. cum Appio Claudio Pulchro, quando ſumptum aduerſus Carthaginenſes, ſeu Pœnos, bellum primum. Gellius illi M. prænomen tribuit 17. capit. 21. Huic liberi fuere Q. Cn. & C. Fuluii, fratres.

Q. Fvlvivs Flaccvs, duobus Conſulatibus geſtis & Cenſura, belli Pun. ſecundi anno 3. fit Pontifex in locum Q. Ælii Pæti, qui in pugna Cannenſi ceciderat. Sequenti anno creatus Prætor, vrbanam ſortem in iuriſdictione habuit. Scripſit etiam iuſſu Patrum quinq; M. peditum, & 400. equites, quæ legio cum T. Manlio Torquato, Conſulari & Cenſorio viro, in Sardiniam miſſa eſt. Prætetea cum bellum ita poſceret, cum 25. nauibus miſſus eſt ad ſuburbana littora tutanda, quibus paulo poſt aliis 25. nauib. adiectis, iuſſus eſt nõ tueri

tueri modo Italiæ oram, ſed & explorare de Macedonico bello. Fabio IIII. Marcello III. Coſs. Q. Fuluio, nonum Prætori refecto, extra ordinem vrbana prouincia vt eſſet, vtque Coſs. ad bellum profectis vbi præeſſet; decretum eſt. Interiecto anno, a C. Claudio Centone Dict. Magiſter Equitum dictus, & ab eodem cũ App. Claudio creatus Conſul tertium, ſimul Hannonis caſtra cepit, vbi ſupra ſex millia hoſtium cæſa, ſupra 7000. capta ſunt, ſimul Capuam cum collega obſidione clauſit. Prorogato illi imperio, cum Hannibal ad vrbem tenderet, ipſe quoque ad patriæ defenſionem profectus eſt; cui ne minueretur imperium, ſi in vrbem veniſſet, decreuit Senatus, vt illi par cum Cõſulibus imperium eſſet. Hannibale ſubmoto, ad Capuam rediit, qua per deditionem recepta, Senatum Campanorum ſecuri percuſſit. Comitiorum cauſa dictator dictus, comitia habuit, quibus ipſe quartum Fabius Maximus quintum Coſs. facti. Habuit & comitia Cenſoribus creandis, quibus creati M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus, nondum Conſulares. Inde Lucanos, Hirpinos & Volſcentes clementer in fidem recepit. Expleto honore, prorogatur illi imperium, ac iuſſus eſt Brutiis præeſſe Proconſul. Hæc Liuius, apud quem præterea de morte & fine eius nihil. De triumpho ei denegato, Valerius Maximus libr. 2. capite 3. de crudelitate in Campanos a Iubellio exprobrata, lib. 3. cap. 2.

Cn. Fuluius Flaccus, Prætor ann. vrbis conditæ DXLII. Q. fratre III. Conſule, prouinciã Apuliam ſortitus eſt; in qua fœde cæſus, fugatuſque ab Hannibale, totum fere exercitum amiſit. Quamobrem accuſatus, Tarquinios exulatum abiit, nihil illi fratris gratia & triumphis opitulantibus. Liuius 25. & 26. Fors hic eſt, quem ſcribit Valerius, ſpreto triumpho, qui offerebatur, poſt publica quæſtione afflictum, & exilio multatum, libr. 2. capite 3. Vide an ad eundem locus pertineat lib. 8. cap. 4.

C. Fuluius Flaccus, Q. fratris apud Capuam legatus.

M. Fuluius Flaccus, fors frater patruelis, creatur X. vir diuidundis agris mox poſt bellum Pun. ſecundum per Scipionẽ confectum, ann. V. C. DLI[illegible]I. Liuius 31. M. Fuluii Flacci vxorem fuiſſe Sulpitiam, Paterculi filiam, quæ e centum matronis delecta, Veneris ſimulachrum dedicaret, ſcribit Solinus cap. 7.

Q. Fuluius Flaccus, Prætor ann. V. C. DLXVII. Sardiniam tenuit. Conſulatum ægre tandem poſt tres repulſas aſſecutus eſt, ſuffectus C. Piſoni vitrico, mortuo ann. DLXXIIII. Mater illi fuit Quarta Hoſtilia, quæ quod filio paraſſe viam ad eum honorem videretur, marito per venenum haud dubie ſublato, damnata eſt. Liuius 38. & 40. Hunc Q. Fuluium Flaccum crediderim ſuperioris M. Fuluii Flacci filium eſſe.

Q. Fuluius Flaccus, Q. Fuluii Flacci, quater Conſulis F. teſte Paterculo, deſignatus Ædilis curulis ann. vrbis conditæ DLXIX. mortuo repente C. Decimio Flauo, qui Præturam vrbanam ſortitus erat, Præturam in locum eius pertinaciſſime petiit, populi ſtudiis adiutus, quam tamen aduerſante Senatu & magiſtratibus, aſſequi non potuit. Geſſit eam triennio poſt. cumque citerior Hiſpania ei contigiſſet, Vrbicuam cepit & diripuit, Celtiberos inſigni pugna vicit, cæſis illorũ ad 23 M. 4. millibus captis, Contrebiam ad deditionem coegit, iuxtaq; eam rurſus ad 12. millia Celtiberorum cecidit, vnde ſupplicationes decretæ. Deceſſurus e prouincia, cum in ſaltu ab hoſtibus oppreſſus eſſet, facto victoriæ initio per equites, equeſtri Fortunæ templum, Ioui ludos vouit, 17. illorum millia trucidauit. Regreſſus in Italiam, cum abſens Pontifex factus eſſet, creatur Conſul cum L. Manlio Acidino fratre, ſed in aliam gentem per adoptionẽ dato, quod præterea nullis aliis, qui fratres extiterint, tributum eſt, vt ſcribit Paterculus, moxque de Celtiberis triumphauit. Interiecto anno, eodem die, quod fuit notabile, de Liguribus triumphum egit. Cenſuram adeptus cum A. Poſthumio Albino, cum ædem equeſtris Fortunæ, quam bello Celtiberico vouerat, impenſius ornate vellet, tegulas marmoreas, quibus ædes Iunonis Laciniæ tecta erat, ad dimidiam partem aufert. Quam rem Senatus improbauit, & tegulas referri curauit. Ipſe ob id per Iunonis iram mente alienior, anno proximo, cum & duorum filiorum, alterius mors, alterius grauis valetudo nũciata eſſet, laqueo vitam finiuit. Liuius 39. 40. 41. & 42. Valerius libr. 2. cap. ſecundo. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pag. 49. Præter L. Manliũ, fratres habuit M. & Cn. Ful-

uios. M. Legatus illi in Hiſpania fuit Cn. ab ipſo Cenſore Senatu motus eſt. Auctores Paterculus lib. 1. Liuius lib. 41. Valerius libr. 2. capite 2. Frontinus libr. 4. capite 1. Etſi in Liuio mendoſe pro Cn. L. legitur.

M. Fuluius Flaccus, fors eius Q. Fuluii Flacci, quem diximus C. Piſoni vitrico in Conſulatu ſucceſſiſſe, frater, Triumuir fuit cum Q. Fabio Labeone & Q. Fuluio Nobiliore deducendis coloniis Pollentia in Picenum, & Piſauro in Gallicum agrum, ann. vrbis conditæ D L X X. Liuius 39.

Ser. Fuluius Flaccus, Cos. ann. V. C. DCXIX. Vardeos in Illyrico ſubegit. Liuius lib. 56. Meminit huius vt diſerti & litterati viri Cicero in Bruto. Extabat de hoc ipſo Ciceronis ætate Curionis de inceſtu nobilis oratio. Cicero ibidem.

C. Fuluius Flaccus, Conſul ann. V. C. DCXX. cui commiſſum eſt bellum fugitiuorum. Liuius & Eutropius.

M. FVLVIVS M.F.Q.N. Flaccus, Conſul ann. V. C. DCXXIX. primus omnium tranſalpinos Ligures domuit, miſſus in auxilium Maſſilienſibus aduerſus Falanios Gallos, qui fines illorum populabãtur, vnde etiam triumphauit. Florus ſeu Liuius 60. & Plutarchus. Cicero in Bruto mediocrem illum Oratorem vocat, & ſcripta quædam reliquiſſe ſcribit. Primus & hic Italos ad petendam ciuitatem extimulauit, tantæ homo ſuperbiæ, quemadmodũ ſcribit Valerius 9. capite 5. vt monenti, atque etiam deprecanti Senatui, ne pernicioſas reipublicæ leges introduceret, reſponſum non dederit. Cęſus eſt in partibus C. Gracchi vna cum impubere filio. Saluſtius in Iugurtha, Liuius 61. Cicero Philippica 8. cum duobus filiis adoleſcentulis periiſſe ſcribit. Nam & alterum, quanquam inſontem (Appianus libr. 1. Quintum vocat) in carcerem coniectum, Conſul Opimius, victoria potitus, occidit, vt Plutarchus. Fuluia filia nupſit P. Lentulo, mater Lentuli Suræ, vt Cicero orat. 4. in Catilinam. Ibidem de eius filiique cæde hiſtoriam repetit. Adde quæ habet in orat. pro domo ſua ad Pontifices, vbi fratris Q. Catuli ſocerum vocat. Reliquit igitur & alteram filiam, Fuluiam; niſi forte prior illa vtrumque maritum habuit. Certe idem Cicero etiam L. Cæſarem, qui Cos. fuit ann. vrbis conditæ DCXC. Fuluium hunc auum habuiſſe, tradit.

Nobiliores.

Venio nunc ad Nobiliores: quorum primus Ser. Fuluius Nobilior, Conſul legitur fuiſſe cum M. Æmilio Paulo ann. vrb. cond. CCCCXCIIX. Puto natum M. Fuluio, qui Tribunus militum fuit anno CCCCLVI.

M. FVLVIVS NOBILIOR, illius haud dubie nepos, Prætor ann. vrbis conditæ DLXI. in vlteriori Hiſpania magnas res geſſit per biennium, vnde vrbem ouans ingreſſus eſt. Conſul ann. DLXV. contra Ætolos miſſus, Ambraciam, munitiſſimum illorum oppidum, totamque gentem ad faciendam deditionem compulit, Cephaleniam inſulam in poteſtatem populi R. redegit, deque his triumphauit. Cenſor factus cum M. Æmilio, Pontifice Maximo, priuatas inimicitias, petente Senatu, depoſuit, vt Macrobius 1. cap. 8. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pagina 94. Huic M. Cato obiecit, quod milites per ambitionem coronis de cauſis leuiſſimis donaſſet, vt eſt apud Gellium 5. capite ſexto. Sed & idem Cato valde in eo vituperabat, quod Poetas ſecum in prouincias duxiſſet, Ennium notans, quem ille in Ætoliam duxerat, vt meminit Cicero Tuſcul. 1. item Plinius de viris illuſtribus, vbi quidem Ennium Fuluii amicum vocat, & victoriam de Ætolis per ſe magnificam inſigni eius laude celebratam ait. Placuit etiam de hoc Fuluio ex Eumenii Rhetoris oratione pro ſcholis inſtaurandis locum ſane memorabilem adiicere, qui ita habet: *Ædem Herculis Muſarum in circo Flaminio Fuluius ille Nobilior ex pecunia Cenſoria fecit, non id modo ſecutus, quod ipſe litteris & ſumma Poetæ amicitia duceretur, ſed quod in Græcia cum eſſet imperator, acceperat Herculem Muſagetem eſſe, id eſt comitem ducemque Muſarum idemque primus nouem ſigna, hoc eſt omnium Camænarum, ex Ambracienſi oppido tranſlata, ſub tutela fortiſsimi numinis conſecrauit, vt res eſt, quia mutuis operibus & præmiis iuuari ornarique deberent: Muſarum quies defenſione Herculis & virtus Herculis voce Muſarum.* Hæc ille. Meminit ædis Herculis Muſarum Macrobius quoque libr. 1. Saturnal. capite duodecimo, meminit Faſtorum Fuluii, in eadem æde collocatorum. Item Ouid. 6. Faſtorum, & nos infra plura aſſeremus in hiſtoria L. Martii Philippi. Præterea de Faſtis

Faſtis Fuluii notandus Cælii locus apud Chariſium lib. 1. pag. 138.

M. Fuluius Nobilior, M. filius haud dubie natu maior, Conſul ann. vrbis conditæ DXCV.

Q. Fuluius Nobilior, & ipſe M. F. adhuc prætextatus Triumuir factus eſt Epulonum ann. vrbis conditæ DLXXIIII. Idem Conſulatum geſſit, ann. DCI. & Cenſuram ann. DCXVII. cum T. Annio Luſco. Ennium Poetam ciuitate donauit, vt meminit Cicero in Bruto: etſi paulo ante defunctũ illum Q. Martio Cn. Seruilio Coſs. tradit. ¶ De Cenſura eius Fragment. Sex Pompeii pag. 95.

M. Fuluius Nobilior, ſocius Catilinæ Salluſtio.

M. Fuluius, Tribunus mil. ann. V. C. DXLV.

¶ L. Fuluius Argentarius, cum bello Pun. ſecundo coronam roſaceam geſtare viſus eſſet, vſque ad eius belli finem in carcere detinetur. Plinius lib. 21. cap. 3.

¶ Q. Fuluius Gillo, Ædilis cur. ann. V. C. DLII. cum L. Licinio Lucullo. Prætor biennio poſt Siciliam prouinciam habuit, cum & in 10. Scipionis Africani legatis vnus fuiſſet. Liuius 30. & 31.

A. Fuluius, Senatorii ordinis, filium ad Catilinam proficiſcentem, & ex itinere retractum, necari iuſſit. Saluſtius & Valerius 5. cap. 8.

Fuluius quidam alius filium perditum, & de parricidio ſuſpectum, cum iuſſu Patrum conſcriptorum comprehenſus eſſet, tamen hæredem omnium bonorum inſtituit. Valerius 5. cap. 9.

M. Fuluius, homo nouus, cui P. R. tantum tribuit vt pene aſſentatione ſua, quibus vellet, principatus conciliaret. Velleius volum. poſteriore ſub finem.

¶ M. Fuluius Bambalio, homo nullo numero, quo nihil potuit eſſe contemtius, qui propter hæſitantiam linguæ, & ſtuporẽ cordis, cognomen ex contumelia traxit. Cicero Philip. 3. Huius filia fuit Fuluia, Clodio, Curioni & Antonio nupta.

Fuluia, mulier nobilis, ſed parum pudica, quæ per Q. Curium aſſectatorem cõiuratione Catilinæ cognita, totam rem Ciceroni Conſuli, atque aliis pluribus aperuit. Vide Salluſtium. Meminit eius etiam Papinianus Pandect. 48. ad L. Iuliam maieſtatis. De eadem forte Valerius libro 9. capite 1.

FVLVIA, Clodii primum, deinde Curionis, poſtremo M. Antonii vxor, filia fuit Semproniæ neptis Tuditani, qui, vt eſt apud Ciceronem Philip. 3. cum palla & cothurnis numos populo ſpargere de Roſtris ſolebat. Patrem habuit Bambalionem quendam, de quo ante. Meminit Bambalionis huius & Dion in oratione Ciceronis in fine. Ipſa nihil muliebre præter corpus habẽs, magiſtratus regere & imperate docta fuit, quæ poſt victoriam Philippenſem gladio cincta, cunctaque miſcens, L. Antonium, mariti fratrem, contra Cæſarem armauit, bellumque Peruſinum excitauit. Quo tandem féliciter per Cæſarem profligato, cũ Antonius ſe dedidiſſet, Fuluia ex Italia in Græciam enauigauit; vbi morbo correpta, ex dolore & fortunæ aduerſantis impatientia, deceſſit. Autores Appianus & Plutarchus. De eadem Ioſephus libr. 18. Ant. capite quinto. Buccam alteram ei inflatiorem fuiſſe, idque notantem Sex. Clodium Rhetorem eam ſtyli acumẽ tentare dixiſſe, legimus apud Suetonium de cl. Rhetor.

Fuluius quidam proſcriptus a Triumuiris, ab vxore, quam ſeruam & manumiſſam duxerat, proditus eſt. Appianus 4.

¶ Fuluius Gallus, duxit ordines in exercitu Antonii, qui & contra Parthos pugnans occiditur. Plutarchus in Antonio.

L. Fuluius Nacca, fr. FVLVIÆ, quam diximus P. Clodii, Curionis & Antonii coniugem fuiſſe, Pontifex factus eſt adiuuante P. Clodio, ſororis marito, tum Trib. pl. ſuoq; illum fratri præferente. Cicero pro domo ſua. Ibidem Murænæ priuignus, & in Oratione pro Muræna L. Nacta, & adoleſcens ſummo loco, vocatur. Cæterum de cognomento, Nacca, hæc legimus apud Sex. Pompeium libr. 12. *Naccæ*, inquit, *appellantur vulgo fullones, vt ait Curiatius, quod nauci ſint, id eſt nullius precii*. Item: *Quidam aiunt, quod omnia ferè opera ex lana nacca dicantur a Græcis.*

¶ Fuluius Setinus, Senator, gratificaturus Cæſari Dictatori, depugnare in arena voluit, ſed per Cæſarem prohibitus eſt. Dion lib. 43.

Fuluia, nobilis matrona, quomodo per Iudæos decepta, bonisque ſuis exuta ſit, & Iudæi Roma exacti, cum Tiberio Imp. Saturninus, Fuluiæ tutor & amicus, rem indicaſſet, narrat Ioſephus 18. capite 5.

¶ Fuluius Poſthumius, ſecutus partes Cæſaris. Commentario 3.

¶ Fuluius Hirpinus, aprorum cæterorumque Sylueſtrium viuaria primus togati generis inuenit, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit, nec illi diu imitatores defuere L. Lucullus & Q. Hortenſius. Plinius 8.cap.52. De eodem Varro lib. 3. de re ruſt.cap.12.

¶ P. Fuluius Veratius, lectiſſimus homo dicitur Ciceroni pro L. Flacco. Accuſauit Milonem, teſte Pediano.

¶ Fuluius Sparſus, citatur ſubinde apud Senecam inter illuſtres declamatores, quē inter ſcholaſticos inſanum, inter inſanos ſcholaſticum fuiſſe ait. Vide declam.lib.1. declam.7. Dicebat valenter, ſed dure: ad imitationem Latronis ſe addixerat, non tamen vnquam ei ſimilis erat, niſi cum eadē diceret. Vtebatur ſuis verbis, Latronis ſententiis. Seneca initio libri 10. Controuerſiarum.

Fuluius Sabinus, Prætor vrbanus ſub Aureliano. Vopiſcus in Aureliani vita.

¶ Fuluius Aurelius, legatus legionis in Mæſia ſub Othone, donatur Conſular.ornamentis. Tacitus lib.17.

¶ Fuluius Boius, dux Rhetici limitis ſub Valeriano. Vopiſcus in Aureliano.

¶ Fuluius Pius, auus maternus Seueri Imp. per Fuluiam Piam filiam.

¶ Fuluius Anulinus Cos. ann. V. C. DXCVIII.

Fuluius Κωμάζων, Cōſul ſub Heliogabalo ann. vrbis conditæ DCCCCLXXII. & præf. vrb.

¶ Fuluius Aſprianus, ſcriptor vitæ Carini Imperatoris, citatur a Vopiſco.

¶ Fuluius Æmilianus, Conſul cum Numio Albino ſub Seuero. Pand. de donat. inter vir. & vx. ex Vlpiano.

¶ Fuluio Caro, Proconſuli Cretæ, reſcribit D. Hadrianus Pand. 48. tit. 16.

¶ Q. Fuluius Thallus, refertur in memoriis Italicis. Inſcript. ant. pag. 246.

Fuluius Reſtiturus patronus.

Fuluius Homullus libertus. Ib. pag. 8.

FVNDANII.

C. Fundanius, Ædilis pl. cum Tib. Sempronio, mulctam dixit Claudiæ, Appij Cæci filiæ, quod a ludis, quos ſpectauerat, exiens, cum turba populi iactata eſſet, fratrem optaſſet reuiuiſcere, quo claſſem denuo in Siciliam ducens multitudinem iſtam, a qua ſic conuexata foret, perditum iret. Gellius lib. 10. cap. 6.

¶ C. Fundanius Fundulus, Conſul ann. V.C. DX.

M. Fundanius, Ædilis pl. cum L. Villio Tappulo, per quos aliquot matronæ apud populum probri accuſatæ, quædam ex iis damnatæ, & in exilium actæ. Liuius 25. non procul ab initio.

M. Fundanius, Trib. pl. ann. vrbis con- DXLII.
ditæ DLIX. L. Valerio M. Catone Coſs. cū collega L. Valerio tulit ad plebem de Oppia lege abroganda. Eſtque tum ea lex annis 20. poſt abrogata, quam lata, fruſtra renitente Catone, & Iuniis M. & P. Trib. pl. intercedentibus. Liuius initio 34. apud quē ſuper ea re orationes aduerſariæ grauiſſimæ Catonis & L. Valerii Trib. pl. referuntur.

C. Fundanius, ſocer M. Varronis, quem & Varro ipſe præceptorem habuit. Sic Caranzus. Fors hic eſt C. Fundanius, de quo Cicero lib. 1. epiſtol. ad Q. fr. epiſt. 2. Ad Fundaniam vxorem ſuam Varro ſcripſit lib. 1. de re ruſtica, ipſe iam octogenarius, vt fatetur in procemio. Sed & de Fundanio agit ibidem.

Fundanius, amicus Horatii Poetæ, ad quem ſcribit Sermonum 2. Satyra 8.

C. Fundanius, Eques Romanus, a Pompeio F. in Hiſpania transfugit ad Cæſarem. Comment. 6.

Fundanius, Rhetor, memoratur Auguſtino Tomo 7.

¶ T. FVNDILIVS Geminius VI. vir Aug. refertur honorifica inſcriptione apud P. Apianum pag. 144. in monumentis Reatinis.

¶ FVRCELLIVS Pauo, refertur Varroni de re ruſtica.

FVRII.

Furiam gentem antiquiſſimam eſſe cōſtar, de qua dignum admiratione eſt, quod ſcribit Hieronymus ad Furiam, nobilem ſui temporis matronam, a Camillo vſque nullam vel raram ſecundas nuptias nouiſſe. Enituerunt in ea maxime Camilli, Phili, Medullini & Pacilii, ne cæteros commemorem. Sed quia vetuſtiores fuere Phili & Medullini, ab illis exordiendum eſſe duxi.

Phili.

Sex. Furius Philus, Conſulatum geſſit, cum Cn. Martius Coriolanus patriæ bellū inferret. Id accidit ann. V.C. CCLXVI.

Agrippa

Agrippa Furius Philus, Trib. mil. fuit Conſulari poteſt. an. V.C. CCCLXIIII.

P.Furius Philus, Cos.fuit ann. vrb.cond. DXXXI.cũ C. Quintio Flaminio. Septimo anno poſt, flagrante bello Punico ſecũdo, Præturam nactus, inter ciues Rom. & peregrinos ius dixit. Poſt quem magiſtratum cum vnus annus abiiſſet, Cenſurá obtinuit, collegam ſortitus M. Attilium Regulum. In quo honore ne luſtrũ cõderet, morte prohibitus eſt, Fabio IIII. Marcello III. Coſs. Habuit & ſacerdotium Auguratus. Liuius lib. 22.23.& 24.

P.Furius Philus, ſuperioris F. conſilium L. Metelli de deſerenda Italia propter cladẽ Cannenſem P. Scipioni prodidit, propter quod factum Metellus poſtea a P. Furio Philo patre, Cenſore, Senatu motus eſt. Idem Liuius auctor.

P.Furius Philus, Præturam adeptus an. V.C. DLXXIX. Hiſpaniam citeriorem prouinciã habuit. Qua male adminiſtrata, cũ triennio poſt per prouinciales Romæ grauiſſimis criminibus accuſatus, ampliatusq; eſſet, vbi de integro cauſam dicendã vidit, damnationem metuens, Præneſte in exilium conceſſit. Liuius lib. 41. & 43.

L. Furius Philus, Prætor P. Licinio C. Caſſio Coſs. Sardiniam prouinciam tenuit ann. V. C. DLXXXIII. Apparet hunc P. Furii, Prætorii viri, fratrem fuiſſe.

P.Furius Philus, Conſulatum geſſit an. V.C. DCXVIII. De hoc eſt graue innocẽtiæ ac fiduciæ ſuæ exemplum apud Valer. Maximum lib. 3.c. 7. hoſtes ſuos pro legatis in Hiſpaniam, quam prouinciã ſortitus erat, ſecũ ducente. Cicero in Bruto L. prænomẽ illi tribuit: *L. Furius Philus*, inqt, *perbene loqui putabatur, litteratiuſq; quã cæteri.*

Medullini.

¶ Sex. Furius Medullinus. Fragment. Sex. Pompeii pag 23.

Sp. Furius Medullinus, cum aliter cõuenire non poſſet, e plebe Cõſul aſſumtus, datusq; collega Cæſoni Fabio, iam iterum honorem iſtum ineunti, ann. vrbis conditę CCLXXIII. aduerſus Æquos mouit, omniaque late populatus, non auſis hoſtibus manum conſerere, diuitem prædis exercitum domum reduxit. Dionyſius lib. 9. Liuius. 2.

L. Furius Medullinus, Conſulatum geſ-
CCLXXX. ſit cum C. Manlio Volſone, etſi Dionyſius A. prænomine, Liuius gentis nomine Manliũ vocet. Cenſus his Conſulib. actus eſt, inuentaq; ciuium plus quam C.& III. millia, vt habet Dionyſius 9. Liuius vtrumque, quod in eo honore tribunitiis actionib. & agrariæ legi magnopere reſtitiſſet, ſequenti mox anno reum apud populũ factũ ſcribit.

P. Furius Medullinus, Conſul cum L. Pinario, a bellis quietum annũ habuit. Lectus poſtea Triumuir coloniæ Antium deducendæ, ac demum fratri Sp. Furio Conſuli legatus in bello aduerſus Æquos, ex eruptione pugnás, cũ auidius cedentes hoſtes inſecutus eſſet, circumuentus a tergo, cum ſuis oppreſſus eſt. Liuius 2.& 3.

Sp. Furius Medullinus Fuſcus P. fr. primum Conſul an. V.C. CCXC. pulſus ab Æquis, contra quos miſſus erat, & obſeſſus, per T. Quintiũ Proconſulẽ, quẽ laturum ſuppetias Senatus emiſerat, liberatur. Vndecimo año poſt Sex. Quintilio Varo Cos. ſuffect⁹, in magiſtratu ſucceſſit. Liu. 3. Dio. 10.

Agrippa Furius Medullinus, collega T. Quintii in quarto illius Conſulatu ann. V. C. CCCIX. vir humanus & ciuilis, quique ſe Quintio, tantæ auctoritatis duci, non grauatim ſubmitteret; vnde ab iis, tã concorditer in Volſcos profectis, clariſſima victoria relata eſt, omnisq; præda, quam abegerant hoſtes, recepta. Liuius ſub finem 3.

L. Furius Medullinus, ſepties Trib. militum Conſulari poteſtate, bis Conſul extitit. Nihil in his magiſtratibus omnib. memoria dignum egiſſe legitur, niſi quod primo Conſulatu ductis legionibus in Hernicos, hoſteq; nõ reperto, Ferentinũ, Volſcorũ oppidũ, cepit. Fuit is ann. V. C. CCCXLII.

Sex. Furius Medullinus 4. Tribunatus militum geſſit, honore tantum ipſo, nullis rebus geſtis clarus.

L. Furius Medullinus, Trib. militũ Cõſulari poteſtate an. V.C. CCCLXXIIII. cum M. Furio Camillo ad bellum Volſcũ adiutor ex ſorte cõtigiſſet, ferox ætate & ingenio, Camillum ratione & conſilio bellum trahentem, quod ſuperare hoſtẽ multitudine videret, criminabatur cunctatorẽ ex bellatore factũ, non ſenib. ſed iuuenib. data bella dictitans. Nec eo ſecius milites ad capeſſendum prælũ, tanquam ad certã ituros victoriã, accẽdebat. Quin etiã eos contra Camilli voluntatem in aciẽ eduxit. At Volſci ſimulata fuga, poſteaquam ſtrenue incumbentem in inſidias pertraxere, confeſtim vtrinq; in ipſum cõuerſi, Romanos præcipiti & effuſo curſu terga dare coegerũt. Quã deformitatẽ cõſpicatus Camillus,

equum conſcendit, & fugientib. occurrẽs, auctoritate ſua & cohortatione non modo reſtituit aciem, ſed & Volſcos, qui primũ ſimulato metu ceſſerant, in veram fugam conieci: nec hoc contentus, etiam caſtris eodẽ impetu potitus eſt. Senatus, cõperto Tuſculanos Volſcis opem tuliſſe, bellũ aduerſus eos gerere Camillum voluit: qui facta ſibi poteſtate legendi, quẽ vellet, adiutoris, contra ſpẽ omnium L. Furium nominauit, eaque moderatione animi cum collegæ leuauit infamiam, vt inquit Liuius; tũ ſibi gloriam ingentem peperit. Vide copioſius hæc omnia & ſingulari eloquentia narrantem Liuium lib. 6.

Sp. Furius Medullinus, Trib. mil. Conſulari poteſtate ann. V. C. CCCLXXVII. cum collegis in Volſcos miſſus, hoſte nuſquam obuio, tectis agrorum viciſq; incenſis, hominum pecudumque præda abacta, fœdã vaſtationem edidit. Liuius 6.

Medullina, virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris violata, vt ſtupri autorem agnoſceret, digito eius anulum detraxit. Vbi ex pignore patrem eſſe comperit, eundem ad aram gladio confodit. Sic Plutarchus in Parallelis: quem equidem miror, eiuſmodi fabulas pro rebus geſtis tradidiſſe.

Camilli.

Camilli cognomentum vnde primitus huic genti contigerit, haud facile pro comperto dixerim. Antiqui Camillos vocabãt eos, qui in ſacris miniſtrarent adhuc impuberes. Vide Sex. Pompeiũ li. 6. Sed & Mercurius Hetruſca lingua Camillus, quaſi miniſter Deorũ, dicebatur, vt eſt apud Q. Ciceronem in de petendo Conſulatu, & Macrobium lib. 3. Saturnal. cap. 8.

M. FVRIVS CAMILLVS, Furiani nominis vnicum perpetuumque decus, ac alter poſt Romulum vrbis parens, & imperii recuperator, 7. Tribunatus militum Conſulari poteſtate, 5. Dictaturas, tres triumphos obtinuit. Miſſus cõtra Faliſcos & Capenates, non prælio tantum hoſtes fudit, ſed & caſtris exuit. Oppidũ illorũ cũ obſideret, ac ludi literarii magiſter principũ liberos ad eũ adduxiſſet, proditione, vt rebatur tã cõmoda Romanis gratificaturus, Camillus vinctũ illũ iiſdẽ pueris in vrbẽ redigendũ, & verberandũ tradidit. Qua fide & iuſtitia cõmoti Faliſci, continuo ſe ei dediderunt. Veios per continuos 10. annos a Romanis obſeſſos, acto in arcẽ cuniculo, cepit, populumq; Romanũ ingenti præda ditauit. Sed gloria in inuidiã verſa. Crimini datum eſt, quod albis equis triumphaſſet, & prædam Veientanã interuertiſſet. Die dicta ab Apuleio Tribuno pl. Ardeã in exiliũ conceſſit, precatus Deos, vt primo quoq; tẽpore ſui deſiderium ingratæ vrbi faceret. Id quod mox accidit: Galli namq; Senones, relictis ob ſterilitatẽ agris, cũ in Italiã deſcẽdiſſent, præter ius gentiũ a Romanorũ legatis armis petiti, furibundi ad vrbẽ contenderunt, ac victis in itinere Romanorum copiis ad Alliã flumen, vrbẽ mox defenſoribus vacuam ingreſſi totam eã incendiis euerterunt, ſolo Capitolio, in quod iuuentus Romana confugerat, hoſtilẽ a ſe vim propellente. Interea reuocatus a ciuibus Camillus, & Dictator abſens dictus, coacto exercitu, Gallos ex improuiſo ad internecionẽ cecidit, populũ volentem migrare Veios in vrbe retinuit, eſtq; ea nouis ædificiis intra tẽpus anni reſtaurata. Inde Volſcos, qui per 70. annos cũ Romanis bellũ geſſerãt, ſubegit, Æquos domuit, vrbe illorũ capta, Sutrium ab Hetruſcis eodẽ die, quo captũ erãt, recuperauit. Volſcos & Hetruſcos, denuo rebellantes, profligauit, Satricũ ab illis, Sutriũ & Nepete recepit, L. Furiũ collegã, & exercitum eius, a Volſcis fuſum, non modo ſeruauit, ſed hoſtes quoq; magna cæde reppulit, & caſtris potitus eſt. Tuſculanos ad officiũ retraxit. Ad extremũ aduerſus Gallos profectus, multa barbarorũ millia in acie, multa captis caſtris occidit. His reb. geſtis clarus, tertioq; triũpho ducto (Plutarchus vult quarto) biennio poſt an. V. C. CCCXC. cũ ingens Romæ peſtis ſæuiret, in fata cõceſſit, vere vir vnicus in omni fortuna, princeps pace belloq; priuſquã exulatũ iret, clarior in exilio vel deſiderio ciuitatis, quæ capta abſentis implorauit opẽ, vel felicitate, qua reſtitutus in patriã, ſecũ patriam ipſam reſtituit. Par deinde per 35. annos (tot enim poſtea vixit) titulo tãtæ gloriæ fuit, dignuſque habitus, quem ſecundum a Romulo conditorem vrbis Romæ ferrent. Vide Liuium vberius hæc omnia perſequentem lib. 5. 6. & 7. Plutarchum in eius vita.

Sp. Furius Camillus M. F. primus omniũ Præturam, nouũ tum in repub. magiſtratũ, obtinuit, ann. V. C. CCCLXXXIX. qui quidẽ annus & curuli Ædilitate, recens etiam tũ a Patriciis inſtituta, & noui hominis L. Sextii Conſulatu inſignis fuit. Liuius initio 7.

L. Furius Camil. & ipſe M. F. Coſſ. ęgris, ad habẽda comitia Dictator dictus, Patrib. poſſeſſio-

poſſeſſionem priſtinam Conſulatus reddidit. Quare ob id meritũ ingẽti patrũ ſtudio Conſul creatus, collegã App. Claudium dixit, qui paulo poſt obiit. Adhęc paternę virtutis memor, Gallicũ bellũ quod ſuperioris anni Conſul Popilius nondũ omnino profligauerat, extra ſortem ſibi ſumſit, quod & feliciter cõfecit, certa victoriæ ſpe ante cõflictũ exhilaratus, cũ militem Gallũ, vnum aliquẽ ex Rom. ad ſingulare certamẽ prouocantẽ, a M. Valerio Trib. ſed adoleſcente, cælitus iuuante coruo, cæſum vidiſſet, quẽ mox a prælio pro concione laudatũ te. bobus aureaq; corona donauit. Vndecimo poſt anno, qui fuit V.C. CCCCXVII. iterum Conſul cũ C. Menio Nepote collega fuſis Antiatibus Volſcis, Pedoq; capto, cũ circũferendo bello, ſingulas ciuitates vel expugnaſſent, vel in deditionem accepiſſent, omne Latium perdomuit; vnde vtrique omnium cõſenſu triumphus decretus, additusque triumpho honos, vt eis equeſtres ſtatuæ, rara illa ætate res, in foro ponerẽtur. Ad Senatũ etiã cũ Camillus de Latinis populis retuliſſet, datã patrib. P.Q.R. poteſtatẽ a Diis immortalib. vel ſæuiẽdo vel ignoſcendo pacis in perpetuũ conſtituendæ, ſed vtrũ vellẽt, maturato opus eſſe, dũ inter ſpẽ metumq; animi ſuſpenſi eſſent. Senatus relationẽ gratã habuit, ac pro merito cuiuſq; ciuitatis præmia pœnaſque moderatus eſt. Vide plenius de omnibus diſſerentem Liuium lib. 7. & 8.

¶ Fato videmus familias, vt principatus & regna, nunc florere & creſcere, nũc rurſus imminui, & velut exareſcentes ſuccidere. Ita deinceps totis fere tribus ſeculis nulli honores, nullæ res geſtæ Camillorũ in repub. enituerũt, & tñ ſuperſtitẽ fuiſſe gentẽ, indicat poſteritas. Certe Ciceronis temporibus C. Furius Camillus honeſtum locũ in vrbe tenuit, vir grauis & locuples, ipſiq; Ciceroni cõiunctiſſimus, quemadmodũ docent pluribus in locis Epiſtolæ ad Atticũ.

Furius Camillus, Proconſul Africæ ſub Tiberio, Tacfarinatẽ Numidam prælio vicit. Is in caſtris Rom. auxiliaria ſtipẽdia meritus, mox deſertor, vagos primũ & latrociniis ſuetos ad prædã & raptus congregabat, dein more militię per vexilla cõpoſitis Muſulanorũ validã gentẽ adiunxit, quorũ etiã dux haberi voluit. Traxit & in bellũ Mauros accolas, Cinithioſque nõ ſpernendã gentem, ad partes ſuas compulit. Aduerſum hos Camillus legionem, & quod ſub ſignis ſociorum fuit, in vnum coactos duxit, manuque modica ingentem Numidarũ & Maurorum multitudinem fudit. Atque ita multos poſt annos Furio nomini reuocatũ militiæ decus. Nam poſt illũ recuperatorẽ vrbis filiumq; eius Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Tiberius res geſtas apud Senatum celebrauit, & decreuere Patres triumphalia inſignia, quod Camillo ob modeſtiam vitę, flagrante per inuidiam & delationes repub. impune fuit. Corn. Tacitus lib. 2.

Furius Camillus Scribonianus, Conſulatum geſſit ſub Tiberio cum Cn. Domitio Ænobarbo, ann. V.C. DCCLXXXIIII. qui ſupplicio & morte Chriſti ſaluatoris inclytus euaſit. Sub Claudio legatus Dalmatiæ, imperium ſibi aſſeruit, motoq; bello ciuili, intra quintum diem oppreſſus eſt, legionibus, quæ ſacramentũ mutauerant, in pœnitentiam religione conuerſis, poſtquã denunciato ad nouum Imperatorem itinere, caſu quodam, aut diuinitus, neque aquila ornari, neque ſigna conuelli moueriq; potuerunt. Sueton. in Claudio.

Furius Camillus Scribonianus F. ab eodem Claudio, Fauſto Sylla & Syluio Othone Coſs. id eſt an. vrb. conditæ DCCCIIII. in exiliũ actus eſt, quaſi finem principis per Chaldæos ſcrutaretur. Acceſſit crimini Iunia mater, vt caſus prioris (nã relegata erat) impatiens. Cornelius Tacitus lib. 12.

Pacilii.

Paciliorũ primus occurrit C. Furius, qui ann. V.C. CCCXIII. Conſulatũ cũ M. Papyrio Craſſo geſſit, & decimoquinto anno poſt Tribunatũ militũ Conſulari poteſtate. Repub. non admodũ feliciter adminiſtrata, cũ apud Veios per collegarũ diſſenſionẽ non tam magna clades ab hoſte, quã ignominia relata foret, fuſis legionib. & in caſtra ſe recipere coactis. Geſſit & Cenſurã cũ M. Geganio Macerino anno poſt Conſulatum ſexto, populiq; cenſum in villa publica campi Martii egit, quã poteſtatẽ, ad id tẽpus quinquennalẽ, anno mox ſequenti Mamercus Æmilius iterũ Dictator annuã deinceps ac ſemeſtrẽ fore, lata lege ſtatuit. Vnde ab iiſdẽ Cenſoribus, quod P. R. magiſtratũ minuiſſet, tribu motus, octuplicatoq; cenſu ærarius factus eſt, quam notam ille forti animo tulit. Liuius 4.

C. Furius Pacilius, haud dubie ſuperioris F. Conſul cũ Q. Fabio Ambuſto, quietam rempub. habuit, niſi quod peſtilẽtia mina-

cior tum quam pernicioſior, agrorum cultu neglecto, famem triſtem & acerbam in proximum annum inuexit. Is fuit annus ab V.C. CCCXLIIII. Liuius 4.

C. Furius Pacilius, C. Furii proximi (ſic opinor, temporũ arguente ratione) nepos, claruit bello Punico primo, geſſitq; Cõſulatũ cum L. Cæcilio Metello, qui feliciſſima pugna Pœnos pculit, 20. millib. illorũ cęſis, & 26 elephantis interemtis, 104. captis, an. V.C. DII. Vide Polyb. ac itẽ Eutrop. & Oroſ.

Pacilios etiã ætate Ciceronis in repub. viguiſſe, documento eſt Paciliana domus, quam Q. Ciceronem emere voluiſſe, teſtatur M. frater ad Atticum lib. 1. epiſtola 11.

FVRII, ſecundũ cognomẽta digeſti.

C. Furius Aculeo, Quæſtor L. Scipionis Aſiatici in bello cõtra Antiochũ. Damnatus cum ipſo Scipione & Hoſtilio legato, q; quo cõmodior pax Antiocho daretur, plus auri & argenti, q̃ in ærariũ retuliſſent, accepiſſe crederentur. Hoſtilius & Furius, eodẽ die Quæſtoribus vrbanis prædes dederũt: Scipio, quod idẽ facere recuſaret, in carcerem duci iuſſus eſt. Liuius Decadis 4. lib. 8.

C. Furius Aculeo, M. Ciceronis amitã, Tulliam, vxorẽ habuit. De hoc L. Craſſus apud Ciceronem 1. de Oratore. Fuit autem Iuriſconſultus, & Craſſo perfamiliaris.

A. Furius Antias, Poeta vetus, citatur ſubinde a Gellio & Macrobio. Familiaris fuit Q. Catuli patris, ad quẽ de Cõſulatu ſuo Catul⁹ librũ cõpoſuit, vt ſcribit Cic. in Brut.

P. Furius Anthinus, IC. ſcripſit partis edicti libros 5. Aduocatur in Pand. iuris.

L. Furius Bibaculus, Quęſtor, occubuit in pugna Cannenſi. Liuius 22.

L. Furius Bibaculus, Prætor, iuſſus a patre, Saliorum magiſtro, præcedentibus lictoribus ancilia portauit: tametſi muneris eius, nomine Præturæ, vacationem haberet. Valerius Maximus 1. cap. 1.

M. Furius Bibaculus, Poeta Iambicus, familiaris Corn. Gallo, ſcripſit epigrammata quædam in Cæſarem. Laudat eius acerbitatem Quintilianus lib. 10. Meminit Suetonius de claris Grammaticis, item Tacitus lib. 4. his verbis: *Carmina Bibaculi & Catulli, referta contumeliis Cæſarum leguntur. Sed ipſe diuus Iulius, ipſe diuus Auguſtus & tulere iſta, & reliquere: haud facile dixerim moderatione magis an ſapientia. Nam ſpreta exoleſcunt: ſi iraſcare, agnita videntur*, &c.

¶ L. Furius Cn. F. Brocchus, refertur inſcriptione denarii argentei. Vide Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceronis.

M. Furius Craſſipes, factus Prætor ann. V.C. DLXVII. Galliam prouinciam obtinuit, cum ante ſeptennium Triumuir coloniæ in Brutios deducendæ fuiſſet. Iterũ Prætor lectus, Siciliam ſortitus eſt. Liuius Decadis 4. lib. 4. & 8. & Decadis 5. lib. 2.

FVRIVS CRASSIPES, gener Ciceronis, cui poſt mortẽ Piſonis Frugi filiam ille Tulliolã collocauit, Lẽtulo & Marcellino Coſſ. vt ſcribit Manutius in 5. epiſtolam lib. 4. ad Atticum. Certe inibi Craſſipedis meminit his verbis: *Viaticũ Craſſipes præripit, dotem, opinor, ſignificans.* Sed clarius li. 2. ad Q. fratrem epiſtola 4. *Ad 8. Idus Apriles ſponſalia Craſſipedi præbui.* Et epiſtola 7. *Dederam ad te literas*, &c. *Tulliam noſtram Craſſipedi deſponſatam.* Et ad Lentulũ epiſtola 7. *Quod mihi de filia & Craſſipede gratularis*, &c.

Craſſipes alius, memoratur Ciceroni ad Atticũ lib. 9. & lib. 7. epiſt. 1. vt initio belli ciuilis Brunduſio a Pompeio veniens, cum iam gener Ciceronis ante biennium in fata conceſſiſſet.

C. Furii Creſmi, ex ſeruitute liberati, ſcitum pariter ac graue factum narrat Plinius lib. 18. cap. 6.

Furius Celſus, rempub. feliciter geſſit in Mauritania ſub Alexandro Imperatore. Lampridius.

M. Furius Flaccus, homo nequam, Eques tamen Romanus, quem Cicero a Capitolinis & Mercurialibus e collegio eiectũ ſcribit, quanq̃ præſentem ad pedes cuiuſq; iacentem, ad Q. fratrem libro 2. epiſtola 9.

Furius Leptinus, ſtirpe Prætoria, depugnauit in foro munere Cæſaris Dictatoris. Suetonius.

M. Furius Luſcus, Ædilis an. vrbis conditæ DLXVII. cum C. Sempronio Blæſo, a quibus ludi plebeii vnum diem inſtaurati ſunt. Liuius Decad. 4. lib. 9.

Furius Lupus, præfect. vrbi ſub Imperatore Probo, cuius & in ſecundo Conſulatu collega fuit.

Furius Orphitus, præf. vrbi ſub Aureliano, cum ante collega Claudii Imp. fuiſſet in Conſulatu.

Furius Placidus, Conſul cum Annio Tacito, priuſquã ad imperiũ eueheretur, pręter modũ ambitioſus & prodigus in populũ fuit. Vnde de illo ſic prodidit Fl. Vopiſcus in Aureliano: *Vidimus proxime Conſulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum,*

vt

vt non præmia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur, cum darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiſcentibus frugi hominibus. Factum enim eſt, vt iam diuitiarum ſit non hominum Conſulatus, &c.

Furia Sex. F. Prima ſibi & M. Acilio L. F. viro & P. Furio P. F. viro, & Q. Cæſio M. F. viro. Hæc inſcriptio extat Mantuæ in parietibus eccleſiæ S. Syluestri apud pontem eiuſdem nominis. Vide P. Apianum pag. 323.

Furiæ Primæ, vt accuſatricis Flauii Archippi, meminit Traianus Imp. Plinio ſcribens lib. 10.

L. Furius Purpurio, adoleſcẽs bello Pun. ſecundo Tribunum militum egit ſub Marcello. Prætor ann. vrbis conditæ DLIII. in Gallos, Amilcare Poeno duce Cremonam tum obſidentes, profectus, ſecundo prælio conflixit, cæſis & captis 35. millibus & amplius, ſignis militaribus 70. carpentis Gallicis, multa præda oneratis, plus ducentis, Amilcare etiam duce, & tribus claris Gallorum imperatoribus eo prælio interemtis. Supplicatio per triduum habita, ipſe in magiſtratu triumphauit. Interiecto triẽnio Conſul cum M. Marcello factus, cum eodem Boios cecidit, vnde & tum ſupplicatio in triduum decreta, triumphuſq; ductus. Victo per L. Scipionem Antiocho rege, inter 10. legatos ad res Aſiæ diſceptandas componendaſq; miſſus eſt. Cn. Manlio Volſoni ſupra modum infeſtus, & triũphum eius de Gallogræcis impedire conatus eſt, & ipſum in Senatu tanquam qui in Aſia a Regibus gentibusque pecunias accepiſſet, inſimulare non dubitauit. Vide Liuium Decadis 2. lib. 2. & Dec. 4. lib. 1. 3. 7. & 8.

Furius Saturninus, maius nomen in foro, quam in declamationibus habuit. Seneca controuerſiarum libro quarto, controuerſ. 22.

Furius Secundus Læliæ:

Functa iaces hic, ſed viuis, viueſque Secundo,
Lælia, tua debent nec benefacta mori.

Fabricius in Antiq. pag. 75.

Furia Spes L. Sempronio Firmo coniugi cariſsimo, cum quo vixi tempore minimo, & quo tempore viuere debuimus, a manu mala diſparati ſumus. ita peto manes ſanctiſsimi, commẽdate Hecati comitem meum, & velitis huic indulgentiſsimi eſſe horis nocturnis, vt eum videam, & etiam fato ſuadere velit, vt & ego poſsim dulcius & celerius ad eum peruenire.

Hæc inſcriptio legitur Romæ in templo S. Sebaſtiani extra muros, & refertur ab Apiano pag. 277.

Furia Semilla (ſic malo, quam quomodo vulgo legitur, Faria Semilla) Pand. 49. de iure fiſci l. 47. Poſſet etiam legi Varia Semilla.

Furius Victorinus, PP. ſub Diuis fratribus AA. cæſus eſt a Marcomannis & Quadis. Capitolinus.

Fvrii ſine cognomentis.

L. Furius & Sex. Attilius Tribuni pl. rogationem ex S.C. tulerunt de C. Mancino Numantinis, cum quibus ſine Senatus auctoritate fœdus feciſſet, dedendo. Qua accepta, C. Mancinus, qui & ipſe eam rogationem ſuaſerat, hoſtibus deditus eſt. Cicero Off. 3.

C. Furius Aquilium accuſauit, idque vt ſcribit Apuleius apologiæ ſuæ oratione 2. gloriæ cauſa. Opinor Aquilium hunc eſſe, qui collega C. Marii in quinto Conſulatu fuit, quem repetundarum accuſatum & abſolutum, M. Antonio defendente, conſtat ex Cicerone.

P. Furius Trib. pl. cæſorum cum L. Saturnino bona publicanda decreuit, Mario contra Metellum Numidicum fauit. Ferentibus enim rogationem de reditu Metelli Catone & Pompeio, totius vrbis gaudio, ne ea perferretur, illius interceſſione factum eſt. Quin & lachrymas Pii, Metelli filii, pro reditu patris deprecantis, deſpexit, vnde & a populo laceratus eſt. Auctores Appianus 1. Eutropius 5. & Oroſius 5. cap. 17. Appianus etiam libertino patre genitum ſcribit. De eodem Valerius libri octaui capite 1.

Cn. Furius Brochum, quem in adulterio deprehenderat, familiæ ſtuprandum obiecit. Valerius lib. 6. cap. 1.

P. Furius, ſocius Catilinæ, memoratur Salluſtio.

M. Furius, a Cicerone commendatur Cæſari Epiſtolarum 7.

Q. Furius, Eques Rom. cuius hæreditatem falſis tabulis inuaſit M. Antonius. Cicero Philippica 2.

Furia vidua, Titianæ F. Probi quondã Conſulis nurus, patre nara Patricio, & Cõſulari, cuius germanus Blæſillæ maritus fuit. Extat ad hanc epiſtola D. Hieronymi de viduitate. Fors patri cognomentũ Læti

vel nomen Gaudentii fuit. Inquit enim Hieronymus: Impleat nomen ſuum, lætetur filiam genuiſſe Chriſto, non ſeculo.

FVRNII.

C. Furnius, Trib. pl. ann. vrbis conditæ CCCX. vnus ex collegis omnibus de communicando plebi Conſulatu diſſenſit. Vide Dionyſium Antiquitatum II.

C. FVRNIVS C. F. Tribunatum plebis obiuit L. Paulo C. Marcello Coſſ. Cicero amicum illum agnoſcit ad Atticum 5. epiſtola 2. ac item 18. Secuto mox bello ciuili, Cæſari adhæſit, vt indicat epiſtolarum lib. 9. ad Atticum. Poſt pugnam Pharſalicam animum erga Ciceronē immutaſſe videtur. ſcribit enim ad Att. 11. epiſtola 8. *Furnius eſt illic mihi inimiciſſimus.* Poſt cædem Cæſaris legatus L. Planci deſig. Conſulis in Gallia, cum Præturam petere vellet, idque Cicero diſſuaderet, vt habent illorum epiſtolæ familiarium 11. mox ſe cum Antonio coniunxit, a quo non multo poſt Aſiæ præfectus eſt. Poſt pugnam Actiacam metuens ſibi a iuniore Cæſare, filium ſubornauit, qui veniam a victore peteret. Qua impetrata, his verbis Cæſari gratias egit: *Hæc vna abs te, o Cæſar, mihi facta iniuria eſt: effeciſti enim, vt mihi viuendum & moriendum ſit ingrato,* ſignificans patrem illi gratiam rependi non poſſe. Autor eſt huius Seneca de beneficiis 2. Etſi ille filium, non patrem ſic locutum tradit.

C. Furnius F. Conſulatum geſſit ſub Auguſto cum C. Iunio Syllano an. vrbis conditæ DCCXXXVI. Euſebius & patrem & filium claros Oratores habitos, & filium ante patrem in fata conceſſiſſe, ſcribit.

Furnius, fors C. F. C. N. ſub Tiberio principe damnatus eſt adulterii, anno poſt vrb. C. DCCLXXVII. Corn. Tacitus lib. 4.

FVSCI ſeparatim poſiti.

Fuſcus quidā factionis Venetæ celebratur in memoriis antiquis pag. 10.

Fuſco reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 65.

¶ FVSCIANO ab Anton. 5. Cod. tit. 54.

Fuſcianæ ab Alex. A. 5. Cod. tit. 31.

Fuſcianæ, duæ ſacræ virgines, quarum altera Alcimi Auiti, Poetę Chriſtiani, ſoror fuit ex matre Audentia, pater & auunculus Cōſulares & Pōtifices fuere. Alcimus li. 6.

¶ FVSCICVLENVS cum Fauentino notatur a Martiale 2. in Sauſellum.

FVSII.

Sp. Fuſius, Pater patratus bello Albano ſub Hoſtilio rege. Liuius 1.

L. Fuſius, æqualis C. Cottæ, P. Sulpitii, M. Liuii Druſi, ex accuſatione M. Aquilii diligentiæ fructum cepit. Cicero in Bruto. Idem 2. & 3. de Oratore, ipſius dicendi genus improbat. Meminit eiuſdem Off. 2. vbi male pro Aquilio legitur, Manlio.

C. & M. Fuſii, Equites Rom. primarii tempore Ciceronis. Meminit illorum Cicero in oratione pro L. Flacco.

¶ C. Fuſius Cotta, honeſtus Eques Rom, præerat ſub Cæſare in Galliis rei frumentariæ apud Genabenſes, a quibus etiam occiſus eſt. Cæſar commentario 7.

A. Fuſius, familiaris Ciceroni, quem Cicero Memmio commendat Epiſtolarū 13.

¶ L. Fuſius Calenus, furti M. Mutium Horeſtinum accuſauit. Defendit tum illū Cicero, teſte Aſcon Pediano.

Q. FVSIVS Q. F. C. N. CALENVS Trib. pl. vt vocat illum Cicero, leuiſſimus, obſtitit & effecit, quo minus de inceſtu Clodii aſperius a Senatu decerneretur. Autor eſt Aſcon. Pedianus. Legatus Cæſaris in bello Gallico, beneficio illius per bellū ciuile factus eſt Cōſul in annū V. C. DCCVI. A cæde Cæſaris partes fouit Antonii, ſemper ob id a Cicerone diſſidens, & diuerſum in republica ſentiens. Ad Att. ſcribens Cicero lib. 15. epiſtola 3. omnia illū inſulſe facere aſſerit. In orationib. Philippicis cū parte Fuſii laudet, ipſi amorē erga Antonios, odium in Brutos, acerbitatē in Maſſilienſes, conſuetudinē obtrectādi bonos omnes, quodq; illius ſententiā in Senatu nemo ſequatur, obiicit. Ex iiſdē orationb. generū illi C. Panſam fuiſſe liquet. Deceſſit mox a bello Peruſino, cum in eo contra Cæſarem victorē dux fuiſſet Antonii. Cōuicia illius in Ciceronem qui cognoſcere volet, legat orationem illius apud Dionem.

¶ C. Fuſius Geminus, Conſul ſub Tiberio an. V. C. DCCLXXX. Liuiæ Auguſtæ gratia floruit, homo fœminarū animis alliciēdis aptus, idemque dicax, etiam Tiberium ipſum acerbis dicteriis irridere ſolitus, ob id ab eodē interemptus. Mater illi fuit Vitia, quæ quod filii mortem fleuiſſet, & ipſa cæſa eſt. Tacitus 5.

Fuſius, Ilionam dormientem agens, ob ebrietatem vere obdormiuit, nec ad vocē Catieni, Polydorum agentis, excitari potuit, quamuis altius, Mater te appello, clamaret. Horat. Sermonum ſecundo, Satyra tertia.

FVSIDII.

L. Fuſidius, memoratur Ciceroni in Bruto, vtpote qui in numero patronorum fuerit, & ad quem a M. Scauro de vita ſua 3. libri ſcripti ſint. Meminit illius & Plinius lib. 33. cap. 1.

¶ L. Fuſidius Ancilla, vir turpiſſimus Lepido apud Salluſtium. Hic primipilaris autor Syllæ fuit infamis illius tabulæ proſcriptionis. Oroſius 5. cap. 21. apud quem non recte Furſidius appellatur.

Fuſidius, Eques Rom. tempore Ciceronis, cuius mentionem facit in oratione Piſoniana, vt creditoris debitorib. ſuis ab illo addicti. Eius hæredem cum aliquot aliis apparet fuiſſe Ciceronem. Scribens enim ad Atticum: De cohæredibus, inquit, Fuſidianis nihil fuit, &c.

Q. Fuſidius, Trib. mil. ſub Cicerone in Cilicia.

Fuſidius, fœnerator apud Horatium Sermonum primo Satyra 2. Fuſidius vappæ famam timet, ac nebulonis, &c.

Fuſidius, Eques Rom. cæſus ſub Claudio. Seneca de morte Claudii.

FVSITII.

C. Fuſitius Phagon, præfectus Auguſti Cæſaris in Numidia, victus a T. Sextio, ſeipſum interemit. Appianus 5. & Dion 48. apud quem deprauato nomine Φυρίνιος Φάγγων appellatur.

Q. Fuſitius Q. F. refertur in lege ædificantium apud Fabricium.

¶ FVTVRO, præfecto annonæ, reſcribitur a Conſt. 7. Cod. tit. 61.

G

GABERII. GABII.

GAberius, Eques Romanus, prouentu caprarum ditari volens, graue damnum ſenſit. Varro rei ruſticæ 2. capite 3.

¶ Gabius Baſſus, Præf. oræ Ponticæ ſub Traiano. Plinius lib. 10.

¶ GABIENVS, Cæſaris Auguſti claſſiarius fortiſſimus, captus a Sex. Pompeio, iuſſu eius inciſa ceruice, & vix cohærente, iacuit in littore tota die: deinde cum aduesperauiſſet, cum gemitu precibusque congregata multitudine petiit, vti Pompeius ad ſe veniret, aut aliquem ex charis mitteret, ſe enim ob inferis remiſſum habere, quod nunciaret. Miſit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus dixit; Inferis Diis placere Pompeii cauſas & partes pias: proinde euentum futurum, quem optaret; hoc ſe nunciare iuſſum argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinus expiraturus eſſet. idq; ita euenit. C. Plinius lib. 7. cap. 52.

GABINII.

Gabinius, homo ignotus & ſordidus, legem tulit de magiſtratibus mandandis, Piſone & Popilio Coſs. ann. vrbis conditæ DCXIIII. Cicero de legibus 3. & in Lælio.

A Gabinius, legatus bello ſociali, rebus aduerſus Lucanos proſpere geſtis, multis oppidis expugnatis, in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Liuius 76.

A. GABINIVS A. F. Conſul cum L. Piſone, quando Cicero in exilium pulſus eſt. Proconſul Syriæ, regem Ptolemæum in regnum reduxit, reiecto Archelao, quem Alexandrini regem ſibi adſciuerant. Regreſſus in vrbem, reus de ambitu factus eſt, abſolutus tamen a Domitio Caluino. Coniugem habuit Lolliam, & filium Siſennam, quem petiturus Ægyptum in Syria reliquit. Deceſſit morbo in Illyrico per tempus belli ciuilis, cum Cæſar eſſet Alexandriæ, cuius partes fouerat. Cicero multis illum conuiciis proſcindens ſaltatorem & Ca-

linæ Conſulem vocat. Profectò optime ſaltaſſe, auctor eſt Macrobius lib. 3. cap. 7. De ſuperioribus vide Hirtium, Liuium, Sueton. & Dionem 39. Valerium lib. 8. capite 1. Vt Cicero cum eo in gratiā redierit, & in iudicio defenderit, meminit ipſe in Rabiriana, item Valerius lib. 4. cap. 2.

¶ A. Gabinius Antiochus, lib. & accenſus A. Gabinii, lege Papia cōdemnatus eſt. Cicero ad Att. lib. 4.

¶ P. Gabinius Cimber, ſocius Catilinæ in coniuratione. Cicero oratione 1.

¶ P. Gabinius Secundus, Chaucis, Germanica gente, ſuperatis, concedente Claudio, Chaucicus dictus eſt, vt habet Suetonius. Dion Maurusios ab illo domitos ſcribit.

Gabinius, Rom. ſcriptor, citatur Straboni libr. 17. in deſcriptione Lotophagorum Mauritaniæ.

Gabinius, celeberrimi nominis Rhetor docuit in Gallia ſub Veſpaſiano. Euſebius.

¶ Gabinio Maximo reſcribit Hadrianus Pand. 22. de teſtibus, ſecūdum editionem Lugdunenſem.

Gabinio Antonio A. 8. Cod. tit. 23.

Gabinius, ex Donatiſta factus orthodoxus, refertur Auguſtino epiſtola 2. Gaudentii.

Gabinius, rex Quadorum, vix dum egreſſus conuiuio, trucidatur. Marcellinus 29.

¶ Gadvllivs Gallicanus, citatur Nonio in voce Canalis, pag. 1299.

¶ Galatiæ reſcribunt AA. & CC. 3. Cod. tit. 9. Quæratur in Iuliis.

¶ Galbivs Baſſus, Poeta Satyricus antiquus, quomodo ſcribunt Grammatici.

GALERII.

In villa Galerii locutus gallinaceus in Ariminenſi agro, M. Lepido Q. Catulo Coſs. in annalibus inuenitur. Plinius 10. capite 21.

¶ Galerius Trachalus, Orator, de quo Quintilianus & Tacitus. Conſulatū geſſit vltimo anno Neronis cū Silio Italico. Quidam Valerium Turpilianum vocant. Porro Trachali muricum & purpuræ ſuperiores partes appellantur. Vnde Ariminenſes maritimi homines Trachali cognomen traxerunt. Sex. Pomp. lib. 18.

Galeria, coniunx Vitellii Imperatoris apud Tacitum & Sueton.

Galerius, præfectus Ægypti, a freto Siciliæ 7. die Alexandriam peruenit. C. Plinius in proœmio lib. 19.

¶ Galerius Maximus, Aſpaſio Paterno in Proconſulatu Africæ ſucceſſit, & Cyprianum ab illo in exilium miſſum capite puniuit. Valeriano & Gall. Impp.

Galerivs Maximianvs Armentarius, ortus Dacia Ripenſi, primum paſtor armentarius, vnde illi cognomen, deinde miles, cum eſſet eximius corpore, ac fortis bellator, ad proximam imperantiū dignitatem aſcendit, dictus a Diocletiano Cæſar, & filia illius Valeria in vxorem ducta: cum Maximianus A. Diocletiani collega Conſtantium Cæſarem feciſſet, collocata ipſi Theodora priuigna. Gall. Cæſar ingenti prælio Perſas vicit, imperiique limites vltra Cteſiphōtem promouit, vnde ab Impp. pulcherrimus actus eſt triumphus. Regreſſis demum ad vitam priuatam principibus A A. ipſe cum Conſtantio in auguſtali potentia ſucceſſit; cumque Conſtantius Gallia & Hiſpania contentus, reliquas terras & prouincias ipſi reliquiſſet, conſiderans imperii molem, duos Cæſares legit, Seuerum & Maximianum, ſororis filium, illumque Italiæ, hunc Orienti & Africæ præfecit. Verum non multo poſt Seueri fuga & cæde comperta, conſortem imperii cooptauit Licinium, cuius facti pœnitudine ductus, incidit in morbum teterrimum, toto corpore vermibus ſcatente: vnde nihil efficientibus medicis periit, ſeu vt quidā tradunt, cruciatum non ferens, manu ſibi necem conſciuit. Vir rei militaris gloria præluſtris, verum crudelitate in Chriſtianos, vnde illi tam fœdus exitus obtigit, infamis. Imperauit 2. annis ſolus: cum aliis 16.

Gal. Maximianvs, Armentarii ſorore prognatus, cognita fortuna Licinii, ipſe quoque nihil cūctatus, Auguſtum ſe dixit, & aduerſus Licinium res nouas moliri cœpit, a quo victus & profligatus, ne viuus caperetur, Tarſi ſe ſtrangulauit. Sunt tamen qui ſcribant, illum effugiſſe, & parcēte Licinio, cum ad loca tutiora perueniſſet, vitam aliquandiu turpiter productam miſerabili morte commutaſſe. Imperauit Cæſaris nomine 4. annis, Auguſti 3. crudelitate in Chriſtianos neutiquam inferior auunculo.

GALLÆ.

Galla, pro qua dixit Vatienus Montanus. Se-

nus. Seneca Controuerſ. libr. 9. Contr. 5.

Galla, mater Galli Cæſaris, ex Conſtantio, Conſtantini Magni fratre, Cerealis & Rufini, Cōſularium, ſoror. Ammianus 14.

Gallam viduam, & Simpliciolam filiā eius, commendat Auguſtinus Quintiano.

Gallæ ſcribit Fulgentius Epiſcopus, cuius auum, patrem, ſocerū & maritū Conſules fuiſſe, affirmat. Scribit & ſorori eius Probæ virgini. Hāc eſſe puto, quam Volaterranus Symmachi, patricii viri, filiam fuiſſe tradit, quæ viro defuncto, cœnobio ſe addixerit, poſt inter ſanctos relata.

¶ Nomē Gallius vno l. ſcribendū tradunt Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis p. 6.

GALLII a Gallo dicti, teſte Manutio.

C. Gallius, depræhenſus in adulterio a Sempronio Muſca, & flagellis cæſus eſt. Valerius 6. capite 1.

Q. Gallius, Proconſul Ciliciæ, memoratur Ciceroni Epiſtolarum 13. An hic ſit, quem Cicero defendit, ambitus reum, teſte Pediano, non facile dixerim.

M. & Q. Gallii, fratres, Q. filii, a quibus poſtulatus eſt a repulſa M. Calidius. Sic enim legit in epiſtolis Cælianis P. Manutius epiſtola 4. M. Gallius Antonii partib. adhæſit. Q. Prætor vrbanus, Hirtio & Panſa Coſs. cum Cæſari Octauiano, primum Conſulatum gerenti, cuius liberalitate Libyæ Præturam obtinuerat, inſidiari depręhenſus eſſet, Præturam eius collegæ inuaſere, populus domum diripuit, Senatus illū morte condemnauit. A Cæſare ad fratrem ire iuſſus, inter eundum nuſquam comparuit. Appianus lib. 3. De eodem forte Suetonius in Tiberio cap. 6.

C. Gallius Lupercus III. vir AAA. FF. apud Manutium in Orthogr.

M. Gallio C. F. Quir. equo publico exornato a D. Antonino Auguſto Pio plebs Gaulitana ex ære ob merita, & in ſolatium Gallii Poſthumi, patroni municipalis patris eius poſuit. Hæc inſcriptio in inſula Gaulo, vicina Melite, ad portam oppiduli reperitur.

GALLONII.

P. GALLONIVS, cognomento Gurges, homo voluptarius, omne ſtudium in eo conſumebat, vt lautis & ſumtuoſis dapibus veſceretur, & inprimis acipenſere, quē apud antiquos piſcium omniū nobiliſſimū habitum teſtis eſt Plinius libro nono. Gallonium hunc notatum a Lælio Sapiente illo ſcripſit Lucilius, citante Cicerone Finium 2.

Læliu' præclare, & recte ſophos, illeque vere
O Publi, o gurges Galloni, es homo miſer inqt,
Cœnaſti in vita nunquam bene, quum omnia in iſto
Conſumis, ſquilla, atq; acipenſere cum Decumano.

De hoc ipſo & Horatius Sermonum 2.

Galloni præconis erat Acipenſere menſa
Infamis, &c.

Quod autem Lælius negat, illum vnquam bene cœnaſſe, id exponit Cicero recte, frugaliter & honeſte. Cæterum præconē fuiſſe, indicat etiam Cicero in Oratione pro P. Quintio.

C. Gallonius, Eques Rom. familiaris L. Domitii Ænobarbi, qui cum procurandæ hæreditatis cauſa miſſus a Domitio veniſſet Gades, flagrante bello ciuili, a Varrone, Pompeii legato, Gadib. oppido præfectus eſt. Paulo poſt tamen cum ſubiugatas Afranii & Petreii copias, deſertumq; ab omnibus Varronem didiciſſet, monitus a Gaditanis, vt ſua ſponte, dum liceret, cederet, timore adductus Gadibus exceſſit. Cæſar Com. 2.

C. Gallonius C. F. Vlp. maritimus. Hæc inſcriptio refertur Fabricio in ſua Roma.

¶ Gallonius Auitus, dux ſub Aureliano Imperatore, cui ipſe Imperator ſcribit apud Vopiſcum in Bonoſo.

¶ Gallonius Baſilius ſub Gallieno floruit, per quem ille moriens ad Claudium, Ticini poſitum, indumenta regia direxit, cum illum ſua ſententia Imperatorem deſignaſſet. Autor horum locuples eſt Aurelius Victor.

GARGILII.

Gargilius, vt homo guloſus & vanus, notatur Horatio epiſt. 6.

¶ Gargilius Martialis, ſcriptor Hiſtoricus tempore Alexandri Imperatoris. Scripſit & opus de hortis. Meminerūt eius Lāpridius in Alexādro, & Vopiſcus in Probo.

Gargilii duo nominantur inter Epiſcopos Africæ, quibus ſcribit Cyprianus epiſtola 12.

¶ GARGILIANVM ſubinde notat Martialis, vt libro 5.

Gargiliani hæredes ſtultitiæ & ignorantiæ iuris notant Impp. Verus & Antoninus Pand. 22. tit. de iuris & facti ignorantia. ex Paulo.

GAVDENTII.

Gaudentius, pater Ætii, ducis Rom. ſub Honorio.

Gaudentius alius, cui ſcribens Hieronymus, filiolam eius Pacatulam inſtituit.

Gaudentius, Donatiſtarum Epiſcopus, cuius epiſtolas duas ad Dulcitium refellit Auguſtinus.

Gaudentio reſcribunt AA. & CC. 9. Cod. tit. 49.

Gaudentium, cui genus ſit ſenatorium, commendat amico per epiſtolam Symmachus pag. 21.

¶ C. GAVDVS Strabo L. Vitruuii F. quæratur in Vitruuiis.

¶ GAVDIANVS, ſub Gordiano.

¶ GAVDIOSVS, ſub Diocletiano vixit. Vopiſcus.

GAVII.

P. Gauius Coſſanus, ciuis Romanus, a Verre in crucem actus. Cicero Verrin. 7.

L. Gauius & M. Scaptius M. Bruti rem in Aſia procurabant, Ciliciam adminiſtrãte Cicerone. Ad Atticum 6.

¶ Gauius Silo, bonus declamator erat, cui Cæſar Auguſtus, cum frequenter cauſas agentem in Terracinenſi colonia vidiſſet, plenum teſtimonium reddidit, dicens nũquam audiuiſſe ſe diſertiorem patremfamilias. Putabat hic Gauius eloquẽtiæ partẽ eſſe, eloquentiam abſcondere. Seneca procœmio lib. 10. Controuerſiarum.

¶ M. Gauius Apitius, cunctos aſotia ſuperauit. Hunc Dion Sabium vocat. Nos de illo copioſe in Apitiis diſſeruimus.

¶ M. Gauius Maximus 20. annis Præfectus prætor. ſub Pio, vir ſeueriſſimus. Geſſit & Conſulatum anno Pii ſexto. Extat de illo inſcriptio in memoriis vetuſtis pagina 387.

¶ *M. Gauius Seuerus, cum Cornelia Epimelia coniuge, & M. Gauio Seuero, & Cornelia Reſtituta libertis.* Hæc inſcriptio extat in antiquitatibus Italicis pag. 329.

Q. Gauius Seuerus Rutiliæ Primitinæ coniugi ſuæ dulciſſimæ, cum qua vixi annos 20. ſine bile. Extat Romæ. Vide pag. 285.

Gauia Fortunata, & Gauia Tyche, reperiuntur in antiquis inſcriptionibus, illa pagina 316. hæc pag. 243.

GAVILLII.

C. & L. Ganillii Nouelli Aquileienſes, referuntur Liuio Decadis 5. libro 6.

C. Gauillius Peculiaris V. F. ſibi & Iuliæ Tertullæ H.M.H.N.S. Inſcript. ant. pagina 397.

Gauillia Alpionia. Ibidem pag. 318.

GEGANII.

Geganiorum familia ſub Hoſtilio rege ex Alba in vrbem trãslata eſt. Liuius 1. Nomen a Gia, comite Æneæ, deſcendiſſe, docet Seruius in 5. Æneid.

Gegania inter primas Veſtales prima lecta. Plutarchus in Numa.

T. Geganius Macerinus, Conſul fuit an. vrbis conditæ CCLXII. cũ P. Minutio Augurino, quo tempore primũ caritas annonæ, deinde fames rempub. afflixit. Liuius 2.

L. Geganius, frater illius, cum P. Valerii Publicolæ filio in Siciliam tum ad emendũ frumentum miſſus. Dionyſius 7.

M. Geganius Macerinus, Cõſulatus tres geſſit, in ſecundo de Volſcis triumphauit, ducto ante currum imperatore illorũ Cluilio. Geſſit & Cenſuram cum C. Furio Pacilio ann. vrbis conditæ CCCXX. Liuius 3. & 4.

Proculus Geganius Macerinus, fors M. frater, Conſul fuit cum M. Menenio Lænate. qui annus ſeditionibus & fame inſignis fuit. Liuius 4.

L. Geganius Macerinus, Trib. militum Conſulari poteſtate ann. V.C. CCCLXXVII. Liuius 6.

M. Geganius Macerinus Trib. militum Conſulari poteſt. ann V.C. CCCLXXXVIII. Liuius in fine ſexti.

Gegania, memoratur Plinio 34. capite 3. vt quæ candelabrum emerit ſeſtertiis 50. idque ludibrii cauſa emtum conuiuio oſtentarit.

L. Geganius, cum Cn. Dolabella fugiẽs in ſeditione Saturnini cæſus eſt. Oroſius 5. cap. 17. Sic enim malo legere, quam quomodo illic habetur, L. Legarius. Eutropius item 5.

GELLII.

Cn. Gellius tempore Catonis Cenſorii, contra quem ipſe Cato pro L. Furio dixit. Gellius 14. cap. 2. Fors idem eſt annalium ſcriptor, cuius librum 3. citat Gellius 13. capite 21. & 15. Macrobius 1.

L. GELLIVS L. F. PVBLICOLA, Conſul ann. vrbis conditæ DCLXXXII. a Spartaco acie

acie victus eſt. Liuius 96. Procõſul ex Prętura cum in Græciam veniſſet, Athenis Philoſophos omnes conuocauit, ipſiſque autor fuit, vt aliquando controuerſiarũ aliquem facerent modum. Cicero de Legibus primo. Geſſit & Cenſurã cum Cn. Lentulo, eamq; ſatis aſpere, 64. Senatu motis. Liuius 98. M. Ciceronem, oppreſſa coniuratione Catilinæ, corona ciuica donandũ in Senatu cenſuit. Gell. 5. c. 6. Filiũ flagitiis infamem abſoluit. Valerius 5. c. 8. Plura de illo Cicero in Bruto, & Volaterranus.

Gellia ſoror L. Philippi, Conſularis & Cenſoril viri, vxor.

Gellius Publicola, homo decoctor & ganeo, fratre, viro clariſſimo, & equeſtri ordine indignus, Ciceroni pro Seſtio, & ſeditioſorum nutricula, contra Vatiniũ, dicitur. Opinor Cõſularis illius fratrem fuiſſe. Vitricum habuit L. Philippũ, pro Seſtio: libertinã duxit vxorẽ, ibid. Vide plura in illum in oratione pro P. Seſtio. Inuehitur in eundem Catullus.

¶ Q. Gellius Canus, condiſcipulus & familiaris Attici, & in eius gratiam ab Antonio e numero proſcriptorum exemptus. Nepos in vita Attici.

L. Gellius, interpres L. Planci ad Lepidum. Cicero lib. decimo, epiſtol. 17.

L. Gellius Publicola L. F. teſte Dione, L. N. Conſul ſub Triumuiratu Cæſaris & Antonii, bello Actiaco Antonianarũ partiũ dextrũ cornu tenuit. Paterculus & Plutarchus. Opinor, L. Gellii, Conſularis & Cẽſorii viri, filiũ fuiſſe. Fratrem habuit M. Valerium Meſſalã, matrem Pollam, vt ſcribit Dion lib. 47. Agit de eodẽ Ioſephus Antiq. lib. 15. capit. 2. Quem locum Zonaras repetens Tom. 1. perperam Delliũ nominauit.

Gellius Publicola, ſub Tiberio Quæſtor C. Syllani, Proconſulis Aſiæ, quem etiam vna accuſauit. Tacitus.

A. GELLIVS, ſcriptor noctium Atticarũ ætate Hadriani Imp. vir elegantiſſimi eloquii, & multæ ac facundæ ſcientiæ, vt Auguſtinus de C. D. lib. 9. c. 4. Vide Volaterranũ. ¶ Caſtigatiſſima autoris huius editio expectatur ab OBERTO GIPHANIO IC. clariſs. De nomine ſic recentiores plerique variant, vt alii Agellium, alii vulgata enunciatione A. Gellium vocent. Qua de re Iuſtus Lipſius diſſerens Ant. lect. lib. 1. capite 10. *Ridicula*, inquit, *cura eſt: ſed tamen ſcriptoris Noctium Attic. nomen nunquam niſi dubitans & heſitans pono. Ecce enim tibi qui A. Gellium vocari contendat, cum quo vulgus facit: ecce, qui Agellium, a quo Priſcianus & libri antiqui dicuntur*, &c.

¶ Gellia Verrina, cũ Terentio Geſſiano & Magio Vreno, filiis, refertur Inſcriptionum antiq. pag. 27.

¶ Gellius Fuſcus, citatur a Treb. Pollione in Tetrico iuniore.

¶ M. Gellius Maximus Phœbo lib. optimo, refertur in mon. agri Tuſculani. Inſcript. ant. pag. 109.

¶ GELLIANVS, citatur Plinio lib. 3. c. 12.

¶ GEMELLVS, Tribunitius viator, cuiuſmodi conuiuium Conſuli Metello Scipioni dederit, Valerius Maximus 9. cap. 1.

¶ L. GEMICILIVS Curuus, nominatur Ciceroni epiſtolarum 13.

GEMINII.

L. Geminius L. F. Meſſius, curator ærarii Mediolanenſis, refertur in memoriis Mediolanenſibus pag. 31.

C. Geminius, Prætor, aduerſus Thracas infeliciter pugnauit. Liuius 70.

¶ Geminius Varus, inter declamatores temporũ D. Auguſti ponitur Senecæ. Hic dixit; *Cæſar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem.* Fertur & eius dictum ab Hieronymo; *Qui non litigat, cælebs eſt.*

Geminius, in Græciam profectus ad Antonium, quoniam ſuſpectus erat Cleopatræ, quod eo veniſſet Octauiæ cauſam acturus, diu repulſus, ac variis modis deluſus, tandem in conuiuio iuſſus cauſſam aduentus dicere, ita reſpondit; *Cætera Antoni ſobria ſunt orationis, nec huius temporis: verum illud vnum & ſobrius & ebrius ſcio, bene ſucceſſura omnia, ſi Cleopatra remittatur in Ægyptum.* Cui Cleopatra gratias in conuiuio cum egiſſet, quod rem aperte dixiſſet, nulla vſus circuitione, ille ſe mox Romam recepit.

¶ C. Geminius Niger, Quæſtor cum C. Caſſio, Cæſare Auguſto V. Conſule. Inſcriptiones ant. pag. 315.

¶ C. Geminius Rufus, impietatis accuſatus ſub Tiberio, tabulas teſtamenti in Senatũ attulit, legitq; præcipue illud, quod Cæſarẽ ipſum & liberos ex æquo hæredes reliquiſſet. Deinde mollitiei poſtulatus, domum abiit, priusq̃ quid decerneretur. Vbi vero cognouit, adeſſe Quæſtorẽ ſumendi de ſe ſupplicii nomine, ipſe ſe vulnerauit, ac oſtenſo Quæſtori vulnere; *Dic*, inquit,

Senatui, me tanquam virum mori. Vxor P. Priſca & ipſa obiecto crimine rea inSenatũ venit, ſeque coram Patribus pugione ſaucians, ibidem expirauit. Dion 58.

¶ C. Geminius Roſianus, notus eſt ex epiſtolis Plinii, in cuius Cõſulatu ipſe Quæſtor fuit, quem & Traiano Imp. commendauit. Papinianus Pandect. 48. ad legẽ Iuliam, Hadrianum C. Roſiano Geminio reſcripſiſſe memorat.

Geminius, familiaris Pompeii adhuc adoleſcentis, cui Floram amicam adamãti Pompeius humaniſſime ceſſit. Plutarchus in Pompeio.

Geminius, Trib. militum ſub Sylla bello Mithradatico. In Plutarcho eſt Gaminius.

Geminius, Taracinæ vir potens, Mario infeſtiſſimus. Vide Plutarchum in Mario.

Geminio reſcribitur a Seuero & Anton. AA. 4. Cod. tit. 39.

Geminio alii reſcribunt AA. & CC. 5. Cod. tit. 12.

C. Geminius Elegans lib. C. Geminii. Inſcript. ant. pag. 46.

¶ Gemillæ reſcribunt Seuerus & Antonin. 5. Cod. tit. 18.

¶ Gemini, referuntur Inſcriptionum ant. pag. 276.

¶ Geminiano reſcribitur ab AA. & CC. 2. Cod. de tranſactionibus.

¶ Geniali ſcribit Plinius iunior.

Genialis, Præfectus prætorio Didii Iuliani. Spartianus.

Iul. Genianus. Inſcript. ant. pag. 441.

GENNADII.

Gennadiæ reſcribunt AA. & CC. 8. Cod. tit. 49.

Gennadius, presbyter Maſſilienſis, ſcriptores illuſtres poſt Hieronymum pertexuit.

Gennadius, Medicus, Auguſtino cariſſimus, Carthagini degens, antea Romæ artis ſuæ profeſſione clarus, memoratur Auguſtino, vna cum viſione mirifica, in epiſtola ad Euodium de anima incorporea.

Gennadius, præſul Conſtantinopolitanus ſub Imp. Leone ſeniore, edidit commentarios in Danielem, præterea nonnullas Homelias.

Geneſius, Arelatenſis patria, arte Mimus, Chriſtianos apud Imp. Diocletianum turpiſſimis geſtibus irridebat, paſſus tandem & ipſe ſub eodem.

Geneſius Martianus, gener Mœſæ, ſororis Iuliæ Auguſtæ, Seueri coniugis. Dion.

Geneſio ſcribit in Epiſtolis Libanius Sophiſta.

Genutii patricii.

T. Genutius, deſignatus Cõſul cũ App. Claudio, magiſtratibus omnib. abrogatis, factus eſt cum eodem Claudio X. vir ſcribendarum legum, an. V. C. ſecundum Liuium & Caſſiodorum CCCI. vt autem Solinus tradit, & Capitolini auctores, ann. CCCII.

M. Genutius Augurinus, Conſulatum geſſit cum Curtio, a quo lacus Curtius appellatus eſt, ann. V. C. CCCVIII. Dionyſius hunc fratrem habuiſſe Titum ſcribit, libro antiquitatum Rom. 11.

Genutii plebeii.

Cn. Genutius, Trib. pl. cum Manlio & Furio poſt exactum Conſulatum diem ad populũ dixiſſet, ipſo iudicii die domi mortuus inuentus eſt, cæſus haud dubie fraude Patrum & nobilitatis. Liuius lib. 2. Annus tum erat CCLXXX.

¶ Cn. Genutius Panſa, ſemel atque iterum Trib. mil. Conſulari poteſt. ann. videlicet V. C. CCCLIIII. & CCCLVII. Profectus aduerſus Faliſcos & Capenates, circũuentus inſidiis, ante ſigna inter primores cecidit. Liuius 4.

¶ L. Genutius Auentinenſis M. F. Cn. N. geſto Conſulatu, cum poſt bienniũ eodem magiſtratu fungeretur, magno conatu contra Hernicos mouit, verum in inſidias præcipitatus, periit, ann. V. C. CCCXCI. Liuius lib. 7.

L Genutius Auentinenſis, Trib. pl. ann. V. C. CCCCXI. tulit ad populum, ne fœnerari liceret. Liuius in fine 7.

L Genutius Auentinenſis, Conſulatum geſſit cum Ser. Cornelio Lentulo, ann. vrbis conditæ CCCCL. Liuius 10. Meminerũt item huius collegii Caſſiodorus, Diodorus Siculus & Tabulæ Capitolinæ.

C. Genutius Auentinenſis, fors L. fr. biennio poſt factus eſt Augur, cum illi primũ tum ex plebe crearentur. Liuius 10.

¶ C. Genutius Clepſina, duobus Conſulatibus clarus euaſit: horum priorem an. vrbis conditæ CCCCLXXVII. alterum CCCCLXXXIII. geſſit.

L. Genutius Clepſina, fors C. fr. Conſul an. vrbis conditæ CCCCLXXXII. Legionem 8. quæ Rheginos interfecerat, in poteſtatem ſuam, oppido capto, redegit, ac

perſu-

perfugas quidem & latrones ipſe ſupplicio affecit, legionem integram Romam miſit, quæ populi iuſſu medio foro virgis cæſa, ſecurique percuſſa eſt. Meminerunt eius rei Epitome Liuiana, Polybius 1. Valerius 2. & Oroſius.

Genutius quidã Trib. pl. cum eſſet iurgio laceſſitus a Faliſcis, bellum illis illatum eſt. Plutarchus in Gracchis. Annus hic fuit V.C. DXII.

L. Genutius, Legatus cum donis miſſus ad Syphacem, regem Numidiæ, belli Pun. ſecundi anno 9. Liuius lib. 27.

M. Genutius Trib. ſecundæ legionis, periit in conflictu aduerſus Boios ſub Corn. Merula Conſule, ann. V.C. DLX. Liuius 35.

¶ Genutius Cippus, Prætor cum egredienti ſibi paludato ſubito veluti cornua emerſiſſent, & reſponſum eſſet, regem fore, ſi in vrbem reuertiſſet, amore patriæ & libertatis voluntarium perpetuumque ſibi exilium indixit. Vide Ouidium Metamorphoſeon 15. & Valer. Maximum lib. 5. c. 6.

Genutius quidã, matris magnæ Gallus, quod ſua ſponte ſe emaſculaſſet, hæreditatem Næuiani, qui bona illi ſua reliquerat, Mamercus Æmilius Conſul adire illum paſſus non eſt. Valerius 7. cap. 7.

GEORGII.

Georgio reſcribit Antoninus Imp. 8. Cod. tit. 45.

Georgio alii AA. & CC. 4. Cod. tit. 24. & 38.

¶ Germano Syluano reſcripſerunt Seuerus & Ant. AA. Pand. 5. & 4. Cod. tit. 35.

GERONTII.

Gerontio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 6. & 50.

Gerontia, ad quam ſcribit D. Hieronymus, matrem habuit Benignã, 14. annis viduam, auiam Metroniã, per 40. annos viduam, amitã Gerontiam, 20. annis viduã, patrem Celerinum, maritum Simpliciũ, & ex eo filium Poſthumum Simplicium.

Gerontius, Diaconus D. Ambroſii, deinde Epiſcopus Nicomedienſis, deiicitur a D. Chryſoſtomo. Nicephorus lib. 13. c. 9.

Gerontius, vetuſtæ nobilitatis vir, 112. annos natus ſub Mauricio Imp. Niceph. li. 18. cap. 37.

Gerontius, ſub Honorio Conſtantium, Conſtantini tyranni F. cuius comes erat, occidit apud Viennam in Galliis. Ipſe mox, cum Maximum quendam pro Conſtantino ſubſtituiſſet, a militib. ſuis occiſus eſt. Blondus.

¶ Glycerius Imp. De hoc Sigonius de imperio occidẽt. & Onuphrius Panuinius.

¶ Glyco, Medicus apud Ciceronem.

Glyconi reſcribunt AA. & CC. 3. Cod. tit. 10.

GORDII.

Gordio reſcribit Alexand. Imp. 5. Cod. tit. 28.

Gordius Martyr, miles Cæſarienſis, celebratur Baſilio Magno.

GORDIANI.

Gordianos Impp. quære in Metiis.

Gordianus, Chriſtianus vir, filiũ habuit Concordium Martyrem, qui paſſus eſt ſub Antonino, iudice Torquato, Comite Thuſciæ.

Gordianus, Valerius & Macrinus ſimul Martyres coronati.

Gordianus, Martyr, aliquando Iuliani Apoſtatæ Vicarius, & per Ianuarium presbyterum conuerſus, capite punitus eſt ſententia Clementiniani ſucceſſoris.

Gordianus, pater D. Gregorii Magni.

GORGONII.

C. Gorgonius, vir equeſtris ordinis. Meminit illius Cicero in Bruto.

Gorgonius, Buteonis auditor, poſtea quoque ſcholæ ſucceſſor, vocis obtuſæ, ſed pugnaciſſimæ fuit, cui Baros ſcurra venuſtiſſime: *Centum*, inquit, *raucorum voces habes*: Seneca controuerſia 7. Notatur idem ob quædã minus cordare dicta in fine li. 1.

Gorgonio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 35.

Gorgonius, aulicus ſub Diocletiano, coronatur martyrio ſimul cum Dorotheo. Euſebius 4. cap. 13.

¶ P. Gracciꝰ Paternus, cũ Scribonia Lucana vxore, refertur in memoriis Helueticis apud Stumpfium.

¶ Graciliano P. V. ſcribunt Conſtãtii principes AAA. 1. Cod. de hæreticis & Manichæis.

¶ Graduæ Procõſuli Africæ, reſcripſere Seuerus & Anton. Pand. de off. eius, cui mand. eſt iuriſdictio. l. 4.

GRANII.

Q. Granius præco, homo impenſe dicax, memoratur Ciceroni in Bruto, vt qui cũ T. Tinca Placẽtino, quãuis facetiſſimo,

certare de dicacitate ſolitus ſit, & ob id celebratus Lucilio Poetæ, quemadmodũ etiamdũ ipſius Satyrarũ fragmenta teſtantur. Extant Granii pleraque feſtiue dicta apud Ciceronẽ 2. de Oratore, & in oratione pro Plãcio. M. Druſo, Trib. pl. multa in repub. molienti, cum ille eum ſalutaſſet, dixiſſetq; Quid agis, Grani? Imo vero, inquit, tu Druſe quid agis? Patrono malo cum vocem in dicẽdo obtudiſſet, ſuadebat, vt mulſum frigidũ biberet, ſimul ac domũ rediiſſet: Perdam, inquit ille, vocem, ſi id fecero. melius eſt, inquit, quam reum. P. Naſicæ Conſuli, edicto iuſticio, domũ diſcedenti, ac rogãti in medio foro, quid triſtis eſſet, an quod auctiones eſſent? imo vero, inquit, q; legiones.

Q. & C. Granii, cum C. Mario Syllanis armis pulſi, & proſcripti ſunt. Appianus lib. 1. Apud Plutarchum traditur, Marium cum priuigno Granio nauem Hoſtiæ conſcendiſſe, haud dubie alterius illorum affinis.

¶ Granius Flaccus, reliquit de indigitamentis ſcriptum ad Cæſarem librũ. Cenſorinus de die natali cap. 3.

¶ Granius Marcellus, Prætor Bithyniæ ſub Tiberio principe, accuſatus a Quæſtore ſuo Cæpione Criſpino, ſub ſcriptore Romano Hiſpano, damnatus eſt. Tacitus 1.

¶ Granius Martianus, Senator ſub eodem Tiberio, a C. Graccho maieſtatis poſtulatus, vim vitæ ſuæ attulit. Tacitus 5.

¶ GRANIVS SERENVS legatus Hadriani Imp. placat animum illius erga Chriſtianos. Miſit enim litteras ad illum, iniquiſſimum eſſe dicens, clamorib. vulgi innocẽtium hominum ſanguinem concedi, & ſine vllo crimine, nominis tantũ & ſectę reos fieri. Quibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano, Proconſuli Aſiæ, ſcripſit, ſine obiectu criminum Chriſtianos non condemnandos. Euſebius Hiſt. Eccleſ. 4. c. 9. Oroſius 7. cap. 13.

¶ L. Granius Romanus Vibius Trom. Secundus Trib. leg. 3. refertur in antiquitatibus Tarraconenſium pag. 16.

Q. Granius Q. libertus Plutarchus. Ibidem 20.

M. Granio M. F. Men. Cordo, &c. Ita Fabricius in ſua Roma.

Granius Licinianus, citatur Macrobio Saturnalium 1. & Sex. Pompeio.

Granius, Medicus, citatur Plinio.

¶ GRASIDIVS Sacerdos, Prætorius, ſub Tiberio in inſulã deportatus. Tacitus lib. 5.

GRATII.

Gratius, Poeta ſub Auguſto, ſcripſit de venatione carmine hexametro. Opus id nuper inuentũ Romæ, & excuſum eſt. Ouidius Gratii meminit in libris de Ponto:

Aptaque venanti Gratius arma dedit.

Gratiæ Alexandræ inſignis exempli ac pudicitiæ, quæ etiam filios ſuos propriis vberibus educauit, Pudens Aug. lib. maritus. Hæc inſcriptio extat in baſilica Ioannis & Pauli, teſte Mapheo Vegio de educatione libro 1. capite 4.

Gratiæ reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. titul. 38.

L. Gratius C. F. Glaucus. C. Gratius Halis. Q. Gratius Xanthus reperiuntur in memoriis Hiſpanicis pag. 21. & 12.

¶ GRATIANVS auus, & Gratianus nepos, Auguſti, quærantur in Valentinianis. ¶ Vide Carolum Sigonium de imperio occident. & Onuphrium Panuinium.

Gratianus, Tyrannus Britãniæ ſub Honorio, a Rom. militibus interemtus eſt.

Gratiano cuidã reſcribit Philippus Imp. 5. Cod. tit. 38. Alii ab illo reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. titul. 44. & Gratianæ iidem 4. Cod. de condictione indebiti.

¶ GRATILLA, relegatur a Domitiano Imp. De qua amplius conſulendi Arrianus libr. 2. de Epicteti diſputationibus, Plinius epiſtol. lib. 3. epiſt. 11.

GRÆCEII.

Græceius, vnus ex percuſſoribus Cæſaris, memoratur Ciceroni Epiſtolarũ familiarium 11. & ad Atticum 15. epiſt. 15.

GRÆCINII.

P. Græcinio P. F. Pob. Lagoni ornamentis Conſularibus. Hæc inſcriptio extat Veronæ in turri S. Firmi. Inſcript. ant. pag. 327.

L. Græcinio Pompeiano animulæ iucundiſſ. qu. vixit annos XXIII. mater poſuit Æmilia Pompeia, & ſibi. Hæc inſcriptio extat Mediolani. Ibidem pag. 33.

¶ GRVNNIVS Corocotta Porcellus, cuius teſtamentũ decantarint in ſcholis agmina puerorum cachinnãtium, refertur Hieronymo in proœmio lib. 12. in Eſaiam. Legitur idem teſtamentum in Antiquitatibus Fabricii.

H.

HABENTIO & Creſconio reſcribunt Seuerus & Antonin. 5. Cod. tit. 62.

¶ HADRIANO AA. & CC. Cod. 4. & 24.

Hadrianæ iidem tit. 26.

Hadriano alii, Præfecto prætorio, Arcadius & Honorius 10. Cod. tit. 69.

Hadrianus, Rhetor, de quo Suidas.

¶ HASTIO reſcribunt AA. & CC. 8. Cod. tit. 45.

¶ C. HEIVS Siculus Mamertinus, memoratur Ciceroni in Verrinis.

¶ HELENÆ reſcribit Ant. A. 8. Cod. titul. 36.

¶ HELENIVS Acron, interpres Horatii.

HELII.

¶ Manutius vult Mœcenatem eſſe gentis Cinciorũ, quod mihi nō probatur. ¶ Variat & alia aſſertione ſtus Lipſius Comment. in lib. 5. Taciti, vbi ex eiuſdem & Silii auctoritate gente Cilnium, e Liuii, patria Aretinum facit.

C. Helius Mœcenas, Eques Roman⁹, M. Druſo Trib. pl. reſtitit. Cicero ꝓ A. Cluētio. Nomen Mœcenas a loco tractum, docet Varro in fine lib. 1. Analog.

Tacitus 5. Plin. 37. c. 1.

C. HELIVS MOECENAS, Eques Rom. cuius genus ab Hetruſcis regibus deductū, Horatius & Propertius aſſerunt, tantā apud Auguſtum Cæſarem gratiam obtinuit, vt multos Conſularium triumphaliumque potentia anteiret, ac quibus ipſe vellet, honores & magiſtratus facile cōciliaret. Bellis ciuilibus vrbi atque Italiæ mirifica manſuetudine præfuit, Rana tamē ipſius, quod in anulo ſignū habebat, ob exactiones pecuniarum magnos ſæpe terrores ingerere. M. Lepidum, Triumuiri F. quo tempore apud Actium de ſumma rerum decernebatur, res nouas in vrbe molientem, per ſummam quietem & diſſimulationem oppreſſit, quo facto & magnum ꝑxoriens bellum reſtinxit, & communi tranquillitati in poſterum conſuluit. Quemadmodum autem in his rebus, quæ propter rempub. curas & vigilias exigebāt, prorſus inſomnis, prouidus & agendi ſciens erat, ita ſimul aliquid ex negotio remitti poſſet, otio & mollicie pene vltra feminam diffluebat. Molliori veſte cum vteretur, & diſcinctus incederet, vulgo Malacinus appellatus eſt. Id probrum ipſe adeo nō expauit, vt in caſtris ducis officio fungens, militib. diſcincti teſſeram daret. Regreſſo ex Alexandrina victoria Auguſto, ac de repub. reddenda cogitanti, non deerant, qui id impenſius vellent, & conſulerent, maxime autem M. Agrippa. Mœcenas ſententiam rogatus, cōtrarium ſuaſit, & vt in monarchia perſiſteret Auguſtus, effecit. Vixit autem cum eodem tanta facilitate, vt interdum liberius admonere, quæque ex dignitate ipſius fore viderentur, oſtendere non dubitarit. Accidit aliquando, vt Auguſtus pro tribunali ſedens, multos capite damnaturus eſſet. Ibi Mœcenas, quoniam præ multitudine populi ad ipſum penetrare non potuit, inſcripſit chartæ; *Surge carnifex*, eamque quaſi res alias continentem in ſinum ſedētis coniecit. Qua ille lecta, nihil cunctatus ſurrexit, neque quenquam condemnauit. Tanta vero beneuolentia virum ob hanc libertatem proſecutus eſt, vt poſtea vacationem omniū negotiorum petenti, quietem altiſſimam, & in ipſa vrbe velut peregrinum ocium indulſerit. Hortos habuit amœniſſimos in campo Æſquilino, & in iis turrim celeberrimam. Hic cum amicis ſuauiſſime viuebat. Colebat autem ſecundùm Auguſtum, cum aliquot in republica potentes & illuſtres, tum maxime doctos & ſtudiis claros, eoſque ita opibus fouebat, vt vnus ſtudioſorum omnium veluti perfugium & aſylum haberetur. Hinc Virgilius, Horatius, Propertius, aliique complures laudibus illum vehere, ſuaſque lucubrationes eidem inſcribere contenderunt. Ipſe quoque eximie doctus & ingenioſus magnū Romanæ eloquentiæ daturus erat exemplum, vt teſtatur Seneca epiſtola 19. & 93. niſi felicitas illum eneruaſſet, & animum virilem ac altum res ſecundæ diſcinxiſſent. Citatur ipſius Prometheus, citatur

Paterculus.

Dion.

Tacitus 14.

Carminum liber 10. & dialogus 2. a Chariſio. Et laudatur illud, vt diſerte dictum;

Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos.

Suetonius.

Sed notatur cõpoſitio, quã Auguſtus quoque vti laſciuiorẽ, & myrobrecheis (ſic ait) cincinnos illius perſequi, & imitãdo per iocum irridere ſolebat. Sic enim aliquando familiariter ad illũ ſcribens epiſtolã clauſit: Vale, mel gentiũ, ebur ex Hetruria, laſer Aretinũ, adamas Supernas, Tiberinũ margaritũ, &c.

Macrobius.

Eſt enim notus locus. Tradũt inſuper autores, quod & ipſum ingenium eius arguit, notas illum quaſdam literarum inueniſſe, plurimum ad celeritatem ſcribẽdi conferentes, eaſq; per libertũ Aquilã multos edocuiſſe. Ad hæc, primum ab illo lauacrum aquæ calidæ excitatũ in vrbe, & aſinarũ pullos ipſius inſtituto cœptos eſitari, memorant Plinius & Dion. Felicitatẽ eius

Plinius libr. 8.cap.43.

interpolarunt febris perpetua, & vxor Terentia, mulier querula & moroſa, quã ſæpius repudiatã ſemper reducebat, cũ deſideriũ abiectæ ferre nõ poſſet, eoq; per ſymphoniarũ cantus, ex longinquo leniter reſonantiũ, ſomnũ quærere cogeretur. Vnde eſt illud feſtiuũ Senecæ, millies vxorẽ du-

Seneca de prouidẽtia.

xiſſe Mœcenatẽ, cũ vnã habuerit. Cæterũ inſomniæ vitiũ ita paulatim in eo creuit, vt traditum ſit, ſupremo triennio nullo horæ momẽto ſoporem ſenſiſſe. Deceſſit Auguſto hærede ſcripto, C. Martio Cenſorino C. Aſinio Gallo Coſs. ann. V.C. DCCXLV. ante natũ Chriſtũ 5. Hæc ex Paterculo, Seneca, Plinio, Tacito, Suetonio, Dione & Macrobio. De genere & comitate Mœcenatis aſcribere inſtar corollarii placuit locũ Horatii Sermon. lib. 1. Sat. 6.

Non quia Mæcenas, Lydorum quicquid Hetruſcos
Incoluit fines, nemo generoſior eſt te:
Nec quod auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint,
Vt plerique ſolent, naſo ſuſpendis adunco
Ignotos, vt me libertino patre natum:
Cum referre negas quali ſit quisque parente
Natus, dum ingenuus. Perſuades hoc tibi vere,
Ante poteſtatem Tulli, atque ignobile regnũ,
Multos ſæpe viros, nullis maioribus ortos,
Et vixiſſe probos, amplis & honoribus auctos, &c.

Mœcenas, Prætorius, an ex Heliis, neſcio, ſub Maximino Imp. cæſus eſt, teſte Capitolino.

C. Helius Mœcenas, refertur epigrammate vetere apud Marlianum antiq. Rom. lib. 5. cap. 13.

C. Helius Mœcenas Meliſſus, Spoleti natus ingenuus, ſed ob diſcordiam parentum expoſitus, cura & induſtria educatoris ſui altiora ſtudia percepit, ac Mœcenati pro Grãmatico muneri datus eſt. Cui cũ ſe gratũ & acceptũ in modũ amici videret, quanquã aſſerente matre, permanſit tamen in ſtatu ſeruitutis, præſentemq; conditionem veræ origini antepoſuit. Sed manumiſſus, & Auguſto inſinuatus, curã ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu ſuſcepit. Sexageſimũ autẽ ætatis annũ agens, libellos iocorũ componere inſtituit, abſoluitq; 150. quibus & alia diuerſa poſtea addidit. Fecit & nouum genus togatarum, inſcripſitq; Trabeatas. Tranquillus. Eundem triennium ſibi ſilẽtium imperaſſe legimus, a conuulſione reddito ſanguine, quod ſpiritum cohibere in multis rebus ſingularis præſidii ſit. Plinius 28. cap. 6. Meminit Ouid. lib. 4. de Ponto:

Et tua cum ſacco Muſa Meliſſe, leuis. Item Euſebius in Chronol.

¶ C. Helius Meliſſus, alius, & ipſe Grãmaticus ætate A. Gellii, ſummi quidem in vrbe loci & nominis, ſed maiore in litteris iactantia & θρασύς, quam opera. Librum ſcripſit de loquẽdi proprietate, vbi matronam eſſe ſcribit, quæ ſemel pepererit, matremfamilias, quæ ſæpius. Id quod Gellius falſum eſſe tradit. Vide Noct. Att. li. 18. c. 6.

¶ C. Helius Veſtinus, citatur C. Plinio.

¶ Helius Vitalio, memoratur antiqua inſcriptione, quæ extat Romæ in Capitolio; *Annonæ ſanctæ Helius Vitalio menſor perpetuus piſtorum ſiliginariorum.* Fabricius in ſua Roma.

Mœcenatis, Prætorii, meminit Herodianus ſub finem lib. 7.

¶ Heliodoro reſcribunt AA. & CC. 8. Cod. tit. 45.

HELPIDII.

Helpidius, præfectus vrbi Hadriano Imperatore.

Helpidio ſcribit Libanius in Epiſtolis.

Helpidius, ortus ex Paphlagonia, fit Præfectus Prætorio orientis ſub Conſtantio, in locum defuncti Hermogenis Pontici, vir ſimplicioris ingenii, & adeo incruentus & mitis, vt cum ei coram quendã innocentẽ torquere Conſtantius præcepiſſet, æquo animo abrogari ſibi poteſtatem oraret, & id

genus

genus negotia potioribus aliis ex ſententia principis agenda permitti. Marcellinus 21. Vxorem habuit Antiſtiam, & ex ea tres filios, quos grauiter aduerſa valetudine laborantes Hilarion monachus, cõmotus precibus & lachrymis afflictæ matris, oratione ſua reſtituit incolumes. Hieronymus in eius vita.

HELVII.

Cn. Heluius, Trib. mil. cæſus eſt in pugna cõtra Magonẽ, fratrẽ Hannibalis. Liui. 30.

C. & M. Heluii, continuis annis primum Ædiles pl. deinde Prætores: hic ann. V. C. DLVI. ille an. DLV. Caius ex prætura Galliã, M. vlteriorẽ Hiſpaniam obtinuit. Liui. 32.

¶ L. Heluius Lamia, homo deformis, dũ L. Craſſum, defendentẽ cauſam Aculeonis apud M. Perpennam iudicẽ, odioſe interpellaret: Audianus, inquit Craſſus, pulchellum. Artiſum eſt ab omnibus. Tũ Lamia: Non potui, inquir, mihi formã fingere, ingenium potui. *Hic* vbi Craſſus ſubiciſſet: audiamus diſertũ; artiſum eſt multo vehementius. Cic. 2. de Oratore. Quoniam aũt Lamias Æliæ gentis eſſe inuenio, dubito, num apud Ciceronẽ pro Heluio legendum ſit Ælius.

¶ Heluius Mantia, & ipſe deformis, cũ in actione quadã moleſtus eſſet Cęſari Straboni, cuperetq; oſtẽdi ſibi, qualis eſſet, Cæſar monſtrauit digito pictũ Gallũ in Mariano ſcuto Cimbrico, ſub notis diſtortũ, eiecta lingua, buccis fluentibus. Riſus eſt cõmotus, quod nihil tã Mantiæ ſimile videretur. Cicero ibid. & Quintilianus 6. c. 4. qui pro Mantia Mancipẽ vocat. Plin. 35. c. 4. idẽ referens pro Cæſare Craſſum nominat, ſed vt opinor, mẽdoſe. ſuſpicor eundẽ eſſe cũ ſuperiori, nomenque deprauatum.

¶ C. HELVIVS CINNA, Trib. pl. cæſus eſt in funere Cæſaris a plebe per errorẽ nominis, cũ Corn. Cinnã Prætorẽ exiſtimarent eſſe, qui grauiter pridie de Cæſare concionatus erat. Auctores Plutarchus in Cæſare, Dion lib. 44. Appian. bel. ciuil. lib. 2. Valer. 9. c. 9. Fuit hic idẽ Poeta, quomodo ſcribit Plutarchus in Bruto: cuius opus, Smyrnam nomine, nempe de miſera Myrrhæ libidine (id enim vel ex vno Cinnę verſiculo liquet, qui eſt apud Priſcianum li. 6. & notum, antiquis myrrham ſæpiſſime Smyrnam dici) 9. annis elaboratũ, vt Seruius in 9. Eclogam Virgilii, valde commendat Catullus: qui & ipſe de hac Smyrna,

—nonam poſt denique meſſem,
Quam cœpta eſt, nonamque edita poſt hyemem.

In idem opus L. Craſſitius, Grammaticus, commentarium ſcripſit, vt teſtatur Suetonius. Meminit Cinnæ Poetæ P. Ouidius 2. Triſt. & Mart. lib. 10. ad Sextum:

Iudice te maior Cinna Marone fuit.

Refertur hoc epigramma Cinnæ in Iſidori farragine:

Hac tibi Arateis multum inuigilata lucernis
Carmina, quîs ignes nouimus æthereos,
Lenis in aridulo Malua deſcripta libello,
Pruſiaca vexi munera nauicula.

¶ Heluius Blaſio, D. Bruti comes, rebus deſperatis, cum ille mortem ſuam lamentaretur, in conſpectu eius gladio incubuit. Dion 46.

¶ Heluius Rufus, gregarius miles ſub Tiberio in Africa, ob ciuem ſeruatum ciuica donatus eſt. Tacitus 3.

Heluius quidam occiſus a Claudio, teſte Seneca in de morte Claudii.

¶ P. HELVIVS PERTINAX, patre Heluio Succeſſo natus, homine libertino, Grãmaticen aliquandin profeſſus cũ minus ex ea quæſtus ſentiret, rei militari ſe dedit. Deinde per omnes dignitatũ gradus euectus, cũ & Cõſul ſub Marco, & Præfectus præt. ſub Cõmodo fuiſſet, illo cæſo, ſuſcepit imperiũ prid. Cal. Ian. ſexagenatio maior, nec totis trib. mẽſib. tenuit, cum ob vitæ integritatẽ & ſanctimoniã bonis omnib. probaretur, militibus diſpliceret, a quib. 5. Cal. Aprilis interemptus eſt. Vxorem habuir Flauiam Titianam, Flauii Sulpitiani F. quẽ vrbi ſuo loco præfecerat. Filium & filiam reliquit ſuperſtites. Et quod magis blandus quã beneficus eſſet, χρηστόλογος dictus eſt. Populus illũ & Senatus in Deos retulit. Autores Capitolinus, Herodianus & Aur. Victor.

P. Heluius Pertinax F. a Senatu Cæſar appellatus eſt, ſed interceſſit pater, hac voce edita: Cum meruerit. Patris conſecrati Flaminium ſuſcepit. Imperante poſt Seueri mortem Antonino F. cum ille Getã fratrẽ occidiſſet, & poſtea in Senatu a Fauſtino prætore per adulationẽ Sarmaticus Maximus, & Parthicus Max. diceretur, ſubieciſſe fertur Heluius, adde & Geticus Max. Quod dictũ vt ambiguũ altius in pectus Antonini deſcendit. Vnde poſtea Conſul ſuffectus, quod affectatæ tyrannidis ſuſpectus eſſet, quippe Imperat. F. & apud omnes fauorabilis, interfectus eſt. Capitolin. & Spartian.

¶ *M.Heluio Creſcenti M. Heluius Hermias lib.fecit*. Hæc inſcriptio extat Salerni in Italia. Inſcript.ant.pag.107.

¶ Heluius Agrippa, vnus ex Pōtificibus, ſub Domitiano in Senatu præ terrore extinctus eſt. Dion.

HELVIDII.

P.Heluidius Rufus, Eques Romanus, ſtudioſus A. Clu[illegible]ii, eius, pro quo dixit Cicero.

HELV[illegible]DIVS PRISCVS, natus Taracinæ municipio, Cluuio patre, qui ordinē primi pili duxerat, ingenium illuſtre altiorib. ſtudiis dedit iuuenis admodum, non vt pleriq; nomine magnifico ſegne otium velaturus, ſed quo firmior aduerſus fortuita rempublicam capeſſeret. Doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona, quæ honeſta; mala tantum quæ turpia, potentiam, nobilitatē, cæteraq; extra animum, neq; bonis neque malis annumerāt. Quæſtorius adhuc a Pæto Thraſea dilectus, e morib. ſoceri nihil æque ac libertatē hauſit, ciuis, Senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemtor, recti peruicax, cōſtans aduerſus metus. Erant, quib. appetentior famæ videretur. Obiuit deinde legationem in Syria, geſſitq; Tribunatum pl. Ruina ſoceri per Neronē in exiliū pulſus, Galbæ principatu rediit. Eprium Marcellū, delatorē Thraſeæ, accuſare aggreſſus, multis Senatorū deprecantib. ab inſtituto deſtitit. Sub Vitellio Prætor deſignatus, reuerſum ex Syria Veſpaſianum Imperatorē ſolus priuato nomine ſalutauit, toto vero tēpore Præturę nullum honorē ei detulit, ac ne mentionem quidem nominis eius fecit. Tandē etiam altercationib. inſolentiſſimis in ordinē red gere conatus, primū relegatus, deinde interfici iuſſus eſt. Miſſis tamen paulo poſt, qui percuſſores reuocarent, ſeruatus eſſet, niſi iā periiſſe falſo nunciatū eſſet. Tacitus & Suetonius. De eodem Arrianus lib. 1. de Epicteti diſputationibus.

Heluidius, ſuperioris filius, ſed non ex Fannia, Thraſeæ filia (nam ea nouerca fuit, teſte Plin.) iuſſu Domitiani cæſus eſt, quod quaſi ſcenico exodio ſub perſona Paridis & Oenones diuortium Imp. cū vxore tractaſſet. Reliquit ex Arria coniuge Heluidiū F. & filias duas Heluidias. Accuſatorem Heluidii, Publicium Certum, poſt cædem Domitiani Conſulatu deiecit Plinius, quo dolore coniectus in morbū, nō multo poſt diem ſuum obiit. Cæterum Heluidiarū ſororum, imperante Traiano, vtraq; ex partu filiam enixa, periit. Plinius Epiſtol. 4. ad Velium Cerealem & 9. ad Quadratum.

Heluidii Oratoris eiuſmodi epitaphium habent Antiquitates Fabricii pag. 89

Hic iacet Heluidius, fatis extinctus iniquis,
Egregius iuuenis, cauſarum orator honeſtus.

Heluidius, hæreticus, Auxentii, diſcipulus, Mariam poſt natum Chriſtum plures habuiſſe liberos aſſeruit, cuius veſaniā Hieronymus duobus libris coarguit. Vide Gennadium.

¶ HERACLIVS Rufin⁹, præfectus vrbi ſub Diocletiano. Reſcribitur illi ab AA. & CC. 4. Cod. de condict. indebit.

HERACLIVS Imperator. De hoc Suidas & alii.

¶ L. HERCVLEIVS, Quæſtor Q. Sertorii, a Q. Metello cęſus eſt. Liuius 91. Ex Floro & Oroſio duos fuiſſe Herculeios fratres colligitur.

¶ HERCVLIANVS, Conſul anno V.C. MCCV. ſub Valentiniano III.

Herculiano reſcribit Antoninus A. 4. Cod. de rebus creditis & iureiur.

Herculiano alii Alexander A. 6. Cod. tit. 3. & Gordianus.

¶ Turnus HERDONIVS Aricinus, fraude Tarquinii Superbi ſublatus eſt. Liuius 1.

App. Herdonius Sabinus, Romæ cum exulib. Capitolium occupauit, vbi cęſus eſt cum omnibus ſuis. Liuius 3. Dionyſius 10.

HERENNII.

C.Herennius, teſtis adductus contra C. Marium, negauit eſſe moris patrii, patronū aduerſus clientes teſtari. Porro C. Marii parentes Herenniorum familiæ clientes fuiſſe, conſtabat. Plutarchus in Mario.

M. Herennius, Conſulatum geſſit cum C. Valerio Flacco ann V.C. DCLX. in cuius honoris petitione L. Philippū, ſumma nobilitate hominē, ſumma gratia, ſumma etiā eloquentia ſuperauit. Cicero in Bruto & in oratione pro L. Muræna.

C.Herennius, Sylla Cōſule Trib. pl. memoratur Salluſtio apud Gellium lib. 10. c. 20. Fors idem, qui ſecutus partes Sertorianas cæſus eſt a Pompeio.

C.Herennius, alius, & Senator, quod pecuniam ob rem iudicandam accepiſſet, damnatus eſt. Cicero in Verrinis.

L. Herennius, ciuis Romanus, ſecuri percuſſus a Verre. Cicero Verrin. 7.

M. Herennius, Decurio ex Pompeiano muni-

municipio, ſereno die fulmine ictus, id quod inter Catilinaria prodigia habitum eſt. Plinius 2. cap. 51.

C. Herennius Sex. F. Trib. pl. Clodium ad plebem traducere ſtuduit. Cicero 1. ad T. Atticum tribulem Attici, & hominẽ nequã, & egẽtem vocat, patrẽ vero nummos ipſis diuidere ſolitum ſcribit, epiſt. 13. & 14.

C. Herennius, familiaris Ciceronis, homo mitis & humanus, accuſauit cum aliis M. Cælium. Cicero pro Cælio.

C. Herennio Cicero 4. libros ſuos Rhetoricorum dedicauit.

¶ Herennius Gallus, hiſtrio, memoratur Ciceroni epiſtolarum 10.

¶ Herennius Capito, procurator Iamniæ ſub Auguſto, refertur Ioſepho lib. 18. c. 12.

Herennius, adoleſcens vitiis corruptus, & a Cæſare caſtris excedere iuſſus, quum plorabũdus dixiſſet, Quo ore redibo in patriam? quid dicam patri meo? Dic, inquit Auguſtus, me tibi diſplicuiſſe.

¶ HERENNIVS MACRO, ſucceſſit Seiano in præfectura prætoriana, & quidẽ ipſo Seiano deterior. Sub mortẽ Tiberii valde Caligulæ ſtuduit, quem tamẽ poſtea, quod Caiũ ſalutaſſet, infenſum habuit, & ab eodem occiſus eſt. Tacit. lib. 5. Seneca in fine 2. de tranquillitate animi, Dion 58. qui tamen illum, quod miror, Næuium Sertoriũ Macronem vocat, lib. præcedenti 57. Præclaræ de eodem ſunt Philonis expoſitiones de legatione ad Caium.

¶ Herennius Gallus, legatus primæ legionis in Germania circa initium principatus Veſpaſiani patris. Tacitus lib. 20.

¶ Herennius Pollio, Conſul fuit cũ Flauio, decedente Tito Imp. Dion. Meminit illius Plinius in Epiſtolis lib. 4. ad Vrſum.

¶ Herennius Senecio, natus in Bætica, & ibidem Quæſtor accuſante Metio Caro, quod nullum magiſtratum poſt Quæſturã longo tempore medio petiiſſet, quodque Heluidii Priſci vitam, acceptis a Fannia cõmentariis, compoſuiſſet, a Domitiano interemtus eſt. Tacitus. Meminit illius ſubinde in epiſtolis Plinius iunior.

Herennius Seuerus, appellatur vir doctiſſimus eidem Plinio, epiſtolarum 4. ad Seuerum.

Herennia Hetruſcilla Aug. apud Manutium in Orthographia.

¶ Herennius Nepos, occiſus a Seuero Imp. tradente Spartiano.

¶ HERENNIVS MODESTINVS I.C. audi-

tor Papiniani, Conſulatum geſſit ſub Alexandro. Proconſulatus illius meminit Vlpianus Pand. 47. de furtis. Maximinum iuniorem docuit. Scripſit reſponſorũ libros 19. πανδεκτῶν 12. regularũ 10. differentiarum 9. excuſationũ 6. de pœnis 4. de præſcriptionibus 1. de inofficioſo teſtamento 1. de manumiſſionib. 1. de teſtamentis 1. de legatis & fideicõmiſſis 1. περὶ εὑρηματικῶν 1. de enucleatis caſibus 1. de doctrina dotis 1. de ritu nuptiarũ 1. Coluit & amœniores Muſas, in pangẽdo carmine non infelix, id quod indicant argumẽta in Æneidos Virgilianæ libros, falſo quondam Ouidio tributa.

¶ Herennius Celſus, refertur Trebellio Pollioni in Æmiliano tyranno.

¶ Herennia Proculina, refertur in memoriis Rom. pag. 288.

Herennius Victorinus, in memoriis Germanicis pag. 483.

Herennio reſcribit Gordianus 7. Cod. tit. 58.

Herennio alii AA. & CC. 8. Cod. tit. 49. & iidem ibidem Herenniæ titulo 55.

¶ Herennia Secundina, citatur in antiquitatibus Dalmaticis vt vxor Aurelii Sabini, pag. 366.

Herennius Siculus, haruſpex & amicus C. Gracchi, cum duceretur in carcerẽ, in poſte capite illiſo, ſpiritum poſuit. Valerius 9. cap. 11.

¶ HERENNIANVS, Odenati regis F. vnus e 30. Tyrannis, memoratur Trebellio Pollioni.

Herennianus, vir magnus ſub Diocle.

¶ Heria Syluina. Inſcrip. ant. pag. 137.

HERMINII.

T. Herminius Aquilinus, Conſulatum geſſit anno V.C. CCXLVIII. Deinde legatus in bellũ Latino, cum Octauium Mamiliũ, Tarquinii Superbi generum, vno ictu trãsfixiſſet, inter ſpoliandum corpus hoſtis veruto percuſſus, cum victor in caſtra relatus eſſet, expirauit. Liuius 2. Dionyſius 5.

Sp. Herminius (quidam Lartem Herminium vocãt) Conſulatũ obiuit an. V. C. CCCVII. Fuit tũ otiũ domi foriſq; Liui. lib. 3.

¶ HERMOGENI reſcribit Antoninus A. 4. Cod. tit. ſi certum petatur.

Hermogeni reſcribunt AA. & CC. 3. Cod. tit. 8.

Hermogenes Põticus, præfectus vrbi & prætorio ſub Cõſtantio fuit, an. V.C. MCII.

¶ HERMOGENIANVS I.C. ſcripſit ἐπιτομῶν,

iuris libros 6. Aduocatur in Pandect. iuris ciuilis.

❡ Herodoto, Præfecto præt. reſcribit Gordianus Imp. 5. Cod. tit. 11.

❡ Herodi reſcribitur ab A A. & CC. 8. Cod. tit. 14.

❡ Hesperivs, Proconſul ſub Valentiniano 1, refertur Ammiano Marcellino lib. 28. Eidē, opinor, præfecto præt. reſcripſerunt Valentinianus, Valens & Grat. A A A.

❡ Heterevs quidā memoratur Ciceroni in epiſt. ad Atticum in fine 13.

❡ Hiberio, Præfecto præt. reſcribunt Theodoſius & Valent. 5. Cod. tit. 3.

❡ Hilario Seuerus & Anton. 4. Cod. titul. 30.

Hilarii, Epiſcopi Pictauorum, vitam pete ex Hieronymo de ſcriptoribus Eccleſiaſtic. & alterius, Arelatenſis Epiſcopi, e Gēnadio. Floruit ſub Iuſtino 11.

Hilarius Antiochenus, Senatus princeps, & alter Phryx, vates opt. celebrantur a Suida.

❡ Hilarvs, Ciceronis libertus noquam. Cicero ad Att. 1. epiſtola 9.

❡ Hilarianvs, præſes Carthaginenſis, memoratur Tertulliano ad Scapulam præſidem.

Hilariano reſcribit Alexand. A. 8. Cod. titul. 45.

Hilariano, Correctori Lucaniæ, Conſtantinus A. 9. Cod. tit. 22.

Hilariano P. V. Gratianus, Valent. & Theod. 6. Cod. tit. 56.

Hilariano, magiſtro officiorum & Patricio, reſcribitur a Leone Auguſto 1. Cod. de diuerſis reſcriptis.

HIPPII.

Q. Hippius, Ciceronis amicus, cuius filium, vt apparet, Q. Valgium Hippianum, diligenter Cicero neſcio quibus IIII. viris epiſtolarum 13. commendat.

Hippia, refertur eidem Ciceroni, in cuius nuptiis M. Antonius tantum vini bibit, vt poſtridie coactus ſit in conſpectu P. R. vomere.

Hippia alia apud Iuuenalem Satyra 6.

Nupta Senatori comitata eſt Hippia ludum. Huic liberos & ſororem fuiſſe, indicat idē Iuuenalis.

HIRTII.

Hirtius per t. ex Græca conſuetudine, & lapidibus vetuſtis, ſcribendum, Manutius in Orthographia.

Hirtius, militauit ſub Sylla in bello contra Mithradatem. In Plutarcho tamen eſt *Ἵρτιος*.

A. Hirtivs A. F. vnius ex his, qui a Sylla proſcripti fuere, vt Dion, militauit Cæſari in Galliis & in bello ciuili, habitus ab illo inter familiares & amicos, cuius & cōmentarios de bello Gallico & Pompeiano cōpleuit, quemadmodū ipſe fatetur. Nec minori beneuolentia vixit cum Cicerone, quē & domi declamantē audire ſolebat. Ab eodem poſt Cæſaris cædē, iā deſignatus ab illo Conſul, in Antoniū concitatus, cū C. Panſa collega apud Mutinā aduerſus illum pugnauit ſimul & interiit, populo Romano chariſſimus, vt teſtatur Cicero Philipp. 1. Meminit Suetonius de cl. Rhetoribus & quod in Conſulatu cū Panſa declamanti Ciceroni operā daret, inde ioco illius ambos diſcipulos, & grandes prætextatos vocatos tradit.

Hirtia, Hirtii Conſularis ſoror, ad quā ducendam poſt repudiatam Terentiā Cicero ab ipſo Hirtio rogatus, facere ſuperſedit, dicens, non poſſe ſe vxori & philoſophię pariter operam dare, Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.

A. Hirtius A. F. M. Lollius C. F. Coſſ. fundamenta muroſque a ſolo faciunda curauer. iidemque probauer. &c. Hæc inſcriptio extat Ferentini in arce duobus in locis. Non dubium autē, quin hic diuerſus ſit a ſuperiori. Filium fuiſſe, non abnuerim.

L. Hirtius, tempore belli ciuilis a Pompeio miſſus eſt ad Parthos, quomodo meminit Cæſar eius belli commentario 3. Veriſimile eſt, hunc eſſe, quem proſcriptum a Triumuiris, comparata manu, primū aliquot oppida, & in his Brūduſium occupaſſe, deinde ad Pompeium in Siciliam euaſiſſe, ſcribit Appianus 4.

Q. Hirtius, citatur a C. Plinio naturalis hiſtor. lib. 19.

❡ Hispanvs Lentulus nepos 11. vir ſub Antonino Pio.

❡ Hispvlla, notatur a Iuuenale Satyra 6.

Hiſpulla, L. Fabati F. amica vxoris C. Plinii iunioris. Plinius Epiſtolarum 4.

HONORATI.

Honorato reſcribitur 2. Cod. de pactis & 4. Cod. tit. 33.

Honoratus, ex Pręfecto pręt. Galliarum primus

primus Conſtantinopoli præfectus vrbis factus eſt, vt ſcribunt Hieron. & Nicephorus 9. cap. 44.

Honorato, Conſulari Byzantii, reſcribitur a Valentin. & Valente A A. 1. Cod. de off. com. rerum priuatarum.

Honoratus, Cirthini F. memoratur a Libanio in epiſtola ad Baſſum. Scribit & Honorato Libanius.

Honorata Mămula, Valerii Iuliani coniunx, refertur Inſcriptionum ant. pag. 274.

Honoratæ reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 31.

Honoratus, Conſtantinæ, ciuitatis Africæ, Epiſcopus, & alter Maſſilienſis Eccleſiæ. De his Gennadius.

Pœtus Honoratus, Corrector Italiæ ſub Diocletiano, Scardeonio in quadam inſcriptione.

HONORII.

Honorius VII. al. leg. XXII. Pr. P. F. Maur. German' Dæmoni. Inſc. ant. p. 477.

Honorius Fortunatus, ſcripſit ad Gregorium Magnū P. M. II. libros Carminū. Auentinus Annalium Boiorum lib. 3.

Honorio reſcribitur a Seuero & Anton. A A. 4. Cod. tit. 32.

Honorivs, Theodoſii Magni F. poſt patris mortem tenuit imperium occidentis per annos 23. homo ſegnis & imbellis, vt qui Romã a Gotthis diripi paſſus ſit. ¶ Vide Carolum Sigonium de imperio occident. & Onuphrium Panuinium.

Venantius Honorius Fortunatus, gentis Italicæ, ac ibidem litteris imbutus, in Galliã ſe contulit. Vbi factus Epiſcopus Pictauorũ, totum ſe rebus ſacris dicauit. Cum autem in Poetica excelleret, ſcripſit vitam & laudes Martini libris 4. vitam Hilarii Epiſcopi, hymnos complures, librum epiſtolarũ ad amicos, multaq; alia, quæ a Trithemio cōmemorantur. Floruit ſub Iuſtino iuniore.

HORATII.

Horatios volunt ab orando dictos, ſed conſuetudine factum, vt adſpiratio adiiciatur. Profecto Græce Ὀράτιος ſcribi ſine aſpiratione, auctor eſt Cælius Rhodiginus lib. 7. cap. 37.

Horatii, tergemini fratres, contra Curiatios Albanos, itidē fratres tergeminos, pugnantes Romanis victoriam reliquerũt, vno ſuperſtite M. Horatio, cæſis Albanis omnibus. Liuius 1. Dionyſ. 3. & 5.

Horatia tergeminorum fratrum ſoror, quod Curiatium ſponſum, a fratre cæſum, lugeret magis, quam patriæ ſuorumq; victoriæ gratularetur, a fratre victore occiſa eſt: ipſe deprecante patre P. Horatio, cædis a populo abſolutus eſt.

M. Horatius Puluillus, ducto genere ab Horatiis tergeminis, vt ſcribit Dionyſius, L. Bruto in Conſulatu ſuffectus eſt. Iterum Conſul anno interiecto, Capitolium dedicauit. Quo loco iam poſtem tenenti cū ab inuidis inter precationem Deûm, filium mortuum eſſe, ipſumq; funeſta familia dedicare templū non poſſe, diceretur, nihil a propoſito deflexus, cadauere efferri iuſſo, ſacrū peregit, tēplumq; dedicauit. Dionyſius, quē hic magis ſecuti ſumus, & Liuius 2.

P. Horativs Cocles, M. Puluilli fr. patruelis (ſic enim tradit idem Dionyſius) bello & obſidione Porſenæ ſolus pontem ſublicium, donec à tergo interciderétur, tutatus aduerſus Hetruſcos, deinde in Tiberim delapſus, armatus ad ſuos enatauit. Liu. 2. Auctor de viris illuſtribus, Valerius lib. 3. cap. 2. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 5. Læſus in coxa cum poſtea claudicaret, idque illi vitium a quodam obiectum eſſet: *At ego*, inquit, *per ſingulos gradus admoneor triumphi mei*. Seruius in 8. Æneid. Cæterũ Coclitis appellationem tenuit, quod alterum oculum iam ante in pugna amiſiſſet.

¶ Hinc iocus Plauti Curculione Act. 3. De Coclitū proſapia te eſſe arbitror: Nam ii ſunt vnoculi.

C. Horatius Puluillus, M. Puluilli F. autoribus Liuio & Dionyſio, Conſulatū geſſit cum T. Menenio Lanato an. vrb. cond. CCLXXVI. cum cæſi ſunt ab Hetruſcis & Veientibus tercentum Fabii.

C. Horatius Puluillus (Liuius M. vocat) M. F. M. N. vt eſt in Faſtis Cōſularibus, Cōſul Æquos in Algido fudit, multis illorum cæſis, Corbionem oppidum diruit. Fuit & Augur, obiitque peſte ann. V. C. CCCI. Liuius 3. Huius, an alterius cuiuſquam neſcio, certe ex gente patricia, duæ filiæ a numero digitorum Horatiæ Sedigitæ ſunt appellatæ. Plinius 11. cap. 43.

P. Horatius Trigeminus, Conſul ann. vrbis conditæ CCCI. fuit autore Dionyſio. Liuius Curiatium vocat. Peſtis tum in vrbe grauiſſima extitit. Idē paulo poſt Decemuir ferendarū legū inter primos creatus eſt.

M. Horatius Puluillus Barbatus M. F. M. eius, qui cū Publicola Cōſul fuit, nepos, vicit Sabinos in Cōſulatu an. V. C. CCCIII. triūphauitq; cū L. Valer. collega, q. Volſcos & Æquos ceciderat, Idq; tū primū ſine Senatus auctoritate, populi iuſſu, cum vterq;

multum antea, quo tolleretur X. viratus e repub. laboraſſet. Ambo etiam hi legẽ tulere, ne quis magiſtratus ſine prouocatione crearetur. Liuius 3.

L. Horatius Barbatus, Tribunatum militarem Conſulari poteſtate geſſit, ann. vrbis conditæ CCCXXX. Fuit tum domi & foris ocium. Liuius 4.

L. Horatius Puluillus, Trib. mil. conſulari poteſtate ann. vrbis conditæ CCCLXIX. a Camillo collega, iam quintum eum magiſtratũ gerente, prouidendis domi armis, telis & frumento præfectus, cum ille in Antiates, Latinos & Volſcos iret. Liuius 6.

M. Horatius Puluillus, Trib. mil. Conſulari poteſtate an. vrbis conditæ CCCLXXVII. agrum Voſcorum fœde cum collegis depopulatus eſt. Liuius 6.

HORATII plebeii.

Horatii, ciuis Rom. ſuæ ætatis, meminit Cicero in epiſtolis ad Cornificium in fine 12.

Q. HORATIVS FLACCVS Venuſinus, Poeta Lyricus, etſi alia quoque poematum genera tractauit, magnam apud Cæſarem & Mœcenatem gratiam obtinuit. Quintilianus illum fore ſolum ex Lyricis dignum legi iudicat, quod plenus iucunditatis ſit & gratiæ, tum variis figuris & verbis feliciſſime audax. Migrauit e vita anno ætatis 57. eodem fere tempore, quo Mœcenas, neutiquam falſus vaticinio ſuo, cum ſe non fore ei ſuperſtitem in carmen retulit. Plura de Horatio Crinitus & Volaterranus. Vt Mœcenatis amicitiam intrarit, videre eſt Sermon. eius lib. 1. Sat. 6. Diligenter lectũ ab Alexandro Seuero Imp. traditum eſt a Lampridio. ¶ De Horatii emendatiſſima & politiſſima editione multum debemus Georgio Fabricio. Refertur etiam vita eius, per Suetonium Tranquillum conſcripta, a Petro Nannio lib. 3. Miſcellaneorum, lacera tamen, & multis locis vitiata. Vide in eandem Eliæ Vineti annotationes.

P. Horatio P. F. O. V. F. Floro & Nouelliæ C. F. Rufæ parentibus ſuis Horatia P. F. Maxima Legi. Hæc inſcriptio extat in Gallia Ciſalpina in vico montis Orphani. Inſcr. ant. pag. 88.

HORDEONII.

T. Hordeonius, memoratur Ciceroni ad Atticũ 13. vti ſynchronus, & a quo Cluuius legaretur, haud dubie Cæſarianus.

Hordeonius Flaccus, exercitus in Germania ſuperiore legatus ſub Galba, a militibus ſuis ſpretus, vt ſenecta & debilitate pedum inualidus, ſine conſtantia, ſine auctoritate, præfuit tamen vſque ad initia principatus Veſpaſiani; in cuius verba adacto exercitu, cum illius nomine pecuniã a Vitellio miſſam dediſſet, renouata per luxũ & epulas nocturnoſque cœtus in ipſum ira & ſeditione, occiſus eſt. Corn. Tacitus lib. 17. 18. & 20.

Hordionius, Hordionia, Q. Hordionius Q. Hordi: L. Q. L. Q. L. Q. Q. I. L. S. Philumina Syrus ſibi & patron. Hæc inſcriptio extat Capuæ in Italia, Inſcript. antiq. pagina 131.

¶ HORONTIANO ſcribit Ambroſius epiſtola 18. 19. 20.

HORTENSII.

L. Hortenſius, Trib. pl. ann. vrbis cond. ſecundum Faſtos conſulares CCCXXXI. C. Sempronio, prioris anni Conſuli, diem dixit, quod in Volſcos male & imprudenter pugnaſſet, quem tamen, cum a quatuor collegis, qui ſub illo militarant, in ſpectante P. R. humiliter rogaretur, miſſum fecit. Liuius 4. Valerius lib. 6. cap. 5.

Q. Hortenſius Dictator, plebem per ſeditionem in Ianiculum digreſſam reduxit, lege in Æſculeto lata, vt quod plebs iuſſiſſet, eo Quirites omnes tenerentur. Deceſſit in eodem honore, quod nulli antea Dictatori contigerat. Liuius 11. Plinius 16. c. 10. Auguſtinus de ciuitate Dei 3. cap. 17. Carolus Sigonius, vir cum primis doctus & ingenioſus, hanc Hortenſii Dictaturam in annum vrbis conditæ CCCCLXVII. refert ac legem eius antea quoque a Q. Publilio Dictatore latam ſcribit, vt nõ obſeruatam, ab Hortenſio in vſum reuocatam, intelligas.

L. Hortenſius, Prætor. ann. vrbis conditæ DLXXXIII. ab Abderitis & Chalcidẽſib. accuſatus, abſens a Senatu, reſciſſis quæ feciſſet, notatus eſt. Liuius 43.

Q. HORTENSIVS, Orator, patrẽ L. Hortẽſiũ, proauũ Semproniũ Tuditanũ, habuit. Belli ſocialis anno primo miles, altero Trib. militum fuit. Iuit mox cũ Sylla legatus in Aſiam contra Mithradatem. Ædilitatem petiit eum Cicero Quæſturam, C. Cotta Cõſulatum. Deinde ſuo tempore Præturam & Conſulatum aſſecutus eſt. Ex Conſulatu eum illi Creta, & bellum cum Cretenſib. gerendum obtigiſſet, vrbe & foro, in quo domina-

dominabatur, carere non ſuſtinuit, eoq; Q. Metello collegæ, qui poſtea dictus eſt Creticus, bellũ & prouinciã conceſſit. In foro admodũ adoleſcens exorſus eſt dicere. Genus illi dicẽdi minime vulgare erat, vox canora & ſuauis. Motus & geſtus etiã plus artis habebant, quã eſſet Oratori ſatis. Cumque citra controuerſiã omnib. ſuæ ętatis oratorib. ſuperior eſſet, cũ Cicerone diu ſuper eloquentiæ palma concertauit. Multũ ex diligẽtia partiẽdi laudis tulit, teſte Quintiliano in fine 4. cuius tamẽ diuiſionem, in digitos deductã, nõnunquã Cicero ſolitus eſt eludere. Inter agendũ manuum argutiis & geſticulationib. vtebatur. Vnde L. Torquatus, homo ſubagreſtis, apud conſiliũ iudicũ notiſſimæ ſaltatriculæ nomine Dionyſiam appellauit. Ad quod probrũ Hortẽſius molli & demiſſa voce: *Malo*, inquit, *eſſe Dionyſia, quam quod tu, Torquate, ἄμουσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος.* Autor eſt huius Gellius lib. 1. capite 5. Dixit pro Manilio, pro Cn. Dolabella, pro Meſſala, pro Muræna & aliis multis, quos enumerare longum ſit. Tutatus eſt & Verrem, accuſante Cicerone, cui teſtem in iudicio rogãti moleſtius cũ dixiſſet Hortenſius, ſe ænigmata nõ intelligere: atqui debebas, inquit Cicero, cũ Sphingem domi habeas. Acceperat autem ille a Verre Sphingem æneã maximi precii. Citatur & apud Chariſiũ eius oratio pro C. Rabirio. Dixit etiã perpaucis ante mortẽ diebus pro App. Claud. Pulchro. Varro li. 3. de re ruſt. primũ illũ in Augurali cœna (nã id ſacerdotium habebat) pauonem appoſuiſſe ſcribit, quod ipſum confirmant Plin. lib. 10. c. 20. Tertullianus de Pallio. Sed & Macrobius lib. 3. cap. 15. platanos ſuas vino ſolitum irrigare memorat: piſcinis vero adeo delectatum, vt illum & L. Philippum Cicero piſcinarios per iocum appellarit. Præterea a Varrone celebratur Hortenſii θηριοτροφεῖον, in eoque collocutus Orpheus, buccina inflata conuocare feras ſolitus, libro tertio, de re ruſt. capite 13. In veſtitu cultuque tam mollis & ſollicitus fuit, vt in ſpeculo faciem quæritaret, & togam componeret. Collegę quoq; de iniuriis diem dixit, quod ſibi in anguſtiis occurrens ſtructuram togæ diſturbaſſet. Liberos cum haberet, tamẽ Martiam, L. Philippi filiam, Catonis coniugem, ob fœcunditatem, exorato ipſo, duxit vxorem, & quidem pręgnantem, quam etiam hæredem reliquit. Deceſſit e vita ſub bellum ciuile Cæſ. & Pompeii, anno ætatis 64. clamore in actione cauſæ diruptus, vt indicat Q. Serenus, cũ a Craſſi & Scæuolæ Conſulatu vſque ad Paulum & Æmilium Coſs. per annos 44. in repub. floruiſſet. Deplorat mortem Hortenſii Cicero in fine Dialogi de claris oratoribus, multis antea ſuper ipſius eloquentia & morib. adductis.

¶ Vide Val. lib. 8. c. 10.

Hortenſia, ſoror Oratoris, mater fuit Valerii Meſſalæ, quem ambitus reum defendit Hortenſius. Valerius lib. 5. cap. 9.

Q. Hortenſius F. bello ciuili Pompeiano ſecutus eſt partes Cæſaris, vt liquet ex epiſtolis ad Atticum & 6. Eutropii, qui tradit, illũ cũ Octauio & Libone, præfectis Pompeii, claſſe congreſſum & ſuperatum eſſe. A cæde Cæſaris, cũ eſſet proconſul Macedoniæ, M. Bruti partib. acceſſit, eoq; nomine laudatur a Cicerone Philip. 10. Captꝰ poſtea in Philippis ab Antonio, ad C. fratris tumulũ, quod illũ ex mãdato Bruti peremiſſet, viciſſim trucidari iuſſus eſt. Plutarch. in Bruto. Agit de eodem Valerius lib. 5. c. 9.

Hortenſia, & ipſa oratoris F. matronarũ & virginum Rom. cauſam apud Triumuiros egit, magna facundiæ ſuæ admiratione. Val. Max. 8. c. 3. Appian. & Quintil. 1. c. 1.

Hortenſius Corbio, nepos Oratoris, omnibus ſcortis abiectiorem & obſcœniorẽ vitam egit: ad vltimumq; lingua eius tã libidini cũctorum inter lupanaria proſtitit, quam aui pro ſalute ciuium in foro excubuerat. Valerius Max. lib. 3. cap. 5.

M. Hortenſius Hortalus, & ipſe nepos Oratoris, illectus ab Auguſto liberalitate decies H. S. duxit vxorem, ſuſcepitq; 4. filios. Quibus ad pudendam paupertatem prolapſis, quanquã rogante patre, Tiberius opitulari recuſauit. Tacitus li. 2. Scribit & Hortalo Catullus, ſed alii & tempore priori.

Q. Hortenſio Q. F. Col. Fauſtino Aduocato fiſci præfecto fabr. patrono municipi collegium fabrum Tiburtinorũ ob merita L. D. S. C. Hæc inſcriptio extat Romæ in templo S. Mariæ nouæ. Inſcript. ant. pag. 186.

Hortenſiæ Demetriæ cariſſimæ & ſibi. Extat Oſtiæ. Ibidem pag. 182.

C. Vettieno Fauſto bene merenti Q. Hortenſius Secundinus hæres. pag. 285.

Hortenſius, nominatur inter Epiſcopos Africæ, quibus ſcribit Cyprianus epiſt. 12.

HOSIDII.

Hoſidius Geta, proſcriptus a Triumuiris, & a filio ſeruatus. Appianus li. 3. de bell. ciuil. Dion lib. 47.

C. Hoſidius, floruit ſub Claudio, trium-

phales honores promeritus, licet Coſ. non fuiſſet. Dion lib. 60.

¶ Hoſtilio reſcribunt AA. & CC. 7. Cod. tit. 34.

HOSTII.

L. Hoſtius, primus Romæ patrem necaſſe traditur, idque perfecto bello Pun. ſecundo. Plutarchus in Romulo.

Hoſtius quidam ſub Auguſto, diues, auarus, & libidinis portentoſæ, tam virorũ quam feminarum auidus, ſolitus ad eius notæ ſpecula, quæ rerum imagines longe maiores reddunt, nefandam Venerem exercere & pati. Vide Senecam, item Cæliũ Rhodiginum lectionum antiquarum libr. 8. cap. 3.

Hoſtius, Poeta, ſcriptor belli Hiſtrici, citatur Macrobio Saturnalium ſexto. ¶ De eodem Fragment. Sex. Pompeii pag. 134. & 163.

Hoſtia, puella mirifice amata eſt Propertio Poetæ, quã ille in ſuis libris alio nomine Cynthiam vocat, vt eſt teſtis Appuleius.

HOSTILII.

Hoſtus Hoſtilius, vir generoſus & opibus pollens, relicta Medullia, quam ab Albanis conditam Romulus in fœdus ſuſceperat, coloniamque fecerat, commigrauit Romam, ibique duxit vxorem ex genere Sabinorum, Herſiliæ filiã, eam ipſam, quæ gentilibus ſuis feminis bello Sabino cõſuluit legationem ſuſcipiendã pro viris ad patres, quæque viſa erat conciliandorum ducum cauſa fuiſſe præcipua. Compluribus autem in bellis ſub Romulo militans, multis claris facinoribus editis, bello Sabino interiit, vnico filio relicto. Sepultus eſt a Romulo & Tatio regibus in foro, adiecta inſcriptione, quæ viri virtutem teſtaretur. Sic Dionyſius lib. 3. Liuius 1. Valerius 3. capite 4. At Plinius lib. 16. cap. 4. bello Fidenate, cum primus in oppidum irrupiſſet, corona donatum a Romulo ſcribit. quod ſi eſt, nequaquam bello Sabino periit. De filio tradit Macrobius, natum illum antequam vlla Sabinarum reliquarum peperiſſet, & patris indito nomine, a Romulo bulla aurea & prætexta inſigni decoratum, libri primi cap. 6.

Tullus Hostilius, Hoſti F. Hoſti N. ex matre illuſtri natus, ob aui memoriam, iubente populo, Numæ in regno ſuccedit, non illi ſolũ diſſimilis, ſed Romulo quoq; ferocior. Bella tria geſſit, Albanum, Fidenate & Sabinum, totidemque triumphos duxit. Albanos, vrbe illorum propter perfidiam diruta, Romam traduxit, cum de duce illorum Metio ſupplicium ſumſiſſet. Cælium montem vrbi addidit. Conatus autẽ ex Numæ libris Iouẽ cœlo deuocare, quod quædam parum rite feciſſet, fulmine ictus cum regia conflagrauit, regno magna belli gloria per annos XXXII. geſto. Liuius primo, & de exitu eius Plinius 2. c. 53. & rurſus 28. cap. 2. ex auctoritate Piſonis.

¶ A. & C. Hoſtilii, Catones, ſimul Prætores facti ſunt anno belli Punici ſecundi vndecimo. C. Hoſtilio vrbana iuriſdictio obuenit, addita eſt & peregrina, A. Hoſtilius Sardiniam tenuit. Liuius 27.

A. & L. Hoſtilii, Catones, legati fuere L. Scipionis in bello contra regem Antiochũ, quorum Aulus cum ipſo Scipione peculatus nomine damnatus. Liuius 38.

¶ L. Hoſtilius Mancinus, bello Pun. ſecundo cum 400. equitibus ſpeculatum egreſſus, a Carthalone Pœno cum multis ſuorum cæſus eſt. Liuius 22.

A. Hoſtilius Mancinus, Prætor ann. vrbis conditæ DLXXIII. vrbanam iuriſdictionem obiuit. Decennio poſt Conſul miſſus in Macedoniam contra regem Perſen, vt nullam rem bellicam memorabilem geſſit, ita ad cunctam militarem diſciplinam ab effuſa licentia militem formauit, ſocios cum fide coluit, & ab omni iniuriæ genere defendit. Liuius initio 44.

L. Hoſtilius Mancinus, bello Pun. tertio primum præfectus claſſis, deinde legatus, primus cum exercitu Carthaginem irrupit. Qua expugnata, triumphante Scipione, pictam Carthaginem & facta prælia in foro propoſuit, aſſiſtenſq; populo ſpectanti ſingula enarrauit. Ea cumitate, quemadmodum eſt auctor Plinius 36 cap 4. proximis comitiis Conſulatum adeptus eſt, ann. V. C. DCVII.

C. Hostilius Mancinus, fors L. fr. Conſul in Hiſpaniam iturus, cum Lanuuii ſacrificare vellet, pulli e cauea effugerunt. Deinde nauem eo cõſcenſuro in Herculis portu, vox audita eſt: *Mancine mane.* Qua territus, cũ itinere cõuerſo Genuã petiſſet, ibique ſcaphã eſſet ingreſſus, anguis eximiæ magnitudinis viſus e conſpectu abiit. Proinde victus a Numantinis, & caſtris exutus, cum ſpes nulla ſeruãdi exercitus eſſet, pacẽ cum

cum eis fecit ignominioſam. Eam Senatus ratam eſſe voluit, ac dedecus admiſſi flagitii, cum 3 c. Romanorum millia a 4. Numantinorum millibus victa eſſent, deditione Mancini expiauit. Epitome Liuiana 55. Valerius Max. lib. 1. cap. 6. L. Florus lib. 2. & Iulius Obſequens in de prodigiis. Cæterum Mancinus a Numantinis non receptus, augurato in caſtra rediit, poſteaque præturam geſſit. Autor Plinius in viris illuſtribus.

C. Hoſtilius Mancinus, idem cum ſuperiore an alius, incertum, Ædilis curulis Maniliæ meretrici diem ad populum dixit, quod de ambulacro eius noctu lapide ictus eſſet, vulnusq; ex eo lapide oſtendebat. Manilia ad Tribunos pl. prouocauit. Apud eos dixit, comeſſatorem Mancinum ad ædes ſuas veniſſe. Eum ſibi recipere non fuiſſe in æde ſua. Sed cum vi irrumperet, lapidibus depulſum. Tribuni decreuerunt, Aedilem ex eo loco iure deiectum, quo eum venire cum coronario non decuiſſet, ac ideo ne cum populo Aedilis ageret, interceſſerunt. A Gellius ex Atteio Capitone lib. 4. cap. 14.

Traditur etiam, Mancinum quendam inſignem domum habuiſſe, quæ damnato & interfecto illo publicata ſit, vnde Mancis damnatus appelletur.

¶ C. Hoſtilius Tubulus, Prætor ann. V. C. DXLIIII. iuriſdictionem vrbanã cum prouincia & exercitu ſortitus eſt. Biennio poſt Hannibalẽ expeditis cohortibus adortus, 4. millia hominum ex illius exercitũ cecidit, 9. ſigna militaria cepit. Liuius 27.

L. Hoſtilius Tubulus, Prætor, vt putat Cicero ad Atticum ſcribens lib. 12. epiſt. 3. L. Metello Q. Maximo Coſſ. id eſt, ann. V. C. DCXI. cum quæſtionem inter ſicarios exerceret, ita pecunias aperte cepit ob rem iudicãdam, vt anno proximo P. Scæuola Trib. pl. ferret ad populum: Vellent ne de ea re quæri? Quo plebiſcito decreta eſt a Senatu quæſtio Cn. Cepioni Conſuli, Tubulus ſtatim in exilium abiit, nihil reſpondere auſus. erat enim res aperta. Cicero Finium 2. Accerſitũs ab exilio propter multa flagitia, ne in carcere moreretur, venenum bibit, teſte Aſconio Ped. in orationem Ciceronis pro Scauro. In hunc citat illud Lucilii Poetæ Cic. de nat. Deorũ 1.

-- *Tubulus ſi Lucius vnquam,*
Si Lupus aut Carbo, aut Neptuni filius.

M. Hoſtilius, Salapiam in locum ſalubriorem tranſtulit, a ciuibus eius municipii publice rogatus. M. Vitruuius 1. cap. 4. Videtur fuiſſe architectus.

Hoſtilius, mimographus ex prima nobilitate, memoratur a Tertulliano in Apologetico.

Hoſtilius, alius annales P. R. vt Ennius, ſcripſit.

¶ Hoſtilius Rutilus, præfectus caſtrorum ſub Quintilio Varo in Germania, refertur Iulio Obſequenti in fine.

¶ Hoſtilius Firminus, legatus Marij Priſci in Africa ſub Traiano, quo damnato, ipſe quoq; a Senatu notatus eſt. Plinius Epiſtolarum 2. ad Arrianum.

Hoſtilius, Philoſophus, relegatur in inſulam a Veſpaſiano. Dion.

Hoſtiliæ reſcribitur ab Antonino Imp. 5. Cod. tit. 18.

Hoſtilia Priſca, cum L. Vario C. F. Pudẽte marito, refertur in memorijs Italicis. Inſcript. ant. pag. 123.

¶ HOSTILIANVS Perpenna, temporibus Galli & Voluſiani, principum, Imperator a Senatu creatus, non multo poſt peſtilentia conſumtus eſt. Aur. Victor.

C. Hoſtilianus Valens, nobiliſſimus Cæſar, memoratur in inſcriptionibus Valentiæ pag. 23.

HOSTORII.

P. Hoſtorius Scapula, bello egregius, Britanniæ poſt Plautium ſub Claudio præfuit. Corn. Tacitus lib. 12. & in vita Agricolæ. Inſtitution. lib. 3. cap. 9. videtur Aſterius dici, vbi & de Conſulatu eius.

M. Hoſtorius P. F. ciuẽ in pugna ſeruauit. Occiditur a Nerone. Tacitus 12. & 16.

Hoſtorij duo, liberti, ambo referuntur Inſcript. ant. pag. 121.

C. Hoſtorius Italus C. Hoſtorio Antonio Niconi liberto b. m. fecit. Ibid. pag. 116.

¶ *Haue* HYGIA, *anima dulciſſima* &c. *ſit tibi terra leuis*. Apud Victorium in Epiſt. Ciceronis pag. 845.

Hyginio reſcribit Alexander Imp. 4. Cod. tit. 65.

Hyginiæ Phil. A. ibidem tit. 32.

¶ HYLÆ Alexander A. 5. Cod. tit. 62.

¶ HYMETTIVS, Iunii Toxotii frater fuit, fors gentis Iuniæ.

Hymettius, aliquando Proconſul Africæ, mittitur in exilium ſub Valentiniano.

HYPATII.

¶ Hypatius, Conſul fuit cum Cereali

fratre ſub Conſtantio, qui ſororem illorum coniugem habebat. Eidem, puto, reſcribitur a Gratiano, Valentiniano II. & Theodoſio AAA. I. Cod. de apoſtatis, niſi fors hic fuit filius. Eidem ſcribit Libanius in Epiſtolis.

Hypatius, Hypatii Conſulis nepos (ſic colligo ex ratione temporũ) magiſter militiæ fuit ſub Honorio & Theodoſio. Reſcribitur illi ab iiſdẽ I. Cod. de off. mag. mil.

Hypatius, natus ſorore Anaſtaſii Imp. Conſulatum geſſit an. V. C. MCCLIIII.

I.

IAbolenus Priſcus, homo dubiæ ſanitatis, autore Plinio iuniore, I. C. tamen, quo multũ vſus eſt Pius Imp. Succeſſit in profeſſione iuris Sabino, vt tradit Pomponius. Recitãte publice elegos ſuos Paulo Paſſieno, atq; his verbis eius honorem auſpicante: Priſce iubes? Ego vero, inquit, non iubeo. Itaq; ſecutus riſus maximus. Plinius epiſt. 6. ad Romanum. Reliquit ex Caſſio 15. libros, ἐπιστολῶν libros 14. ad Plautium libros 5.

IANVARII.

T. Ianuarius Florianus & P. Domitius Didymus curatores coloniæ Deæ Auentiæ & genti incolar. Hæc Inſcriptio extat in cœnobio Munchvuyler apud Heluetios.

Ianuarius, Epiſcopus Beneuentanus, cæſus cũ 6. aliis a Domitiano 14. Cal. Nouẽb.

Ianuariæ reſcribunt Seuerus & Antoninus 6. Cod. tit. 39.

Ianuarius, laudatur a Libanio Sophiſta in epiſtola ad Anatolium.

Ianuarius, exorciſta, memoratur in Inſcriptione, quæ extat Mediolani ad S. Bartholomæum. Inſcript. ant. pag. 35.

Ianuarius ſacerdos, cuius largitionem, teſtamento factam, D. Auguſtinus ratam habere noluit, quod ille contra religionis profeſſionem, priuatam pecuniam habuiſſet. Fulgoſus lib. 7.

ICCII.

M. Iccius, Cæſaris partium erat. Cicero Philipp. 3. ¶ Variant de nominis huius ſcriptura Notæ Fului Vrſini in opera Ciceronis pag. 276. & ſeq.

Iccius, amicus Horatii Poetæ, ad quem extat eiuſdem epiſtola numero 12. & lib. 1. Carminum Oda 29.

C. Iccius, citatur C. Plinio naturalis hiſtoriæ 1. & 36. Certe ex illius lucubrationibus quædam in hiſtoriæ ſuæ librum 6. ſe tranſtuliſſe fatetur.

ICELII.

Icelius, a triumuiris proſcriptus, quod cæteris iudicibus Brutum & Caſſium damnantibus, ipſe palam abſolutionẽ protuliſſet: cum cadauer efferentibus ſe miſcuiſſet, vt ita falleret, a portarum cuſtodibus agnitus & cæſus eſt. Appianus 4.

Icelius Martianus, libertus Galbæ Imp.

¶ ICHERIVS, Orator, laudatus Romæ, genere Syrus, ad quem ſe ſcripſiſſe libros 2. de pulchro, ſed amiſſos ſibi, queritur Auguſtinus Confeſſionum 4.

ICILII.

Iciliorum familia plebeia fuit, & Patribus ſemper infeſtiſſima. Liuius 4.

C. Icilius Ruga, inter primos Tribunos plebis creatus eſt, anno V. C. CCCLXI. Dionyſius.

Sp. Icilius, Trib. pl. ann. V. C. CCLXXXIII. cum ii primũ tributis comitiis creari cœpti ſunt. Liuius 2.

L. Icilius, Trib. pl. ann. V. C. CCXCVIII. Huic poſtea deſponſa eſt Virginia, quam Appius x. vir cauſa libidinis in ſeruitutem aſſerebat, eſtq; tum ſecundum factus Trib. pl. Dionyſius 10. Liuius 3.

M. Icilius, magnæ pietatis adoleſcens, qui maluit cum duce L. Sicinio Dentato & patre ſuo ad certã perniciem ire, quam precibus iſti periculo eximi, pietati obſfututis. Dionyſius 10.

L. Icilius, Trib. pl. ann. V. C. CCCXLIII. cuius ſeditioſas promulgandis agrariis legibus actiones orta peſtilentia cohibuit. Liuius 4.

Tres Icilii, Trib. pl. ann. V. C. CCCXLVI. Corn. Coſſo Furio Medullino Coſſ. omnes acerrimi viri, & vt inter plebeios generoſi etiam. Liuius lib. 4.

IGNATII.

Ignatius Taurinus, Proconſul Bæticæ imperante Hadriano, cuius factum Vlpianus Hadriano comprobatũ ſcribit, relegato in quinquennium, qui per laſciuiã cauſam mortis præbuiſſet. Pan. 48. ad legem Corneliam de ſicariis & veneficiis.

Ignatius Dexter, claruit tempotibus Herennii

rennii Modeſtini, qui librũ ad eum ſcripſit de excuſatione tutelæ, quemadmodum liquet ex Pand. 27. tit. 1. vbi eius libri exordium ſubiicitur.

Ignatius, Antiochenorum Epiſcopus, tertius a Petro, Romam adductus in vinculis ſub Traiano, poſt multa & varia tormenta leonibus obiectus interiit. Colitur Cal. Februarii.

¶ Ilivs, in Teuthrante citatur Macrobio Saturnal. lib. 6. cap. 4.

¶ Inclytæ reſcribit Alexander A. 5. Cod. tit. 37.

¶ Infantio, Comiti Orientis, reſcribitur a Theodoſio, Arcadio & Honorio AAA. Cod. de Iudæis & cælicolis.

¶ Ingenvvs, vnus ex 30. tyrannis ſub Gallieno, a quo victus & cæſus eſt. Pollio.

¶ Instantivs, ſucceſſor Macri in Bætica. Martialis in fine 12.

¶ Ioannes Imp. De hoc Caroli Sigonii hiſtoria de imperio occident. & Onuphrius Panuinius.

¶ Iocvndæ reſcribit Gordianus Auguſt. 4. Cod. tit. 57. & eidem, opinor, Alex. Imp. 6. Cod. tit. 16.

Iſidorus, Præfectus vrbi ſub Conſtantino, cui reſcribitur ab eodem 1. Cod. de iuris & facti ignorantia.

M. Iſidorus, refertur Pand. 26. de ſuſpectis tut. & curat.

Iſidorus, Cos. cum Senatore an. V. C. mlxxxix. Refertur etiam Tripartit. 12. & 13.

Iſidoro reſcribunt AA. & CC. 3. Cod. tit. 19. Eidem etiam, vt puto, Carus, Carinus & Numerianus, 5. Cod. tit. 71.

IOVINI.

Iouino reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 10.

Iouinus Valens, magiſter armorum per Gallias a Iuliano factus, re feliciter geſta aduerſus Alemanos, Conſul a Valentiniano declaratur, quem honorem geſſit cum Lupicino an. V. C. mcxx. Marcellinus 26. & 27. Huius, opinor, meminit Auſonius in carmine ad Theonem.

Iouinus, vir Galliarum nobiliſſimus, ſub Honorio ſumpſit imperium, ſed mox cecidit. Similiter & frater eius Sebaſtianus. Autor Oroſius 7. cap. 42. Huic, cum eſſet præfectus præt. reſcriptum eſt ab Honorio & Theod. AA. 1. Cod. de Iudæis & cælicolis.

¶ Iovinianvs, patrem habuit Varronianum, Pannonium, clarum in re militari, & aliquando Comitem ordinũ. Mortuo Iuliano ſuffectus Imp. in Perſide, mox omnes milites Chriſtianum nomen fateri voluit, pacem cum Perſis neceſſariam magis quam honeſtam fecit, tranſtigritanis 5. prouinciis traditis, cum exercitũ alioqui ſaluum inde reducere non poſſet. Deceſſit per Galatiam iter faciens, calore prunarũ & nidore noui tectorii grauatus, imperii ſui menſe 8. ætatis 33. ¶ Vide Suidam, item Carolum Sigonium lib. 7. de imperio occidentali, & Onuphrium Panuinium.

¶ T. Ivbellivs Campanus, vir fortis tempore belli Pun. ſecundi. Liuius 26. & Valerius Max. 3. cap. 2.

D. Iubellius, Præfectus legionis Campanæ, quę Rhegyum occupauit. Liuius. 12.

¶ Ivcvndianvs Martyr, ſubmerſus in Africa 4. Iulii.

¶ C. Ivdacilivs dux in bello ſociali, rebus deſperatis, cum amicis in ſumma pyra epulatus eſt primum, deinde ſeipſum veneno ſuſtulit, rogatis amicis, vt ignem ſubiicerent. Appianus 1.

IVLII.

Ivliam gentem, & in ea clariſſimam Cæſarum familiã, ab Aenea & Aſcanio filio, quem ex Creuſa, Priami filia, is ſuſtulit, prognatam eſſe, Græcis pariter & Latinis ſcriptorib. conteſtatũ eſt. Aeneas enim, vt rem altiore principio repetamus, Veneris & Anchiſæ filius, euerſa Troia, cum anno ſequenti, qui fuit ante V. C. ccccxxxi. in Italiam veniſſet, ducta ibidem Latini regis filia, Lauinia, oppidoque condito, quod ab vxoris nomine Lauiniũ appellauit, primũ ſolis Troianis, quoad ſocer ſuperfuit, deinde poſt caſum illius, Troianis ſimul & Latinis per ſexenniũ imperauit. Septimo anno apud Numicum fluuium in prælio deſideratus eſt, ne corpore quidem vſquam comparente. Credidere quidam in Deos translatum: alii quod conſentaneum vero duxerim, in amne, iuxta quem pugnatum eſt, ſubmerſum arbitrati ſunt. Templum mox illi populus erexit, hac addita inſcriptione: Patris divi terrestris, qvi nvmici vndas gvbernat.

Ænea defuncto, filius Aſcanius in regno ſucceſſit: nec dum enim maſcula ſoboles ex Lauinia prouenerat, vterũ tamen eã ferre, conſtabat. Exactis autem aliquot annis, quod nollet cum nouerca, quæ iam

filium adultum habebat, ſibi contentiones intercedere, Lauinio eidē ceſſit, Albā longam a fundamentis excitauit, eamq; regni ſedē apud poſteros eſſe voluit. Quemadmodum autem ipſe adhuc adoleſcens cognomēto dictus eſt Iulus, quod emergente prima barbæ lanugine, quam vocant, pulcherrimam de Mezentio victoriam retuliſſet, ita iam ætate prouectior natū ſibi filium Iulium appellauit, quē & regni, quod per annos 38. tenuerat, hæredem reliquit.

Poſt obitum Aſcanii coorta ſuper regno diſſenſio eſt. Nam cum multi Iulio ſtuderent, ac patris vltimam voluntatē ratā eſſe cuperent, maior pars populi per gratiā Lauiniæ, filium Aeneæ poſthumum, quod is ætate, & rerum prēſtaret vſu, regnare iuſſit. Is forte fortuna in ſyluis editus, Syluii nomen obtinuit, a quo deinceps Albanorum reges prognati ſunt, omnesq; Syluii appellati. Iulio, qno dignitate regi proxim' eſſet, ſacrorum cura & poteſtas tradita eſt. quo honore, qui recte æſtimantibus regno potior eſt, contentus ille, & multis periculis, quæ regna comitari ſolent, caruit, & in multa populi beneuolentia & gloria tranquille conſenuit, honeſtiſſima ſui nominis familia relicta. Libenter hic Dionyſii ſumus auctoritatem ſecuti. Nam Liuius (quod pace tanti viri dictum ſit) hoc loco parum ſibi conſtare videtur.

Ad hunc modum ab Aſcanio, qui primus Iuli cognomen tulit, & Iulio filio, deductum eſſe τὸ Ἰούλιον φῦλον, præterquā quod hiſtoriæ conditores pleriqne omnes vno ore confirmant, etiam Latini nominis poetarum princeps, Virgilius, pluribus in locis atteſtatur. Cuius, vt alia loca nunc diſſimulem, nonne ſtatim lib. 1. Aeneidos hi verſus leguntur?

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris,
Iulius, a magno deductum nomen Iulo.

Quin & Cæſares ipſi, iam rerum potientes, Ilienſibus in Aſia, quod inde maiores ſuos progreſſos, ac in primis gentē Iuliam ab Aenea & Aſcanio, qui & Iulus eſt, deriuatam ſcirent, ingentia beneficia præſtiterunt, agros videlicet & libertatē cum immunitate largiti, queēadmodū de Auguſto Cæſare teſtis eſt locuples Strabo Geographiæ 13. de Claudio vero, apud quē & Domitius Nero, iam in filium & generū adſcitus, ſpecioſam pro Ilienſib. orationem habuit. Tacit. lib. 12. & Sueto. in vita Claudii.

Hæc cum ita ſe habebat, valde miror, Euſebium tradere, domum Iuliam a Iulio Proculo, qui cum Romulo Romam commigrauit, fundatam eſſe; niſi libebit, codicem deprauatū credi, quod profecto & in aliis pleriſq; locis factum deprehendimus. Quæ.n. ab illo familia? quæve relicta poſteritas legitur? At Iulium illi proauum fuiſſe, abauum vero Romulum Syluium, vndecimum Albanorum regem, cuius ex Auentino filio Romulus atnepos extitit, non arbitror veri diſſimile. Illud ſatis confeſſum eſt, virum fuiſſe prudentia & conſilio præſtantem, vtpote qui populum Romanum, amiſſo rege Romulo conturbatum, ac diſcerptum a patribus ſuſpicantē, quæ res haud dubie ad ſeditionem ſpectabat, ſuauiſſimo commento repente præter omnium opinionē compoſuit. Progreſſus enim in concionem, affirmauit, viſum a ſe Romulum auguſtiore forma, quā fuiſſet, præcipientem, vt ſe pro numine colerent, Quirinū in cœlo vocari, Romamq; omniū gentiū imperio potiturā. Hęc illi prolocuto fides ſtatim habita eſt, populusq; ab omni tumultu conquieuit. Autores ſunt huius Liuius li. 1. L. Florus 1. Plutar. in Romulo.

Iam apud Albanos Syluiorum regum genus defecerat, & Romanis imperabat poſt Numam Pompilium Tullus Hoſtilius, etiam ipſo Romulo, primo rege, ferocior. Cui diu verſanti in animo, quomodo populum Albanum ad ſe transferret, & ex duabus ciuitatib. vnam gentē ac rempub. efficeret, occaſionem fortuna ſuppeditauit. Actis.n. vtrinq; prædis, cum ad arma ventum eſſet, ac poſt longam altercationē, trigeminorum hinc & inde fratrum pugna rem decerni placeret, ſtetit a Romanis victoria, nec multo poſt comperta eſt ducis Albanorum, Metii, malignitas & perfidia. Efferatus igitur Hoſtilius, de Metio ſupplicium ſumit, Albam funditus diruit, & populum omnem Romam traducit. Ita cum Seruiliis, Quintiliis, Geganiis, ceteriſque vetuſtis familiis, gens Iulia quoque in vrbem tranſlata eſt, honoratiores patriciis adſcripti. Acciderūt hæc an. V. C. LXXXVII. cum Alba per annos 500. demptis 13. ſtetiſſet, quemadmodum tradit Dionyſius Halicarnaſſeus Antiquitatum 3.

HACTENVS Iuliæ gentis originem, & quomodo Romam ea peruenerit, ſtudioſe retulimus: nūc clariſſimam eius familiam, in qua Tulli primum, deinde Cæſares enituerunt,

tuerunt, pari ſedulitate perſequemur, non continuam generis ſeriẽ pollicentes, quod in tanta veterum ſcriptorum penuria nemini preſtabile putamus, ſed in iis quæ peruestigari potuere, diligentiam & operam noſtram candidiſſimo cuiq; probaturi.

CAIVS ET VOPISCVS Iulii Tulli.

PRIMI omnium C. & Vopiſcus Iulii Tulli occurrunt, propinqui quidem illi, ſed a quibus diuerſas domus conſtitutas videã. Primum autem de Caio & eius poſteritate dicemus, deinde ad Vopiſcũ reuertemur.

C. IVLIVS TVLLVS.

C. IVLIVS L. F. vt habent Faſti conſulares, non ille inter patricios primus, ſed neque poſtremus ad honores & magiſtratus conſcendit. Conſulatum geſſit anno V. C. CCLXV. autore Dionyſio. Nam Liuius eius anni Conſules non habet. Homo minime bellicoſus, cum tempus illud pugnacem Conſulem expoſceret, C. Martio Coriolano Romanorum fines, eo quod iniuſte damnatus eſſet, cum exercitu Volſcorum incurſante. Verum quia mitis & placidus erga populum fuit, iterum creatus eſt Conſul in annum vrbis CCLXXII. In faſtis tamen Conſularib. C. F. L. N. vocatur, vt ſit alius a priore. Demũ iam grauis ætate, etiam Decemuir ferendarum legum factus eſt anno vrbis CCC. Vide Dionyſium lib. 8. & 10. T. Liuium 2. & 3. Huius arbitror liberos fuiſſe, Caium & Lucium Iulios Tullos, & alterum C. Iulium Tullum fratris filium ſeu propinquum.

C. IVLIVS TVLLVS.

C. IVLIVS TVLLVS, duos Conſulatus geſſit, priorem anno vrbis CCCVIII. alterum anno CCCX. Liuius lib. 3. & 4. Licinius Macer & Faſti etiam Conſulares anno ſequenti refectum illum cum Virginio, & tertium fuiſſe Conſulem ſcribunt.

L. IVLIVS TVLLVS.

L. IVLIVS TVLLVS, honoribus par Caio fuit. Nam & ad Tribunatum militarem Conſulari poteſtate euectus eſt anno CCCXVII. cum Fidenæ defecere, & populi Romani legati interfecti ſunt, & anno CCCXXIIII. Magiſter equitũ dictus a Poſthumio Tuberto Dictatore, ſequenti mox Conſulatu functus eſt, non ſine gratia populi, per lata lege de mulctarũ æſtimatione, præuentis Tribunis, qui eam ferre deſtinarant. Liuius 4. Ab his fratrib. exiſtimo prognatos patrueles, Caium & Lucium.

C. IVLIVS TVLLVS.

C. IVLIVS TVLLVS, L. F. Tribunus militũ Conſulari poteſtate, an. V. CCCXLVII. & iterum triennio poſt, cum obſideri Veii cœpti ſunt: demum cenſuram obtinuit an. CCCCLXIII. Cui in eo honore mortuo quod alius ſuffectus eſſet, vrbe a Gallis eo luſtro capta, an. videlicet CCCLXV. religioni poſtea fuit, in demortui Cenſoris locum quenquam ſurrogari. T. Liuius 5.

L. IVLIVS TVLLVS.

L. IVLIVS TVLLVS, Tribunatu militari Cõſulari poteſtate geſto, an. CCCLIIII. cum poſt quadrienniũ eundem magiſtratum aſſecutus eſſet, coacta voluntariorum manu, Tarquinienſes, qui prædatũ in agrũ Rom. exierant, redeuntes a pabulationib. prædaq; graues, oppreſſit, multisq; mortalibus obtruncatis, ac ſpoliis receptus, in vrbem reuertitur. Collega illi in hac expeditione fuit A. Poſthumius. T. Liuius 5.

C. IVLIVS TVLLVS.

C. IVLIVS TVLLVS, diuerſus a ſuperiorib. vnus extitit ex legatis ad Tolumniũ miſſis & violatis, an. V. CCCXVII. Liuius 4.

L. IVLIVS TVLLVS.

L. IVLIVS TVLLVS, ſuperioris opinor L. F. Trib. mil. Conſulari poteſtate, anno CCCLXXVI. a collegis Manliis fratrib. gratia victus eſt, prouincia ipſis, Volſcis videlicet, ſine ſorte data, ſed cuius Patres valde pœnituit, re infeliciter geſta. T. Liuius 6.

C. IVLIVS.

Hunc excipit C. IVLIVS, Dictator in caſtris dictus, cum vanus Hetruſci belli terror, duodecim coniuraſſe populos, vulgaſſet, anno CCCCIII. Liuius 7.

L. IVLIVS.

L. IVLIVS L. F. L. N. (ſic eſt in Faſtis Conſularibus) Libo, Conſulatũ geſſit cum M. Attilio Regulo, ann. V. CCCCLXXXVI. triennio ante bellum Punicum primum, a quibus Salentinis in Italia bellum illatum, captiq; ſunt cum ciuitate Brunduſini, & de his triumphatum eſt, quomodo meminit Eutropius lib. 2. & Faſti Conſulares.

Redeo nunc ad Vopiſcum Iulium. Hunc Liuius in quibuſdã annalib. Conſulem an. V. C. CCLXXXI. fuiſſe, ſe inueniſſe tradit, cũ alii Opitrẽ Virginiũ habeant. Huic quoq; filios ſubiicio Cn. & Sex. Iulios Tullos.

Cn. IVLIVS TVLLVS MENTO.

Cn. Iulius Tullus Mento (Faſti Cōſulares Caiū vocant) Conſul fuit an. CCCXXIIII. cum T. Quintio L. F. Cincinnato Pœno. Qui inter ſe diſcordes, in hoc aduerſus patrum voluntatem conſentientes fuere, ne Dictatorem dicerent, cum vndiq; hoſtilia & alia aliis terribiliora nunciarentur. Idem abſente collega, Apollinis ædem ſine ſorte dedicauit quam rem ęgre paſſus Quintius, poſteaquam in vrbem rediiſſet, nequicquā in Senatu conqueſtus eſt. T. Liuius 4. His Conſulib. Carthaginenſes primum in Siciliam exercitum traiecere.

SEX. IVLIVS TVLLVS.

SEX. IVLIVS TVLLVS Tribunus militum fuiſſe anno vrb. CCCXXXI. legitur apud Liuium libro 4.

M. ET Q. IVLII TVLLI.

Sequuntur M. & Q. IVLII TVLLI, Sextine an alterius filii, non poſſum ſtatuere. Vterq; Tribunatum militarem, Marcus anno vrbis CCCLII. Quintus anno CCCLXVII. geſſit. T. Liuius lib. 5. & 6. Faſti Conſulares vtrunq; L. vocant.

IVLII CÆSARES.

A IVLIIS TVLLIS progreſſos eſſe IVLIOS Cæſares, non eſt dubium. ſubinde. n. nouis cognominib. adſcitis, vſitata mutantur, quemadmodum in Claudiis, Fabiis & Valeriis, ne modo plures citem, videre eſt. Etſi autem Spartianus, vnde Cæſaris exorta ſit appellatio, complures opiniones recenſet, vel ab interemto in Africa Elephanto, quí lingua Maurorum Cæſar dicatur, vel ab enecta matre, ventreque cæſo, cum in lucem prodiret infans, vel a naſcentis cæſarie cæſiis ve oculis: nobis tamen ſecundo loco poſita ſententia maxime vero conſentanea videtur, quam & Plinius lib. 7. cap. 9. confirmat, primum Cæſarem a cæſo matris vtero dictum ſcribens. Nam qui Africanum primum omnium Cæſarem appellatum indidem nituntur oſtendere, Volaterranum & Calepinum ſecuti, Plinium non ſatis videntur intelligere, vt diſſimilem nunc falſiſſimum eſſe, quod ſcriptum reliquit Seruius, auum Cæſaris Dictatoris primum Cæſarem nominatum, cum illius ætatem tot Cæſares anteceſſerint.

IVLIORVM CÆSARVM PRIMI.

ANTIQVISSIMOS Cæſarum inuenio duos Sextos, quorum eodem anno belli videlicet Punici vndecimo, vrbis conditæ DXLVI. [1.] alter Siciliam cum exercitu Cannenſi prouinciam habuit, [2.] alter cæſo Marcello Conſule, miſſus eſt ad Criſpinum, Marcelli collegam, comitiorum cauſa, teſte Liuio lib. 27. Arbitror alterum alterius patruum fuiſſe.

SEX. ET L. IVLII CÆSARES.

3.] PROXIMI ab his comperiuntur. SEX. & L. IVLII Cæſares. Sex. alterius ſuperiorum haud dubie filius, Tribunus militum ſub L. Aemilio Paulo aduerſus Ligures pugnauit, anno DLXXIII. Deinde poſt aliquot annos cum C. Sempronio Blæſo miſſus eſt in Græciam ad reſtituendos in libertatem Abderitas. T. Liuius 40. & 43. [4.] L. Cæſarem eadem ætate vixiſſe, indicat M. Catonis, quam pro illo habuit, oratio. Citatur ea Priſciano lib. 10. Nec quicquam præterea de illo deprehendimus.

SEX IVLIVS CÆSAR.

5.] SEX. IVLIVS SEX. F. Cæſar, quem Caſſiodorus in catalogo Conſulum adſcripſit & Plinius lib. 33. cap. 3. Conſulem fuiſſe teſtatur eum L. Aurelio Horeſte ſeptem annis ante bellum Punicum tertiū qui fuit V. C. DXCVII. vel certe DXCVIII. Qui putant hunc Sextum eundē eſſe cum ſuperiore, temporis & annorum intercapedine redarguuntur. Confutatur hic & Ludouicus Viues, qui ante Sextum & Lucium, Cæſares, quos Conſules habuit bellum ſociale, nullum ex Cæſarib. clarum, aut ſummo magiſtratu functum, ſcribit.

SEX. C. ET L. IVLII CÆSARES.

Succedunt tres Cæſares, Sexto ne patre ſimul, an ex pluribus progeniti, incertum, ſed a quibus reliquam huius familiæ propaginem certa & continua me ſerie ducturum pollicear. Suntque hi: SEX. C. & L. de quibus nunc ordine & breuiter diſſeremus.

SEX. IVLIVS CÆSAR.

6.] SEX. IVLIVS Cæſar præturam geſſit T. Flaminio Q. Metello Conſulibus anno DCXXXI. Autor Cicero pro domo ſua ad Pontifices.

C. Iv-

C. IVLIVS CÆSAR.

7. 8.] C. Ivlivs Cæſar. Hic filium Sextum reliquit, qui cum Martio Philippo Conſulatum geſſit, anno proximo ante bellum ſociale, qui fuit V. C. DCLXIII. Meminit horum Conſulum Plinius lib. 2. cap. 85. & iterum lib. 33. cap. 3. [9.] Ab hoc prognatus eſt Sex. Cæſar, qui Flamen Quirinalis fuit, cum diceret Cicero pro domo ſua ad Pontifices, ac item de Haruſpicum reſponſis, quemadmodum in iiſdem orationibus indicatur.

SEX. IVLIVS CÆSAR.

10.] Sex. Ivlivs Sex. F. Sex. N. Cæſar, a Cæſare Dictatore præfectus Syriæ, interemptus eſt ab exercitu fraude Q. Cæcilii Baſſi, equitis Pompeiani, teſtibus Liuio & Appiano. Hunc, quantum ex temporis ratione & prænominibus colligi poteſt, ſuperioris filium fuiſſe, apparet: nos tamen hic pro certo nihil affirmamus.

L. IVLIVS CÆSAR.

11.] Venio nunc ad L. Cæſarem: Hic nobis alia re nulla notus eſt, niſi quod L. & Caium, Cæſares, genuit.

L. IVLIVS CÆSAR.

12.] L. Ivlivs Cæsar L. F. Sex. N. primum prætor, deinde Conſul, exorto bello ſociali magnas res geſſit. Ob illius.n. de Samnitibus victoriam P. R. ſaga poſuit. Appianus hoc loco parum accuratus eſt: præterquam.n. quod vbiq; pro L. Cæſare Sextum ſubiicit, Lucium inſuper tempore belli ſocialis apud Aſculum morbo deceſſiſſe tradit, quod eſt falſiſſimū. Nam poſtea cum P. Licinio Craſſo Cenſuram geſſit, teſte Plinio, qui eos an. V. DCLXV. (ita enim illic legi debet) ne quis vnguenta exotica venderet, edixiſſe ſcribit, lib 13. cap. 3. Periit in bello ciuili Mariano, iuſſu C. Marii ad ſeditioſiſſimi hominis Varii buſtum trucidatus, quemadmodum auctor eſt Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. Vxorē habuit Fuluiam, M. Fuluii Flacci F. vt colligimus e Cicerone in Catilinā: liberos, L. Cæſarem & Iuliam, de quib. paulo poſt dicam. ¶ De Cēſura eius Fragmēt. Sex. Pomp. pag. 97.

C. CÆSAR STRABO.

13.] C. Ivlivs Cæsar L. F. ſuperioris L. Cæſaris & Q. Catuli ſenioris ex Popilia matre frater, cognomento dictus Strabo, quomodo vocat illum Suetonius; & citat Priſcianus lib. 5. tantam in republ. auctoritatem obtinuit, quanquam Aedilitius, vt eius cum Sulpitio, Tribuno plebis, contentio cauſa belli ciuilis fuerit, vti ſcribit Aſconius Pedianus. Certe petenti Conſulatum extra ordinem Cæſari, reſtitiſſe Tribunum plebis Sulpitium & Antiſtium, autor eſt M. Cicero in Bruto & in oratione de Haruſpicum reſponſis, licet ibi male pro C. Ivlio Cæſare, C. Thuſcio legitur.

¶ Cæſar Vopiſcus, Aedilitius, cauſam cū ageret apud Cēſores, campos Roſię Italię dixit eſſe ſumen, in quo relicta pertica poſtridie nō appareret, propter herbam. Varro de re ruſt. li. 1. cap. 7.

Idem Poeta fuit & Orator minime quidem vehemens, ſed quo nemo vnquam vrbanitate & lepore repertus ſit conditior. Cicero ſua ætate Tragœdias aliquot eius, & Orationes extitiſſe teſtatur, ex quibus lenitas eius ſine neruis perſpici potuerit. Genus eius dicendi valde laudat Craſſus apud Ciceronem in dialogis de Oratore, in quib. & ipſe inter ſummos Oratores inductus, de facetiis homo facetiſſimus elegantiſſime diſſerit.

Vtqve guſtum aliquem ipſius facetiarum exhibeam, Numium diuiſorem, vt Neoptolemum ad Troiam, ſic in campo Martio nomen inueniſſe perquam lepide dixit. Erat homo deformis & loquax Heluius Mantia; qui cum in iudicio quodam moleſtus eſſet, Cæſar vt hominem repelleret, Mox oſtendam, inquit, cuiuſmodi vir ſis. Importunius inſtante illo, ac dicente; Oſtende quæſo. demonſtrauit digito pictum gallum in Mariano ſcuto, ſub nodis diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus. Quare ingens omnium riſus exortus eſt, quod nihil perinde Mantiæ ſimile videretur. Metello delectum habente, cum excuſationem oculorum a Cæſare non acciperet, ac dixiſſet: Tu igitur nihil vides? Ego vero, inquit Cæſar, a porta Æſquilina video villam tuam. Non potuit ſalſius: nam ob villam ſumptuoſius extructam, male apud omnes audiebat Metellus. De Curione cum ageret is pro tribunali iudicium, toto corpore in vtramque partem vacillante, venuſtiſſime quæſiuit, quis ex lintre loqueretur? quo dicto motum & actionem eius in perpetuum notauit. Fuit & in Syllam, recte illum præturam ſuam dicere, quam bona & numerata pecunia emiſſet.

Rogatus a Sardis, T. Albutium accuſauit, quemadmodum proditum eſt a Cicerone in diuinationum cōmentariis. Citatur eadem oratio & apud Suetoniū. Pręter Aedilitatē quos honores geſſerit, ex vet. in-

ſcriptione apparet, nota Romę iuxta ædem D. Baſilii, quam operæpreciũ duxi his adiici: C. Ivlivs *L. F. Cæſar Strabo Q. AEd. Cur. Trib. Mil. bis xv. vir Agr. dand. ad Tri Iud Pontif.* Certe pontificatum eius aſtruit & Gellius in Noctibus Atticis.

Interiit vna cum fratre L. in dominatione Mariana, hoſpitis Hetruſci, P. Sextilii, quem quandoque patronus defenderat, ſcelere proditus. Capita illorum pro Roſtris affixa ſunt. Traduntur hæc Ciceroni 3. de Oratore, & Valerio Max. libro 5. capite 3. Apud quem tamen pro Caio perperam L. vocatur. Sed hoc leuiculum illud maioris eſt deprauationis apud L. Florum libro 3. capite 21. Cæſar & Fimbria in pœnatibus domorum ſuarum trucidantur. Similiter apud Auguſtinum de ciuitate Dei libro tertio, capite vigeſimoſeptimo. Vbi vtrobique legendum: Cæſares fratres in pœnatibus domorum ſuarum trucidantur. Nam Fimbriæ Mariani fuerunt, quemadmodum liquet ex argumentis hiſtoriæ Liuianæ, item ex Paterculo & Lucano. Sed iam ad L. Cæſaris liberos reuertamur.

L. IVLIVS CÆSAR.

14.] L. Cæſar L. F. L. N. perfunctus Aedilitate & Prætura, Conſulatum geſſit cum C. Martio Figulo, anno vrbis DCXC. quo filium ſibi natum Cicero ſcribit ad Atticum libro 1. Obiter admonendi ſunt ſtudioſi, hunc L. Cæſarem in Oratione Ciceronis Piſoniana mendoſe L. Luſcillum vocati. Inuitatus a C. Cæſare propinquo ſuo, qui tum bellum Gallicum gerebat, legari ſe ſuſtinuit: poſtea tamen exorto bello ciuili, Pompeii partes ſecutus eſt. Quin etiam poſt Pharſalicam pugnam cum cæteris in Africam ſe contulit. Vbi profligato Scipione, cum & Cato ſe interemiſſet, Vticenſibus portas aperire victori ſuaſit, ipſe obuiam profectus Cæſari, vitam ſibi multiſque aliis impetrauit. Interfecto Cæſare, cum res iterum turbarentur, Antonium, quanquam ſororis filium, ſua ſententia hoſtem iudicauit. Quare proſcriptus ab eodem, ſororis ope & conſtantia ſeruatus eſt. Hunc arbitror & Augurem fuiſſe, meminiſſeque illius Macrobium Saturnalium 3. cap. 7. Sane Auguralia Cæſaris citantur a Priſciano lib. 6. & decimusſextus auſpiciorum Macrobio Saturnalium 1.

IVLIA.

15.] Ivlia soror, ætatis ſuæ matrona clariſſima fuit, & quę de laude pudicitiæ cum primariis certare poſſet, teſte Plutarcho. Ex M. Antonio, Oratoris filio, tres liberos ſuſtulit, M. C. & L. quorum Marcus ad Triumuiratum reipubl. conſtituendæ, quæ mera tyrannis fuit, euectus, auunculum proſcripſit. At Iulia ſoror cum domi ſuæ fratrem abdidiſſet, quærentibus illum militibus pro foribus reſiſtens, elata voce clamabat, nunquam illis L. Cæſaris interimendi facultatem fore, ni prius ipſam necarent, quæ Antonium peperiſſet. Atque ita cedente manu militari, fratrem tutata eſt. Verba eius apud Plutarchum hæc ſunt: οὐκ ἀποκτενεῖτε Καίσαρα Λεύκιον, ἐὰν μὴ πρότερον ἐμὲ ἀποκτείνητε τὴν τὸν αὐτοκράτορα τεκοῦσαν. Defuncto Antonio, nupſit P. Lentulo, ſummæ nobilitatis viro, & honoribus claro, ſed cui ob ingenii prauitatem ſocietas & coniuratio Catilinæ, Cicerone Conſule, perniciem attulit.

L. IVLIVS CÆSAR.

16.] L. Ivlivs Cæsar L. F. L. N. L. pronepos, exorta diſſenſione ciuili, Pompeii mandata ad Cæſarem Ariminum pertulit, deinde Pompeio Italia pulſo, in Africam conceſſit. Vbi Curionis aduentum decem nauibus præſtolans, vbi multitudinem illius nauium vidit, ſibi fuga conſuluit. bello Africano, cui & patrem interfuiſſe diximus, multa in Cæſarem Dictatorem, propinquum ſuum, fœda facinora patrauit. Nam libertis ſeruiſque eius ferro & igne crudelem in modum enectis, beſtias quoque ad munus populi comparatas, trucidauit. pro quibus noxis non a Cæſare, qui deprecanti cuncta facile condonaſſet, ſed ab iratis militib. occiſus eſt. autoribus Cæſare, Suetonio & Cicerone. Etſi quadam ad Varronem epiſt. Cicero, more ſuo, cædem illius ad Cæſarem transfert, idque etiam Dion facit, quem vide lib. 43.

Ex his, quæ iam multa de Sex. & L. Cæſaribus, ac vtriuſque poſteritate, diſſeruimus, opinor ſatis apparere, quam conturbent Cæſarum familiã, ſeq; negligenter traducant, qui L. Cæſarem P. Rutilii tempore belli ſocialis in Conſulatu collegã Cęſaris Dictatoris auũ, faciũt. Deinde L. Cæſarem filium, M. Antonii auunculum, Sex. Cæſare prognatum aſſerentes, rurſus illi filiũ Sextum ſubiiciunt, eũ qui fraude Baſſi in Syria

in Syria periit. Quæ cum aduerſus omnem hiſtoriæ fidem tradantur, nobis apud veritatis ſtudioſos diſſimulanda non erant.

C. IVLIVS CÆSAR, Dictatoris auus.

17.] Venio nunc ad C. Cæſarem, vt quomodo Sexti & Lucii, ſic illius quoque ſobolem & familiam demonſtrem. Quanquam autẽ huic honores non defuiſſe credere par eſt, nihil tamen apud bonos autores de illo proditum offendimus, niſi quod ducta Martia nobiliſſimi generis Regum, Cæſaris Dictatoris auus factus eſt, relictis Caio & Lucio, ac item Iulia liberis, quorũ C. pater Dictatoris, maxime emicuit, quomodo traditum eſt a Dione.

IVLIA.

18.] IVLIAM C. Marius, is, qui Teutonib. & Cimbris deuictis, primus Romæ ſepties Conſul factus eſt, vxorem duxit, ex eaque C. Marium & Theleſinum, filios, ſuſtulit. Mortuam Cæſar tum, cum populi Rom. Quæſtor eſſet, pro concione laudauit, quemadmodum videre eſt apud Suetonium.

C. ET L. IVLII CÆSARES.

19.] C. & L. Cæſares non vltra præturã conſcenderũt, immatura morte prærepti, ac quidem repente, nullis euidentibus cauſis, mane dum calceantur, ille Piſis, hic Romæ etiam dum Prætor, quemadmodũ refert Plinius lib. 7. cap. 53. [20.] De Lucio nihil inſuper obſeruauimus. Caius ex Aurelia, caſtiſſima fœmina, trium Aureliorũ fratrum, Caii, Marci & Lucii ſorore, filium C. Iulium Cæſarem, qui poſtea Dictaturæ nomine totius orbis imperium obtinuit, iam decimum ſextum ætatis annum agentem, ac vna filias aliquot Iulias reliquit.

C. IVLIVS CÆSAR Dictator.

21.] C. IVLII Cæſaris vitam & res geſtas diligentiſſime perſecuti ſunt Plutarchus & Suetonius Tranquillus, niſi quod huic principium operis, Iuliæ gentis originem, & Cæſaris primam ætatem continẽs, iniuria temporum deperiit, quod tamẽ vir inſignis literaturæ, Ludouicus Viues, vtcunq; ſarcire viſus eſt. Nos nullã inde racemationem magnam faciemus. Tantum ſi quæ neutiquam prætereunda videbuntur, aliorum etiam deguſtatis lucubrationibus, ſuccinctè referemus.

NATVS eſt Cæſar ad quartum Idus Quintiles, teſte Macrobio, C. Mario ſextũ & L. Flacco Coſſ. qui fuit ann. V. DCLIII. In puero ſtatim complura generoſæ mentis indicia comparuerunt, quibus adducti parentes ſingularem adhibuere curam, vt recte & ad virtutem educaretur. Docuit eũ in domo paterna M. Antonius Gnipho, Grãmaticus, Græce & Latine doctiſſimus: nec defuit ei domeſtica conſuetudo, quẽadmodum Cicero teſtatur in Bruto, cum & Aurelia mater, quam tinctam literis, & multæ in loquendo elegantiæ fuiſſe legimus, in excolendo filio gnauiter aduigilaret. Enimuero tantum ea diſciplina profectum eſt, vt ad quaſcunq; præclaras artes, ſeu vitæ genus, animũ intendiſſet, non aptus modo, ſed & natus factusq; videretur.

M. ANTONIVS apud Dionem, nihil circa Cæſaris educationem ceſſatum eſſe, ex iis quæ conſecuta ſunt, oſtendit: Corpus enim illi firmiſſimum & animum conſtantiſſimum ad omnia, domeſtica ſimul & militaria negotia, inſigniter adfuiſſe: quę duo niſi legitima præceſſiſſet educatio, nũquam habiturus fuiſſet. Verba ipſa quære apud Dionem lib. 44. Porro Cæſar cum forma corporis excelleret, ac diu proſperrima valetudine vteretur, vigore & magnitudine animi humanam fidem & naturam exceſſit.

DE HONORIBVS EIVS.

REIPVBLICÆ cura ſuſcepta, ſuffragante fauore ciuium vſitatos honores adeptus eſt omnes. Nam quæſtura primum, deinde Ædilitate magnificentiſſime geſta, etiam præturam & Conſulatum obtinuit, euectus interim & ad Pontificatũ maximũ, quib. iam voti rerumq; compos quatuor Conſulatus adiecit, Dictatura perpetua, & præfectura morũ inſuper aſſumpta.

DE REBVS GESTIS.

EX PRÆTVRA Hiſpaniam vlteriorem ſortitus, cuncta ad Oceanum vſque perdomuit. Functus vero Conſulatu, quem ann. V. DCXCV. cum M. Bibulo geſſit, omnẽ Galliam, quæ montibus Pyrenæis & Alpibus, fluminib. Rheno & Rhodano continetur, intra nouem annos ſubactam, P. R. prouinciam effecit. Interim Rheno ponte iuncto, primus Romanorum ducum in Germaniam trãsiuit, penetrauit & in Britanniam, ad id temporis ignotam, quemadmodum latius eſt in commentariis de bello Gallico, ab ipſo relictis.

Exardescente mox diſſenſione ciuili, Lentulo & Marcello Coſſ. anno vrbis DCCV. cum populi beneficium eripi ſibi videret, vt abſenti ſecundum Conſulatũ petere liceret, nec ſe ſaluum fore, niſi auxiliũ ab exercitu poſtularet (nam conditiones pacis aduerſarii nullas admittebant) armis Italiam ingreſſus, fugiente Pompeio, totã eam intra bimeſtre ſpacium occupauit. Appellatis obiter de republ. patribus, Hiſpaniam adiit, copiasque Pompeii, quas is validiſſimas ibi ſub tribus legatis, Varrone videlicet, Afranio & Petreio habebat, deditionem facere coegit: Maſſilia etiam, quæ ſibi portas præcluſerat, ad officiũ redacta.

Pacatis Hiſpaniis, rebusque compoſitis, cognoſcit in itinere ſe Dictatorem dictum a M. Lepido Prætore. Qua poteſtate ſubnixus, vbi in vrbem rediit, ſe & P. Seruilium Conſules creat, ac Dictatura intra diem vndecimum depoſita, contentus ordinario magiſtratu, mare traiicit, Pompeiumque Dyrrhachii nactus, per aliquot menſes obſedit, ſed erumpente Pompeio repulſus, in Theſſaliam concedit. Ibi Pompeium in campo Pharſaliæ ſuperat, ſuperatum ac fugientem in Aegyptum perſequitur.

Cognita Pompeii morte, dum hæret Alexandriæ, nouo bello inuoluitur. Quo tandem victor, oppreſſo Ptolemæo rege, cum iam iterum Dictator factus eſſet, creatis Romæ Conſulibus Q. Fuſio Caleno & P. Vatinio, in Syriam, & inde in Pontum transgreditur, ac Pharnacem intra duas horas, quam eo venerat, citra negotium fundit. Eam rei celeritatem ſignificaturus, hæc tria verba, Veni, Vidi, Vici, & tum ad amicos perſcripſit, & poſtea in triumpho prætulit.

Regressus in Italiam, ſeditione militum excipitur: qua cito compoſita, ſedatis etiam domeſticis in vrbe diſſidiis, tertium Dictator & Conſul creatus, quanquam vetarent Augures, eſſetque brumæ tempus, tranſiuit in Africam, ac Scipionem & Iubam regem, qui reſtauratis Pompeii partibus, graue bellum excitarant, profligauit: His rebus geſtis, torquẽ partis victoriis, vrbe repetita, quatuor triumphos duxit, Gallicum videlicet, Alexandrinum, Ponticum & Africanum. Apparatus Gallici ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini teſtudine, Africani ebore conſtitit.

Iam liberi Pompeii, collectis ex Pharſalica & Africana pugna ſuarum partium reliquiis, bellum redintegrarant. Proinde Cæſar quartum Dictator, quartumque Conſul ſine collega creatus, expeditionem in hos ſumit, initoq; apud Mundam conflictu, non ſine ingenti diſcrimine ſuo victoriam aſſequitur. Ibi maior Pompei filius in fuga opprimitur, minorem nouis bellis fortuna ſeruauit. Cæſar ex Hiſpania quintum in patriam triumphum retulit.

Confecto bello ciuili, quod annos fere quinq; traxit, reductaq; pace, cum iam de conſtituendo imperio, deque ornanda vrbe cogitaret, etiam bellum Parthicum meditans, vix 5. menſium quietẽ percepit. In Octobri.n. ex Hiſpania rediit, & Idibus Martiis ſequentis anni, iam quintum Dictator & Conſul, cum Senatus eum ſacroſanctum & inuiolabilem eſſe decreuiſſet, ac pro ſalute iusiurandum dediſſet, ab ingratiſſimis ciuibus, anno ætatis 56. in curia viginti tribus vulneribus trucidatus interiit.

Plvtarchvs Cæſarem cum Alexandro cõfert. Nec immerito: fuit.n. vterq; maximis omniũ generũ bonis exornatus. Sed tamen cum ille vinoſus & crudelis in amicos eſſet, Cæſar ſobrius ſemper & vini parciſſimus cognitus eſt, id quod ne inimici quidem negauerunt. Amicos vero tanta facilitate tractauit, vt valetudinariis diuerſorio cubiculoque ceſſerit, omnes ad opes & honores ampliſſimos prouexerit.

DE ELOQVENTIA CÆSARIS.

Vigore animi & eloquentia longe antecelluit, ſuetus ſimul ſcribere & legere, dictare & audire: imo epiſtolas tantarum rerum librariis dictare quaternas pariter, aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas, quomodo memorat Plinius lib. 7. cap. 25. Sed & Cicero eloquentiã eius vna cum reconditis & exquiſitis vocibus ita commendat, vt illum in Oratorum numero reponat. Paterculus Ciceroni proximum facit. Quintilianus eodem animo ſcribit dixiſſe, quo bella geſſit, vim eius in dicendo, & concitationi iunctum acumen exprimens. Cornelius Tacitus diuinum ingenium, & ſingularem orationis ſplendorem illi tribuit. Idem anno ætatis vigeſimoprimo, Dolabellam accuſaſſe, memorat. In verbis quoque eligendis admodum erat accuratus & ſollicitus, & inſolẽtioris locutionis

fugiens

fugiens valde, vt apparet ex libris de analogia, quos ad M. Ciceronem ſcripſit, ex quibus Gellius libri 1. capite 10. hæc eius verba depromit: *Habe ſemper in memoria atque in pectore, vt tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum.*

DE LVCVBRATIONIBVS CÆSARIS.

Rervm a ſe geſtarum commentarios, & quidẽ in mediis bellorũ tumultib. confectos, reliquit, ſeptem belli Gallici, & tres de bello Pompeiano. Nam cæteros ab aliis ſcriptos, cõſtat. Quanquã vir doctiſſimus, Franciſcus Floridus, etiam tres illos de bello Pompeiano ab alio conditos ſuſpicatur. Illud apud omnes cõfeſſum, Cęſaris Commentarios laudari valde M. Ciceroni, Hirtio & eruditis omnibus. Scripſit quoq; ad M. Ciceronem, quorum paulo ante meminimus, de analogia libros. Citat hos Aulus Gellius lib. 1. cap. 10. & 19. cap. 8. Edidit & alia opuſcula cõplura, ſed quæ temporum iniuria e medio ſublata ſunt.

DE STVDIIS ILLIVS Mathematicis.

In diſciplinis Mathematicis quantum præſtiterit, indicio ſunt cum libri eius de aſtris eorumque motu Græce ſcripti, quos non indoctos fuiſſe, teſtis eſt Macrobius, & aduocantur aliquoties a Plinio in naturali hiſtoria: tum Anni caſtigatio, quem Pontificum incuria deprauatum, adhibito Soſigene Mathematico, correxit, eumque cum antea lunaris fuiſſet, quomodo & aliarum gentium, ad Solis motum accommodauit. Quam operam eius adeo conducibilem & neceſſariam ad res omnes iudicauit poſteritas, vt hodie poſt tot euoluta ſecula, non alia temporum vtamur deſcriptione, quam Iuliana. Proinde iure apud Lucanum Cæſar ſic gloriatur:

-- media inter prælia ſemper
Stellarum cæliq; plagis, ſuperiſque vacaui,
Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.

DE GENEROSITATE CÆSARIS.

Magnanimitatem eius indicat, quod ſemel atque iterum epiſtolas inimicorum nactus, cum legere non ſuſtinuiſſet, optima fide concremauit, longe maior Alexandro, qui matris Olympiadis literas, quibus familiares ipſius criminabatur, ſtudioſe legit & aſſeruauit.

DE CLEMENTIA ILLIVS.

Ad ignoscendvm adeo ſemper facilis extitit, vt Cicero maxima cum illius laude dicat, præterquam iniuriarum nullius rei obliuiſci ſolitum. Suetonius auctor eſt, extremo vitæ tempore omnib. qui contra ſe arma tuliſſent, ignouiſſe. Illud eſt nimirũ, quod ſcribit Plinius, non ignorans, vnde illi pernicies acceſſiſſet, cunctos clementia ad pœnitentiam vſque ſuperaſſe.

Signis collatis, quoties ad eam ætatẽ nemo, quinquagies dimicauit, eodem autore Plinio, ſolus Marcum Marcellũ tranſgreſſus, qui vndequadragies prælio certârat. Celeritate vero in bellis tanta vſus eſt, vt Cicero lib. 8. ad Atticum epiſt. 9. non dubitarit illum τέρας, id eſt prodigium & monſtrum appellare.

DE CÆDE ILLIVS.

Tot ac tantis virtutib. inſtructus Cæſar, eaq; rerum geſtarum gloria præfulgẽs, cauere nõ potuit, quo minus ingratiſſimorum ciuiũ, qui partim amici, partim ex inimicis incolumitate donati, omnes profecto ſummis ab eo beneficiis & honoribus euecti eſſent, inſidiis occumberet. Horum vexillifer & anteſignanus C. Caſſius, vir manu promptiſſimus, cætera flagitioſus & impurus, quod petentem Conſulatũ Cæſar diſtuliſſet, offenſus, conſilium eius interimendi ſumit. In cuius ſocietatem ſimulatq; M. Brutum, qui tum Præturã vrbanam gerebat, pertraxit, illius auctoritate moti cæteri, ad idem ſcelus cupidiſſime nomina dederunt. Ab his igitur Idib. Martiis, contra iuſiurandum, cum ſacroſanctus eſſet, & ampliſſimum magiſtratum gereret, in Senatu viginti tribus vulnerib. trucidatus eſt, anno ætatis 56. V. C. DCCX. ante natum Chriſtum 41. Curiam, in qua cædes patrata eſt, obſtrui placuit, Idusque Martias [illegible] parricidiumq; vocari. Percuſſores vero, & quicunq; morte eius lætati forent, capite pœnas dederunt. Ipſe, conditis illi templis, in numerum Deorum relatus eſt.

De verecundia eius in ipſa morte præter Sueton. & Plutarchũ Valerius lib. 4. cap. 5.

VXORES C. IVLII CÆSARIS.

Cossvtia, prima vxor.

Vxores Cæſarem quatuor ordine habuiſſe, compertiſſimum eſt. Prima fuit Coſſutia, quo patre nata, incertum, ſed familiæ equeſtris, & diues admodum. Hanc adhuc prætextato ſibi deſponſam non multo poſt dimiſit.

CORNELIA II. CÆSARIS vxor.

22.] Repvdiata Coſſutia, Corneliam, L. Cornelii Cinnæ, eius, qui quater Conſul, & Marianæ dominationis collega & ſucceſſor fuit, filiam, ſibi coniunxit. Hanc vti relinqueret, a Sylla victore nullo modo compelli potuit, amiſſam vero cum Quæſtor eſſet, quomodo & Iuliam amitã, recepto more pro Roſtris laudauit, cum aliâs prouectioris tantum ætatis matronæ laudari conſueuiſſent. Suetonius. Suſtulit ex hac Iuliam filiam, quam poſtea Cn. Pompeio collocauit.

POMPEIA III. vxor.

Amissa Cornelia, in locum eius Pompeiam, Q. Pompeii Rufi filiam, L. Syllæ neptem, duxit. Hanc in ſacris Bonæ Deæ a Clodio adulteratam ratus, per diuortium abiecit, cuius facti ſui poſtea cauſam apud Iudices rogatus, cum præſertim nullius eam criminis inſimularet: *Quoniam*, inquit, *domum Cæſaris non tam crimine, quam ſuſpicione carere oportet.*

CALPHVRNIA IIII. vxor.

Calphvrnia, quarta Cæſaris Dictatoris coniunx, L. Piſonem patrem habuit, eum, aduerſus quem Ciceronis extat oratio. Duxit hanc in primo Conſulatu, ſibique ſuperſtitem reliquit.

IVLIA, CÆSARIS FILIA.

23.] Ex ſola Cornelia, ſicuti meminimus, filiam ſuſtulit Iuliam, quam Seruilio Cæpioni deſpõſam, Cn. Pompeio Magno collocauit. Erat Iulia cum forma & caſtitate præcellens, tum ſingulari erga maritum amore flagrans. Quamobrem a Pompeio viciſſim impenſius colebatur. Accidit autẽ, vt Pompeius ædilitiis comitiis ſauciorũ ſanguine reſperſus, veſtem domum mutandam mitteret. Qua cõſpecta, adeo conſternata eſt Iulia, tum temporis vterum ferens, vt abortum fecerit. Interiecto tempore cum iterum grauida fieret, in puerperio deceſſit. Pompeio coniugi tumulum in Albano deſtinante, populus in campum Martium funus extulit. Nec multo poſt filiolus, quem enixa erat, matris fatum ſecutus eſt. Ita gemino communis concordiæ vinculo ſublato, diſſenſio primum, deinde ciuile bellum inter deſtinatos diſcrimini duces exortum eſt.

DE SORORIBVS DICTATORIS.

Vvlgo creditur, & a quibuſdam in literas relatum video, tantum vnam Cæſari ſororem fuiſſe. ſed redarguit eos Suetonius, diſerte ſororum nepotes ab illo ſcriptos hæredes memorans, C. videlicet Octauium, L. Pinarium & Q. Pedium. Plures itaque Cæſarem ſorores habuiſſe, ſentiendum eſt. Coniecturis adducor, vt duas fuiſſe exiſtimem.

24.] Ivlia prior, ex duobus maritis duos filios ſuſtulit, Q. Pedium & L. Pinarium, quos cum Octauio relictos hæredes meminimus. [25.] Q. Pedius, Cæſaris Dictatoris in Hiſpania legatus, deinde Conſul cum Octauiano factus, legem tulit, qua percuſſoribus Cæſaris aqua & igni interdictum eſt. Obiit diem ſuum in eodem honore, præter Conſularem dignitatem etiã triumphalis. Huius nepos, Q. Pedius, natura mutus, conſilio Meſſalæ Oratoris, ex cuius familia erat pueri auia, picturam didicit, inque ea arte magni profectus deceſſit. Plinius 35. cap. 4. [26.] De L. Pinario nihil præterea proditum legimus, niſi quod in bello Philippenſi legionem duxit. Quoniam autem vtrunque, & Pedium & Pinarium, viuente adhuc Dictatore Cæſare, virilis et iam conſiſtentis ętatis fuiſſe, ex multis circumſtantiis apparet, non ſororis nepotes hoſce, ſed potius filios crediderim.

27.] Altera Ivlia, nupta M. Accio Balbo, viro Pretorio, & qui inter xx. viros agrũ Campanum lege Iulia plebi diuiſit, Acciam filiam genuit. Defunctam pro concione laudauit nepos C. Octauius, duodecimum annum agens, ann. vrb. DCCIII. Seruio Sulpitio & M. Marcello Coſſ.

ACCIA.

28.] Acciam, Iuliæ & Accii Balbi filiam, poſt amiſſam Anchariam duxit C. Octauius vir & re & exiſtimatione magna, quomodo ſcribit Tranquillus. Nam magnis innutritus opibus, honores & facile adeptus eſt, & egregie adminiſtrauit. Ex pretura Macedoniam ſortitus, fugitiuos, reſiduam Spartaci & Catilinæ manum, Thurinum agrũ infeſtantes, ex decreto Senatus in itinere deleuit. Prouinciæ, Beſsis & Thracibus magno prælio fuſis, ſingulari iuſticia præfuit, teſtante id ipſum Cicerone in Epiſtolis ad Q. fratrem. Regreſsus ex Macedonia, priuſquam Conſulatus petendi tempus

tempus adeſſet, morte repẽtina deceſſit, tribus relictis liberis, ex priori coniuge, Octauia maiore, ex Accia, Octauia minore & Augusto. Cæterum Accia poſt obitum Octauii nupſit L. Martio Philippo, viro Conſulari, apud quem mox a bello Mutinenſi, victore filio Conſule facto, vitam cum morte commutauit, anno vrbis 711. ante Chriſtum natum 40.

Scio nonnullos eſſe, qui ex hoc L. Martio Philippo & Accia natam velint Martiã, quam Fabio Maximo nuptam tantopere celebrat Ouidius Poeta. Verum eam opinionem cum temporum ratio, tum eius coniugii nota ſterilitas cõfutat. Adhæc Ouidius in laudibus Martiæ nequaquam taciturus erat, ſi matrem Acciam, vterinum fratrem Auguſtum habuiſſet, cum præter caſtitatem & formam, cultam ab illa Cæſaris materteram adeo commendet.

OCTAVIA MAIOR, AVGVSTI SOROR.

29.] De Octavia maiore, quæ matre genita eſt Ancharia, nihil in bonis auctorib. memini obſeruare me. Nam quod plerique tradunt, Plutarchum ſecuti, eã eſſe, quæ primum C. Marcello, viro Conſulari, deinde M. Antonio Triumuiro collocata ſit, & illorum ſimul & huius errorem, in gente Antonia ſatis abundeque conuici, neque hic ea repetenda duco.

OCTAVIA MINOR, AVGVSTI SOROR.

30.] Octauia minor, nupta C. Claudio Marcello, qui cum C. Lentulo Cruſcello Conſulatum obiuit, Marcellum filium, & duas filias, Marcellas, ſuſcepit. Mox autem a bello Peruſino, cum vita ceſſiſſet Marcellus coniunx, ac commodum etiam interiiſſet vxor Antonii, Fuluia, ſatagentibus amicis, quo tenacior pacis & cõcordiæ vinculo ambo colligarẽtur, Octauiam duxit Antonius Triumuir ipſe, Cæſaris Triumuiri ſororem, quæ aliquandiu honeſte & amãter habita, duas illi filias Antonias peperit. Tandem vero per amorem Cleopatræ repudiata ab illo, & domo excedere iuſſa, paruit, miſerantibus Romanis Antonii furorem, qui ſic deperiret in Cleopatram, neq; ætate neque forma cum Octauia conferendam.

MARCELLVS, OCTAVIÆ FILIVS.

31.] M. Clavdivs Marcellus, generoſiſſimæ lætiſſimæque indolis adoleſcens, & fortunæ, in quã alebatur, capax, Ædilitate magnificentiſſime geſta, cum illi Iuliam filiam Auguſtus deſpondiſſet, velletque potentiæ & imperii ſucceſſorem relinquere, morbo correptus deceſſit, ſummo ciuitatis luctu, Anno ætatis 24. auunculi Conſulatu 11. ante natum Chriſtum vero 26. vrb. cond. 731. Dion autor eſt, de eius morte ſuſpectam fuiſſe Liuiã, filiis ſuis ſucceſſionem in imperio machinantem. Defunctũ publice laudauit Auguſtus, & ingẽti pompa in campo Martio ſepeliuit; eiuſque nomine Theatrum dedicauit. Hic eſt Marcellus ille, quem tantopere celebrat Virgilius in fine ſexti: quem locum cum recitaret Poeta, præ fletu Cæſar & Octauia ſoror ſilentio imperato, multo illum graui ære donarunt, quemadmodum ſcribit Seruius. Cæterum de inconſolabili Octauiæ luctu, amiſſo Marcello filio, deque ipſius Marcelli laudibus, vide Senecam in conſolatione ad Martiam. Conceſſit in fata Iulio Antonio & Q. Fabio Maximo Coſs. anno vrbis 744. cum frater Auguſtus 54. annum ageret. Is fuit ante natum Chriſtũ annus 7.

MARCELLA MAIOR.

32.] Marcellam maiorem Octauia dedit M. Agrippæ coniugem, ex qua etiam is liberos tulit. Verum amiſſo Marcello, cui Iuliam Auguſtus deſponderat, fratrẽ perpulit, vt Agrippam generum legeret, ipſa dimiſſam ab illo Marcellam M. Iulio Antonio collocauit, ex quo connubio natus eſt L. Antonius, familiæ ſuæ, quæ quidem ſtirpis virilis eſſet, vltimus. Marcella hæc à matre rogata, gauderet ne, ſe nupſiſſe? reſpondit: Ita valde, vt amplius nolim. Auctor Hieronymus lib. 1. cõtra Iouinianum.

MARCELLA MINOR.

33.] Marcella minor, quem maritũ, quosve liberos habuerit, nuſquam aperte traditur. Conjectura ducimur, nupſiſſe illam M. Valerio Maſſalæ, qui Conſulatum geſſit anno vrbis 742. quemque Dion cognomento Barbatum vocat. Ex eo coniugio prognatus M. Valerius Barbatus, ducta

Lepida, Meſſalinam genuit, Claudii Cæſaris vxorem. Scribit enim Suetonius, duxiſſe Claudium conſobrini ſui filiam. Et apud Senecam teſtatur de morte Claudii Auguſtus, ſe perinde Meſſalinæ maiorẽ auunculum, atque Claudii fuiſſe. Sed & vir doctiſſimus, Antonius Sabellicus, Meſſalinā ex altera Marcellarum deriuare genus ſuum opinatur.

ANTONIÆ DVÆ.

34.] ANTONIARVM maior ex Druſo Germanico, Cæſaris Auguſti priuigno, Germanicum Cæſarem, Claudiū & Liuiā enixa eſt. [35.] Altera ex L. Domitio Ænobarbo, patrem Neronis Imperatoris, Cn. Domitium, peperit. De his fuſius infra diſſeremus.

C. CÆSAR AVGVSTVS.

36.] C. CÆSAR OCTAVIANVS, natus eſt Cicerone & Antonio Coſs. IX. Calend. Octobris, anno vrbis conditæ 691. antequam Chriſtus naſceretur 60. Futuram eius potentiam & felicitatem parentes multis indiciis præceperunt. Nā Accia mater priuſquam pareret, ſomniauit inteſtina ſua ferri ad ſydera, explicarique per omnẽ terrarum & cæli ambitum. Octauius vero pater ſimiliter per quietem vtero Acciæ iubar Solis exortū vidit. At Nigidius, vir Matheſeos peritiſſimus, vbi horam partus accepit, non dubitauit affirmare, dominū terrarum orbi natum.

37. QVADRIMVS patrem amiſit. Ab eo tẽpore in ædibus vitrici ſumma diligentia educatus eſt. Puer in literis tantum profecit, vt duodecimum annum agens, quemadmodum diximus, Iuliam pro concione laudarit. Proinde plurimum dilectus a Cæſare Dictatore, auunculo maiore, Pontificatus ſacerdotio honoratus eſt. Annos natus octodecim eundem auunculum in Hiſpanias contra liberos Pompeii, per infeſtas hoſtibus vias ſecutus, mirum quantopere demeruerit. Quo cum indolis & morum approbatio, tum oſtentum enatæ palmæ, matrem intra paucos dies ſuperantis, acceſſiſſet, vnum illum Cæſar, nec aliū quenquam, ſuccedere ſibi voluit.

POST auunculi cædem, Apollonia, quo ſtudiorum cauſa miſſus erat, regreſſus, cū vitricus Philippus, ac item Accia mater diſſuadere cœpiſſent, ne nomẽ inuidioſæ fortunæ Cæſaris adiret, nefas eſſe dixit, quo nomine Cæſari dignus eſſet viſus, ſemetipſum videri indignum, ac hæreditatem adiit. Auctor eſt Paterculus.

M. ANTONIVM Conſulem, quem præcipuum adiutorem ſperauerat, ſibi aduerſum ſentiens, ad optimates ſe contulit, quibus eum inuiſum eſſe ſciebat, quod Mutinæ Brutum obſideret. Quare comparatis armis, & cum Conſulibus, Hirtio & Panſa, aduerſus illum profectus, cum decimo ſexto Calendas Maias titulum cepiſſet imperii, decimo ſeptimo Antonium profligauit, quemadmodum eſt autor Ouidius Faſtorum 4. Idque primum eius bellum ciuile fuit. Occubuere in eo prælio cōſul vterq;.

IAM ANNVM ætatis viceſimum ingreſſurus, cæſis Conſulibus, ipſe cum Q. Pedio cognato Conſulatum iniit. Deinde reconciliatus Antonio, mox ſimul cum illo & M. Lepido Triumuiratum aſſumſit, eumque per duodecim fere annos tenuit. In eo quatuor bella ciuilia confecit: Philippenſe aduerſus Caſſium & Brutum, auunculi percuſſores, Peruſinum contra L. Antonium, Triumuiri fratrem, Siculum aduerſus Sex. Pompeium, Cn. Pompeii Magni filium, & Actiacum contra M. Antonium Triumuirum. Poſt cuius interitum voti compos, remp. ſolus per 44. annos nomine Principis adminiſtrauit. Nam Lepidum Triumuirum ſtatim poſt fugam Pompeii poteſtate priuârat.

EXTERNA bella partim ſuo ductu, partim per legatos geſſit, Dalmaticum, Cantabricum, Pannonicum, Rheticum, Germanicum & Aquitanicum. Interim & varios tumultus plurimaſque coniurationes oppreſſit.

Ex his præliis & victoriis tres curules triumphos egit, Dalmaticum, Actiacum & Alexandrinum, continuo triduo, cum ante bis ouaſſet, primum Philippenſi, & iterū Siculo bello cōfecto & Imperatoris nomẽ, quemadmodum ſcribit Tacitus, ſemel ac vicies adeptus eſſet.

IANVM Quirinum, bis ante memoriam ſuam clauſum, ſemel ſub Numa Pompilio, iterum poſt bellum Punicum primum, C. Attilio ſecundum T. Manlio Torquato Coſs. anno vrbis 518. ipſe multo breuiore temporis ſpatio tertio clauſit, nempe poſt bellum Actiacum, terra marique pace parta, Anno vrbis 725. quinto ſuo & Sex. Apuleii Conſulatu. Sic vno ore tradidere T. Liuius, Plutarchus, Suetonius & L. Florus.

Actis triumphis,& Iano clauſo, quod reductæ pacis ſolenne documentum erat, iam ſextum Conſulatum gerens, imperiũ bello partum legibus & iure conſtituit, abolitis quæ Triumuiratu iuſſerat. Ea res Senatui P. Q. R. adeo grata accidit, vt mox anno ſequenti ex ſententia L. Planci delatum ſit ipſi Augusti nomen, idque Idibus Ianuarii. Teſtes horum citare poſſum Cornelium Tacitum libro primo & tertio, Ouidium Faſtorum 1. & Cenſorinum in de die Natali.

Ab his quantopere diſſentiant Oroſius, Eutropius,& qui eos agminatim ſecuti ſunt Chronographi, quiuis vir doctus facile perſpexerit. Non reprehendo, quod Ianum etiam quarto & quinto ab Auguſto clauſum referunt; nec enim poſt Actiacam victoriam hoſtes ac bella defuerunt; ſed res geſtas & temporum annorumque curricula miſceri confundique, neutiquam probandum cenſeo. Nam quod de fundato legibus imperio memorant, amplius quam viginti quatuor annis a veritatis tramite, vt minutiora diſſimulem, aberrare conuincuntur.

Consvlatvs 13. geſſit, Valerium Coruinum & C. Marium æquaſſe contentus. Tribunitiã poteſtatem perpetuam, quod erat ſummi faſtigii vocabulum, ab ipſo inuentum, aſſumpſit: morum item legumq; regimen æque perpetuum: in quo honore populi cenſum ter egit. Recepit & Pontificatum Maximum, mortuo Lepido, & Patris patriæ cognomentum: cuius præter Hiſtoriographos, meminit Ouidius Faſt. ſecundo.

Clades & ignominias graues duas tãtum ſuſtinuit, nec alibi, quam in Germania, Lollianam & Varianam; ſed illam maioris infamiæ, quam detrimenti, amiſſa quintæ legionis aquila, hanc pene exitialẽ, tribus legionibus, totidemque alis & ſex cohortibus, vna cum legatis & duce Quintilio Varo, cæſis. Qua nunciata, adeo conſternatum ferunt, vt barba capilloq; ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans; Quintili Vare, legiones redde. Incidit hæc clades in annum vrbis 761. nati vero Chriſti ſeruatoris 11. vt liquet ex Paterculo, Strabone, Tacito, L. Floro & Dione.

Operæ precium eſt cognoſcere, quæ ſcribit Dion, non tam propter cæſos dolore correptum Auguſtum, quam timuiſſe, ne Germani coniunctis Gallis in Italiam tranſcenderent, vrbem Romam (quod tũ facillimum ipſis erat) inuaſuri. Verba ipſa ſunt apud Dionem lib. 56.

Scio complures ſuperiorum annorum ſcriptores eſſe, qui Friſingenſem Epiſcopũ, Otonem, ſecuti, hanc Romani exercitus internecionem in ſuperiori Germania apud Auguſtam Vindelicorum patratam velint, hoc argumẽto nixi, quod illic ſit turris Perlegia, quæ pereuntium legionum cædem nomine ſuo conteſtetur: quaſi vocabulorum etymis viri docti non ludere ſæpe ſoleãt & ludi. Verum quidquid hoc commẽti eſt refellit facile vir grauiſſimus Cornelius Tacitus, qui intra Rhenum & Viſurgim atque adeo intra Lupiam & Amiſium amnes, non procul a ſaltu Teutoburgenſi, rem geſtam docet. Intra quæ flumina cum ſita ſit diœceſis Monaſterienſis, terra non ſic opibus, vt viris armiſque potens; non erat, præſertim quæ iucundiſſima mihi patria ſit, hac laude & hoc honore per alumnum ſuum fraudanda. Quod ſi quid vocum alluſionibus ſtandum eſt, non deeſt illic eximium & celebre cœnobium, multo propius & concinnius a Vari legionumque cæde, Vaerte nuncupatum, quam turris Auguſtana Petlach. Sed hic nihil definio; quiſque ſuo arbitrio, ſuaque cenſura, in id genus dubiis & incertis reb. vtatur. Ergo vt ad togatam Auguſti adminiſtrationem regrediamur, vrbem multis operibus exornauit, inuitatis etiam principibus viris, vt pro facultatibus quiſque monumentum aliquod vel nouum extrueret, vel vetus & collapſum renouaret. Ita vrbe prò maieſtate exculta, gloriatus eſt, marmoream ſe relinquere, cum lateritiam accepiſſet.

Italiam, duodetriginta coloniis deductis, frequentauit, duplicique claſſe muniuit. Eas, ac cæteras regiones, reuiſenti ſibi qui filios filiaſve ſuas approbaſſent; his ſingula numorum millia in ſingulos diuidebat. Multorum quoque Senatorum inopiam ſubleuauit, pecunias ipſis elargitus, cũ tantum in cenſum non haberent, vt Ædilitate fungi poſſent.

Dominvm ſe appellari, ne a liberis quidem & nepotibus ſuis ſuſtinuit. Filios nunquam populo commendauit, vt non adiecerit, Si merebuntur. Vini parciſſimus fuit. Bello Mutinenſi & legit & ſcripſit & declamauit quotidie. Ad hæc multa compoſuit, inque iis & epigrammata. Quin & vi-

tam ſuam Cantabrico tenus bello 13. libris complexus eſt.

Iocis etiam & ſalibus emicuit, ſaluo tamen, vt Macrobius ait, maieſtatis pudoriſque reſpectu, ne in ſcurram caderet. Referuntur eius ioci cum apud alios, tum apud Macrobium lib. 2. cap. 10. & ſequentibus. Nos breuitati ſtudentes, vno contenti erimus. Aiacē tragœdiam ſcripſerat, eãdemq; quod diſplicuiſſet, deleuerat. Poſtea rogatus a Lucio, grauiſſimo tragœdiarũ ſcriptore, quid nam Aiax ſuus ageret; *Aiax meus*, inquit, *in ſpongiam incubuit*. In bono duce nihil adeo, quam nimiam feſtinationem improbabat, ideoque crebro iactabat, σπεῦδε βραδέως, ſignificans, feſtinationem quidem bonam & vtilem, verum ita tamē properandũ, ne occaſio rei bene gerendę amittatur. Minima cōmoda maximo ſpectantes diſcrimine ſimiles aiebat eſſe aureo hamo piſcantibus, cuius abrupti damnum nulla captura penſari poſſet. Interdum cũ de debito alicuius diceretur, cuius nulla ſolutionis ſpes ſupereſſet, Calēdis Græcis ſoluturum aiebat. Græci namq; Calendis carentes, nouiluniis vſuras ſoluebant. Quærentib. de inopia & caritate vini, ſatis proſpectum reſpondit a genero ſuo M. Agrippa, plurib. aquis in vrbem inductis, ne homines ſitirent. Populo autem promiſſum congiarium expoſcenti, bonæ fidei ſe eſſe reſpondit.

DE MORTE AVGVSTI.

De morte eius ſcriptores variant. Suetonius morbo correptum, victumque in oſculis Liuiæ deceſſiſſe ſcribit, hac emiſſa voce: Liuia noſtri coniugii memor viue, ac vale. Tacitus & Dion Liuiam apud populum mortis eius ſuſpicione non parum laboraſſe tradunt, metuentem, ne reuocaret Agrippam, quem ante paucos dies, ad eum Planaſiam vectus, multis cũ lachrymis & ſignis charitatis complexus fuiſſet. Adiicit Dion, Liuiam, ficubus adhuc in arboribus pendentibus, quas ipſe manu ſua ſolitus eſſet decerpere, bona ex parte veneno illitis, innoxias ſibi ſumentem comediſſe, Auguſto venenatas obieciſſe. Sed ſiue hæc ad eum modum, ſiue aliter geſta ſunt, obiit Nolæ, anno poſt Chriſtum natum 16. vrb. cond. DCCLXVI. duob. Sextis, Pōpeio & Apuleio Coſs. 19. Auguſti, qua quondã, vt ſcribit Dion, primum Conſulatum inierat, anno vitæ 76. diebus 35. minus, totius imperii a primo Cōſulatu 56. Tiberio priuigno cum vxore Liuia hærede relicto.

VXORES AVGVSTI.

Vxores Auguſtum tres habuiſſe legimus, Claudiam, Scriboniam & Liuiam. Nam Seruilia, P. Seruilii Iſaurici filia, quã adoleſcens ſponſam habuit, neque ab eo ducta, neque inter vxores numeranda videtur.

CLAVDIA, PRIMA AVGVSTI VXOR.

Claudiam, P. Clodii Pulchri & Fuluiæ filiam, Antonii priuignam, vix dum nubilem, expoſcentibus id militibus, vt neceſſitudine aliqua iungerentur, ducere coactus, ob ſocrus inſolentiam, de qua plurib. verbis diſſeruimus in Antoniis, dimiſit intactam adhuc & virginem.

SCRIBONIA II. VXOR.

37.] Mox Scriboniã, L. Libonis, viri Cōſularis, & qui Sexti Pompeii ſocer eſſet, ſororem, duobus ante Conſularibus nuptã, ex altero etiam matrem, vxorem accepit. Appianus ſcribit, id eum hoc conſilio feciſſe, vt ſi conciliatione cum Pompeio opus eſſet, cum de Antonii mente dubitaret, occaſionem promptam & paratã haberet. Ex hac nata eſt Auguſto Iulia. Quoniam autem morum eius peruerſitatē ferre non poſſet, non multo poſt ipſam repudiauit. Illud inſuper ſtudioſi meminerint, ex hac Scribonia & Scipione marito natam [38.] Corneliam, quam defunctam in matrimonio L. Æmilii Pauli, viri Conſularis & Cēſorii, ſratre Scipione Coſ. anno 738. tum laudatam oratione funebri ab Auguſto, venuſtiſſimo epicedio commendat Propertius in fine 4.

LIVIA III. CONIVNX.

39.] Livia Druſum Claudianum, qui Liuiorum familiæ per adoptionem inſertus poſt pugnam Philippenſem ſeipſum interemit, patrem habuit. Hanc Tiberio Neroni nuptam, & ex eo grauidam, permittente ipſo, cum Pontifices quoque cōſulti rem approbaſſent, duxit, App. Claudio Pulchro C. Norbano Flacco Coſs. an. vrbis DCCXVI. Enixa autem intra tertium menſem, ſuſpicionē incurrit, quod ex Cæſare per adulterii cōſuetudinem genuiſſet, eſtque vulgatus hic verſiculus:

Τοῖς

Τοῖς ἰυτυχῦσι ἐστερήμενα παιδία.

Dilecta vnice & perſeueranter ab Auguſto, nihil tamen illi liberorum tulit, maxime cupienti.

Mvlier & forma & ingenio præſtanti fuit, & in tanta fortuna erga multos benefica: non paucos enim ex illuſtribus viris ſeruauit, multorum liberos enutriuit, puellas dotis egentes elocauit, & in omnib. rebus ita ſe probauit, vt non defuerint, qui vt Auguſtum patrem patriæ, ita ipſam patriæ matrem appellandam cēſuerint. Præcipue autem morum Auguſti gnara, nihil non ad ipſius animum demerendum faciebat, eoque plurimum apud illum poterat. Aliquando rogata, quibus artibus adeo ſibi Auguſtum conciliaſſet: *Quoniam*, inquit, *caſte viuens, quæcunque illi grata & iucunda eſſe noui, facio, nec illius negotiis me miſceo, tum furtiuos ipſius luſus vſque adeo non inſector, vt etiam notos & compertos mihi eſſe diſſimulem.* Quin & ob ſuam cum marito concordiam, & beneuolentiam mutuam, Concordię templū erexit, quod poſtea Tiberius dedicauit, teſte Marliano. Grauis tamen in priuignos nouerca fuit, quos, vt liberis ſuis imperium pararet, quibuſcunq; poſſet artibus, ſubuertere non deſtitit, ne Germanico quidem in odium Agrippinæ parcens. Atq; hoc agens, etiam gratiam apud populum venabatur, miſericordiam erga afflictos palam oſtentando, quos florentes per occultum nefariis artibus & technis impuliſſet.

Erepto rebus humanis Auguſto maiores ſpiritus concepit. Senatum & ex plebe ſalutationis officiū ſibi præſtituros, domum ad ſe venire, nomen ſuum publicis commentariis inſeri, ſibi pariter & Tiberio ſcribi voluit: quodque impotentioris animi indicium fuit, ſe, cum omnia ſub Auguſto poſſet, Tiberium Imperatorē feciſſe iactabat. Quibus offenſus ille, & viuæ congreſſus vitauit, & defunctæ nullum inſignē honorem habuit.

Decessit duob. Geminis, C. Rubellio & C. Fuſio Coſs. ann. vrb. DCCLXXXI. poſt Chriſtum natum 31. ætatis ſuæ 86. quemadmodū tradit Dion. Qui volunt eam annos 82. defunctam, idq; a Plin. lib. 14. c. 6. tradi, Plinii ſententiam non prouiderunt. Nec enim ibi quidquā de morte Liuiæ cōmentatur, ſed quantum ea vino Pucino ſe debere teſtata ſit, vtpote quæ illi' beneficio ad eam ætatē peruenerit, non vana ſpe cōcepta, longius etiā ſe victuram, quod & fecit. Hanc eſſe Plinii mentem, illud inſuper euincit, quod poſito natali eius ad annum vrbis DCC. quomodo neceſſe eſt, ſi 82. anno vitam exuit, ſequetur, eam anno ætatis 13. Tiberium genuiſſe. Id quam dictu pariter credituq; ſit abſurdum, quiuis facile perſpexerit.

POSTERITAS AVGVSTI
PER IVLIAM FILIAM & M. Agrippam.

Ivliam Auguſtus primum Marcello, ſororis filio, deinde vt ille obiit, M. Vipſanio Agrippæ dedit. Eo quoq; vita functo, Tiberio priuigno collocauit. Ex Agrippa & Iulia tres nepotes, duaſque neptes, ac inde porro pronepotes & abnepotes vidit. Habuit & ante Iuliam vxores duas Agrippa, Pomponiam & Marcellam, ſuſceptis ex vtraque liberis, de quibus partim ſupra nobis dictum eſt, partim in ſequentibus per occaſionem dicemus.

M. AGRIPPA, IVLIÆ
MARITVS.

40.] M. Vipsanii Agrippæ vita, quæ hic ſubtexenda eſſet, ne eadem bis inculcemus, petatur infra e Vipsaniis.

IVLIA, AVGVSTI
FILIA.

41.] Qvantopere probatus eſt omnibus Auguſtus pater, ac itē Agrippa gener, tātopere diſplicuit Iulia, omni dedecorū genere contaminata. Nihil enim quod facere aut pati turpiter poſſet fœmina, infectum reliquit, magnitudinem fortunæ ſuæ peccandi licentia metiens. Hanc Tiberio nuptam ipſo abſente, Auguſtus in inſulam Pandatariam relegauit, comitante in voluntarium exilium Scribonia matre, D. Lęlio C. Antiſtio Coſs. an. vrb. DCCXLVIII. teſte Dione. Poſt quinquennium demum in continentem tranſlata, ibidem inhumanitate Tiberii rerum omnium inopia & fame contabuit, extincta eodem anno, quo pater Auguſtus cōceſſit. Tacitus lib. 1. Suetonius in Auguſto & Tiberio.

Vide Senecā lib. 6. de beneficiis c. 32.

C. ET. L. CÆSARES.

Caivm & Lucium, nepotes ſuos, ex Agrippa & Iulia filia genitos, quorū ille natus eſt M. Apuleio P. Silio Coſs. anno vrbis DCCXXXIIII. hic C. Furnio C. Syllano

Coſs. anno DCCXXXVII. Cæſar Auguſtus ſtatim eo ipſo anno, qui fuit Lucii natalis, adoptauit in filios, ſucceſſoreſque in imperio deſignauit. Necdum poſita puerili prætexta, principes iuuentutis appellari voluit. Adultos vero, decimumtertium Conſulatum gerens, quem ob id vltro petierat, ſuo quemque tirocinio in forum deduxit. Inueniō alicubi Conſules quoque deſignatos.

C. CÆSAR.

42.] CAIVS CÆSAR ad Orientem miſſus, cum rege Parthorum in Euphratis inſula, vtriuſque exercitu ſpectante, coiit. Parthus prior apud Caium in Romana ripa, Caius poſterior apud regem in ripa diuerſa epulatus eſt. Armeniam, quæ ad Parthos defecerat, facile ad officium retraxit, Regemque ei præfecit Ariobarzanem Medum. Mox in colloquio, cui ſe temere crediderat, vulneratus in Syriam rediit. Inde in Italiam tendens, in Lycia, dubium ex vulnere an morbo, Liuiæque nouercæ dolo, mortem obiit, an. vrb. DCCLV. Oſſa eius in vrbem relata ſunt, quemadmodum vetus indicat inſcriptio, quæ ante Eccleſiā duodecim Apoſtolorū cernitur: Oſſa C. Cæſaris Aug. F. principis iuuentutis. Autores horū Paterculus, Tacitus & Feſtus Rufus, apud quem falſo pro Caio Claudius nominatur. Sed & apud Plinium alicubi mēdoſe Claudius appellatur, qui Iubam regē ad hunc C. Cæſarem, Aug. F. de Arabica ipſius expeditione (etſi ille Arabiam tantū perſpexit) volumina condidiſſe memorat lib. 6. cap. 27. & lib. 12. cap. 14. & 32. cap. 1. Vxor Caio fuit Liuia, Druſi filia, Germanici ſoror, quæ poſt mortē eius nupſit Druſo, Tiberii filio. De vtroque dicemus in ſequētibus, cum ad Tiberium perueniemus.

L. CÆSAR, AVGVSTI F.

43.] L. CÆSAR Hiſpanias petens, quo pater Auguſtus illum miſerat, in itinere aduerſa valetudine correptus, Maſſiliæ vitam finiuit, ante diem ferme quinquageſimum, quam Caius frater, teſte Velleio Paterculo. Certe intra ſpatium duodeuiginti menſiū vtrunque ereptum Auguſto patri, refert Suetonius. Lucio Menteſæ in Hiſpania Bætica huiuſmodi legitur poſita inſcriptio: *Municipium Albenſe Varcaenenſe D.D.L. Cæſari Aug. F. Diui Iuli Nepoti, principi iuuentutis, Auguri Coſ. deſignato C. dedicauit.* Eandem inſcriptionem extare apud Agaunenſes, ſed mutilam & vetuſtate corroſam, teſtatur vir doctiſſimus Ioannes Stumpfius operis Chronici lib. 11. Vxor Lucio deſtinata erat Æmilia Lepida, L. Sylla & Cn. Pōpeio proauis clara, accuſata poſtea damnataque ſub Tiberio, anno principatus eius ſexto.

MARCVS AGRIPPA F.

44.] M. AGRIPPAM, M. Agrippæ filium poſthumum, ſublatis fratribus, adoptauit Auguſtus vna cum Tiberio anno DCCLVI. Sex. Ælio C. Sentio Conſulibus quinto Calend. Iulias, ſed breui ob ingeniū ſordidū ac ferox abdicatum ſepoſuit Surrentum, deinde nihilo tractabiliorem, imo indies amentiorem, citra flagitium tamen, in inſulam Planaſiam tranſportauit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum. Ibi mox a morte Auguſti, quod noui principatus primum facinus fuit, iuſſu Tiberii trucidatus eſt. Etſi nuncianti Tribuno, factum eſſe, quod imperaſſet, neq; imperaſſe ſe, & redditurum eum Senatui rationem, Tiberius reſpondit.

IVLIA AGRIPPÆ F.

45.] IVLIA quemadmodū nomen matris, ita mores & flagitia quoq; retulit, procacitate & libidinibus infamis. Ex L. Æmilio Paulo, cui pater Conſularis & Cenſorius fuit, Æmiliam Lepidam genuit. Adulterii conuictam Auguſtus auus in inſulā Trimerum proiecit. Vbi viginti annis exilio tolerato, ſuſtentātē eam ope ſua Liuia Auguſta, vitam finiuit, Appio Syllano P. Silio Coſs. anno vrbis DCCLXXX. Cæſar Auguſtus non contentus ipſam e conſpectu remouiſſe, etiam infantem, poſt damnationem editū, agnoſci & ali vetuit, ad omnem vtriuſque Iuliæ & Agrippæ poſthumi mentionem ingemiſcere ſolitus, nec aliter, quam tres vomicas, aut tria carcinomata ſua appellauit. Iuliæ ſororem Agrippinam adiungemus, deinceps ad Æmiliam, Iuliæ filiam, redituri.

AGRIPPINA, M. AGRIPPÆ. F.

46.] DISSIMILIS Agrippina ſorori matrique fuit, mulier ingenii vehementis, dominandi cupida, & quæ virilibus curis fœminarum vitia exuiſſet, ob hoc pudicitia impenetrabili, ſed interim diſſimulationū neſcia,

neſcia, & itæ peruicax, quod poſtremo ſub principe crudeli & ſanguinario fraudi fuit. Cũ Liuia Auguſta graues ſimultates exercuit, cum æmulatione potentiæ, tũ ob nouercales inſidias & ſtimulos. Caſtitate tamen & amore Germanici Cæſaris, quem eundem maritum & conſobrinum habuit, quamuis indomitum animum in melius vertebat.

IN Germaniam maritum ſecuta, non dubitauit munia ducis exercere. Pôs Rheno impoſitus, quo minus per ſummum flagitium a trepidis & conſternatis militibus ſolueretur, ipſa prohibuit. Militibus, vt quis inops aut ſaucius, veſtem & fomenta dilargita eſt. Citat Tacitus C. Plinium, apud quem in libris de bellis Germanicis traditũ ſit, ſteтiſſe apud principium pontis, & grates reuerſis cum marito legionibus habuiſſe, quæ res animum Tiberii cum primis alienauit.

MISSO ad ordinandum orientem Germanico, nõ paſſa eſt ab ipſo diuelli, ſed per Syriam, Armeniam & Ægyptum indiuidua comes adhęſit. Extincti autem cineres cum maximo luctu reportans, quocunq; appul ſſet, ſummis honoribus excepta eſt. In vrbem regreſſam, mirum quanto ſtudio populus accenſus, verum & vnicũ Auguſti ſanguinem, patriæ decus, antiquitatis ſingulare ſpecimen appellauit.

PROPTER hæc, & liberiores quaſdam querelas, capitaliter infenſo Tiberio, cum etiã Seiani fraude præſtructũ eſſet, vt quaſi veneficii ab illa inſimularetur, accuſatur apud Senatum, damnataque, in inſulã Pandatariam recluditur. Vbi in quintum annum ſpe ſuſtentata, quam auxit non nihil Seiani ſupplicium, poſteaquam nihil de ſęuitia remitti vidit, inedia mori ſtatuit, idq; perſeuerantia, quamuis per vim ore diducto, infulciri illi cibum Tiberius iuſſiſſet, obtinuit, duobus ante ſe filiis, Nerone & Druſo, pari crudelitate extinctis. Periit Agrippina Ser. Sulpicio L. Cornelio Sylla Coſs. anno vrb. DCCLXXXV. Chriſti nati 35. eodem die quo biẽnio ante ſupplicium de Seiano ſumptum erat, XV. videlicet Calen. Octobris. Tiberius quod eam nõ ſtrangulaſſet, aut in Gemonias abieciſſet, gratias agi ſibi, & vt vtriuſque (Seiani & Agrippinę) necis die per omnes annos donum Ioui ſacraretur, decerni permiſit, cum ipſe natalem Agrippinæ inter nefaſtos referendũ ſuaſiſſet. Autor Tacitus & Suetonius Tranquillus. Liberos ex Germanico ſex tulit, de quibus, vt ſuo quamque patri ſobolẽ ſubſtituamus, infra, cum communes Auguſti & Liuiæ pronepotes perſequemur, fuſius & accuratius diſſeremus. Nunc ad Auguſti propaginem ex Iulia nepte regrediamur.

ÆMILIA LEPIDA, AVGVSTI proneptis.

47.] ÆMILIA primum Tiberio Claudio, Druſi filio, admodum adoleſcenti deſponſa, repudiataque ab illo etiam dum virgo, quod parentes eius Auguſtum offendiſſent, ceſſit in matrimoniũ [48.] Appio Iunio Syllano, qui Conſulatu geſto ſub Tiberio anno vrbis DCCLXXX. ab Imperatore Claudio, cuius conſocer erat, occiſus eſt, teſte Seneca. Cædis ratio narratur Dioni 60. & Suetonio, quorum ille alterã vxorem duxiſſe ſcribit, Lepidam, matrẽ MESSALINÆ, collocatam a Claudio. Cæterũ cum Æmilia matrimonii etſi nulli ſcriptores, quod ſciam, meminerint, ego tamen vt aſtruã, & defendam, autoritate Plinii Secundi adducor, apud quem lib. 7. cap. 13. legimus, Auguſtum in reliqua exemplorũ raritate neptis ſuæ nepotem vidiſſe genitũ, quo exceſſit anno, M. Iunium Syllanum. Atqui ex Agrippina nullos nepotes vidit, vtpote quos Tiberius partim antequam liberos tollerent, occidit: partim, neſcio qua ductus humanitate, maritauit. Sed nec Iuliam, præterquam Paulo, vlli nuptam, aut plus liberorum, quam vnam filiã reliquiſſe, proditũ eſt. Porro Syllano iunctam Æmiliam, Auguſto proauo Syllanos abnepotes, Marcum & Lucium, peperiſſe coniicitur.

M. ET L. SYLLANI, AVGVSTI ABNEPOTES.

49.] M. IVNIVS Syllanus, editus in lucem (vti diximus) eodem anno, quo Cæſar Auguſtus exceſſit, homo adeo manſuetus & ſegnis fuit, vt Caius Cæſar qui Tiberio ſucceſſit, auream pecudem appellare conſueuerit. Conſulatum geſſit ſub Claudio cũ Velleio Tutore, vnde dictũ S. C. Velleianũ, teſte Vlpiano. ff. ad S. C. Velleianũ. Interiit Agrippinæ, matris Neronis, dolo. Hæc enim vltorem necis metuens, quam L. Syllano molita fuerat, præſertim accedẽte crebra vulgi fama, anteponendũ eſſe vix dũ pueritiã egreſſo Neroni, & imperiũ

per ſcelus adepto, virum ætate compoſita, inſontem, nobilem, & quod tunc ſpectabatur, e Cæſarum poſteris, per P. Celerium & Helium libertum venenum ei propinauit, cum Aſiam ex Conſulatu ſortitus tum adminiſtraret. Tacitus initio libri decimitertii.

L. SYLLANVS.

50.] L. Ivnivs Syllanus, Marci frater, deſtinatus a Claudio gener, cui filiam Octauiam collocaret, & idcirco triumphalibus ornamentis, & gladiatorii muneris magnificentia, prolatus ad ſtudia vulgi, repente per dolum Agrippinæ, deferente ipſum Vitellio, ab affinitate pacta repellitur, etiam Præturam, quā gerebat, eiurare coactus. Quod nefarium facinus generoſitas iuuenis indigniſſime ferens, ſiue abiecta ſpe vitæ, quam ad id tempus produxerat, ſiue ad augendam inuidiam, die nuptiarū Claudii & Agrippinæ, 'an. vrb. DCCCI. nati Chriſti 51. ſibi mortem conſciuit. Tacitus libro 12.

IVNIA CALVINA, AVGVSTI ABNEPTIS.

51.] Ivnia Caluina, M. & L. Syllanorum ſoror, decora mulier & procax, quæque paulo ante nurus Vitellii fuiſſet, eodem tempore, quo L. frater interiit, per Agrippinam Italia pulſa eſt, quam Nero vndecimo poſt anno, interempta matre, vt illius inuidiam grauaret, ſuamque lenitatem teſtificaretur, vna cum aliquot aliis illuſtribus viris & fœminis reſtituit. Peruenit viuendo Iunia vſque ad tempora nouiſſima Veſpaſiani. Qui in extremo mortis diſcrimine, cū inter cætera prodigia mauſoleum Cæſarum ſponte ſua patere nunciatum eſſet, iocis indulgens, nihil ad ſe, verum ad Iuniam Caluinam, quæ gentis eſſet Auguſti, pertinere dixit. Tacitus 12. & 14. Suetonius in Veſpaſiano.

SYLLANVS TORQVATVS AVGVSTI atnepos.

Ab his fratribus deſcendêre Syllanus Torquatus cum fratre Syllano & ſorore Lepida. [52.] Torquatus a Nerone mori addactus eſt, quod ſuper Iuniæ familiæ claritudinem Auguſtum atauum ferret. Ergo accuſatorib. obiicere iuſſis, quod prodigus largitionibus, nullam aliam, quam in rebus nouis ſpem haberet; brachiorum venas intercidit, anno DCCCXVI. Mortem eius ſecuta eſt Neronis oratio ex more, quamuis ſontem, & defenſioni merito diffiſum, victurum tamen fuiſſe, ſi clementiam iudicis expectaſſet. Tacitus 15. [53.] De Syllano fratre nihil inuenio, niſi quod L. Syllanum filium reliquit. [54.] Lepida C. Caſſio Iuriſconſulto nupta, damnato in exiliū marito, ipſa quoque apud Senatum conſuetudinis inceſtæ cum fratris filio accuſatur. Is vero eam cognitionem ad Cæſarem reiecit.

L. SYLLANVS, AVGVSTI TRINEPOS.

55.] L. Syllanvs, & ipſe Torquatus dictus, Torquatū patruum, Lepidam amitam habuit, fratris illorum filius, nobilitate generis & modeſta iuuenta præcellens, quem C. Caſſius, amitæ maritus, diſciplina ſua ad virtutem diligenter educauit. Hunc Nero propter tam eximias & excellentes dotes, eadem accuſatione cum Caſſio & Lepida cōſtrictum, damnatumque primum tanquam Naxum deuehendum, Oſtiam amouit, deinde municipio Apuliæ, cui nomen eſt Barium, clauſit. Illic indigniſſimum caſum ſapienter ferens, vbi Centurionem & milites ad cædem miſſos vidit, cum armatis, quantum nudis manibus valebat, congreſſus, vulneribus aduerſis tanquam in pugna cecidit. Tacitus 16. Puto eundem eſſe, cui ſtatua in foro poſita, curante Capitone. Vide Plinium libro primo epiſtol. ad Cornel. Tacitum. Ceterum in hoc poſteritas Auguſti, per Iuliam neptē propagata, ſcelere & latrocinio Neronis defecit, anno vrbis cond. DCCCXVII. imperii Neronis 11. nati Chriſti 67. Nos hanc domns Auguſti partem, ab aliis omiſſam, neque huc peruenere creditam, recte ſuoq; loco, quod arbitramur, attexuimus, nihil ambigentes, hanc operam & ſedulitatem noſtrā antiquitatis & Hiſtoriæ ſtudioſis omnib. ex animo probatum iri. Sed iam ad Liuiæ filios, Auguſti priuignos, & potentiæ ſucceſſores, accingamur, paulatim ad dilatam Agrippinæ progeniem redituri.

TIBERIVS CÆSAR AVGVSTVS.

56.] Tiberio genus ex Claudiorum

gente

gente patricia fuit, & quidem vtrunque. Nam auus maternus ex eadem familia in gentem Liuiam adoptione tranſierat. Pater, Tiberius Nero, Præturam non exceſſit, non multo poſt quam Liuiam vxorem Cæſari Octauiano tradidiſſet, vita defunctus, vtroque filio Tiberio & Druſo ſuperſtite.

Tarditatem ingenii & ſæuitiam eius, pueri adhuc, cito perſpexit Theodorus præceptor, ſubinde in obiurgando πηλὸν αἵματι πεφυρμένον, id eſt, lutum, ſanguine maceratum, appellans. Adultus, ac iam tiro, in caſtris propter immodicam auiditatem vini, pro Tiberio, Biberius, pro Claudio, Caldius, & pro Nerone Mero vocabatur.

Qvoad tamen priuatus, vel ſub Auguſto in imperiis egit, egregii nominis famæque fuit. Præter Quæſturam, quam anno ætatis 22. capeſſens obiuit, Conſulatus duos geſſit, accepta etiam Tribunitia poteſtate in quinquennium. Interea regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ſigna quæ Craſſis ademerant Parthi, recepit. Bella maxima tria geſſit, Rheticum, Pannonicum & Germanicum, de quibus & ouationem & triumphum retulit, primus quoque Triumphalibus ornamentis honoratus. Ex Plinio & Valerio.

Iam adoleuerant Caius & Lucius, Auguſti filii, quibus vt proximo ſecundum patrem dignitatis gradu cederet, ſimul quod vxoris inſolentiam non ferret, Rhodum ſeceſſit, non ſine offenſa & querela vitrici: quamobrem illi vix anno octauo reditus conceſſus eſt. Mox Caio & L. fato ſubtractis, ab Auguſto vna cum Agrippa adoptatur, anno vrbis ſeptingenteſimo quinquageſimoſexto, poſt Chriſtum natum ſexto, coactus ipſe prius Germanicum, Druſi fratris filium, adoptare. Tum iterum poteſtas Tribunitia collata, deque Germania, poſt cladem Varianam pacata, conceſſus triumphus. Eius triumphi meminit Ouidius ad Germanicum ſcribens lib. ſecundo de Ponto.

¶ Meminit Iuſtinianus Inſtitutionū lib.1.tit.11.

Defvncto Auguſto, cuius vacuos penates, per duodecim annos rexerat, imperium adeptus, res Romanas tribus ferme & viginti annis gubernauit. Primum occultus & ſubdolus fingẽdis virtutibus non appellationem Domini, vix Imperatoris nomen admiſit, cum ſe Dominũ ſeruorum, Imperatorem militum, Senatus cæterorumque ciuium Principem ſeu præcipuum eſſe diceret. Præſidibus, onerandas tributo prouincias cenſentibus, reſcripſit: *Boni paſtoris eſſe, tondere oues, non deglubere*. Aduerſus quorundam famoſos libellos & conuitia vltionem expoſcentibus amicis: *In libera ciuitate liberas eſſe linguas debere reſpondit.* Sæpe etiam illud vſurpauit, *Oderint dum probent.*

Ab his ſimulationum figmentis quam poſtea diuerſus abierit, docet inaudita ipſius, nec facile credenda noſtro ſeculo, crudelitas. Etenim nõ modo in promiſcuã multitudinem, verum etiam in nobiliſſimos quoſque ciues, in Senatum, in familiares, & amicos, denique in Germanicum filium, in nepotes, in Agrippinam nurum atrox & ſanguinarius admodum extitit. Quamobrem morte eius nunciata, ita lætatus eſt populus, vt per vrbem diſcurrens Tiberium in Tiberim proclamârit.

Obiit mortem Cn. Acerronio Proculo C. Porcio Nigro Coſs. anno vrbis 789. vitæ 78. Chriſti nati 39. Corpus in vrbem noctu per milites reuectum, poſtridie publico funere elatum eſt. Ipſe a Caio nepote, quem vna cum Tiberio, Druſi filio, hæredem ſcripſerat, pro concione laudatus, nec alius illi præterea honos habitus. Tacitus, Suetonius & Dion.

AGRIPPINA PRIMA TIBERII CONIVNX.

57.] Vipsania Agrippina, Marci Agrippæ filia, Tiberio Neroni Druſum Cæſarẽ peperit, iterumq; grauida a Tiberio dimiſſa eſt, cogente Auguſto, vt filiam ſuam Iuliam duceret. Nupſit deinde Agrippina C. Aſinio Gallo, viro Conſulari, ex quo complures liberos ſuſtulit. Deceſſit vna omnium Agrippæ liberorum miti obitu. Nam cæteri vel ferro, vel veneno, vel fame perierunt. Deceſſit autem anno principatus Tiberii 6. vrbis ſeptingenteſimo ſeptuageſimoſecundo. Autor Cornelius Nepos, Cornelius Tacitus & Suetonius.

IVLIA, SECVNDA TIBERII CONIVNX.

41.] Cum Ivlia, Auguſti filia, primo concorditer & amore mutuo vixit: mox diſſedit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuo ſecubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aqui-

leiæ natus, extinctus eſt. Nec alia de cauſa Rhodum abſceſſit, qnam quod faſtum & impudicitiam eius non ferret. Imperium adeptus, extorrem, infamem, & poſt interfectum poſthumum Agrippam, omnis ſpei egenam, inopia ac tabe longa peremit, obſcuram fore necem longinquitate exilii ratus. Suetonius & Tacitus.

DRVSVS CÆSAR
Tib. F.

58.] Drvso, Tiberii ex Vipſania Agrippina filio, quemadmodum ſimplex & minime fucatum ingenium, ſic iracundum & ſanguine gaudens fuit. Litteras non admodum coluit, vnde & dicendi rudis euaſit. Patris bibacitatem egregie retulit. Credo aſſiduitate crapulæ ad malorem iracundiam deflexiſſe. Ab acerbitate eius enſes præacuti Druſiani dicti ſunt. Et ipſe, Equiti plaga incuſſa, Caſtoris nomen reportauit, quemadmodum eſt autor Dion.

Qvæstvram geſſit M. Æmilio T. Statilio Cōſulibus. Triennio poſt miſſus a patre ad legiones Pannonicas, quæ poſt exceſſum Auguſti nunciatū tumultuari cœperāt, præmia & miſſionē flagitantes, motum omnem intra paucos dies compoſuit, ac ouans vrbem ingreſſus eſt. Mox Conſulatum iniit cum C. Norbano Flacco, qui fuit anno vrbis 767. ſextoque anno poſt, cum iam Germanicus frater in fata conceſſiſſet, eundem honorem repetiuit, & quidem patris collega, nihil amplius diſſimulantis, quin filium ſummæ rerum admoueret. Proinde Tribunitiam poteſtatem, petente Tiberio, Senatus illi decreuit. Deſtinatam ac certam in imperio ſucceſſionem præcidit illi Seianus, æmulus potentiæ, & recenti ira aduerſus Druſum efferatus. Nam orto forte iurgio, Druſus commotior intenderat Seiano manus, & contra tendentis os verberauerat. Ille, quod iam diu molitus erat, cum vxore Druſi communicat: ita fraude & perfidia vtriuſque, per venenum tollitur, anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimoquinto, principatus Tiberii nono. Turbauit hæc calamitas non ſolum florentem Tiberii domum, ſed & principatum hactenus laudatum, ſi procuratam Germanico necem excipias, in deteriorem formam commutauit.

LIVIA, DRVSI CÆS.
VXOR.

59.] Livia, ſeu per diminutionis delitias Liuilla, Druſi & Antoniæ filia, Germanici ſoror, primum C. Cæſari Auguſti filio, deinde illo extincto, Druſo Cæſari nupſit, ex quo tres liberos enixa eſt. Hanc Ælius Seianus, Præfectus prætoriis cohortibus, & Tiberio variis artibus & ſimilitudine morum gratiſſimus, eoque plurimū potens, cum dominationem ſibi ſtrueret, tanquam eius pulchritudine captus, & amore incenſus (nam forma præcellebat) ad adulterium pellexit, & poſtquam hoc flagitio potitus eſt, eandem ad coniugii ſpem, conſortium regni & mariti necem inflammauit. Mirum autem eam, cui auunculus Auguſtus eſſet, ſocer Tiberius, ex Druſo liberi, ſic corrumpi fœdariq; ab homine municipali potuiſſe, vt pro honeſtis & præſentibus, flagitioſa & incerta expectaret. Sed quo non amiſſa pudicitia mulier impellitur? Vbi de veneficii loco & tempore conuenit, per conſcios facinoris miniſtros Druſum pharmaco ſuſtulit. Id ſcelus, vt nullum perpetuo latet, tādem octauo poſt anno cognitum eſt. Interea Seianus a Tiberio Liulæ nuptias petit. Primum repulſam patitur, poſtea tamen, cum non abſiſteret, fit voti compos. Iam Tiberio ſeceſſum in Campaniam perſuaſerat, quo magis vnus omnia poſſet, euerſaque etiam Germanici domo, non procul ab imperio aberat. Nam & natalem ſuum publice celebrari, & poſitas ſibi imagines aureas paſſim coli videbat. Ad hæc curarum & imperii ſocius vocabatur. Cum Tiberius ſuſpectam habere illius potentiam cœpit; deque eo ſubuertendo cogitans, optimum arbitratus eſt, per ſpeciem honoris inductum tollere. Quamobrem aſſumto quinto Cōſulatu, Seianum collegam ſibi deſignauit, remiſſumque in vrbem ſpe Tribunitiæ poteſtatis conſeqnendæ impleuit. His elatus Seianus, ac ſe iam αὐτοκράτορα, Tiberiū vero νησίαρχον tantum, Id eſt, Caprearum inſulæ dominū dicens, repente in Senatu per ſæuā & atrocem Tiberii epiſtolā accuſatus, damnatus & vnco tractus eſt. Sæuitū etiā in ipſius liberos, deq; Seiani familiarib. & amicis omnib. ſuppliciū ſumptum. Liuiam Tiberius Antoniæ matri, per quam conſilia & inſidias Seiani didicerat, conceſſit. Illa filiam acceptam, concluſamq; domi, fame perdi-

perdidit. Hæc breuiter ex Tacito, Suetonio & Dione congeſſimus, tantum neceſſaria ſectati, ſuperuacaneis, ne prolixiores eſſemus, opera data reciſis. Faſtū, potentiā & ſuppliciū Seiani præter Hiſtoricos grauiſſime deſcripſit Iuuenalis Satyra 10.

Meminit huius Liuiæ, & facinoris ab ea patrati, Seneca his verbis: *Liuia virum ſuum occidit, quem nimis oderat, Lucilia ſuum, quem nimis amauerat. Illa ſponte miſcuit aconitum, hæc decepta furorem propinauit pro amoris poculo*, &c. Hæc cum ad ſuperiorem hiſtoriam aptiſſime quadrent, miror hercle, Cælium Rhodiginū, virū nō huius ſæculi, ſed cum quouis veterum, ob variam & multiplicem eruditionem comparandum, hæc velut obtorto collo rapta ad Liuiam Auguſtam referre. Fateor extare, qui Liuiæ dolo ſublatum Auguſtum tradant, nec ſum oblitus, quid ipſe ſupra de interitu Auguſti ex Tacito & Dione retulerim. Sed tamen diuerſum etiam ab aliis memoratur. Ac vt omnes ſcriptores vno ore, quod vult Cælius, affirment, non tamen idem hoc loco Senecam de Liuia, principis Auguſti coniuge, ſtatuere conuicerint. Imo de Liuia, Druſi, Cæſaris vxore, loqui, teſtantur palam verba illius ex tragœdia, quæ inſcribitur Octauia. Nam vbi de Agrippina, Germanici conſorte, egit, ſubiungit de ſorore: *Felix thalamis Liuia Druſi, natiſque, ferum Ruit in facinus, pœnamque ſuam.* Et addit de filia: *Iulia matris fata ſecuta, Poſt longa tamen tempora ferro cæſa eſt, quamuis crimine nullo.* Quid his poteſt eſſe clarius? ne nunc dicam, nihil vſquam fictum aut pictum eſſe de odio Liuiæ Auguſtæ aduerſus maritum, vt maxime extremæ illius ætati filio timens inſidiata ſit. At Liuiam, Germanici ſororem, adulterio corruptam, maritalem omnem erga Druſum amorem exuiſſe, odioque inflammatam, perniciem eidem acceleraſſe, conſtat. Hæc nobis attingere viſum eſt, vt admonita iuuentus omnia cum iudicio legat, nec ſtatim recipiendum arbitretur, ſi quid affirmet is, de quo dici poſſit, quod eſt in prouerbio, αὐτὸς ἔφα.

TIBERIVS, DRVSI CAESARIS F.

60.] Livia eodem anno, quo nunciatum eſt de Germanici fratris morte, Druſo marito geminos filios peperit, quod rarum lætumq; etiam modicis penatibus, tanto gaudio Tiberium affecit, vt nō temperauerit, quin iactaret apud Patres, nulli ante Romanorum eiuſdem faſtigii viro geminam ſtirpem editam. Sed alter ex his extincti patris fata mox ſecutus eſt. Tiberium hæredem ſecum inſtitutum C. Cæſar, ſimulatque rerū potiri contigit, interemit, idque futurum, Tiberium auum, cū adhuc viueret, non latuit. Nam aliquando crebris cum lachrymis nepotem ex Druſo complexus, truci Caligulæ vultu: *Occides*, inquit, *hunc tu, & te alius*. Tacitus. De cæde eius paulo aliter, & admodum pathetice Philo de legatione ad Caium.

IVLIA, DRVSI CAESARIS F.

61.] Ivlia, Tiberio fratre non paulo natu maior, conſobrino Neroni Germanici filio, nupſit. Quo crudeliter extincto ducta eſt a [62.] C. Rubellio Planco non ſine indignatione ciuitatis, quod auum illius ignobilem, vtpote Tiburtem, & tamen Equitem Romanum, plerique meminiſſent, quamuis ipſe Rubellius vir Conſularis eſſet. Ex hoc filium C. Rubellium Plancum enixam, inſtigante Meſſalina, cum illā C. Suillius accuſaſſet, Claudius nulla data defenſione, primum vrbe exegit, deinde miſſo percuſſore interfecit. Tacitus, Suetonius & Seneca.

C. RVBELLIVS PLANCVS, DRVSI CAESARIS Nepos.

63.] C. Rvbellivs Plancvs, Rubellii ex Iulia filius, per matrem pari gradu Auguſtum contingebat ac Nero, abnepos videlicet. Primum in exilium a Nerone pellitur vna cum Antiſtia coniuge, poſtea miſſis militibus occiditur, capite in vrbē relato. Tacitus 14. quod opus vt in multis locis mendoſum eſt, ita Rubellium patrem perperam Blandum, filium Plautum appellat. Cæterum hic eſt Rubellius Plancus, quem Iuuenalis Satyra octaua, ſic compellat:

---Tecum eſt mihi Plance Rubelli,
Sermo, tumes alto Druſorum ſanguine, tanquam
Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes,
Vt te conciperet, quæ ſanguine fulget Iuli.
Non qua vetoſo conducta ſub aere texit, &c. Quē

locum perquam frigide tractarunt nõnulli interpretes, potiſſimum autẽ Mancinellus.

CLAVDIVS DRVSVS.

64.] CLAVDIVS Druſus, Tiberii Cæſaris frater, intra penates Cæſaris Augusti natus eſt, menſe tertio, poſteaquam inter Auguſtum & Liuiam matrem celebratæ nuptiæ ſunt. Adoleſcens multis magniſq; virtutibus enituit. Ingenium illius, vt ſcribit Paterculus, vtrum bellicis operibus magis, an ciuilib. ſuffecerit artibus, in incerto eſt. Morum certe dulcedo ac ſuauitas, & aduerſus amicos æqua & par ſui exiſtimatio inimitabilis ei fuiſſe traditur, tum pulchritudo corporis proxima fraternæ.

ACCEPTA Quæſtura, cum fratre Tiberio contra Rhetos miſſus eſt. Quo in bello qua fortitudine res geſſerit, ſatis indicat Horatius lib. 4. Carminum, nunc aquilæ illum, nunc leoni comparans.

Videre, inquit, *Rheti bella ſub Alpibus*
Druſum gerentem, & Vindelici, diu
Lateque victrices cateruæ
Conſiliis iuuenis reuictæ.
Senſere, quid mens rite, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones.

POST bellum Vindelicum profectus in Gallias, cenſum egit, tumultuantes ob eam rem pleraſque ciuitates compeſcuit, teſte Liuio. Germanos, qui Rhenum tranſierãt, cecidit. Quin & ipſe traiecto flumine, ad Batauorum inſulam Sicambros in ſuis ſedibus afflixit. In Amiſia, cuius eſt autor Strabo lib. 7. Bructeros nauali prælio ſuperauit. Oceanum ſeptentrionalem primus Romanorum ducum ingreſſus, Friſios in deditionem accepit, coriis aliquot tributi nomine impoſitis, vt memorat Tacitus lib. 4. In terram tamen Caucorum delatus, nõ leue periculum adiit, nauibus mari in ſicco deſtitutis, ſed ope pedeſtris exercitus Friſiorum ſeruatus euaſit. Autor Dion.

IN vrbem reuerſus, Ædilis factus eſt anno 743. Etſi iam tũ prætorios honores obtineret. Primo vere repetita Germania, Viſipetes, Tẽchteros, Sicambros, Cheruſcos, Cattos, aliaſque trans Rhenum gentes ſubegit. Volenti tranſire Viſurgim cum penuria commeatus, tum inſtans hyems obſtitit, etiam examen apum, in caſtris conſpectum, militum animos, quo minus ducem ſuum ſequerentur, auertit.

IN reditu ad confluentem Lupiæ & Halizonis caſtellũ etexit, ac item aliud in Cattis iuxta Rhenum. Ob eas res decretis triũphalibus ornamentis, ouans vrbem ingreſſus eſt. Datum etiã, vt denuo iturus in hoſtem, proconſularem poteſtatem obtineret. Nam Imperatoris nomen iam exercitus tribuerat, quomodo & fratri, ſed appellationis eius numerum Auguſtus aliquoties auxit.

PRÆTVRA geſta, cum interim in annũ ſequentem, qui fuit vrbis cond. 745. Conſul deſignatus eſſet, vt honorem illum iniit, multa triſtia ſigna conſpecta ſunt. Quibus ille contemptis, in Germaniam rediit, gentes transrhenanas, Cattos, Cheruſcos, Sueuos & Marcomannos perculit, vſque ad Albim omnia longe populatus.

CVPIENTI flumen traiicere mulier occurrens amplior humana ſpecie; *Quo*, inquit, *ita feſtinas, inſatiabilis Druſe? Nõ omnia tibi adire & videre conceſſum eſt, ſed cede retro; nam & operum tibi, & vitæ finis adeſt.* Ille exhorreſcens, poſitis trophæis, confeſtim & properanter diſcedere cœpit. Verũ in itinere aduerſa valetudine correptus, priuſquam ad Rhenum pertingeret, animam emiſit, cum ageret annum ætatis 30. Suetonius & Diõ. Liuius ex fractura, equo ſuper crus eius collapſo, tricesimo die, quã id acciderat, obiiſſe ſcribit. Sed ſiue hoc, ſiue illo modo perierit, inter Salam & Rhenum occubuiſſe, teſtatur Strabo libro 7. Corpus eius a Nerone fratre, qui nũtio valetudinis euocatus raptim occurrerat, Romam reuectum, cingentibus lectum Claudiorum & Iuliorum imaginibus, in campo Martio crematum eſt, cineres Auguſti tumulo illati.

LAVDATVS eſt Druſus bifariam, primũ a Tiberio fratre in foro, deinde ab Auguſto vittico in Circo Flaminio. Senatus illi inter complures alios honores, referente Suetonio, marmoreum arcum cum trophæis via Appia decreuit. Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtatuto die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publice ſacrificarent. Id nos monumentum eſſe credimus, quod extat Mogũtiæ, freti teſtimonio Eutropii, qui hanc memoriam Druſi apud Moguntiam extare fatetur. Vulgus hodie glandis lapidem vocat, nimirum a ſpecie, quam nunc habet. Nam olim Pyramidalem obtinuiſſe, complures opinatos

ſcribit

ſcribit Iohannes Huttichus in collectaneis vrbis & agri Moguntini.

24.] ANTONIA, DRVSI coniunx.

VXOREM habuit Druſus Antoniam, M. Antonii Triumuiri ex Octauia, quæ Cæſaris Auguſti ſoror fuit, filiam. De qua cum pluribus verbis in Antoniorum familia meminerimus, nihil attinet nunc a nobis repeti. Hanc ſuper obitu mariti conſolaturus Ouidius, ſcripto ad Liuiam matrem carmine, multis cum laudibus ſic affatur:

Quid referam de te dignißima coniuge Druſo?
Atq; eadem Druſi digna parente nurus?
Par bene compoſitum, iuuenũ fortißimus alter,
Altera tam forti mutua cura viro.
Fœmina tu princeps, tu filia Cæſaris illi,
Nec minor es magni coniuge viſa Iouis.
Tu conceſſus amor, tu ſolus & vltimus illi,
Tu requies feſſo grata laboris eras.
Te moriens per verba nouißima queſtus abeſſe,
Et mota in nomen frigida lingua tuum &c.

LIBEROS tulit complures, ſed ex quibus patri tres ſuperſtites eſſent, Germanicus, Liuia & Claudius. Ipſa ſub nepote Caio, Germanici filio, rerum potiente, cum ſe deſertam ab illo, contemptamque videret, mœrore confecta defecit.

GERMANICVS CÆSAR DRVSI FILIVS.

65.] GERMANICVS Cæſar etiamdum adoleſcens, iis dotibus, eaque morum indole effulſit, vt Auguſtus, teſte Suetonio, diu cunctatus, an ſibi ſucceſſorem deſtinaret, Tiberio adoptandum dederit. Quæſturam nactus quinquennio antequã per leges liceret, in bello Dalmatico ſub Tiberio militauit non ſine gloria, pauloque poſt, nondum geſta Prætura, Conſulatum obtinuit. Quo magiſtratu domi cum Fonteio Capitone perfunctus, Germaniæ, ac in ea legionibus octo, ab Auguſto præficitur.

MORTE Auguſti nunciata, cum exercitus Tiberium Imperatorem recuſaret, ac ipſi ſummam reipublicæ deferret, conſtantiſſime reſtitit. Quin etiam vim minitantibus, ſtrictũ ferrum in pectus adigere voluit, niſi proximi dextram tenuiſſent. Per tumultum deinde miſſionem & præmia flagitantes, etſi difficulter, tandem tamen, nec ſine mutua cæde inter ſe graſſantes, compoſuit. Quod flagitium ipſorum velut expiaturus, Rheno ponte iuncto, in hoſtem non procul agitantem tetendit, pulcherrimamque victoriam tetulit, quo nomine triumphus illi, quanquã manente bello, decretus eſt.

REVERSVS in Germaniam primo vere, Cattos inopinata clade affecit, multos Germanorum ſeſe dedentes in fidem accepit. Vnde nomen Imperatoris ipſi, legatis triumphalia inſignia a Tiberio cõceſſa. Recuperata in Bructeris vndeuiceſimæ legionis aquila, Varo & militibus, cum illo cæſis, ſupremos honores perſoluit, oſſibus illorum & reliquiis, quæ repertæ ſunt, humo creditis. In extruendo tumulo primus ipſe ceſpitem poſuit, gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius. Nec hoc Tiberio probatum, vt cuncta Germanici in deterius trahenti.

REDVCTIS in hyberna legionibus, mille nauium claſſem parauit. Hac delatus in Oceanum, oſtium Amiſiæ tenuit. Inde pedeſtri itinere ad Viſurgim profectus, hoſtem in vlteriori ripa conſediſſe videt. Superato flumine, priusquam confligeret, octo aquilæ, petere ſyluas viſæ, feliciſſimum augurium præbuere. Secuta eſt ergo hoſtiũ cædes & fuga. Nec multo poſt denuo congreſſus, iterum hoſtem fudit, deque victis gentibus trophæum Marti, Ioui & Auguſto ſacrauit. Sed hanc victoriam fœdum ac dirum claſſis naufragium excepit. Cuius calamitatis ſe reum clamitans, vix cohibuerunt amici, quo minus eodem mari oppeteret.

FAMA claſſis amiſſæ Germanis animus rediit. Verum Germanicus Cæſar, nuſquam non illorum conatibus occurrens, omnia populatur, & ad extremam deſperationem adigit. Malouendi, Marſorum ducis, indicio tum quoque Varianæ legionis aquila recepta eſt.

TRACTO iam per biennium bello, magniſque rebus geſtis, cum labantibus hoſtium animis proxima æſtate debellari poſſet, Tiberius nunquam Germanico æquus, tum vero ipſius gloriæ ſupramodum inuidens, crebris illum epiſtolis domum reuocat, alterum etiam Conſulatum, quem præſens gereret, offert. Germanicus etſi parto iam decori per inuidiam ſe abſtrahi videret, paruit tamen, & regreſſus C. Cælio L. Pomponio Coſſ. anno DCCLXIX. ad ſeptimum Calendas

Iunias ſpectatiſſimum triumphum egit. Multi ex illuſtribus viris & fœminis in eo triumpho ducti memorantur Straboni libro 7. ſed nominibus paulo deprauatioribus, quam apud Cornelium Tacitum, appellati.

Tvrbatis interea rebus in Oriente, lætatus eſt Tiberius, datam occaſionem, Germanici per ſpeciem honoris amouendi. Conſul itaque ſecundum deſignatus, mittitur ad ordinandum Orientem, præfecto Syriæ Cn. Piſone, qui violentus ingenio, & Germanico diſcors, non diſſimulabat, delectum ſe, qui ſpes illius coherceret.

Vrbe egreſſus, per oram Illyricam Dalmatiam petiit. Inde Hadriatici, & mox Ionii maris nauigationem aduerſam perpeſſus, apud vrbem Achaiæ Nicopolim Conſulatum iniit, hæſitque per aliquot dies, quibus & claſſem refecit, & ſinum Actiacum, Auguſti victoria & manubiis inclytum, aſpexit, non ſine cogitatione triſtium lætorumq;. Nam auunculus maior Auguſtus, auus Antonius erat. Athenis exquiſitiſſimis honorib. exceptus eſt. Colophone Clarii Apollinis oraculum conſulenti ſacerdos per ambages maturum exitium prædixiſſe traditur, quemadmodum meminit & Plinius lib. 27. cap. 5.

Armeniis, quem locum male & oſcitanter tractauit Beroaldus, Zenonem, Polemonis filium, regem dedit, eique in vrbe Artaxata, cunctis approbantibus, inſigne regium impoſuit. Cappadociam & Commagenen, præpoſitis legatis ſuis, in prouinciarum formam redegit, & cum Parthorum rege fœdus & amicitiam renouauit.

Post hæc anni ſequentis æſtate Aegyptum luſtrauit, Nilum ad Syenem vſque ſubuectus, non ſine inſectatione Tiberii (quanquam ignarus eſſet Germanicus) id, niſi permiſſu principis, non licere. Apud Memphim Apis, bos ſacer, e manibus reſponſa petentium cibum capere ſolitus, manum illius auerſatus fuit, nec multo poſt extinguitur. Plinius lib. 8. cap. 46.

In Syriam remeans, cuncta, quæ iuſſerat, abolita per Piſonem, vel in contrarium verſa, cognoſcit, iam antea quoque miram illius contumaciam, & hoſtilem aduerſus ſe animum, ſatis expertus. Nec multo poſt aduerſa valetudine corripitur, non ſine ſuſpicione veneni, a Piſone dati. Nam reperiebantur ſolo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum, aliaque maleficia, quibus creditum eſt, animas numinibus infernis ſacrari.

Germanicvs finem vitæ imminere ſentiens, amicis vltionem ſui, quod ſcelere Piſonis & Plancinæ in fata raperetur, commendauit. Deinde vxorem per ſui memoriam, perq; communes liberos obteſtatus, ferociam exueret, neve æmulatione potentiæ validiores iritaret, intra paucos dies extinguitur, ingenti luctu prouinciæ & circumiacentium populorum, regibus etiam & exteris nationibus mortem eius indolentibus. Tanta comitas illi in ſocios, & manſuetudo in hoſtes fuerat.

Periit Antiochiæ ætatis anno 34. M. Syllano L. Norbano Coſſ. qui fuit annus vrbis dcclxxi. poſt Chriſtum natum 21. Funus ei factum eſt Antiochiæ in foro, vbi cor eius ob venenum cremari non potuiſſe, teſtatus eſt poſtea in oratione ſua P. Vitellius, qua Piſonem eius ſceleris coarguit.

Romæ poſtquam Germanici mors vulgata eſt, incredibilis populum dolor inuaſit, ac ſtatim ante magiſtratuum edictum iuſtitium factũ. Aduenienti Agrippinæ cum cineribus ingens hominũ multitudo obuiã iit. Druſus Taracinam progreſſus eſt cum Claudio fratre liberiſque Germanici. Conſules, Senatus ac magna pars populi viam compleuere. Ita clariſſima pompa multis cum lachrymis reliquiæ in campo Martio tumulo Auguſti illatæ ſunt. Piſo ſimulatque cum Plancina coniuge in vrbem rediit, accuſatus ab amicis Germanici, quod deuotionibus & veneno Imperatorem ſuum peremiſſet, cum euadendi ſpes nulla ſupereſſet, iugulum ſibi profodit. Plancina tamen precibus Auguſtæ defenſa, decimo tertio poſt anno criminibus petita non ignotis, & ipſa manu Germanici manibus ſupplicium perſoluit. Hæc ex Tacito, Suetonio, Plinio, Ioſepho & Dione. De ſtudiis eius, in calce addo, non vulgarẽ in poeſi laude promeritum. Et extant hodie Arati φαινόμενα, Latino carmine ab eo donata, mutila tamen. Sed & Ouidius Faſtorum libros ſuos ei inſcripſit.

LIBERI GERMANICI.

Liberos ex Agrippina, Auguſti nepte, nouem tulit. Horum duo infantes periere, vnus iam pueraſcens, inſigni feſtiuitate, cuius effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris Liuia dedicauit, Auguſtus in cubiculo ſuo poſitam, quotieſcunque exiret, oſculabatur. Cæteri ſuperſtites patri fuerunt, tres filiæ, Agrippina, Druſilla, Liuilla, totidemque filii, Nero, Druſus & C. Cæſar. Suetonius.

NERO, GERMANICI FILIVS.

66.] NERONEM iam iuuentam ingreſſum Tiberius commendauit Patribus, vtque munere capeſſendi xx. viratus ſolueretur, & quinquennio maturius, quam per leges liceret, Quæſturam peteret, poſtulauit. Adiectus eſt pontificatus, & quo primum die forum ingreſſus eſt, congiarium plebi datum admodum lætæ, quod Germanici ſtirpem iam puberem aſpiceret. Mox & neptem ſuam, Druſi filiam, Iuliam, coniugem dedit. Sed eundem nono poſt anno per inſidias Seiani circumuentum, proditum etiam ab vxore, per literas in ſenatu accuſauit, damnatumque deinde & in Pontiam inſulam relegatum, fame necauit. Iulia coniunx abſque liberis relicta, poſtea in domū C. Rubellii Planci denupſit, quemadmodum ſupra diximus, cum Druſi Cæſaris ſobolem recenſeremus.

DRVSVS, GERMANICI FILIVS.

67.] DRVSVS virilem togam ſumpſit anno principatus Tiberii nono, C. Aſinio, C. Antiſtio Coſſ. qui fuit annus vrb. cond. DCCLXXV. Quæque fratri eius Neroni, eadem & ipſi Senatus decreuit, iam ante ad ſacerdotium Auguratus euecto. Biennio poſt præfecturam Latinorum geſſit.

ARTIBVS Seiani & ipſe hoſtis iudicatus, cum diu in vinculis habitus eſſet, tandem poſt mortem Seiani, fame, quomodo frater, enectus eſt, alimentis omnibus adeo ſubductis, vt tomentum e culcitra mandere tentauerit. Coniugem habuit, ſed ex qua nihil liberorum tulit, Aemiliam Lepidam, M. Aemilii Lepidi, Conſularis viri, filiam. Quæ criminibus aſſiduis maritum inſecuta, quamquam inteſtabilis, impunita tamen, ſuperſtite patre, manſit. Poſtea a delatoribus ob ſeruum adulterum correpta, omiſſa defenſione, finem vitæ ſibi impoſuit, anno poſt Druſi necem ſecundo. Tacitus & Suetonius. Hunc Druſum Conſulem fuiſſe cum Norbano, vult Sabellicus, in quorum magiſtratu natus ſit Vitellius Imperator, manifeſto lapſu, cum ille Druſus Cæſar fuerit, Tiberii filius; hic autem ad Conſulatum non peruenerit.

CALIGVLA, GERMANICI FILIVS.

68.] C. Cæſar Caligula natus eſt Antii, teſte Suetonio, patre Germanico & C. Fonteio Coſſ. pridie Calend. Septemb. Caligulæ cognomen traxit, quod puer eo tegmine vteretur. Comitatus eſt patrem in Syriacam expeditionem. Vnde reuerſus, cum matre manſit. Ea relegata, tranſiit ad proauiam Liuiam, quam & defunctam pro Roſtris laudauit prætextatus. Inde ad Antoniam auiam ſe contulit. ¶ C. Cæſar, cognomento Caligula, dicendi arte Latine ſcripſit Suidas.

Anno ætatis 19. accitus a Tiberio Capreas, vno atque eodem die togam ſumpſit, barbamque poſuit. Non multo poſt Augur in locum Druſi, fratris ſui, deſtinatus, priusquam inauguraretur, ad Pontificatum traductus eſt. Etſi autem ingenii commotioris eſſet, multisque peteretur inſidiis, tantam tamen vbique patientiam & diſſimulationem præſtitit, iisque obſequiis auum & cæteros omnes deliniuit, vt poſtea Criſpus Paſſienus Orator, quemadmodum eſt apud Senecam, venuſtiſſime dixerit, Nec ſeruum meliorem vllum, nec deteriorem dominum fuiſſe.

NATVRAM in eo ſæuam & rigentes oculi indicatunt, & Tiberius ſagaciſſime perſpexit, ſolitus ob id prædicare, exitio ſuo omniumque Caium viuere, & ſe natricem populo Rom. Phaethontem orbi terrarum, educare. Sed & L. Syllam, orto forte ſermone, irridenti Caio, omnia Syllæ vitia, & nullam eiuſdem virtutem habiturum prædixit.

PRINCIPATVM nactus, quanquam memoria Germanici patris omnibus charus eſſet, non deſtitit tamen & ipſe omnium ordinum ſibi gratiam conciliare. Tiberio pro concione laudato, funeratoque ampliſſime, matris & fratris cineres ex inſulis, in quas relegati fuerant, tranſ-

latos, multa pietatis commendatione Mauſoleo intulit. Patruum Claudium, ad id tempus ab omnibus contemptum, in Conſulatu collegam aſſumpſit, quem honorem non Calendis Ianuariis, quomodo perperam habet Tranquilli codex, ſed Calendis Iuliis iniit, teſte Dione.

¶ Vide de his eius moribus elegãtiſſime & copioſiſſime explicantẽ Philonẽ de legatione ad Caium.

Damnatos relegatoſque omnes reſtituit, legata Liuiæ Auguſtæ, a Tiberio ſuppreſſa, ſed & Tiberii, quanquam teſtamento abolito, cum fide perſoluit, multaque id genus alia, diis hominibuſque approbantibus peregit. Verum cito ad ingenium reuerſus, deſiderabilem Tiberium, ſeque cunctis funeſtum & execrabilem reddidit.

Luxuriam & prodigalitatem ita coluit, vt immenſas opes, totumque illud Tiberii vicies ac ſepties millies ſeſtertium, quod ad ſexaginta ſex milliones & quinquaginta coronatorum millia aſſurgere, ſcribit Budæus, non toto vertente anno abſumpſerit.

Cum ſororibus omnibus ſtupri conſuetudinẽ habuit, quarum & duas, omnibus probris affectas, relegauit. Socerum Syllanum ad necem compulit. Tiberium fratrem, & Ptolemæum conſobrinum, L. Caſſium, ſororis maritum, Macronem, præfectum prætorio, & adiutorem imperii, Scribonium, pluresque nobiles viros, quos enumerare longum foret, crudeliter interemit.

Crebro tragicum illud vſurpabat: *Oderint dum metuant*. Auſus eſt etiam exclamare: *Vtinam P. R. vnam ceruicem haberet*. De temporibus ſuis queri ſolebat, quod nullis publicis calamitatibus inſignirentur. Antoniam auiam, neſcio quid admonentem, non modo contempſit, ſed etiam voce tyrannica emiſſa; Memento, inquit, omnia mihi in omnes licere.

Adhæc eo veſaniæ & furoris progreſſus eſt, vt diuinam ſibi maieſtatem & cultum aſſereret, templis & ſacerdotiis ſuo numini inſtitutis. Athenæus ſcribit, dici voluiſſe Dionyſium, ſed iuniorem; ac Dionyſiace indutum iura etiam reddidiſſe. Quin etiam effigiem ſuam Hieroſolymis adorandam in templo collocari iuſſit. Quod eius mandatum executurus præſes Iudææ, Pilatus, impleuit vaticinium Danielis, cuius meminit Chriſtus Matthæi 24. & Marci 13. cap. Etſi autem ob exortam ſeditionem Pilatus, quo populo parceret, imaginem rurſus abſtulit: Caius tamen in furore perſeuerans, reponi voluit, idque Rectori Syriæ, Petronio, demandauit. Author Ioſephus & Hegeſippus.

Scitum & memorabile dictum eſt Philonis Alexandrini, qui pro Iudæis, cuius & ipſe gentis erat, legatione fungens, cum Caium Cæſarem ob ſpretum ſui cultum iniquiſſimum expertus eſſet; *Bono nos*, inquit, *animo eſſe oportet, quibus eſt Caius infeſtus: neceſſe eſt enim diuinum adeſſe, vbi humanum ceſſat auxilium*. Idque ita mox euenit, Caio ſic graſſante & θεομαχουμένῳ intra paucos dies a ſuis militibus perempto. Author huius Ioſephus.

Sed & Apollonius, diuinationum peritus, inter ſuos interitum Caii prædixerat. Quo nomine delatus, & in vrbem adductus, ipſo cædis die, cum differretur, vti mox puniendus, paucarum horarum interiecto ſpatio, ſeruatus eſt.

DE MORTE CAII.

Periit autem in Conſulatu ſuo quarto, triginta confectus vulneribus, IX. Cal. Februarii, anno vrbis DCCXCIII. poſt natum Chriſtum 43. ætatis 29. cum fere quadriennium imperaſſet.

VXORES CAII.

Coniuges Caius quatuor habuit, Iuniam Claudillam, Liuiam Horeſtillam, Lolliam Paulinam & Cæſoniam. Nam Enniam Næuiam, quam plerique connumerant, etſi ducendæ fidem dedit, neutiquam tamen ab illo ductam, conſtat.

IVNIA CLAVDILLA prima Caii coniunx.

Iuniam Claudillam, M. Syllani, nobiliſſimi & Conſularis viri, filiam, Caius non multo poſt quam togam virilem induit, vxorem duxit. Qua ex partu amiſſa, ſocerum Syllanum, vbi rerum potitus eſt, ad ſecandas nouacula fauces compulit.

LIVIA HORESTILLA, ſecunda Caii coniunx.

Liuiam Horeſtillam, C. Piſoni nubentẽ, cum ad nuptialẽ cœnam & ipſe veniſſet, ad ſe adduci imperauit, intraq; paucos dies repudiatã, biennio poſt relegauit, quod repetiſſe vſum prioris mariti tẽpore medio

medio videbatur. Fuere qui traderent, adhibitum cœnę nuptiali mandaſſe ad Piſonem, contra accumbentem, noli vxorem meam premere, ſtatimque e conuiuio abduxiſſe eam ſecum, ac proximo die edixiſſe, matrimonium ſibi repertum exemplo Romuli & Auguſti.

LOLLIA PAVLINA, TERTIA CAII CONIVNX.

Lollia Paulina, Marco Lollio Paulino, Conſulari viro, & Voluſia matre, genita, auum habuit M. Lollium, qui ſub Auguſto legatus in Germania, quintæ legionis Aquilam amiſit, quique Caio, Cæſaris filio, rector & magiſter additus, regum muneribus infamatus eſt. Hanc Lolliam C. Memmii, Conſularis & exercitus regentis vxorem, ſubito ex prouincia euocauit, ac perductam a marito, ſibi coniunxit, breuique miſſam fecit, interdicto cuiusquam in perpetuum viri congreſſu. Dion author eſt, prætexuiſſe, quod non pareret, ſed reuera ſacietate eius & faſtidio ductum eam exegiſſe. Superſtes autem Caio, poſt interitum Meſſalinæ, Claudii nuptias ambiuit. Cuius certaminis memor Agrippina, iam Claudio nupta, delatorem immiſit, qui Chaldæos illi & Magos obiiceret. Claudius inauditam, publicatis bonis, Italia remouendam cenſuit. Ita ex immenſis opibus, quinquagies ſeſtertium exuli relictum. Id facit monetæ noſtræ centum viginti quinque coronatorum millia. Quantas autem opes poſſederit, hinc æſtimandi copia eſt, quod Plinius libro nono, capite 35. Lolliam ſe vidiſſe ſcribit, non ſerio vel ſolenni cæremoniarum apparatu, ſed mediocrium ſponſalium cœna, ſmaragdis margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus digitiſque, quæ ſumma quadringenties H S. colligeret, hoc eſt monetæ Francicæ coronatorum decies centena millia. Et addit idem Plinius, non ea fuiſſe prodigi principis Caligulæ dona, ſed opes auitas, prouinciarum ſcilicet ſpoliis partas. Cæterum Agrippina atrox odii, non contenta relegatam eſſe Lolliam, per Tribunum ad mortem adigi curauit. Dion addit, Agrippinam, cum relatum ad ſe caput non agnoſceret, ore ſuis manibus per vim recluſo, dentium ſitum & ſpeciem, quod illam probe notam & perſpectam haberet, conſideraſſe. Porro Nero princeps poſtea interempta matre, cineres reportari, ſepulchrumque extrui, permiſit. Authores horum præter citatos ſunt Tacitus & Suetonius.

CÆSONIA, QVARTA CAII CONIVNX.

Milonia Cæſonia (ſic enim appellatur a Dione) patrem Orphitum, matrem Veſtiliam habuit, octauo menſe genita, teſte Plinio, qui partus raro ſolet eſſe vitalis. Mulier fuit luxuriæ & laſciuiæ perditæ, quam iam trium liberorum ex alio viro matrem, Caius adulterio cognitam, & enixam vxorem duxit, eodem die profeſſus & maritum ſe eius, & patrem infantis ex eo nati. Nomen infanti Iuliæ dedit, quam per omnium Dearum templa circumlatam, Mineruæ gremio impoſuit, alendamq; & inſtituendam commendauit. Nec alio firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quam feritatis, quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infeſtis digitis ora & oculos ſimul ludentium infantum inceſſeret.

Etsi autem Cæſonia neque facie inſigni, neque ætate integra foret, tamen ardentius eam, & conſtantius amauit, vt ſæpe chlamyde, peltaq; & galea ornatam, & iuxta adequitantem, militibus oſtenderet, amicis vero etiam nudam. Creditur potionatus ab ea medicamento quodam amatorio, ſed quod in furorem verterit. Idque etiam ipſe ſuſpicans, ſubinde iactabat, ſe vel fidiculis exquiſiturum de Cæſonia ſua, cur eam tantopere diligeret. Iuuenalis Satyra ſexta hoc Cæſoniæ factum cum Agrippinæ, de qua mox dicemus, veneficio conferens, multo magis nocentem fuiſſe demonſtrauit. Locus eſt grauis, & vt ſubiiciatur dignus.

— Tamen hoc tolerabile, ſi non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli
Infudit: quæ non faciet, quod principis vxor?
Ardebant cuncta & fracta compage ruebant,
Non aliter, quam ſi feciſſet Iuno maritum
Inſanum. minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus: ſiquidem vnius præcordia preſſit
Ille ſenis, tremulumque caput deſcendere iuſſit

In cœlum, & longam manantia labra ſaliuam.
Hac poſcit ferrum atq; ignes, hac potio torquet,
Hac lacerat mixtos Equitum cum ſanguine Patres.
Tanti partus equæ, quanti vna venefica conſtat.

PERIIT mox a cæde Caii, gladio a Centurione (Ioſephus Lupum vocat) confoſſa, ſimiliter & filia parieti illiſa. Author præter eos, quos citauimus, Suetonius Tranquillus.

AGRIPPINA, GERMANICI FILIA, C. CÆSARIS ſoror.

69.] IVLIA Agrippina, humanæ felicitatis ad hunc diem vnicum exemplum, patre Imperatore nata, & ſoror, & vxor, & mater rerum potientium enituit. A Tiberio, Conſulari viro, Cn. Domitio collocata, Domitium Neronem genuit, qui poſt Claudium imperauit. A Caio fratre relegata, poſt interitum eius Criſpo Paſſieno Oratori, qui & ipſe Conſularis fuit, eoque defuncto, demum Claudio Imperatori patruo ſuo, nupſit. Poſſemus hic longiorem de ipſa hiſtoriam texere, ſed commodius eam ad tempora Claudii & Neronis, ſub quibus & ad ſummam potentiam euecta eſt, & tandem miſerabiliter concidit, differemus.

DRVSILLA, GERMANICI FILIA.

70.] IVLIAM Druſillam Tiberius L. Caſſio Longino, viro Conſulari, & Iuriſconſulto, coniunxit. Sed eam Caius frater, iam rerum potiens, vt ſuperiora diſſimulem, abductam ab illo, iuſtæ vxoris loco palam habuit. Hæredem quoque bonorum atque imperii æger inſtituit. Eadem defuncta, iuſtitium indixit, in quo riſiſſe, lauiſſe, cœnaſſe cum parentibus aut coniuge liberiſve capitale fuit. Mœroris impatiens cum repente noctuque profugiſſet ab vrbe, poſt aliquot dies rediit barba capilloq; promiſſo. Nec vnquã poſtea quantiſcunque rebus, niſi per nomen Druſillæ deierauit. Suetonius. ¶ Variat de matrimonio Dion libro 59. & cum M. Aemilio Lepido connuptam fuiſſe tradit. A morte conſecratam a Caio fratre habitu Veneris, cognomento Pantheæ, auctor eſt idem Dion. Quo referenda inſcriptio vetus: VENERI COELESTI AVGVSTÆ SACR. NVMMIA C. F. DORCAS. S. P. F. C.

LIVILLA, GERMANICI FILIA.

71.] IVLIA Liuilla vltimo Agrippinæ partu, patre Syriam petente, in Lesbo nata eſt, Tiberio tertium, Germanico ſecundum Coſſ. anno vrbis conditæ DCCLXX. Adultam Tiberius M. Vinicio, viro Conſulari, ducendam tradidit. Et hæc a Caio fratre relegata, poſt cædem eius regreſſa, vna cum Agrippina ſorore cadauer ipſius, tumultuario funere ſemiambuſtum, & leui ceſpite obrutum, cremauit, ac ſepulturæ reddidit. Demum a Claudio, incerto crimine, nec vlla defenſione data, peremta eſt. Autores Seneca, Tacitus & Tranquillus. Scio eſſe, qui Iuliam diuerſam & aliam a Liuilla tradant fuiſſe, ſed nihilo felicius, atque ii, qui duos Caſſios, de quibus mox dicemus, contrarium vitium incurrentes, in vnum conflarunt.

QVANDOQVIDEM Caſſii Longini, Iuriſconſulti, paulo ante in Druſilla meminimus, non opinor alienum a noſtro inſtituto fore, ſi deprauatum Pomponii I. C. locum, qui eſt in l. 2. Pand. de orig. Iuris, obiter explicuerimus, præſertim cum doctiſſimos aliquot viros authoritate ſua in errorem abduxerit.

POMPONII & ſubſcribentium ipſi ſententia eſt, fuiſſe C. Caſſium Longinum, Iuriſconſultum, natum ex filia Tuberonis, nepte Ser. Sulpitii, qui Conſul fuerit cum Quartino, temporibus Tiberii, & plurimum authoritatis in ciuitate habuerit, quem ob id Cæſar in Sardiniam relegarit, vnde reuocatus per Veſpaſianum in vrbe, diem ſuum obierit.

HÆC num ita a Pomponio ſcripta, an per alios corrupta & decurtata ſint, quod veriſimilius, nunc non admodum anxie diſquiro. Illud facile probabimus, multam in his paucis verſibus hiſtoriæ confuſionem eſſe, dum vni Caſſio tribuuntur, quæ ſcimus eſſe duorum. Duo namque Caſſii Longini fuerunt eiuſdem generis, ambo Iuriſconſulti, & Auguſti Cæſaris familiæ per affinitatem connexi, verum prænominibus & ætate diſcreti.

L. CASSIVS Longinus, Tuberonis filia, nepte Ser. Sulpitii, genitus, proauum ſuum Sulpitium appellare ſolebat, geſſitque

que Conſulatum temporibus Tiberii cum M. Vinicio Quartino, an. vrbis DCCLXXXII. Etſi in catalogo Conſulum apud Glareanum & Haloandrum pro Lucio, perperam Caius nominatur. Idem, tradente Tiberio, neptem ipſius Druſillam, Germanici filiam, vxorem duxit, quem poſtea Proconſulem Aſię, Caligula, monitus per ſortes Antianas, vt a Caſſio caueret, miſſis percuſſoribus, trucidauit, immemor & Chęream, a quo paulo poſt cæſus eſt, Caſſium nominari, teſte Suetonio.

AT C. Caſſius Longinus, ducta Iunia Lepida, Auguſti Cæſaris abnepte, quomodo ſupra meminimus, de Syllanis agẽtes, honores quidem geſſit, ſed tamen vltra Præturam non aſcendiſſe traditur. Sub Claudio Syriæ præfuit, cæteros peritia legum præcellens, nec in re militari, quantũ ſine bello dabatur, ignauus, cum omnia ad priſcum morem reuocaret, legiones, ac ſi hoſtis ingrueret, exercens, quod id dignum maioribus ſuis & familia Caſſia, per illas quoque gentes celebrata, iudicaret. Reuerſus ex prouincia, quod & opibus vetuſtis, & grauitate morum emineret, magnam authoritatem obtinuit. Quamobrem infeſtus illi Nero, tandem in funere Poppææ diu diſſimulatam iracundiam aperuit, exequiarum officio Caſſium prohibendo. Nec longum moratus, miſſa ad Senatum oratione, remouendum a republica cenſuit, obiecitque, quod inter imagines maiorum etiam C. Caſſii effigiem coleret, ita inſcriptam: DVCI PARTIVM, defectionem a domo Cæſarum, & bellum ciuile quærens. Proinde Senatusconſulto in Sardiniam inſulã deportatur, quemadmodum author eſt Cornelius Tacitus. Inde illum Neroni, & tribus iſtis Thebanis Imperatoribus (vt eos Plutarchus vocat) ſuperſtitem reuocauit Veſpaſianus, ſub quo quietus in vrbe diem ſuũ clauſit. Suetonius in Nerone hunc luminibus captum ſcribit, & Plinius Epiſtolarum 7. Caſſianæ ſcholæ principem & parentem fuiſſe, domumque illius priſtinam dignitatem ac gloriam recuperaſſe, deuolutam ad Numidium Quadratum, qui tantus Orator eſſet, quantus ipſe Iuriſconſultus.

EX HIS arbitror videre ſtudioſos, quã enormiter deprauatus ſit hoc loco Pomponius, quantumque decepti per illum a veritate deuiarint, Pomponius Lætus, Beroaldus, Zaſius, &c, ne plures enumerem, Rutilius: quorum poſtremus, cum in alios iniquiſſimam ſæpe cẽſuram exerceat, plus cæteris tamen cæcutire deprehenditur. Nam & Riuallium I. C. recte ſentientem arguit, & C. Caſſium, a quo Cæſar interemptus eſt, legatum Pompeii, Syriæque præfectum, bella cum Parthis geſſiſſe tradit, quod nulli vnquam ſcriptori ne per ſomnium quidem in mentem venit. Fuit ille Pompeii legatus, ſed per bellum ciuile Syriacis nauibus præpoſitus. Poſt interemptum Cæſarem Syriam occupauit, ſed tum Parthos ad ſuppetias ſollicitauit, tantum abeſt, vt impugnarit. Solum a clade Craſſiana, cum Quæſtor eſſet, clauſus Antiochia, feliciter in Parthos erupit, bellum nullum iuſtum, aut indictum, cum illis geſſit. Nam quod apud Gellium libro tertio, capite nono victis Parthis, interiiſſe Caſſium, legitur, quis non videt? locum mendoſum eſſe, & pro Parthis, Partibus legendum conuenire.

TIBERIVS CLAVDIVS CÆSAR AVGVSTVS.

72.] TIBERIVS Claudius Druſus, Germanici Cæſaris frater, Druſi & Antoniæ filius, natus eſt Iulio Antonio Fabio Africano Coſſ. an. V. DCCXLIIII. Infans a patre relictus, per omne fere pueritiæ & adoleſcentiæ tempus variis & tenacibus morbis cõflictatꝰ eſt, adeo vt animo ſimul & corpore hebetato, ne progreſſa quidem ætate vlli publico priuatoq; muneri habilis exiſtimaretur. Antonia mater portentum eum hominis dictitabat, nec abſolutum a natura, ſed tantũ inchoatũ: ac ſi quẽ argueret ſocordię, ſtultiorẽ aiebat filio ſuo Claudio. Auia Auguſta pro deſpectiſsimo ſemper habuit. Liuia ſoror, cum audiſſet, imperaturum aliquando, tam indignam & iniquam ſortem P. R. palam deteſtata eſt.

HONORES diu nullos obtinuit. Nam Auguſtus tantũ Auguratus ſacerdotiũ dedit. Tiberius petenti legitimos honores, Conſularia ornamenta detulit. Inſtantius autẽ flagitanti reſcripſit, ſe 40. aureos in Saturnalia & Sigillaria miſiſſe ei. Tunc abiecta ſpe dignitatis, ad ocium ſe contulit, non expers tamen infamiæ, cum in ſordidiſsimorum hominum contubernio viuens, ebrietati & aleæ ſe totum manciparet. Sub Caio demum honores auſpi-

catus, Conſulatum geſſit per duos menſes, præſeditque nonnunquam ſpectaculis in Caii vicem, acclamante populo, feliciter, partim patruo Imperatoris, partim Germanici filio. Neque ſic tamen contumeliis & diſcriminibus caruit, ſæpe indignis modis a Caio tractatus. Nam quod illum non ſuſtulit, cum in cæteros propinquos tam crudelis eſſet, contemptus fecit, quod illum non niſi ad ludibrium ſupereſſe voluit.

Cæso Caio, cum & ipſe de vita ſollicitus ſe abdidiſſet, repertus & agnitus, præter ſpem & opinionem anno ætatis quinquageſimo a Prætorianis militibus Imperator factus eſt. Conſulatus ſuper priſtinum quatuor geſſit, & Cenſuram, diu intermiſſam. Expeditionem Britannicam intra ſex menſes peregit, triumphauitque maximo appatatu. In publicis operibus excitandis, edendisque ſpectaculis, magnificus fuit. In dicendo iure miram varietatem præſtitit: modo circumſpectus & ſagax, nonnunquam inconſultus & præceps, interdum friuolus & amenti ſimilis.

Libertis & vxoribus ita ſe addixit, vt non principem ſed miniſtrum ageret, pro illorum ſtudio & libidine cuncta faciens atque decernens. Ab his impulſus, cum & natura timidus, ſuſpicioſus & iracũdus eſſet, multos ex propinquis & affinibus, nullo certo crimine, nec defenſione conceſſa, interemit. In nuptiis Agrippinæ in trigintaquinque Senatores, & trecentos amplius Equites Romanos animaduertit. Interim tam obliuioſus, vt multos ex his, quos capite puniiſſet, poſtridie & ad conſilium, & ad aleæ luſum accerſi iuberet.

Literis tamen affatim inſtructus, nec infacundus, cum & Græce probe noſſet, multa ſcripſit, quæ apud Suetonium, quem hactenus libenter ſecuti ſumus, nominatim referuntur.

DE MORTE.

Interiit veneno coniugis, quemadmodum amplius dicemus in Agrippina, tertio Idus Octobris, anno vrbis DCCCVI. Aſinio Marcellino & Acilio Auiola Conſulibus, cum imperaſſet annos prope quatuordecim: ætatis, vt habet Suetonius, & illum agminatim ſecuti ſcriptores, 64. Cui tamen veritas ſupputationis refragatur. Quidam eodem incommodo animaduerſo, vel biennio citius natum, vel ætatis ſexageſimo ſecundo deceſſiſſe, volunt. Quorum neutrum nos probare poſſumus. Certe natalis eius, cum expreſſam Conſulum nomenclaturam habeat, moueri loco nec poteſt nec debet. Nos memores eius, quod eſt apud poetam, medio tutiſſimus ibis, ſexageſimo tertio ætatis anno mortalitatem exuiſſe Claudium, ſtatuimus. Qui numerus ad omnia, quæ velis, probe quadrat. Ac fieri poteſt, vt numeri notæ, apud Suetonium vitiatæ, ceteris occaſionẽ errandi ſuppeditarint. Quod quo conſtantius credamus, facit authoritas Dionis, qui lib. 58. palam anno LXIII. Claudium expiraſſe tradit. Cæterum funus Claudio factum eſt ſolenni principum pompa, ac ipſe in numerum Deorum relatus. quam tamen eius ἀποθέωσιν falſiſſime riget Seneca, feſtiuiſſimo de morte Claudii libello relicto.

DE VXORIBVS CLAVDII CÆSARIS.

Vxores Claudius quatuor habuit, Plautiam, Aeliam, Meſſalinam & Agrippinam. Nam ſponſas, quas illum nunquã duxiſſe conſtat, quo iure coniuges appellaueris? Ex his Aemiliam Lepidam, Auguſti proneptem, quod parentes eius Auguſtum offendiſſent, quomodo ſupra memorauimus, virginem adhuc repudiauit. Liuiam vero Medullinam, cui cognomen & Camillæ erat, ex antiquo genere Dictatoris Camilli, ipſo die, qui nuptiis erat deſtinatus, ex valetudine amiſit. Sentit nobiſcum Suetonius.

PLAVTIA, I. CLAVDII CÆSARIS CONIVNX, & ex ea liberi.

73.] Primam vxorem duxit Plautiam Herculanillam, triumphali patre genitam, cum qua propter libidinum probra, & homicidii ſuſpicionem, diuortium fecit, ſublatis ex ea duob. liberis, Druſo & Claudia. [74.] Horum Druſus iam pubertatem ingreſſus, & cui ante paucos dies Seiani filia deſponſa eſſet, piro per luſum in ſublime iacto, & hiatu oris excepto, ſtrangulatus eſt. Claudia quamuis ante quintum di-

uortii

uortii menſem edita foret, quod tamẽ ſuſpicio eſſet, ex Botere liberto conceptam, exponi ad matris ianuam, & abiici nuda, iuſſa eſt.

ÆLIA II. CLAVDII VXOR.

ÆLIAM Pætinam, Conſulari patre natam, & ex familia Tuberonum, teſte Cornelio Tacito, ſuſcepta Antonia filia, leues ob offenſas repudiauit. Antoniam primum Cn. Pompeio, deinde L. Syllæ collocauit, nobiliſſimis adoleſcentibus: ex quibus Pompeium ipſe Claudius ſocer, Syllã Nero ſucceſſor interemit. [75]. Idẽ & Antoniam, poſt Poppæę mortem nuptias ſuas aſpernantem, quaſi molitricem rerum nouarum occidit.

MESSALINA III. CLAVDII VXOR.

76.] VALERIA MESSALINA, quã tertio loco duxit, Barbati Meſſalæ, conſobrini ſui, filiam, mulier ambitioſa extitit, & quæ marito nomen relinquens, ipſa imperium exerceret. Hęc Claudium ad multorum illuſtrium virorum pariter ac fœminarum cædem impulit. Adhæc impudiciſſima, non adulteriis tantum ſe polluit, quod eius flagitium grauiter inſectatur Iuuenalis Satyra 6. ſed & eo furoris progreſſa eſt, vt adultero C. Silio, exturbata illius vxore, Iunia Syllana, palam nupſerit, dote inter auſpices conſignata. Quamobrem accenſus indignatione, Claudius, animaduertendi in eam Narciſſo liberto poteſtatem fecit. Eius iuſſu ab immiſſo Tribuno in hortis Lucullianis, aſſidente matre Lepida, transfigitur, anno vrbis DCCC. Britannico & Octauia liberis relictis.

BRITANNICVS, CLAVDII FILIVS.

77.] TIBERIVS Claudius Britannicus, natus eſt vigeſimo die imperii, in ſecundo patris Conſulatu, cognomine a deuictis Britannis indito: nam antea Germanicus vocabatur. Eum paruulum etiamnum & militibus pro concione manibus geſtans, & plebi per ſpectacula gremio, aurante ſe, continens, pater aſſidue commendabat, fauſtiſque ominibus acclamantium turba proſequebatur. Poſtea tamen ab Agrippina ita immutatus eſt Claudius, vt adoptatum Neronem filio præponeret, non ſine multorum reprehenſione. Nero ſimulatque imperium adeptus eſt, fratrem, poſtremum e Claudiorum ſanguine, veneno ſuſtulit, anno vrbis DCCCVII. Facinus id principatus noui primum etſi prudentes ac cordatos homines fallere non potuit, tamen liuoribus & maculis, quas toto corpore venenum excitarat, abunde proditum eſt. Nero ad contegendas eas corpus gypſo lini iuſſit; verum cum efferretur, decidente copioſo imbre, deterſum eſt tectorium, & ſceleris immanitas omnibus patuit.

OCTAVIA, CLAVDII FILIA.

78.] OCTAVIA, proauiæ nomen & dotes referens, L. Syllano, iuueni nobiliſſimo, de quo ſupra diſſeruimus, a patre deſponſa eſt. Sed artibus & technis Agrippinæ nouercæ, filio ſuo parantis imperium, repulſo Syllano, collocata eſt Neroni, a quo ſummam rerum adepto, quomodo interempta ſit, dicemus in ſequentibus.

AGRIPPINA, IIII. CLAVDII VXOR.

IVLIA Agrippina, Germanici Cæſaris, & Agrippinæ, neptis Auguſti filia, Caii Caligulæ ſoror, vnum humanæ felicitatis ad hunc diem exemplum Plinio commemoratur; quippe patre Imperatore nata, & ſoror, & vxor, & mater rebus Romanis imperantium enituit. Hanc primum collocatam Cn. Domitio, ſuſceptoque filio, poſt mortem eius ceſſiſſe in matrimoniũ C. Paſſieno Criſpo, ſupra memorauimus. Nunc porro coniugium eius cum Claudio, quibusque rationibus filium ad imperium extulerit, ac reliquam fortunam perſequemur. Defuncta Meſſalina, partim ſtudiis Pallantis, partim ſuis illecebris, patrui coniugium obtinuit. Quod etſi inceſtum ad id tempus habebatur, arte tamen P. Vitellii perfectum eſt, vt a S. P. Q. R. eiuſmodi nuptiæ probarentur.

AGRIPPINA nihil humile ſentiens, totam illico ciuitatem ad ſe, ſuaq; imperata, conuertit, coniugium Octauiæ & adoptionem Neroni ſuo, ſibi nomẽ & appellationem Auguſtę, citra negotiũ impetrat. Iam & ſociis ac exteris nationib. vim ſuam oſtẽſura, in oppidũ Vbiorũ, vbi genita erat,

quamque gentem auus Agrippa Rhenum transgreſſum in fidem acceperat, veteranos coloniam deducit, Agrippinamque vocat. Nec his ſatiata, ſignis Romanis præſidere fœmina, carpento in Capitolium vehi, quod ſolis ſacerdotibus conceſſum, non extimuit. Claudio naualis prœlii ſpectaculum ædenti, ipſa chlamyde ex auro texta aſſedit, quemadmodum autores ſunt Plinius libro 33. capite tertio, & Cornelius Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ libro duodecimo. Hæc etſi ambitionem immodicam, ac ingens regnandi ſtudium arguerent, attamen in principe fœmina, & quæ ſe parti a ſuis maioribus imperii ſociam videri vellet, ferri poterant. Sed interim impotentis animi mulier opibus aliorum inhiare, cædibus procerum & propinquorum inſiſtere, ſeque vulgare libertis, non deſtitit. Quibus flagitiis compertis, Claudius, quem iam adoptionis pœnitere cœperat, per temulentiã, fatale ſibi eſſe, ait, vt coniugum flagitia ferret, deinde puniret.

Tvm territa Agrippina, ſimulatque leui valetudine correptus eſt Claudius, occaſionem eam non negligendam rata, venenum comparat, adiuuante Locuſta quadam veneficii damnata, venenoque cibo boletorum infuſo, Claudium perimit. Id facinus poſtea adeo pernotuit, vt Nero boletos cibum Deorum appellare ſit ſolitus, ad Claudii deificationem alludens, & Iuuenalis ſcripſerit Sat. 5.

Vilibus ancipites fungi ponantur amicis,
Boletus Domino, ſed qualem Claudius edit,
Ante illum vxoris, poſt quẽ nihil amplius edit.

Evecto ad imperium filio, ſi vnquam alias, tum primum dominationis cupidine flagrare cœpit. Senatu in palatium vocato, diſcreta velo aſſidebat, ſingulorum ſententias obſeruans. Legatis Armeniorũ, cauſam gentis apud Neronem orantibus, aſcendere ſuggeſtum Imperatoris, & præſidere ſimul, parabat, niſi a proximis admonitus Nero, venienti matri occurriſſet, ſpecie pietatis conatibus eius eluſis.

His rebus offenſo Nerone, & quia ſæpe acerbius eum obiurgabat, terrorem & minas de Britannico intentans, magna parte potentiæ exuitur a filio. Remouentur ab ea militares excubiæ, & cuſtodes Germani: ſeponitur in aliam domum, ne cœtu ſalutantium frequentaretur. Ita ſtatim ab omnibus deſeri cœpta.

Tradvnt nonnulli, cupiditate retinendæ potentiæ, filio ſui copiam & inceſtum obtuliſſe. At Nero vitatis eius ſecretis congreſſibus, quod prægrauem ſibi iudicaret, interficere conſtituit. Impoſita igitur naui fallaci, & ſolutili, vt in mari mergeretur: vbi nando periculum hoc euaſit, immittuntur percuſſores. Quorum vno ſtringente ferrum, vterum ipſa protendens: *Ventrem feri*, exclamauit, adiiciens: *Hic eſt, hic eſt feriendus ferro, monſtrum qui tale tulit.* Hac edita voce, poſt multa vulnera triſtem animam reddit. Autores Tacitus, Tranquillus & Seneca, qui omnium grauiſſime naufragium & cædem Agrippinæ deſcribit in Octauia. cuius verbis & Cornelium Tacitum vſum eſſe videmus.

Svnt, qui tradant Agrippinam huius fati ſui non ignaram fuiſſe, idque ex vaticinio cuiuſdam Mathematici, qui conſultus ab ea de fortuna filii, cum ex aſtrorum ſcientia reſpondiſſet, fore quidem vt imperaret, ſed matrem occideret, fertur illa velut amens exclamaſſe: *ἀποκτεινάτω με, μόνον βασιλευσάτω*, id eſt, interimat me, dum regnet. Periit anno vrbis DCCCXI. principatus filii quinto, C. Viſpanio, L. Fonteio Coſſ. Philippus Beroaldus, vt hoc obiter admoneam, eundem hunc eſſe Fonteium putat, qui ſub Auguſto Germanici Cæſaris in Conſulatu collega fuit: manifeſto lapſu, cum ille C. prænomine, hic L. appellatus ſit. Deinde inter vtriusque magiſtratum anni amplius quadraginta interceſſerunt. Commonefaciat hoc ſtudioſos, quo magis bonas litteras ſectentur. Doctam fuiſſe Agrippinam, & vitam ſuam ac caſus ſuorum accurate deſcripſiſſe conſtat; quippe qui commentarii ſæpe citantur C. Plinio & Cornelio Tacito. Philoſophiam tamen non multum amauit, a qua filium Neronem eo nomine ſeuocaſſe traditur, quod eam imperantibus inutilem eſſe aſtrueret.

CLAVDIVS NERO CÆSAR.

79.] Nero Cæſar ex gente Domitia Aenobarborum, quæ patricia fuit, prognatus eſt. Authorem familiæ, & vnde cognomen Aenobarbi ſortitus ſit, tum ipſos Neronis maiores, diligenter perſequitur Tranquillus. Niſi quod tritaui Neronis & ataui res geſtas ſic commiſcet, vt pro duobus clariſſimis viris, quorum vterque Conſu-

Conſularis & Cenſorius fuit, ille etiam triumphalis, hic Pontifex Maximus, neſcio per quam plaſticen, vnum nobis effingat, pudendo ſane lapſu, quem an alii ante nos animaduerterint, neſcio. Neminē profectò legi, qui deprehenſum ſibi vel verbo meminerit. Quo magis diligentiam & iudicium requirimus in interpretibus Suetonii, tanti momenti locum tam leui pede tranſeuntibus. Volaterranus Tranquillum ſecutus, ad eundem, quod dici ſolet, lapidem offendit.

VT autem Neronis maiores, qui quidē ſinguli ſingulis fere parentibus geniti traduntur, velut in tabula ſpectandos demus, Tritauus Imperatoris, [80.] Cn. Domitius Aenobarbus, Conſul anno vrbis DCXXXII. Aruernos vicit, deque iis triumphauit. Poſt Cenſuram geſſit, cum L. Cæcilio Metello, cum & Pontificatu clarus eſſet.

81.] ATAVVS, Cn. Domitius Aenobarbus, Tribunus plebis C. Mario tertium Conſule, legem tulit, vt ſacerdotes a populo crearentur, infenſus Pontificibus quod in patris locum alium quam ſe cooptaſſent, geſſitque Conſulatum anno DCLVIII. cum C. Caſſio Longino. In hunc dixit L. Craſſus: Non eſſe mirandum, quod æneam barbam haberet, cuius os ferreum, cor plumbeum eſſet. Obtinuit & Pontificatum maximum, Cenſuramque cum L. Craſſo obiuit.

82.] ABAVVS, L. Domitius Aenobarbus, geſto Conſulatu cum App. Claudio Pulchro anno DCC. cæſus eſt in acie Pharſalica.

83.] PROAVVS, Cn. Domitius Aenobarbus, omnium ſuæ gentis clariſſimus, functus eſt Conſulatu ann. V.C. DCCXXII. Deceſſit ſub pugnam Actiacam, cum ab Antonio ad Cæſarem profugiſſet.

84.] AVVS L. Domitius Aenobarbus, Cōſulatū geſſit ſub Auguſto an. v. DCCXXXVIII. Deinde miſſus in Germaniam cum exercitu, flumen Albim tranſcendit, longius progreſſus, quam quiſquam priorum: vnde & inſignia triumphalia adeptus eſt. Ex Antonia minore, Octauiæ filia Cn. Domitium & Domitiam Lepidam liberos reliquit.

85.] PATER Neronis, Cn. Domitius Aenobarbus, vir omni parte vitæ deteſtabilis fuit, qui negauit ex ſe & Agrippina coniuge quidquam bono publico naſci poſſe. Quam vocem euentus comprobauit: genuit enim Neronem, alteram, ſecundum auunculum, humani generis fæcem. Quamlibet autem impurus, Conſulatum tamen obtinuit, quem geſſit ſub Tiberio, anno vrbis DCCXLVIII. Deceſſit Pyrgis ex aqua intercute poſt Conſulatum anno octauo. Sorores duas habuit: alterā Domitiam Lepidam impudicam & infamem, quam Agrippinæ criminationibus adductus occidit Claudius, eo ipſo anno, quo interiit, vt Tacitus libro 12. alteram Lepidam, quæ nupſit primum Meſſalæ Barbato, deinde App. Syllano, de qua idē Tacitus lib. 11. & 13. item Dion & Suetonius in Nerone, quorum poſterior cap. 34. iam grandem natu ſublatam e medio ſcribit. Hæc de maioribus huius portenti breuiſſime modo cōmemorare libuit. Nunc ad Claudium Neronem reuertamur.

CLAVDIVS NERO CÆSAR.

L. DOMITIVS Aenobarbus, vbi per adoptionem Claudiæ genti immiſceri cōtigit, Claudius Nero dictus, futuræ infelicitatis multa & euidentia ſigna dedit. Nam & per pedes in lucem prodiit, quod contra naturam eſt, & iuxta ceruicalia decumbentis in cunis exuniæ ſerpentis repertæ ſunt, & Seneca poſteaquam illum in diſciplinam accepit, viſus eſt ſibi per quietem Caio Cæſari præcipere. Adhæc imperium initurus, ob totius diei diritatem, vix ante horam ſeptimam procedere potuit.

SVSCEPTIS rerum gubernaculis, mirificam indolem oſtentauit, profeſſus ex Auguſti deſcripto ſe imperaturum. Et primis quidem quinque annis publice Senecæ præceptis obtemperans, tam lenem & benignum ſe præſtitit, vt poſtea Traianus Imperator, quemadmodum ſcribit Aurelius Victor, dicere ſolitus ſit, longe diſtare omnes principes a quinquennio Neronis.

SED meram ſimulationem fuiſſe, teſtantur ipſius flagitia, quæ interim & poſtea toto principatu domi & foris plurima teterrimaque deſignauit. Nam quod lupanaria pererrans in plateis graſſabatur, obuios quoſque verberando, quod tabernas effringebat diripiebatque, quod per ſummam turpitudinem aurigari & cantare publice inſtituit, nobiliſſimis quibuſque in

ſcenam deductis, plurium deformatione ſuum dedecus velari contegique ratus, inter ludicra pono.

NEFARIAS eius libidines quis ferat? quibus ſacra profanaque omnia polluit. Præter enim adulteria innumera, matris concubitum appetiuiſſe, non dubitatur. Rubriæ, virgini Veſtali vim intulit. Sporum puerum exectum vxorem duxit. Ipſe Pythagoræ cuidam ex contaminatorum grege, ſumpto flammeo, denupſit.

ADHÆC parricidia eius & cædes nemo facile dinumeret. Claudii patris necis, ſi non autor, certe conſcius & approbator fuit. Fratrem Britannicum, Agrippinam matrem, Octauiam, eandem ſororem & coniugem, Senecam præceptorem, Rubellium Plancum & duos Syllanos, Auguſti ſanguine, perinde atque ipſe erat, prognatos, multoſque nobiliſſimos ciues crudeliter interemit. Addunt pleriq; de matre, ſpectaſſe eum interemptam ac nudã: cumque omnia diligenter contemplatus eſſet, iocatum his verbis: *Neſciebam, me tam pulchram matrem habere.*

VRBEM Romam, quod vix quiſquã credat, incendit: idque miſerrimum ſpectaculum, cui vix ſextus dies finem attulit, ex turri Mœcenatica proſpectans, excidiũ Troiæ in habitu ſcenico decantauit.

SVPERERAT, vt etiam Deo bellum inferret. Proinde Chriſtianos, quos nullius criminis compertos, ſuperiores principes humaniter tolerauerant, primus ipſe furialiter perſequi cœpit, ac vrbis incenſæ facinore in hos collato, non dicenda ſæuitia in homines innocẽtes debacchatus eſt. Interiecto modico tempore, ſæuiſſimus leo principes etiam Apoſtolorum, Petrum & Paulum, diuerſo quidem ſupplicio, pari tamen immanitate, ſuſtulit.

DEFICIENTIBVS tandem ab eo Vindice & Galba, cum illorum exemplum cæteri exercitus ſecuti eſſent, deſtitutus ab omnibus in Phaontis liberti ſuburbanum euaſit. Ibi certior factus, ſe hoſtem iudicatum, & ad pœnam quæri, ferrum iuuante Epaphrodito in iugulum adegit. Cremati cineres gentili monumento per nutrices illati ſunt, anno vrbis DCCCXX. Galerio Thrachala, P. Silio Italico Coſſ. anno nati Chriſti 70. ætatis 32. Imperii 14. die quo quondam Octauiam interemerat.

MONSTRVOSVM fuiſſe principem, nec potuiſſe longius a natura ferri, demonſtrarunt prodigia, quæ proxime ruinam eius anteceſſerũt. Nam & amnes retro fluere conſpectos, & in agro Marrucino Vectii Marcelli, Equitis clariſſimi, totum oliuetum viam publicam transgreſſum, aruis inde e contrario in oliueti locum profectis, Plinius tradidit lib. 2. cap. 103. & lib. 17. cap. 25.

OCTAVIA VXOR NERONIS PRIMA.

78.] VXORES Nero habuit tres, Octauiam, Poppæam, Sabinam & Statiliã Meſſalinam. Ex his Octauiam, Claudii Cæſaris filiam, cum qua imperium adeptus eſt, ſpectatæ probitatis puellam, cum ſedecim annos natus eſſet, coniugem accepit. A qua fato quodam abhorrens, quoad mater tamen ſuperſtes fuit, vtcunque tolerauit, libertæ cuiuſdam conſuetudine deuinctus. Vbi vero in amorem Poppææ incidit, quam matre viuente ducere non poterat, conſilium eius interimendæ cępit. Quod executus, Octauiam exturbat, ſterilem dictitans. Sed a populo coactus eam reducere, ſubmittit, qui adulterium, & abactos partus, obiicerent, eoque in inſulam Pandatariam relegat. Vbi poſt paucos dies mori iuſſa, ſolutis venis, in feruidiſſimo balneo extinguitur, anno ætatis vigeſimo, imperii Neronis octauo. Caput amputatum, & in vrbem relatum, Poppææ velut nuptiarum autoramentum repræſentatũ eſt.

POPPÆA, CONIVNX NERONIS II.

86.] POPPÆA Sabina, T. Ollii viri Quæſtorii, & Poppææ Sabinæ filia, nomen aui materni ſibi vſurpauit. Is fuit C. Poppæus Sabinus, Conſularem & triumphalem dignitatem nouiſſimi Auguſti Cæſaris annis aſſecutus. Poppæa pulchritudine, quã quaſi hæreditariam mater dederat, & comitate præſtans, primum Criſpo Rufo, deinde Othoni nupſit. Quo ſiue per imprudentiam, ſiue data opera conciliandæ potentiæ gratia formam eius apud Neronem impenſius laudante, acceſſitur a principe. Deinde amoto per ſpeciem honoris in Luſitaniam Othone, ac cæſa Octauia, cum aliquandiu pellicis locum ſuſtinuiſſet, celebratis nuptiis, iuſtæ coniugis honorem adipiſcitur.

ANNO proximo filiolam Neroni peperit, quam ille, gaudio ſupra mortalem

ſortem

ſortem elatus, Auguſtum appellauit, eodem cognomento & Poppææ conceſſo. Sed infans intra quartum menſem extincta eſt.

ALIQVANTO poſt iterum grauida Poppęa, cum ſero ex aurigatione reuerſum Neronem conuiciis inceſſiſſet, per iracundiā ab illo ictu calcis afflicta interiit. Corpus non igni crematum Romano more, ſed regum externorum conſuetudine differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum infertur. Ductis publicis exequiis Nero formam eius, & quod diuinæ infantis parens fuiſſet, aliaque fortunæ munera pro virtutibus laudauit. Tacitus & Tranquillus.

PRÆTEREVNDVM non videtur, quod Plinius de Poppęa refert lib. 11. cap. 41. mirificam eius in curanda forma diligentiam aſtruens, quingentas ſecum fœtas aſinas trahere ſolitam, quarum lacte in balnearū ſolio totum corpus maceraret, quod id cādori cutis prodeſſe crederet. Idem illud quoque memorandum luxuriæ exemplū de eadem prodit libr. 33. capite 11. delicatioribus iumentis ſuis induere ſoleas ex auro ſuetam. quo facto quid poteſt eſſe prodigalius? Statuas illius, per tumultum a populo disiectas, Otho poſtea nactus imperium, reſtituit, teſte Tacito.

STATILIA, VXOR NERONIS III.

STATILIA Meſſalina, T. Statilii Tauri, qui ſub Auguſto bis Conſulatu geſto floruit, abnepte, quo potiri poſſet Nero, maritum eius Atticum Veſtinum in ipſo honore trucidauit. Is fuit annus vrbis 817. A Galbæ interitu, cum ſucceſſor Otho matrimonio ſuo eam deſtinaſſet, fractis partibus, certuſque iam mori, per codicillos reliquias ſuas & memoriam ei commendauit. Auctor Suetonius.

IVLII plebeii, promiſcue congeſti.

Hactenus patriciæ Cæſarum familiæ originem & propagationem ad Neronē vſque, propaginis iſtius vltimum, qua potuimus breuitate & diligentia, deduximus. Superſunt autem plurimæ adhuc Iuliorum familiæ, de quorum maioribus & ſucceſſione cū nihil vſquā inueniatur, nos quidem eos omittere poſſemus; verum quia diligentis & fidi ſcriptoris eſt, quidquid cognoueris aſſcribere, non putauimus, ſtudioſam iuuentutem hiſce fragmentis Iuliorum gentis fraudandam eſſe. Primum igitur Iulios ſine cognomentis ſecundum temporum rationem ſubiiciemus, deinde alios iuxta cognomenta in ordinem alphabeticum digeſtos adiungemus.

App. Iulius, Tribunus plebis creatus eſt mox a decemuiris abrogatis, an. vrb. cond. cccv. Liuius 3.

C. Iulius, Tribunatum plebis geſſit ann. vrbis conditæ cccxxxii. vti meminit Liuius lib 4.

L. Iulius, equeſtris in Sabinos proficiſcēs, fulmine ipſe equuſq; exanimati ſunt, anno V.C. dlviii. Liuius 33.

L. Iulius, prætor anno V.C. dlxxi. Galliā ſortitus eſt, Marcello & Labeone Coſs. Liuius 39.

L. Iulius, diuerſus ab illo, Prætor factus, prouinciam vrbanam obtinuit, anno dlxxxviii. Liuius 45.

C. Iulius, Senator, res Romanas Græce ſcripſit, vt teſtatur Liuius libr. 53. ¶ Fragmentum Sex. Pompeii pagin. 35. citat Iulium in Adraſta, Macrobius Saturnal. de feriis.

C. Iulius, Medicus, ſubito moritur, dum inungit, ſpecillum per oculum trahens. Vide Plinium lib. 7. cap. 53.

C. Iulius, memoratur Saluſtio in coniuratione Catilinaria.

Iulius Centurio, Paulum vinctum Romam perduxit. Act. cap. 27.

IVLIA, vxor Seueri Imp. & Baſſiani priuigni.

Iulia, matrona religioſa, Zacynthum Martyrem ſepeliuit ſeptimo Calend. Auguſti.

Iulia Cæſarauguſtana. Prudentius.

Iuliæ epitaphium carmen habet Fabricius Antiq. pag. 73.

Iulius, veteranus miles, apud Moeſiam martyrio coronatus, iubente Maximino præſide, ſexto Cal. Iunias. De quo die Beda: *Iulius hinc ſextum miles, Martyrque venuſtat.*

Iulius, vrbis Romæ Epiſcopus. De hoc ſcriptores Eccleſiaſtici, item Gennadius.

Iulius, Senator & Martyr 14. Calend. Septembris.

Iulia, Sergius & Bacchus Nonis Octobribus.

Iulia, apud Corſicam 12. Calend. Iunias crucis ſupplicio coronata eſt.

Iuliæ reſcribitur ab AA. & CC. 6. Cod. titul. 24.

Iulia, cuius libertus Eros reliquit muliebrium librum, continentem etiam ad ornatum pertinentia quædam, & alia varia.

IVLII cum cognomentis, iuxta ordinem alphabeticum digeſti.

IVLIVS AFRICANVS, Orator, quem Quintilianus inter eos, quos ipſe viderit, vna cum Afro Domitio longe præſtantiſſimum eſſe ſcribit, ſed concitatiorem, & in cura verborum nimium, & compoſitione nonnunquam longiorem, & translationibus parum modicum, lib. 10.

Iulius Africanus, Oratoris nepos, vixit tempore Plinii iunioris. Plinius epiſtolarum 7. ad Macrinum.

Iulius Africanus e Santonis, Gallica ciuitate, damnatus ſub Tiberio. Tacitus 5.

Africanus I C. ſcripſit quæſtionū libros 9. Aduocatur in Pand Iuſtiniani.

Iulius Africanus, ſcriptor Eccleſiaſticus tempore Origenis, de quo vide Euſebium 6. & Hieronymum de vita Scriptorum Eccleſiaſtic.

Iulius Africanus, in Conſulatu collega Maximini Auguſt. an. V.C. DCCCCLXXXVIII Huic opinor reſcribi a Gordiano 6. C. tit. 3.

CN. IVLIVS AGRICOLA, F. Iulii Græcini, & ſocer Cornel. Taciti, vxorem habuit Domitiam Decidianam, ſplendidis natalibus ortam. Quæſtor, Trib pl. & Prætor ſub Nerone, ſub Veſpaſiano legatus 20. legioni præpoſitus eſt in Britannia. Deinde in Patricios adſcitus, Aquitaniam regendā accepit, in qua adminiſtratione fere triennium egit. Inde Conſul, honore eo expleto, Britāniæ præfectus, Ordouices domuit, Monam inſulam ſubegit, apud Caledoniā ad 10. millia Britannorum cecidit. Accepto poſt 8. annum ſucceſſore, cum illi triumphalia ornamenta, & illuſtris ſtatuæ honos decretus eſſet, in vrbem regreſſus eſt, Domitiano imperante, quietique ſe tradidit. Deceſſit Collega Priſcoq; Conſulibus, ætatis anno 56. cum C. Cæſare tertium Cōſule natus eſſet. Hæc ex Corn. Tacito, qui vitam eius luculento libello perſecutus eſt.

Iulius Agrippa & Iulius Alcimus a Nerone in Ægei maris inſulas relegātur. Tac. 15.

Iulii Agrippæ primip laris teſtamentū refertur a Serbidio Scæuola Pand 32. de leg. & fideicom.

C. Iulius Alcimus. Inſcript. ant. p. 48.

Iulius Alexander, legatus Traiani Imp. cū Erucio Claro Seleuciā expugnat. Diō.

Iulius Amandus. Inſcript. ant. pag. 321.

C. Iulius Anicetus aram ſacratam Soli diuino ſuſcepto voto animo libens dd. Hæc inſcriptio legitur Romæ. Ibid. pag. 209. & 316.

C. IVLIVS, Trib. pl. A. Poſthumio C. Piſone Coſſ. an. V. C. DLXXIIII. legē tulit, quotannos nati magiſtratum peterent, caperentq;. Inde familiæ cognomen inditū, vt Annales appellarentur. Idem anno non poſt, Licinio Craſſo & Caſſio Longino Coſſ. Prætor Iuriſdictionem inter peregrinos ſortitus eſt. Liuius 40. & 42. vbi tamen pro Iulio mendoſe Iunius legitur.

Sex. Iulius Annalis, cum in iudicio Ciceroni inſtaret, & identidem diceret: Dic M. Tulli, ſi quid potes de Sex. Annali, recitare cœpit Cicero ex 6. annalium Q. Ennii: *Quis potis ingentis cauſas euoluere belli, &c.*

L. Iulius L. F. Pomp. Annalis, Citatur apud Ciceronem in epiſtolis Cælii lib. 8. vbi apparet, hos Iulios ex tribu Pomptina fuiſſe Idem, vt puto Hirtio & Panſa Coſſ. Prętor, cū proſcriptus eſſet a Triumuiris, a filio proditus eſt, cū ad Quæſtoria eius comitia in campum deſcendiſſet. Vide Valerium Max lib. 9. c. 11. & Appianum 4. Etſi apud Valer. perperam Tullius vocatur.

C. Iulius C. F. Fab. Antiochius Philopappus Coſ. frater arualis, allectus inter Prætorios ab Imp. Cæſ. Nerua Traiano Opt. Auguſto Germanico Dacico. Hæc inſcriptio deprehenſa eſt apud Athenas in monte iuxta ſummā Palladis arcem. Inſcript. ant. pag. 500.

P. Iulius Apollonius, cum Valeria coniuge, refertur in memoriis Italicis pag. 328.

Sex Iulius Aptus. Ibidem pag. 447.

Iulius Aquila I. C. ſcripſit reſponſorū librum vnum. Aduocatur in ff. iuris ciuilis.

P. Iulius Aquila, ſcripſit de Hetruſca diſciplina. Citatur ſubinde a Plinio. Eundē arbitror eſſe, quem Columella ſuo tēpore de cultura viniū ſingularē librū edidiſſe ſcribit.

Iulii Aſiatici vitam componentē Iulium Secundum laudat Vipſanius Meſſala apud Corn. Tacitum in Dialogo de Oratoribus.

Iulius Aterianus, citatur a Trebellio Pollione in Victorino, vt pote ſcriptor vitæ eius.

Q. Iulius Atimetus, cum Iulia Q. L. Sabina Medica coniuge ſua Inſcript. ant. pag. 155.

Iulius Athenodorus. Inſcript. ant. pagina 490.

Iulius Atticus, tempeſtate Columellæ laudē meruit, quod de vna ſpecie culturæ, pertinentis ad vites, ſingularem librum edidit. Huius, opinor, eloquentiam laudat Columella, & Græcam facundiam cū familia lib. 7. Martialis:

Attice facunda renouas qui nomina gentis, &c.

Iulius Atticus, alius ab hoc, citatur Plinio epiſtolarum 1. ad Caleſtriū Tironē. Atticum eximie cœnaſſe, tetigit Iuuenalis.

Iulius Auitus, ſub Nerone Germanicis copiis præfuit.

Iulius Auitus alius, quem Plinius epiſtolarum 5. vt amantiſſimū ſui deflet, eumq; ſumma aſſecuturum fuiſſe aſſerit, ſi virtutes illius maturuiſſent, ad Saturninum.

Iulius Auſpex, e primoribus Remorum, in rebellione Galliarū ſub Veſpaſiano Romanis fidus, pacem ſuis ſuadet. Tacitus.

Q. Iulius Balbus, Conſul ſub Hadriano cum P. Iuuentio Celſo, teſte Vlpiano Pand. 5. tit. 3. de petit. hæreditatis.

Iulio Balbo, fors filio, ſcripſit Marcus Imp. Pand. 36. vt legatorum ſeu fideicommiſſ. nomine caueatur.

Iulius Balbillus, præfectus Ægypti, a freto Siciliæ Alexādriam 6. die peruenit, cuius meminit Plinius in præfatione 19. & Tacitus 13.

T. Iulius Balbillus, ſacerdos Solis ſub Seuero principe, refertur in memoriis Italicis. Inſcript. ant. pag. 249. 253. 286.

Iulius Baſſus, ſcripſit Græce de medicina. Citatur Plinio Secundo lib. 1. ex 20.

Iulius Baſſus, alius ab hoc, accuſatus ſub Veſpaſiano & abſolutus, relegatur a Domitiano, quē Nerua reuocauit. Sub eo ſortitus Bithyniam, iterumq; accuſatus a prouincialibus, videlicet quod quædam vt amicus accepiſſet, cū lex vetet munera accipere, defenſus eſt a Plinio, & abſolutus. Plinius epiſtolarum 4. ad Vrſum. Acta tamen illius reſciſſa ſunt, lib. 10.

Iulius Briganticus, ſorore Cerealis genitus: ſed vt ferme acertima ſunt propinquorum odia, inuiſus auunculo infenſuſque. Tacitus lib. 20.

Iulius Burdones, Germanicæ claſſis præfectus. Idem lib. 17.

L. Iulius Calidius, Poeta, cum ob poſſeſſiones Africanas, quas magnas habebat, a P. Volumnio, præfecto fabr. Antonii, abſens in proſcriptorū numerū relatus eſſet, per T. Pomponiū Atticū exemtus & liberatus eſt. P. Crinitus ex nobili Calidiorū familia prognatū ſcribit. quod ſi verū eſſet, non Calidium, ſed Calidianum dici oportebat.

Iulius Caluaſter, Trib. mil. ſub Antonio in Germania, victo illo, Domitiani crudelitatem euaſit, quod diceret, ſe illi in amoribus fuiſſe. Dion.

Iulius Tutoris L. Caluentius cum Iulia Nouella & T. Iulio Ingenuo F. mil. col. XII. vrbanæ, refertur in memoriis Germanicis, Inſcript. ant. pag. 398.

Iulio Candido reſcripſit D. Pius Pand. 48. de accuſat. & inſcript.

IVLIVS CAPITOLINVS, ſcripſit vitas Cæſarum ad Diocletianum.

Iulio Caſſiano reſcripſerūt Verus & Antoninus ff. 48. Ad legem Iuliam maieſtatis.

Iulius Cerealis, memoratur Martiali epigrammatum 11. Scripſit bellum Giganteum, vt ex Martiale colligere eſt.

Iulius Ciuilis, Batauus præpotens ponitur Tacito.

Iulia, Annæi F. natione Neruia. Inſcript. ant. pag. 471.

Iulius Clemens Aquilifer leg. 3. Ital. & frater eius Iulius Victor ſpoliator. Ib. p. 421.

Iulius Cordus, Aquitaniam in verba Othonis adegit. Tacitus 18. Alciatus pro Iulio, legendum putat Manilius, ſed male.

M. Iulius Cotius, recepto paterno regno ſub Claudio, Cottiarum Alpium Rex appellatus eſt. Dion 58.

C. Iulius Creſcens, cum Iulia Prima F. Inſcript. ant. pag. 368.

Iulius Criſpus, Tribunus militum Prætorian. cæſus ob carmen Virgilii cantillatū.

Scilicet vt Turno contingat, &c.

Dion in Seuero.

C. Iulius C. F. Decemb. Inſcr. ant. p. 144.

Iulius Denſus, Eques Rom. ſub Claudio & Nerone. Tacitus 13.

Iulius Dubitatus. Inſcript. ant. pag. 442. & 444.

C. Iulius Euhemerus, cum Martiana cōiuge & liberis. Inſcript. ant. pag. 162.

Iulius Feſtus, ſcripſit de verborum ſignificationibus. Citatur eo titulo lib. 13. apud Macrobium 3. Fors hic eſt, de quo extat inſcriptio Romæ: *Deo Herculi Iulius Feſtus V. C. pr. vrb. An. d. d.* Inſcrip. ant. pag. 217. Volunt huius etiam citari Polyhiſtora.

T. Iulius Ferox, vir doctiſſimus, teſte Plinio iuniore, floruit ſub Traiano, curator aluei & riparum Tiberis, etiam Conſul deſignatus. Plinius epiſtolarū 2. De hoc extat

inſcriptio, reperta in fundamento pontis Sixti, Inſcriptionum ant. p. 308. *Ex auctoritate Imp. Cæſ. D. Neruæ Fil. Neruæ Traiani Aug. Germanici Pontif. Max. Trib. pot. V. Cos. IIII PP. T. Iulius Ferox curator aluei & riparum Tiberis & cloacarum vrbis terminauit ripam, RR. ad prox. cipp. P.* XXIIII. *S.* Feroci ſcripſiſſe Proculũ, referr Paulus I.C. Pand. 39. de aqua pluuia arcenda l. 11.

C. Iulius Filetiõ, domo Africa medicus, & T. Iulius Athenodorus, fratres, cum C. Iulio Fileto & Iulia Euthenia, parentibus, referuntur Inſcript. ant. pag. 490.

C. IVLIVS FIRMICVS MATERNVS, floruit ſub Auguſto, nobilis Mathematicus. Scripſit de prognoſticis genethliacis librũ elegantem, qui temporum illorũ eloquentiam referat. Is ad noſtram ætatem ſemilacer peruenit, non multis ante annis repertus. Volaterranus.

Iulius Firmicus Maternus iunior, Siculus V. C. ſcripſit Aſtronomicorum libros 8. ad Mauortium Lollianum, rectorem Orientis ſub Conſtantinis.

Iulia Firma. Inſcript. ant. pag. 106.

C. Iulius Flauianus Cornicularius leg. XXII. cũ Cotteia Chryſide. Inſc. ant. p. 468.

Iuliæ Florentinæ, quæ vixit an. 1. Menſ. 9. d. 20. Ibidem pag. 317.

Iulius Florus, in cohorte amicorum Tiberii Cæſaris fuit, ſub eo militans in Oriente. Huic ſcribit Q. Horatius in epiſtolis.

L. Iulius Florus, eloquẽtiæ Gallicæ princeps, alioqui inter paucos diſertus, & dignus propinquitate illa. Fabius 10. cap. 3. Apud quem refertur etiam dictum illius ad fratris filium, Iulium Secundum, iã tertium diem quærentem orationis exordiũ: Nunquid tu melius dicere vis, quam potes?

L. IVLIVS FLORVS, Hiſtoricus, illius F. vt vult Volaterranus ad tempora Traiani peruenit, vt liquet ex eius Hiſtor. prologo.

Iulius Florus Treuir, ciuitate Romana donatus, militabat Romanis ſub Tiber. Tac. 3.

Iulia Fortunata C. Octauii Clyti coniunx. Inſcript. ant. pag. 282.

Iulii, Fronto & Gratus, fratres: hic Præfectus caſtrorum in partibus Vitellianis, ille Othonianus, vterq; apud ſuos proditionis nomine vinctus. Tacitus 17.

Iulius Fronto, cui reſcripſiſſe Hadrianũ tradit Vlpianus de pœnis.

SEX. IVLIVS FRONTINVS, vir Conſularis, Præturam vrbanam geſſit initio principatus Veſpaſiani: qua eiurata, ceſſit Domitiano Cæſari. In Britannia Silurum gentẽ domuit. Aquarum præfectus a Nerua factus de aquæductibus, vrbem influẽtibus, libellum edidit. Auguratus Sacerdotium habuit. Rei militaris peritus libros ſtrategematum conſcripſit. Fuit & Iuriſconſultus, doctorum virorum amans, inprimis Plinii & Martialis. Moriens ſepulchrum ſibi conſtrui vetuit. Vide Corn. Tacitum & Pliniũ epiſtolarum 4 ad Arrianum. Martialis libr. 10. bis Conſulem fuiſſe innuit:

Quæ bis Frontino Conſule prima fuit.

Iulius Frontinus, Rhetor, auditus eſt ab Alexandro Seuero. Lampridius. Huic forte reſcribitur ab eodem principe 5. Cod. titul. 54.

Iulius Zoſas, Iulii Quintiliani rerũ procurator, citatur Papiniano ff. 45. tit. 1. l. 126.

Iulia Galatia, cum coniuge Philippo. Inſcript. ant. pag. 325.

Iulius Granianus, auditus ab Alexandro Seuero. Lampridius.

Iulius Gratus, dictus in Iulio Frontone.

Iulius Græcinus, occiſus a Caio principe, quod M. Syllanũ accuſare nollet, ſeu quod melior vir eſſet, quam eſſe quenquam tyrãno expediret, vt Seneca lib. 2 de benefic. Vxor ei fuit Iulia Procilla. Idẽ Seneca aliud eius inſigne factum refert epiſtola 29. Citatur ſubinde a Plinio, vt lib 14. cap. 2. vbi tranſcriptum ab illo Cornel. Celſum dicit, lib. 16. cap. 44. a Columella lib. 1. cap. 1.

Iulia Herculeia, nupſit Manlio Torquato, quibus ſcriptum epithalamium extat apud Catullum.

Iulius Herodes, Herodis Attici F. De hoc Suidas Ἡρώδης.

C. IVLIVS HYGINVS, cognomento POLYHISTOR, libertus Auguſti, ſcripſit vitas illuſtrium virorum, teſte Gellio lib. 1. capit. 14. & 21. commẽtarios item in Vergilium, præterea de proprietatibus Deorum, citãte Macrobio 3. capite 7. item de Diis Penatibus. Citatur & a Macrobio ſecũdus eius vrbium, a Chariſio de Agricultura. Huius libertus fuit C. Iulius Modeſtus, in ſtudiis patroni veſtigia ſecutus. Plura de illo Trãquillus in claris Grammaticis. Meminit etiam Euſebius in Chronol. Eiuſdẽ Hygini extat Aſtronomicon. Nam Gromatica alterius Hygini eſſe, de eo ipſo opere, quod mendoſiſſimum legitur, probat Volaterranus.

T. Iulius Ingenuus F. T. Iulii Caluantii. Vide ſupra.

Iulius

Iulius Iuſtinus Sophiſta, vnus ex iis, vnde Suidæ opus conflatum eſt.

Iulius Iuſtus. Inſcript. ant. pag. 446.

Iulia Larina. Ibidem pag. 282.

C. Iulius C.F. Lõginus, Voltinia domo, veteranus leg. VIII. floruit ſub Veſpaſiano. Coniunx illi fuit Iulia Helpis. Refertur cũ aliquot libertis Inſcript. ant. pag. 144.

Iulius Longinus, pater, citatur a Paulo Pand. 28. de vulgari & pupil. ſubſtitutione.

Iulia Luperca, cum victima ad aram iugulanda eſſet, conſeruatur ab aquila. Hæc enim ſacro populo aduolans, enſem arripuit, & iuuencam exhibuit, quæ iuxta templum paſcebatur, quam illius loco iugulàrunt. Hæc Iſaacius Tzetzes in Caſandram Lycophronis.

Iulius Lupus, obiit in præfectura Ægypti. Plin. 19. c. 1. Fors etiam legendum Iulius Lupus pro Iunius Lupus ff. 28. Fuit is Britãniæ præſes. Succeſſit Lupo Paulinus. Ioſephus belli Iudaici lib. 7. cap. 30.

Iulius Macrinus, veteranus miles, cũ cõiuge & liberis refertur Inſcript. ant. p. 420.

IVLIA MAMMAEA, Alexandri principis mater, laudatiſſima fœmina, Syra genere, cuius auſpiciis F. puer orbem terrarum ſapientiſſime rexit.

Iulius Manſuetus, a filio in acie cæſus bello Vitellii & Veſpaſiani. Tacitus 19.

Iulio Marillo reſcripſit Alexander Aug. Modeſtinus ad legem Corneliam de falſis Pand 48.

Iulius Marinus, comes Tiberii apud Capreas, & ante Rhodum illum ſecutus, agitur ad mortem ſub eodem. Tacitus 5.

Iulius Marathus lib. Aug. Sueton. 181. & 196. Patroni ſui vitam ſcripſit.

Iulia Marcella, vxor Clodii Fabati. Antiquitates Fabricii pag. 75.

T. Iulius Martialis, refertur Inſcript. ant. pagina 321.

Fl. Iulius Maternus & Fl. Iulius Rheginus milites leg. 22. Ibid. pag. 483.

Iulius Maternus, tuetur Poeticam apud Cornel. Tacitum in Dialogo. Scripſit tragœdias, Medeam, Thyeſtem & Catonem.

Iulius Matern⁹, nominatur apud Vlpian.

Iulius Mauricianus I C. ſcripſit ad leges lib. 6. Aduocatur in Pand. iuris ciuilis.

IVLII MAXIMINI, pater & filius, imperârunt vna triennio.

P. Iulius Maximus. Inſcript. ant. pag. 71. 72. 120.

Iulius Menecrates, municeps Statii Papinii, gener Pollii, celebratur a Statio ob prolem, Syluarum 4.

Ti. Iulius Mneſter Pantominus. De hoc lapidis inſcriptio reliqua Romæ in ædibus Crepanicorum: *TI. IVLIO AVG. L. Mneſteri.* Vide Tacitum lib. 11. Dionem 60.

C. Iulius Modeſtus, libertus C. Iulii Hygini, in ſtudiis atq; doctrina patroni veſtigia ſecutus, vt Suetonius, citatur Gellio 3. c. 9. vt ſcriptor confuſarum quæſtionũ. Scripſit & librũ de feriis, citante Macrobio. Meminere Quintilianus, Gellius, Diomedes. A Martiale li. 10. epigrãmate 21. ſic laudatur:

Scribere te, quæ vix intelligat ipſe Modeſtus,
Et vix Claranus, quid, rogo, Sexte, iuuat?

Iulius Mõtanus, Poeta tolerabilis, amicitia Tiberii notus. Ortus & occaſus libentiſſime inſerebat. Cum igitur quidã indignarentur, illum tota die recitaſſe, & negarent accedendũ ad recitationes illius, Nacca Pinarius ait: *At ego paratus ſum illum audire ab ortu ad occaſum.* Seneca epiſt. 123. Memoratur eidem ceu comis & egregius Poeta controuerſia 17. libri 4.

Iulius Mõtanus, alius ſub Nerone, quod illius, ſed ignoti vim noctu repuliſſet, mori adactus. Tacitus.

L. Iulius Motacilla (ſic enim malo, quã Mocilla) vir Prætorius in partib. Bruti fuit vna cum filio. Nepos in vita Pomponii Attici, qui eos a prælio tueri non deſtitit.

Iulius Naſo, amicitia deuinctus C. Plinio & Cornelio Tacito. Laudat patrem illius Plinius lib. 6. epiſt. ad Fundanium.

IVLIVS NEPOS, Nepotiano patre & filia Marſellini Patricii genitus, pulſo Glycerio, imperio Italiæ, ſed ad breue tẽpus, potitus eſt, pulſus & ipſe ab Horeſte, Auguſtuli patre. ¶ Vide Carolum Sigon. de imperio occident. & Onuphrium Panuinium.

Iulius Nicephorus Antiq. Fabricii p. 76.

Iulia Nonna. Inſcript. ant. pag. 444.

IVLIVS OBSEQVENS. De illo vide appendicem Geſneri, item Inſcript. ant. pag. 350.

Cl. Iulius Pacatus. Inſcript. ant. pag. 101.

Iulius Paſtor, cuius filiũ interemit C. Cæſar, & ipſum eodem die ad cœnam vocauit. Autor Seneca 2. de ira.

Iulius Paſtor, alius ab illo, cuius ſe cauſam egiſſe ſcribit Plinius, cum eſſet adhuc adoleſcentulus, Epiſtolarum 1. ad Trãquillum. Meminit & Seneca Paſtoris declamatoris. Etiam Martialis lib. 9. ſcribit ad Paſtorem.

Iulius Paulus, vir doctiſsimus & Poeta

temporibus A. Gellii. Gellius ipſe 1. c. 5. & lib. 19. cap. 7. Hortos habuit in Vaticano.

Iulius Paulus I. C. Iaboleno & Papiniano operam dedit. Præturam & Conſulatū geſſit. Apud Alexandrum in magna veneratione fuit. Scripſit quam plurima. Vide Riuallium, qui illum Patauinum fuiſſe ſcribit. ¶ Hodie extant receptarum ſententiarum ad filium libri eius quatuor, ſubiecti Codici Theodoſiano opera, Iac. Cuiacii.

Iulius Paulus, Batauorū dux regia ſtirpe, falſo rebellionis crimine a Fonteio Capitone interemtus. Tacitus 20.

Iuliꝰ Pelignꝰ, Claudio Cæſari perq̃ familiaris, pcurator ſub eo Cappadociç. Tac. 12

M. Ivlivs Philippvs, circumuento & occiſo Gordiano Imperatore, ſucceſſit in principatu annis 5. Arabs genere, cæſus a militibus, cū aduerſus Decium, quē exercitus Illyricus Imp. dixerat, proficiſceretur, & quidem medio capite ſupra dentiū ordines præciſo. Celebrauit annū Romæ milleſimum magnificentiſſimis ludis, fuitque primus omnium Imp. Chriſtianus, vt ſcribunt Euſebius & Oroſius.

C. Ivlivs Philippvs Satvrninvs F. a patre conſors imperii factus, agelaſtus extitit, ac fertur patrē aliquando in ludis effuſius ridentem graui vultu notaſſe. Cæſus eſt a prætorianis militibus eodem tempore, quo pater.

Iulius Phœbus, cum tribus liberis, Phœbo, Heraclio & Polycraçe refertur Paulo Pand. 36. ad S.C. Trebell.

Iulius Placitus, Tribunus, Vitellium e latebris protraxit. Tacitus 19.

Iulius Pollio, Tribunus prætorianæ cohortis ſub Nerone, procurator veneni, quo Britannicus ſublatus eſt. Tacitus 13.

Iulius Pollio, haud dubie alius, citatur Paulo loco, quem ante citauimus, l. 72.

Pollioni reſcripſerunt fratres Impp. ad L. Iuliam de adulteriis.

Ivlivs Pollvx, author Græcus, ſub Cōmodo ſcripſit Dictionarium ex ordine rerum, Imperatori dicatum.

Iulius Polynices. Inſcript. ant. pag. 204.

Iulius Poſthumius, vir Cōſularis ſub Auguſto, præpoſitus Dalmatiæ, ornamenta triumphalia meruit. Paterculus lib. 2.

Iulius Poſthumus, haud dubie F. inter intimos fuit Auguſtæ Liuiæ, idq; per cōſuetudinē cū Mutilia Priſca, q̃ in animo Liuiæ valida erat. Tac. 4. ¶ Habet de hoc inſcriptionem veterē I. Lipſius Cōmen. in Tac. li. 4.

Iulius Priſcus, Prætorianarum ſub Vitellio cohortium præfectus, poſt cædem Vitellii ſeipſum interfecit, pudore magis quā neceſſitate. Tacitus 18. & 20. Alius forte ab hoc, de quo Inſcript. ant. pag. 368. & 432.

Iulia Procilla, cum L. Cocceio Cupito marito, refertur Inſcript. ant. pag. 409. Alia eſt, cuius epigramma epitaphium traditur Antiquitatibus Fabricii pag. 72.

Iulia Procilla, Iulii Græcini Senatoris vxor, mater Cn. Iulii Agricolæ, rarę caſtitatis fœmina. Tacitus in vita Agricolæ.

Iulia Procla, P. pediæ F. Sp N. refertur Sigonio in libello de nominibus.

C. Iulius Proculus, celebratur Martial. li. 11

Iuliꝰ Proculus, occiſus ſub Cōmod. Lāpr.

Iulius Proſodus. Inſcript. ant. pag. 144.

C. Iulius Pudens, veteranus leg. x. &c. Ex inſcriptione, quæ extat in hiſtoria Batauica Nouiomagi.

Iulius Quintilianus, citatur Papiniano Pand. 46. de fideicommiſſ. & mandat. & Paulo Pand. 45. de verborum oblig.

Iulia Reſtituta T. Claudii Memnonis coniunx. Inſcript. ant. pag. 246.

C. Iulius Romanus, Grāmaticus, ἀφορμῶν libris diſertus artis ſcriptor cenſetur.

Iulii Rufi meminit Martialis li. 10. Scholion adiunctū habet, illū Satyras ſcripſiſſe, & hominū vitia Socratico more carpſiſſe.

Iulius Rufus, vir Conſularis, obiit carbunculo ætate Plinii, medicorum inſcitia ſectus. Plinius 26. cap. 1.

Iulio Rufo reſcripſit Imp. Antoninus Pand. 49. de iure fiſci.

Iulius Rufus, cæſus a Seuero Imp.

Iulius Rufus, cuius bona ad fiſcum deuenerunt, citatur Paulo Pand. 46. l. 72. de fideiuſſ. & mandat.

Iulius Sabinus, citatur aliquoties a Plinio in Nat. hiſtoria.

Iulius Sabinus Lingo, proiectis fœderis Rom. monumētis, Cæſarem ſe ſalutari iubet: quippe qui ſuper inſitam vanitatē falſę ſtirpis gloria incenderetur, a Iulio Cæſ. cui per Gallias bellanti proauia ſua corpore atque adulterio placuiſſet, genus repetendo. Fuſus cum ſuis a Sequanis, vitā in latebris per 9. annos traduxit. Vxor illi fuit Epponina. Tacitus 20. Xiphilinus in Veſpaſiano, Plutarchus in ſermone ſeu diſputatione amatoria ſub finem.

Iulius Sacrouir, Heduus, Romanis militans ſub Tiberio cum Iulio Floro Galliarū rebellionem excitat. Tacitus 3.

Iulius

Iulius Saturninus. Inſcript.ant.p.443.

Iulius Secundus, Iulii Flori oratoris illius fr. quem Quintilianus æqualem ſuum vocat familiariter a ſe adamatum, miræ facũdiæ virum, infinitæ tamen curæ.

Iulius Secundus F. audiuit a patruo, cũ iam tertium diem exordiũ quæreret: *Nunquid tu melius dicere vis, quam potes?* Fabius. Huic fortaſſe reſcripſit Hadrianus, vt eſt Pand. 48. de cuſt. & exhibit. reorum.

Iulia Secunda, Corneliæ Tyches F. refertur in memor. Rom. pag. 235.

IVLIVS SEVERVS, e Britannia in Iudæos deficientes miſſus ab Hadriano, gentẽ eam penitus oppreſſit, vir iuſtus & ſapiẽs, & auctoritate inſignis, poſtea Bithyniæ præpoſitus. Auctor Dion Nicæus. Ad hunc ſcribit Plinius Epiſtolarum 4. Eiuſdẽ puto F. fuit, qui Conſulatum geſſit cum Plautio Syluano ſub Pio, ann. V.C. DCCCXCIII.

Iulius Seuerus, cum Æmilio Vinco Cõſul, cum factum eſt S. C. aduerſus eos, qui ſeruos ſuos non hæreditarios manumittere rogati, latitant. Pand. 40. de fideicõmiſſariis libertatibus.

Iulius Seuerus, cum Iulio Mauro colono ſuo, refertur Paulo Pand. 32. de legatis & fideicom.

Iulia Seuera, cum L. Iulio Accepto F. Inſcript.ant.pag. 318.

Iulio Seuero reſcripſere Seuerus & Anton. ad S.C. Turpil. Pand. 48.

IVLIVS SOLINVS, ſcripſit rerũ orbis memorabilium collectanea ad Auitum, dictus Plinii ſimia. Nominatur autem id opus epiſtola eius priore Polyhiſtor. Sunt qui natione Græcum faciant. Sed ea ſententia ipſius Solini auctoritate refellitur cap. 2. 16. 36. 47. 53. 57.

C. Iulius Solon, homo ignobilis, cũ conſumtis bonis ſub Commodo in Senatum cooptatus eſſet, notatus eſt ioco, vt qui ſpoliatus facultatib. in Senatũ relegatus eſſet. Occiſus eſt poſtea a Seuero. Dion.

Iulius Soſianns, veteranus, citatur Vlpiano Pand. 49. tit. 18.

Iulius Tarentinus Hadrianum acceſſit per libellum. ff. de re iudicata. Calliſtratus.

Iuliæ Tarentinæ reſctipſit Hadrianus Pand. de re iudicata.

Iuliæ Sp. F. Thaidi. Haue Thais. *Dii benefaciant*. Extat apud Victoriũ in 8. epiſt. Cic.

Tib. Iulius Thraſius. Inſcrip.ant.p. 108.

Iulius Tutor Treuir, ripæ Rheni a Vitellio præfectus, rebellionẽ aduerſus Romanos adiuuit. Tacitus 20. Forſan de eodem Inſcript.ant.pag. 398.

C. Iulius Vectius. Ibidem pag. 318.

Iulius Vehitus. pag. 227.

Iulius Atticus Veſtinus, geſſit Conſulatum cum Silio Nerua ſub Nerone. A quo ex intima ſodalitate in odium vocatus, immiſſo Tribuno necatur. Tacitus lib. 15.

Iulius Veſtinus, Sophiſta, ſcripſit epitomẽ gloſſarum Pamphili li. 4. & alia. Suid. Ἰουλ.

Iulius Viator, Eques Rom. e Vocontiorũ gente fœderata, in pupillaribus annis aquæ ſubter cutẽ fuſæ morbo prohibitus humore a medicis, fertur naturã feciſſe cõſuetudine, atq; in ſenecta caruiſſe potu. Plin. 7. c. 81

Viator, præſes Hiſpaniæ. Sic habet Martyrologium noſtrum 23. Nouembris.

Viatori & Pontię reſcribunt AA. & CC. 6. Cod. tit. 22.

Viator, Conſul ſub Anaſtaſio ann. V.C. (MCCXLVIII.

Iulius Victor. Inſcript.ant.pag. 421.

L. IVLIVS VINDEX, cæſus a Virginio Ruſo cũ 20. millib. Gallorum. Plutarchus in Galba. Plinius ſcribit, illũ in captatione teſtamenti ſic lenocinatum, vt cuminum bibens pallorem ſibi velut ægrotantis induxerit, libro 20. cap. 14.

Iulia Vitalis, cum Sex. Attio Marcello coniuge, refertur Inſcript.ant.pag. 178.

Iulius Vrſus cum Quintilla floruit temporib. Põponii I.C. ff. Si ſeruit9 vindicetur.

¶ Iuli9, amicus Martialis. de hoc li. 9. & 12.

IVLIANI.

Iulianus & Regillus, Præfecti præt. ſub Cõmodo, & ab eodem cæſi. Capitolinus.

IVLIANVS Imperator, qui ſucceſſit Pertinaci. quæratur in Didiis.

Iulianus, Præfectus Macrini, occiſus a militibus. Capitolinus.

Iulianus, in Italia ſub Diocletiano dictus Imperator, rebus deſperatis, icto per coſtas pugione, in ignem ſe abiecit. Aurel. Victor.

IVLIANVS, Auguſtus, qui ſucceſſit Conſtantio Auguſto, quæratur in Flauiis Conſtantinis. De hoc extat inſcriptio in monumẽtis Italicis pag. 164. Fl. Cl. Iuliano. ¶ Vide Suidam, Zoſimum, &c. item Carolum Sigonium libr. 6. de imperio occident. & Onuphrium Panuinium.

Iulianus, huius Iuliani Imperatoris auũculus, homo impius, & Eccleſiæ perſecutor, cum poſt multas iniurias in æde ſacra contra altare minxiſſet, percuſſus diuinitus, viſceribus putrefactis interiit. Hiſtoriæ tripartitæ lib. 6. cap. 10. & 32.

C. Iulianus Cecius Ant. F. Inſcript. antiq. pag. 211.

Cl. Iulianus, præfectus annonæ ſub Seuero. Ibidem pag. 249.

Iulianus Donatus, ſub Marco & Cõmodo a latronib. cõfect⁹ eſt. ff. 29. de SC. Sylla. l. 2

A. Iuliano reſcripſerunt Seuerus & Antoninus. ff. 48. de bonis eorum, qui ante ſententiã mortẽ ſibi cõſciuerunt. Martian⁹.

Iulianæ reſcripſerunt Diocletianus & Max. AA. 1. C. de iuris & facti ignorantia.

Iulianus, Centurio ſub Tito Cæſare, periit in oppugnatione Hieroſolymorũ Hegeſip. 5. c. 30. Ioſephus belli Iudaici lib. 7. c. 3. Refertur ibi mirifica eius fortitudo & audacia.

Iulianus, tempore Hieronymi poſt duas filiolas Fauſtinam vxorem extulit. Soror illi Vera, frater Auſonius fuit. Extat ad hunc Iulianum epiſtola Hieronymi.

Iulianus Diaconus, alius ab illo, ad quẽ ſimiliter extat Hieronymi epiſtola, in qua meminit ſororis ſuæ, vt in virginitate perſeuerantis.

Iulian⁹, Epiſcopus Capuanus, aduerſarius & obtrectator Auguſtini. De hoc Gennad:

Iuliano & Ammiano reſcribit Alexander Imp. 4. Cod. tit. 30.

Iuliano & Paulo, AA. & CC. ibi. tit. 31.

Iulianæ, matri Demetriadis virginis, ſcribit D. Auguſtinus.

Iulianus, Chaldæus Philoſophus, ſcripſit de Dæmonibus lib. 4. Ἀνθρώπων δὲ ὅσα φυλακτήρια πρὸς ἕκαστον μόριον, ὁποῖα τὰ τελεσιουργικὰ Χαλδαϊκά, vt Suidas.

Iulianus, ſuperioris F. cognomẽto Theurgos, ſcripſit & ipſe θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια δι' ἐπῶν, καὶ ἄλλα ὅσα τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης κρύφια τυγχάνει. Auctor idem Suidas.

Iulianus, Sophiſta, & alter hæreticus, memorantur ab eodem Suida.

Iulian⁹ Domitiani dux, vicit Dacos. Diõ.

Iuliana, virgo & Martyr, primum ab impio patre Africano torta, deinde a præfecto Enlaſio, ſub Maximiano Imp. Nicomediæ coronata, tranſlata paulo poſt in Campaniam. Colitur 16. Februarii.

¶ C. IVLIANIVS Iulius, cum Iulianiis filiis, refertur Inſcript. ant. pag. 428.

IVNII Bruti.

¶ Variat Cõſtantinus Manaſſes p. 45. & ſeq.

L. IVNIVS M. F. quem vna cum maiore natu filio Tarquinius Superbus occidit, primus omnium dictus cognomento BRVTVS, quod ſocordiam & amentiam, ſimularet, ſorore Tarquinii genitus, Reges expulit, ipſe primus Conſul factus eſt, an. V. C. ſecundũ Liuiũ & Dionyſium CCXLV. iuxta ſupputationẽ aliorũ an. CCXLIIII. Filios duos T. & Tib. ex Vitellia cõiuge, quod Tarquiniis reducẽdis ſtuderẽt, ſecuri percuſſit. Plura de illo referuntur cũ ab aliis hiſtoriæ Rom. conditoribus, tum ab autore virorum illuſtrium. Plutarchus in M. Bruto ſtatuã illi in Capitolio inter Reges ex ære politã ſcribit, ſtrictum enſem manu geſtantẽ, quod Tarquinios conſtanter eieciſſet. Poſidonius Philoſophus apud eundem Plutarchũ, filiũ aſſerit reliquiſſe ſuperſtitẽ, a quo deinceps familiæ poſteritas propagata ſit. Cõuenit Cicero Philipp. 1. L. Brutus, inquit, qui & ipſe regio dominatu rẽpub. liberauit, ad ſimilẽ virtutẽ, & ſimile factum ſtirpẽ iã prope in quingẽteſimũ annũ propagauit. Sed potior eſt apud nos ſentẽtia & auctoritas Dionyſii, qui ſine liberis illũ deceſſiſſe tradit, fuiſſeq; patricii generis, cęteros vero Iunios & Brutos, oẽs plebeios, nec vllos niſi plebeios magiſtratus geſſiſſe, donec tandẽ plebi Cõſulatu cõceſſo, illũ quoque honorẽ conſecuti ſunt. Nec diſcrepat Diõ lib. 44. q. de M. Bruto, Cæſaris percuſſore, cõmentũ iſtud populũ Rom. tradit, vt ad liberandã patriã veteris Bruti exẽplo is animaretur. Inter eos qui Romę collegis magiſtratũ abrogarũt, Brutus hic primus extitit. Qua de re explicãs Iulius Obſeq. ſub finem: Cõſtat, inquit, neminẽ, qui magiſtratum collegæ abſtulerat, annũ vixiſſe, &c.

D. Iunius Brutus Scæua, M. Equit. an V. C. CCCCXVI. decimotertio poſt Conſul Veſtinos cecîdit, agris illorũ vaſtatis, ac oppidis aliquot expugnatis. Liuius lib. 8.

D. Iunius Brutus Scæua, haud dubie ſuperioris F. Cõſul an. V. C. CCCCLXI. memoratur Liuio in fine li. 10. ¶ Vide an idẽ ſit, de quo Fragm. Sex. Põpeii p. 148. Nã indicatum ibi tempus pertinet ad ann. CCCCXLII.

D. Iunius Brutus, primus gladiatorium munus in honorẽ defuncti patris dedit an. V. C. CCCCLXXXIX. teſte Liuio lib. 16. Valerius Max. fratrem illi M. Brutum adiungit lib. 2. cap. 1.

D. Iunius Brutus, lectus Triumuir ad deducendam coloniam Sipuntum ann. V. C. DLX. P. Scipione Africano iterũ & T. Sẽp. Longo Coſs. Liuius 34. Idem puto fuit legatus App. Pulchri Cos. præpoſitus ab eodẽ oſtio Vulturni, cum cœpta eſſet obſideri Capua, ann. DXLII. Liuius 25.

D. Iunius Brutus, cognomẽto Callaicus,

Conſul

Conſul ann. V.C. DCXVI. Callecos & Luſitanos ad Oceanum vſq; domuit. Cũ exercitus fluuium Obliuionem tranſire nollet, raptum ſignifero ſignum ipſe tranſtulit, & ſequi ſe perſuaſit. Liuius 55. & 56. Accium Poetam familiarẽ habuit, ipſe Græcis Latiniſque litteris ſatis doctus, vt ſcribit Cicero in Bruto. Agit de eodem Valerius lib. 8. c. 15. Plin. lib. 36. c. 5. meminit templi ab eo conſtructi apud Circum ad Lauicanã portam eunti. Cicero loco proxime citato M. filium vocat, Velleius etiã A. prænomine, idque quemadmodum opinatur Carolus Sigonius, propter adoptionem. ſiquidẽ in veteribus aliquot nũmis argenteis legitur: A. Poſthumus Albinus Conſul, Bruti F.

M. Iunius Brutus, vir Prætorius & I. C. citatur Ciceroni officiorum & de Oratore 2. Tres de iure ciuili ſcriptos a ſe libros reliquit. Citatur etiam a Paulo vna cũ Manilio l. poſſideri ff. de acquir. vel amit. poſſeſs.

M. Iunius Brutus, Iureconſulti F. quod accuſationes factitaret, Accuſator dictus eſt. M. Cicero in Bruto & Off. 2. Craſſum Oratorẽ ob columnas marmoreas in iurgiis Venerem Palatinam vocauit. Plin. 36. c. 1. Cum contra Craſſum in quadã actione duos lectores excitaſſet, ille viciſſim tres induxit, totidem patris cõmentariis bonorũ decoctionẽ exprobrãtes. Cicero 2. de Oratore. Neſcio nũ idẽ ſit, qui deducta Capuã colonia, cũ omnibus ſuis in ea re ſociis periit, vt eſt apud Ciceronem cõtra P. Rullũ.

D. Iunius D. F. D. N. Brutus, vir Græcis litteris doctus & Latinis, Conſulatũ geſſit an. V.C. DCLXXVII. Meminit eius Cicero in Bruto.

IVNII Bruti Bubulci.

Iuniorũ familiæ Bubulcum nominauerũt, q bub' optime vteretur. Plin. li. 18. c. 3.

C. Iunius C. F. C. N. Brutus Bubulcus, vir reb. geſtis & honorib. clarus inter ſummos ciues enituit. Equitũ namq; magiſterium, Conſulatus 3. Dictaturas 2. & Cenſurã obtinuit. Vicit Æquos, deq; iis triumphũ duxit. Ædẽ Salutis, quã Cõſul vouerat, Cẽſor locauerat, Dictator dedicauit. Liu. 9. & 10.

C. Iunius Brutus Bubulcus, ſuperioris F. bis Conſulatu geſto, triumphauit de Brutiis & Lucanis, vt tradunt tabulæ Capitolinæ.

¶ M. Iunius Brutus, percuſſoris Cæſaris pater, Marianas partes ſecutus, a Pompeio victus, profligatusq; eſt. Poſt mortẽ Syllæ cũ Lepidus Cõſul bellũ redintegraſſet, Brut', qui Galliã Ciſalpinã Lepidi nomine tenebat, a Põpeio Mutinæ obſidione clauditur, & quidẽ arcta ac diuturna: in qua ſiue ſpõte, ſiue animos militũ mutatos cernens, ſuã militumq; ſalutẽ Pompeio cõmiſit. Dimiſſus inde, cũ ad Padũ perueniſſet, poſtridie per Geminiũ Pompeii iuſſu interemtus eſt, non ſine ſugillatione Pompeii, vt qui perfide & crudeliter virũ occidiſſet. Cicero Brutũ hũc nõ modo acutũ Oratorẽ, ſed etiã iuris publici & priuati peritũ fuiſſe refert. Vxorẽ habuit Seruiliã, Catonis ſororẽ, parũ ſane pudicã, ex qua filiũ M. Brutũ & duas filias Iunias ſuſcepit. Harũ altera M. Lepidi Triũuiri coniunx, Lepidiq; iunioris mater extitit, altera C. Caſſio nupta 64. annis fratri ſuperſtes fuit, teſte Tacito in fine 3. Vita tertia fuerit, in quam iocatus eſt Cicero (locus eſt apud Macrobium lib. 2. Saturnal. capite 2.) non facile dixerim.

M. IVNIVS BRVTVS, vir ſummæ grauitatis, & ſi vnũ eius facinus excipias, quo ſe ſuoſq; perdidit, cætera valde bonus & laude dignus. Exorto bello ciuili, Pompeiũ quãquam patris interfectorẽ, q tamẽ partes illius iuſtiores ſtatueret, ſecutus eſt. A pugna Pharſalica nõ tantũ conſeruatus a Cæſare, verũ etiã inter amicos habitus, Galliã Ciſalpinã obtinuit, idq; per tẽpus belli Africani. Poſt Cęſaris ex Hiſpania reditũ vrbana Pręturа ornatus, per Caſſiũ, dolentẽ ſibi primũ locũ denegatum, ſeductus, in Cæſaris necẽ conſpirauit. Qua patrata cũ in vrbe ſe tuto non fore videret, fuga ſibi cum cæteris cõiuratis cõſuluit, nec multo poſt comparatis exercitibus, cum Caſſio in Philippis ab Antonio & Cæſare victus, necem ſibi cõſciuit, annos natus quadraginta. Vxor illi fuit Porcia, Catonis auunculi filia. Ipſe ab auunculo Cn. Seruilio Cępione adoptatus, Cn. Cępio Brutus appellatus eſt. etſi Philipp. 10. pręnomẽ illi nõ Cn. ſed Q. datur. De ſtudio eius erga Philoſophiã, & de dicẽdi genere, quod amauit elegans & breue, legantur Cicero, Quintilianus & Plutarchus in eius vita. Scripſit epitomẽ Polybii, ſimiliter annaliũ Cælianorũ, ſed & epiſtol. Græcas reliq., quæ adhuc extant. Vide Suidam Βροῦτος.

¶ D. IVNIVS BRVTVS ALBINVS, & ipſe vnus ex percuſſorib. Cæſaris, poſt pugnam Mutinensẽ, cũ proſequi vellet Antoniũ, deſertus a legionib. Antonii iuſſu cæſus eſt, cũ eſſet Cõſul deſignatus, & a Cæſare inter ſecũdos hęredes adſcript'. Fuſius de hoc egimus in enarratione lib. 11. epiſt. Ciceronis.

L. Iunius Brutus, cæſus eſt a Pompeio Lilybei in diſſenſione Mariana. Liuius 89.

L. Iunius Brutus, Eques Romanus, cuius cum patre Cicero amicitiã ſibi fuiſſe ſcribit, epiſtolarum 13. ad Acilium.

Iunius Brutus, Philippenſis amator pueri, cui ex ſe cognomentum dedit. Plinius 34. cap. 8.

Ivnii alii, ſecundum cognomenta digeſti.

Iunio Auito L. Aproniano Coſſ. edictum a D. Auguſto propoſitum ſcribit Paulus I.C. Pand. 48. de quæſtionibus.

Iunii Auiti, Ædilitatis candidati, obitum deflet Plinius epiſtolarum lib. 8.

P. Iunius P.L. Aptus, cum Valeria Maxima vxore, memoratur Inſcript. ant. pagina 75.

Iunius Balbus, Gordiani ſenioris A. in Metia filia gener. Capitolinus.

Iunius Baſſus, homo inprimis dicax, aſinus albus dictus. Quintilianus lib. 6. cap. 4. Quærente Domitia Paſſieni, quod incuſans ipſius ſordes, calceos eam veteres diceret vendere ſolere: non Hercules, inquit Baſſus, hoc vnquam dixi, ſed emere te ſolere. Ibidem.

Iunius Blæſus, auunculus Seiani, Proconſul Africæ, ornamenta triumphalia cũ appellatione imperatoria meruit. Vide Paterculum & Tacitum in fine 3. Filium ſuperſtitem reliquit. Meminit Suidas Ἀσίνιος.

Iunius Blæſus F. vt opinor, Lugdunenſis Galliæ rector, in vrbe iuſſu Vitellii veneno tollitur: cuius & vox audita eſt, cum extinctum ſpectaſſet, ſe pauiſſe oculos, ſpectata inimici morte. Fuit autem hic Blæſus ſuper natalium claritudinem, & morum elegantiam, fide firma & integra. Cornelius Tacitus libr. 19.

Iunius Broechus, præfectus Illyriei ſub Claudio II. A. Trebellius Pollio.

Iunius Calphurnius Cato, Imperatori ad memoriam dictabat. Vopiſcus.

Iunia Caluina, quæratur in Syllanis.

Iunius Cerealis, filiũ habuit Iunium Simonidẽ, cui Hadrianus Imp. rogatus hæreditatem ex fideicommiſſo reſtituit. Pandect. 36. ad SC. Trebel.

Iunius Cæſonius Nicomachus, quæratur in memor. antiquis pag. 216.

Iunius Colo, procurator Claudii. Tacitus lib. 12. Dioni eſt Ἰούνιος Κίλων. Cilones autẽ vocari homines anguſti capitis & longi, auctor eſt Velius Longus.

Iunius Cordus, Hiſtoricus, reprehenditur a Capitolino tanquam friuolarum rerum perſecutor, in Maerino & Albino.

Ivnios Corvncanos Camerio in vrbem veniſſe, docet Claudius Cæſar apud Tacitum lib. 11. Cæterum P. & T. Iunii Coruncani, legati P. R. ab Teuca, Illyriorum regina, interemti ſunt, quibus ob id ſtatuæ publiee poſitæ. Plinius 34. cap. 6. T. etiam Conſul fuit per bellum Tarentinum anno vrbis conditæ CCCCLXXIII. egitque triũphum de Volſinienſibus Hetruriæ populo. Præterea primus ex plebe P. M. creatus eſt, Liuius 18. Velleius Patereulus volumine poſteriore ſub finem, Polybius & tabulæ Capitolinæ, quæ etiam Dictatorẽ fuiſſe traduntan. DVII.

¶ Iunii Diophanti epiſtola ad Pomponium I.C. ſubiicitur ab ipſo Pomponio. ff. de minoribus 25. annis L. 50.

Iunius Donatus, præfectus vrbis ſub Valeriano fuit.

¶ Iunio Epigono Chreſtus lib. patrono b.m. de ſe. Hæc inſcriptio extat Romæ in æde S. Mariæ de cælis. Inſcript. ant. pagina 309. Refertur & a Carolo Sigonio.

¶ Iunia Fadilla, proneptis Antonini, deſponſata Maximino iuniori, quam poſtea accepit Toxotius, eiuſdem familiæ Senator, qui periit poſt Præturam. Capitolinus in Maximino iuniore.

Iunius Fauſtinus, Præfectus vrbis ſub Diuis fratribus, quem & amicum ſuũ vocant, Pandect. 49. de appellationibus & relationibus.

Ivnii Galliones.

Iunius Gallio, pater, ſubinde citatur a Seneca, vt nobilis declamator. Meminit eius etiam vt Oratoris Fabius, quẽ de Rhetoriea nonnihil ſcripſiſſe tradit lib. 3. capite 1. Plerique illius eſſe putant libros ad Herennium. De hoc ipſo forte Cicero ad Att. lib. 11. epiſtola, Cephalio mihi: Gallionis, inquit, hæreditatem creui. Gallionis tinnitus improbantur apud Taeitum, quemadmodum Mœcenatis ealamiſtri, in de claris Oratoribus.

Iunius Gallio, ſub Tiberio ob adulationem importunam euria & Italia exactus, deinde in vrbem retractus, in domib. magiſtratuũ cuſtodiæ mancipatur. Corn. Tacitus lib. 5.

Iunius

Iunius Gallio, Procõſul Achaiæ ſub Claudio, vel certe ſub Nerone aſſeritur Act. c. 18. Gallionẽ, fratrẽ Senecæ, q̃re in Annæis.

Gallio citatur a Plinio libr. 1. in nomenclatura lib. 20. Orator ne ille pater, an filius, an alius, incertum.

Iuniæ Geminæ M.F. Hæc inſcriptio extat Romæ in Eccleſia S. Benedicti. Inſcrip. ant. pag. 395.

Iunius Gracchus, aduocatur Varroni lib. 5. de ling. Lat.

Iunius Gracchanus I.C. citatur Pand. 1. de off. quæſt. ſcripſit de poteſtatibus. Meminit Cenſorinus cap. 20.

Iunius quidam, Gracchanus ab amicitia C. Gracchi dictus. Plinius 33. cap. 2. Citatur vt ſcriptor.

¶ Iunius Haſta, refertur Paulo Pand. ad legem Corn. de ſicariis, vtpote ad quẽ data ſit Conſtitutio D. Hadriani.

¶ D. IVNIVS IVVENALIS, Poeta, Satyrarum ſcriptor, patria fuit Aquinas. Floruit ſub Domitiano. Quidã auctores ſunt, illũ ad Neruæ & Traiani tẽpora perueniſſe, cõtra nõnulli per ſpeciem honoris in vltimas Ægypti partes remotum a Domitiano, ibidẽ periiſſe tradunt. Vide Suidam. Cultum magnopere a Martiale teſtatur epigrãma:

Cum Iuuenale meo quæ me committere tentas:
Quid non audebis perfida lingua loqui?

¶ Iunius Lupus, Senator ſub Claudio, cui ob intentatam accuſationem Vitellio aqua & igni interdictum eſt. Tacitus 12.

Iunio Lupo reſcripſit Imp. vt habet Vlpianus ff. 28. de vulg. & pup. ſubſtitutio. l. 2.

¶ Iunius Marullus, Conſul ſub Nerone. Corn. Tacitus lib. 14.

Iunius Mauricus & Iunius Ruſticus fratres fuere, quorum prior vir grauis & conſtans, Neruæ Imperatori, quod Catullum Meſſalinum, ſæuiſſimũ Senatorẽ, foueret, exprobrauit. Nã a Domitiano in exilium pulſus, principatu eius redierat, vt Plin. lib. 1. epiſt. 5. De vtroq; idem Plinius epiſtolarum 4. ad Sempronium.

Iunio Mauricio reſcripſit D. Pius Pand. 36. Vt legatorũ ſeu fideicommiſſi nomine caueatur.

Iunium Maximum, rectorem Dalmatiæ ſub Domitiano, celebrat Statius Syluarum 1. Laudat inibi ſtudia eius, atque etiam patrem, qui Sarmatas repreſſerit.

M. Iunius Maximus, Conſul ſecundum ſub Diocletiano, collega Velii Aquilii, vt liquet ex inſcriptione vetuſta, quæ extat apud Volaterranum lib. Philologiæ 29. ſub finem. Fuit & præfectus præt. ſub eodem principe.

Iunius Meſſala, Conſul ſub Probo anno V.C. MXXX. Huius F. opinor, omne patrimoniũ in ludos ſcenicos profudit. Vopiſcus in Carino.

L. IVNIVS MODERATVS COLVMELLA, temporibus Claudii ſcripſit de vniuerſa re ruſtica lib. 12. ad P. Syluium. Scripſit item librum luſtrationum, ſacrificiorum priſcorum pro frugibus, & libros aduerſus Chaldæos & aſtrologos, vt fatetur 11. c. 1. Genere fuit Gaditanus, quod cũ in aliis locis, tũ potiſſimum lib. 10. teſtatur, ſic canens:

Et mea, quam generant Tarteſſi littora Gades.

Meminit Senecæ, meminit Cornelii Celſi ſæpius & honorifice, vt coætanei ſui. De patruo ſuo, M. Columella, agit lib. 2. capite 16. lib. 5. cap 5. lib. 12. cap. 21. & 43.

M. Iunius Montanus, cum Vlpia Moracina cõiuge, refertur in antiquis inſcriptionibus pag. 263.

¶ Iunius Nouatus, e plebe vir, pecunia ab Auguſto mulctatus eſt, quod Agrippæ iuuenis nomine aſperrimam de ſe epiſtolã in vulgus edidiſſet. Suetonius.

Iunius Otho, refertur a Seneca inter declamatores ſuæ ætatis. Scripſit quatuor libros colorum, quos Gallio ſolitus eſt Antiphontis libros vocare, tantum in illis ſomniorũ eſſe. Seneca Declamat. 2. declam. 1. Idem lib. 2. Contr. 1. in eundem venuſtũ Scauri iocum habet. Cum illi ludum litterarium exercere vetus ars eſſet, Seiani potentia, Senator, Tiberii fauore etiam Prætor factus eſt. Tacitus lib. 3.

Iunius Otho, fors F. Trib. pl. ſub finem Tiberii vitæ damnatur exilio. Tacitus 5.

¶ Iunius Palmatus, ſub Alexandro in Armenia rem feliciter geſſit. Lampridius in Alexandro.

L. Iunius Parietus, adhæſit Cæſari in bello ciuili. Meminit eius Cicero Epiſtolarum lib. 6 ad Leptam, & 12. ad Atticum prima, & Cæſar Commentario ſexto. Neſcio, an idem ſit, qui Cælio epiſt. 9. & lib. epiſtolarũ 12. epiſtola 15. Ciceroni Patiſcus vocatur, quomodo & apud Appianum lib. 2.

Iunius Paulinꝰ, aſſentator Caracallę. Diõ.

D. Iunius Pera & N. Fabius Pictor, Conſules an. V.C. CCCCLXXXVI. bis in eo magiſtratu triumpharũt, primum de Saſſinatibus, dein de Salentinis Meſſapiiſque, vt habent tabulæ Capitolinæ.

M. Iunius Pera, Conſulatum adminiſtrauit ann. V.C. DXXIII. Quinto anno poſt obiuit Cenſuram cum Claudio Centone. dein anno 9. ann. vero V.C. DXXXVII. Dictator ex auctoritate patrũ dictus, accepta clade apud Cannas 8. millia ſeruorum publice empta armauit, Magiſtrum Equitũ T. Sempron. Gracchũ, Conſulẽ creauit. Liuius lib. 22. Valerius lib. 7. cap. 6.

T. Iunius Philopœmen, quod patronũ ſuum in proſcriptione Triumuirali occultaſſet, ab Auguſto Cæſare equeſtri dignitate ornatus eſt, Sueton. & Dion, qui lib. 47. T. Iunio patrono coniugem fuiſſe ſcribit Tanuſiam, eius conſilii authorem.

Iunius Piſciculus, proſcriptus a Triumuiris, quomodo per libertum ſeruatus ſit, narrat Appianus lib. 4.

Iunius Piſciculus, Eques Rom. qui ad ædem Felicitatis vnam Theſpiadũ amauit, vt ex autoritate Varronis tradit Plinius lib. 36. c. 5. Diuerſus ne ſit a ſuperiori, an idem, nondum ſatis compertum habeo.

IVNII Pœni Brutorum fuere gentiles, vt Cicero in Bruto.

M. Iunius Pœnus, Ædilis plebis ann. V. C. DXLIX. Scipione Africano ſecundum Conſule, quadriennio poſt Præturam & vrbanam iuriſdictionem obtinuit. Liuius 29. & 30.

M. Iunius Pœnus, Prætor an. vrb. cond. DLXXXI. ſexto anno poſt Conſul Piſas ſortitus eſt, Q. Ælius collega Galliam tenuit. Ambo ſimul agrum Ligurum populati, nullam rem memorabilem geſſerunt. Pœni & Ælii Cõſulatus meminit Cic. in Brut.

M. Iunius Pœnus, Trib. pl. M. Lepido L. Oreſte Coſſ. (is erat an. V.C. DCXXVII.) & in eo honore aduerſarius C. Gracchi, mortuus eſt Ædilitius. Vide Ciceronẽ in Bruto.

L. Iunio L. F. Sabatina Pollioni Aromario, &c. L. Iunius L. F. Syuaricus Aromar. fratri optimo pientiſſimo fecit. Manutius in Orthographia in voco Pollio.

¶ Iunius Poſthumius, vnus ex 30. Tyrannis ſub Gallieno, qui Gallias per ſeptem annos tenuit, interemtus demum a Lolliano. Filium habuit eiuſdẽ nominis, qui vna cum patre periit, acutus & diſertus declamator. Trebell. Pollio.

Iunius Priſcus, Prætor ſub Caio, accuſatus quidem aliis de rebus, propter opes periit. Cuius innocentiam cum poſtea cõperiſſet Caius, mirificam vocem emiſit, deceptum ſe dicẽs, & fruſtra periiſſe, cum viuere illi licuiſſet. Dion lib. 58.

L. Iunius Pullus, Conſul an. V. C. DXL. bello Punico primo, quod neglectis auſpiciis claſſem tẽpeſtate amiſiſſet, damnationis ignominiam voluntaria morte præuenit. Valerius 1. cap. 4.

¶ Iunius Quintilianus, Conſulatũ geſſit cum Sex. Nonio Celere ſub D. Claudio, teſte Frontino.

¶ Iunio Rufino, Procõſuli Macedoniæ, reſcripſit Hadrianus. Extat eius epiſtolæ fragmentum Pand. 22. tit. de teſtibus, ſumtũ ex libro Calliſtrati de cognitionibus 4.

Iunius Rufinus, præfectus vigilum ſub Seuero & Anton. qui illi reſcripſere, teſte Vlpiano de off. Prætoris.

Iunius Ruſticus, componendis patrum actis delectus eſt a Tiberio. Corn. Tacit. 5.

Iunius Ruſticus, cæſus eſt a Domitiano, quod Thraſeæ, Pæti & Heluidii Priſci laudes edidiſſet, appellaretq; eos ſanctiſſimos viros: cuius criminis occaſione idem Imperator Philoſophos omnes vrbe Italiaque ſummouit. Auctor Suetonius: a quo vt Tacitus variare videatur, oſtendimus in Ruſtico Aruleno & Herennio Senecione. Habet inſigne eius factum Plutarchus de curioſitate. ¶ Cæterum proculdubio idẽ eſt cum Ruſtico Aruleno, vt nomen tantummodo diuulſum, & integrum ſtatuamus, L. Iunius Arulenus Ruſticus. Sequitur eandẽ ſententiam I. Lipſius.

Iunius Ruſticus, Stoicus, alius ab ſuperiore, præceptor Antonini Philoſophi, domi militiæq; multũ potuit, quẽ idẽ Imperator cũ primis reuerebatur, omnia illi cõſilia & publica & priuata communicans, cui ante præfect. præt. oſculũ dabat, quẽ & Conſulẽ iterũ deſignauit, & poſt obitũ ſtatuas illi a Senatu poſtulauit. Capitolinus. Citatur ff. lib. 49. tit. 1. l. 1. vt præfectus vrbis.

Iunia Ruſtica D. F. Sacerdos perpetua & prima in municipio Cartimitanorũ, refertur vna cũ C. Fabio Fabiano marito & C. Fabio Iuniano F. Inſcript. ant. pag. 9.

Iunius Saturninus, citatur vt ſcriptor a Suetonio in Auguſto.

Iunius Seuerus, cõtubernalis Commodi miſſus eſt ab illo ſucceſſor in Britanniã Clodio Albino. Capitolinus.

Iunius Subura, citatur a Varrone libr. 4. de ling. Lat.

IVNII Syllani.

M. Iunius Syllanus, præfectus Neapolitanorum

¶ Nomen Syllanus ſcribunt alii i. Lat. & I vno, vt ſit a Silo, non a Sylla.

tanorum in bello Punico ſecundo fuit. Inde Prætor creatus in annum V. C. DXLII. Conſulibus, geſturis in Hannibalem bellum, adiunctus eſt, datus poſtea collega & adiutor P. Scipioni Africano, cunti cum proconſulari imperio in Hiſpaniam. Periit demum in pugna contra Boios, cum eſſet Præfectus ſub M. Marcello Conſule.

D. Iunius Syllanus, homo ſapientiæ cõpoſitiſſimæ, Magonis Pœni 28. volumina de Agricultura, exciſa Carthagine, iuſſu Senatus in Latinam linguam tranſtulit. C. Plinius lib. 18. cap. 3.

D. Iunius Syllanus, adoptatus a D. Syllano e Manlia familia, quod Prætor Macedoniam prouinciam ſpoliaſſet, damnatus a patre T. Manlio Torquato, qui cum Cn. Octauio Conſulatum geſſit, ſuſpendio vitam finiuit. Liuius 54. Valer. Max. 5. cap. 4. Pertinet eodem locus Ciceronis lib. 1. de Finibus.

M. Iunius Syllanus, Conſul anno V. C. DCXLIIII. victus eſt a Cimbris in Gallia. Eo nomine cum eſſet accuſatus a Trib. pl. Cn. Domitio, pleniſſime abſolutus eſt. Liuius 65. & Aſcon. Pedianus.

L. Iunius Syllanus, Proconſul an. V. C. DCLXXVIII. memoratur C. Plinio naturalis hiſtoriæ lib. 2. cap. 35.

D. Iunius Syllanus M. F. teſte Dione, Conſulatum geſſit cum L. Muræna anno V. C. DCXCI. vitricus M Bruti. habuit enim Seruiliam, Catonis ſororem, Bruti matrem, coniugem, vt tradit Plutarchus in Catone. Deceſſit per tempus belli ciuilis, certe ante Hirtium & Panſam Coſſ. vt liquet ex Philippica 2.

M. Iunius Syllanus, Cæſaris in Gallia legatus, vt habet eius belli cõmentarius 6. Poſt cædem Cæſaris cum M. Lepido in Galliam conceſſit, indeque per obſidionis Mutinæ tempus cum parte copiarum in Italiam a Lepido miſſus, non ignarus quid ſentiret Lepidus, ad Antonium ſe contulit. Non multo poſt Lepidus Ciceroni ſcribens, Syllanum & Culeonem diſceſſiſſe ab Antonio memorat, quibus ille quidẽ ignouerit, ſed quos in caſtris non habeat, neque vlli negotio præfecerit. Hac Lepidi notatione, ſeu alia maiori quapiam iniuria irritatus, ad Pompeium in Siciliam ſe contulit: vnde facta inter Pompeium & Triumuiros pace, cum multis aliis in vrbem rediit, quem Cæſar Auguſtus, geſturus Conſulatum nonum, collegam ſibi aſſciuit in annum V. C. DCCXXIX.

¶ Dion lib. 46. Plutarchus in Antonio.

C. Iunius Syllanus C. F. authore Dione, Conſul itidem ſub Auguſto fuit ann. V. C. DCCXXXVII. Arbitror Marci fratrem patruelem fuiſſe. Fueritne hic Creticus ille, quem præpoſitum Syriæ Tiberius amouit, vt Piſonem Germanico infeſtum ſubſtitueret, ignoro.

C. Iunius Syllanus C. F. M. N. Conſul ſub Auguſto ann. V. C. DCCLXII. Poſtulatus repetundarum ab Aſianis, quorũ Proconſul fuerat, a Tiberio in exilium actus eſt. Tacitus lib. 3. Soror illi fuit Torquata. De hac opinor intelligendam inſcriptionẽ apud Io. Bar. Marlianum lib. 4. P. Corn. P. F. Dolabella Coſ. C. Iunius C. F. Syllanus Flamen Martialis ex S C. faciund. curauerunt, idemque probauerunt.

M. Iunius Syllanus, vir nobilis & eloquens, Conſul ſub Tiberio anno V. C. DCCLXXI. Proconſul Africæ ſub Caio, cuius etſi ſocer eſſet, collocata ipſi Iunia Claudilla F. tamen ab eodem ad mortem, ſecandaſque nouacula fauces, adactus eſt. Auctores ſunt Suetonius, Tacitus, Dion, item Philo de legatione ad Caium.

D. Iunius Syllanus, M. frater, & in nepte Auguſti adulter, in voluntarium conceſſit exilium, rediitque ſub Tiberio per preces fratris. Corn. Tacitus lib. 3.

APP. IVNIVS SYLLANVS, ducta Aemilia Lepida, Auguſti pronepte, M. & L. Iunios Syllanos ex ea ſuſtulit. Conſulatu geſto ſub Tiberio ann. V. C. DCCLXXX. ab Imp. Claudio, cuius conſocer erat, occiſus eſt. Vide Dionem lib. 60. vbi ex Hiſpania reuocato collocatã a Claudio Meſſalinæ vxoris matrem tradit. Hæc eſt Lepida, amita Neronis Imp. de qua alibi a nobis dictum.

M. Iunius Syllanus, Auguſti abnepos, eodem anno in lucem editus, quo Auguſtus exceſſit, vir Conſularis, tam manſuetus & ſegnis fuit, vt C. Cæſar auream pecudem appellare ſolitus ſit. Sublatus eſt per venenum fraude Agrippinæ, matris Neronis, cum Aſiam ex Conſulatu ſortitus adminiſtraret. Tacitus 13.

L. Iunius Syllanus M. F. deſtinatus a Claudio gener, per dolum Agrippinæ ab affinitate depulſus, ipſo die nuptiarũ Claudii & Agrippinæ mortem ſibi conſciuit. Tacitus 12.

IVNIA CALVINA M. & L. ſoror,

Auguſti & ipſa abneptis, per Agrippinam Italia pulſa, & poſt eius interitum a Nerone reſtituta, vitam ad extrema Veſpaſiani tempora produxit.

Duo Iunii Syllani, fratres, Auguſti atnepotes, & ſoror Lepida, atneptis, ex ſuperioribus deſcendere, haud dubie M. liberi. Torquatus, alter fratrum, a Nerone ad interſcindendas brachiorum venas cõpulſus eſt. Tacitus 15.

L. Syllanus, Torquati fratre genitus, Auguſti trinepos, a Nerone primum cum amita Lepida pulſus vrbe, deinde occiſus eſt. De patre nihil vſquam præterea legimus. Fuſius de hiſce Syllanis, Auguſti poſteris, in gentis Cæſarum deſcriptione diſſeruimus.

D. Iunius Syllanus, fors App. F. M. fr. ſed ex alia matre, Conſulatum geſſit ſub Claudio, ann. V. C. DCCCV.

Iunia Syllana, D. ſoror vel F. genere, forma & laſciuia inſignis, C. Silii coniugio per Meſſalinam, quæ Silium adulterum deperibat, pulſa, & ab Agrippina in exilium acta, in eodẽ deceſſit. Tacitus 13. & 14.

Tres Syllani, Conſules ordinarii ſub Commodo leguntur fuiſſe, anno videlicet V. C. DCCCCXL. & DCCCCXLI. haud dubie gentis Iuniæ. Lampridius tamen in vita Commodi, Seruilium & Dulium Syllanos cum ſuis, ſi modo locus recte habet, occiſos a Commodo tradit.

Iunius Syllanus, Conſul ſub Maximino fuit, autore Capitolino.

Syllano reſcribunt Valerius & Gal. AA. 9. Cod. tit. 45. ad S C. Turpill.

Syllano alii AA. & CC. 6. Cod. tit. 57.

¶ Iunius Tertullus, præfectus fuit vrbi ſub Conſtantino.

Iunio Tertulliano reſcripſerũt Seuerus & Anto. Pand. 38. ad S C. Tertul. & Orph.

Iunius Tiberianus, bis Conſul, primum ſub Probo A. iterum ſub Diocletiano, & Præfect. vrbi ſub eodẽ. Vopiſcus in Aurel.

Iunius Toxotius, ducta Iunia Fadilla, Prætorius periit. Scripſit poemata. Capitolinus in Maximinis.

Iunius Toxitius, homo paganus, ex Paula coniuge quam tantopere laudat Hieronymus, ſuſtulit Blæſillam, Paulinam, Ruſinam, Euſtochium, quæ & Iulia dicta eſt, filias, & Toxotium filium.

Iunius Toxotius F. Lætam vxorem duxit, ex qua ſuſcepit Paulam, Paulæ ſuperioris neptem, & ipſe primum paganus.

¶ A. Iunius Valens, Centurio in prætorio Auguſti prodigioſe fortitudinis, de quo vide Plinium lib. 7. cap. 20.

Iunius Vergilianus, Senator, occiſus a Claudio. Tacitus in fine 11.

Iunius Zeno, vixit ſub Marco Imp. Pand. 28. tit. 4.

IVNII ſine cognomentis.

L. Iunius, homo ſeditioſus & loquax, quique cognominari Brutus volebat, populum aduerſus Patres inſtigauit, cum in ſacrum montem ſeceſſiſſet, factus ob id poſtea Trib. pl. Dionyſius 6.

Q. Iunius, Tribunus plebis anno V. C. CCCXVI.

M. Iunius, vnus ex captiuis, quos Hannibal in pugna Cannenſi victos in deditionem accepit, legatus Romam pro redimẽdis captiuis miſſus, orationem in Senatu habuit. Vide Liuium 22.

M. & P. Iunii, ſimul Tribb. pleb. anno V. C. DLIX. legem Oppiam vna cum Catone Coſ. nequicquam tutati ſunt. Liuius initio 34. M. Prætor quadriennio poſt, vtramque iuriſdictionem obtinuit, P. exercitum nouum in Thuſcos ſcribere iuſſus eſt. M. etiam Conſulatu potitus eſt anno V. C. DLXXVI. Liuius 36. 40. & 41.

C. Iunius, Prætor, opera L. Quintii Trib. pl. damnatus inique, quaſi pecunia corruptus innocentem iudicio circumueniſſet. Cicero pro A. Cluentio.

C. Iunius F. illi fuit, cuius pueri lachrymis P.R. commotus, L. Quintii legem abrogauit. Cicero ibidem.

P. & M. Iunii, fratres, memorantur Ciceroni Verrinarum 3. P. filium pupillum reliquit, cui L. Rabonius tutor, C. Muſtius vitricus fuit.

Q. Iunius, inter ſuæ tempeſtatis iudices refertur a Cicerone in Verrinis.

T. Iunius L. F. P. Seſtium, Prætorem deſignatum, accuſauit ambitus, peregitq;. Honoribus longius proceſſiſſet, niſi ſemper infirma atque etiam ægra valetudine fuiſſet. Cicero in Bruto.

M. Iunius, Prætor cum Q. Publicio, apud quos M. Cicero D. Matrinium ſcribam defendit. Cicero pro Cluentio. Idemne an alius, neſcio, Prætor Aſiæ, cũ de prædonibus, qui ceperant Cæſarem, negligentius ageret, Cæſar ipſe ſupplicium de illis ſumſit. Plutarchus in vita Cæſaris.

T. Iunius, ex prætoria familia natus,

auo

auo materno ex proſcriptis, prima militia valde infamis fuit. Caluiſii Sabini vxorem, quæ per noctem militari habitu ſitum caſtrorum viſebat, in ipſis principiis ſtuprauit. Proinde iuſſu C. Cæſaris oneratus catenis, mox mutatione temporum dimiſſus, curſu honorum inoffenſo legioni poſt Præturam præponitur, probatusq́; ſeruili deinceps probro reſpergitur, tanquam ſcyphum in conuiuio Claudii furatus. Cui Claudius poſtero die ſoli omnium fictilibus miniſtrari iuſſit. Proconſulatu Galliam Narbonenſem ſeuere integreque rexit. Mox ſub Galba claſſiariorum dux & legatus, deinde in Conſulatus collegiũ aſſumtus, cum eodem periit, homo callidus, audax, promptus, & prout animum intendiſſet, prauus aut induſtrius. Teſtamentum ob magnitudinem opum irritũ fuit. Tacitus lib. 16. Plutarch. in Galba T. Ouinium vocat, haud dubie mendoſe.

Iunius, vir equeſtris ordinis. De hoc Suidas.

Iunia, M. Marcelli, Conſularis viri, coniunx, refertur Ciceroni epiſt. 15.

Iunia, Scriboniani Camilli vxor, memoratur Cornelio Tacito lib. 12.

¶ IVNIANVS Modeſtus, homo libertinus, refertur Inſcriptionum antiquarum pag. 487.

¶ IVSTO reſcribunt AA. & CC. 8. Cod. tit. 51.

Iuſtus, pater Iuſtinæ A. Valentiniani primi coniugis, de qua ſomnium ſuum cum narraſſet pater, iuſſu Conſtantii occiſus eſt. Tripartitæ 8. cap. 11. Idem opinor Conſul fuit cum Conſtantino an. V. C. MLXXX.

Iuſta & Rufina, Martyres, Hiſpali a Diogeniano Præſide necatæ 18. Iulii.

¶ IVSTEIVS Tertullus, præfectus vrbi ſub Diocletiano.

¶ IVSTIA Nepolia mater, Iuſtia Præſidia filia, Inſcriptionum antiquarum pagina 188.

¶ IVSTINI & IVSTINIANI, Imperatores. De horum rebus geſtis cum alii, tum Sigonius & Onuphrius Panuinius conſulendi.

IVSTINVS, redegit Pompeii Trogi 44. voluminum hiſtoriam in epitomen, omiſſis, vt ipſe loquitur, quæ nec cognoſcendi voluptate iucunda, nec exemplo neceſſaria eſſent. Vixit ſub Antonino Imp. quippe cui idem opus inſcripſerit.

Iuſtinus, Philoſophus, poſt religionem Chriſtianam amplexus. De hoc Suidas, Hieron. de vita ſcriptorũ Eccleſiaſt. & alii.

Iuſtino reſcribitur ab AA. & CC. 9. Cod. tit. 19.

Iuſtinæ 5. Cod. tit. 16.

IVSTINA Auguſta, coniunx Valentiniani I. decus pulchritudine Trip. 8. ca. 11.

Iuſtus & Iuſtinianus, fratres, quorum ille a Iuſtino iuniore cognato, quod vir ſtrenuus eſſet, occiſus eſt: hic ſub Tiberio præfectus Orientis res magnas geſſit. Nicephorus 18. cap. 2.

Iuſtinianus, Epiſcopus Siciliæ ſub Iuſtiniano Imp.

¶ M. IVVALLIVS Licinianus, refertur Inſcript. ant. pag. 10.

¶ IVVENALI reſcribitur a Gordiano A. 1. Cod. de iuris & facti ignorantia.

Iuuenalis (Ἰουβενάλιος) Epiſcopus Hieroſolymorum.

IVVENTII.

Iuuentiorum familia nobilis & Conſularis ex municipio Tuſculano Romam venit. Teſtis eſt M. Cicero pro Cn. Plancio.

T. Iuuentius Talua, Prætor anno V. C. DLXXXVIII.

M. Iuuentius Talua, Trib. pl. an. V. C. DLXXXVIII. Prætor triennio poſt, Conſul an. DXCI. De hoc vide Valerium Max. lib. 9. cap. 12. & Plinium 7. cap. 53.

¶ M. Iuuentius, Prætor, cum toto exercitu cæſus a Pſeudophilippo in Macedonia. Florus lib. 50. Accidit hæc clades tempore belli Pun. tertii.

T. Iuuentius, Orator tempore Marii. meminit eius Cicero in Bruto; *Nimis ille*, inquit, *lentus in dicendo, & pene frigidus, ſed & callidus, & in capiendo aduerſario verſatus, & præterea nec indoctus, & magna cum iuris ciuilis intelligentia.* Auditor eius fuit P. Orbius, Ciceronis fere æqualis. Cicero ibid.

¶ M. Iuuentius Pedo, vir grauis, & iudex ſeuerus. Cicero pro A. Cluentio.

C. Iuuentius, auditor in iure ciuili Q. Mutii. Pand. de orig. iuris. Opinor eundem eſſe cum ſuperiori.

¶ M. IVVENTIVS LATERENSIS, accuſauit Cn. Plancium, a quo victus erat in petitione Aedilitatis, defendente illum Cicerone, a quo tamen vt amicus impenſe laudatus eſt. Occidit ſe ipſe poſt pugnam Mutinenſem, cum a Lepido, ſe diſſuadente, recipi M. Antonium videret.

Plancus ad Ciceronem, Paterculus. Cicero pro Cn. Plancio indicat, huic vtrumque genus Conſulare fuiſſe.

L. Laterenſis, vt opinor, ex Iuuentiis, Prætor appellatus pro Q. Caſſio, qui putabatur interemtus. Belli ciuilis comment. 4.

¶ Iuuentius Celſus, coniurationem aduerſus Domitianum faciens, euaſit, Traiano carus, Conſul, puto, ſub eodē, demumque ſub Hadriano ex decreto Senatus, quod Imperatoris necē moliretur, Baiis interemtus. Auctores Spartianus & Dion.

P. Iuuentius Celſus F. bis Conſul fuit, ſemel cum Q. Iunio Balbo ſub Hadriano teſte Vlpiano Pand. 5. de petitione hæreditatis, iterū cum Neratio Priſco. Profeſſione Iuriſconſultus fuit, ſcripſitq; 39. digeſtorum libros, inſtitutionum 20. & epiſtolarum 13. Pomponius & patrem Iuriſconſultum facit. De eadem re hic filius Pand. lib. 31. de legat. & fidei commiſſ. lib. 2. l. 19.

Iuuentius Celſus ſub Pio, alius, puto, a ſuperiore. Fit eius mentio in libello ſupplice, quem deſcriptum manu Campani citat Cataneus in epiſtolas Plinii ſcribens: *Cum ante hos dies coniugem & filium amiſerim, oppreſſusq; neceſſitate, corpora eorum fictili ſarcophago commendauerim, donec is locus, quem emeram, adificaretur via Flaminia inter milliarium 2. & 3. parte leua, rogo Domine Imp. permittas mihi in eodem loco in marmoreo ſarcophago, quem mihi modo comparaui, ea corpora colligere, vt quando eſſe deſiero, pariter cum eis ponar. Decretum. fieri placet, Iuuentius Celſus promagiſter ſubſcripſi 3. Nonas Nouemb. Antio Pollione & Opimio Coſſ. ordinar. Seuero & Sabiniano Coſſ.*

¶ Iuuentius Sabinus. Huic & Cæcilio Iuuentiano reſcripſiſſe D. Pium, retulit Vlpianus.

¶ Iuuentii Secundi Coſ. fit mentio in Brixianorum monumentis.

Iuuentia Eutychia, refertur in mon. Rom. pag. 7c.

¶ A Talua petita Cornificia Q. F. vetula, & multarum nuptiarum. Cicero ad Atticum 13. epiſtola 29. De M. Aelio & Talua lib. 15. epiſt. 25. & rurſum de Talua lib. 16.

Iuuentium Celſum, Prætorem, nominat Plinius ſub Traiano Epiſtolarum 6. Sic illum & Iuuenalis citat contra aliorum ſententiam.

¶ IVVENTIANO reſcribitur a Seuero & Anton. AA. tertii Codicis titulo decimoquarto.

L.

LABERII.

D. LABERIVS, Eques Rom. mimorum ſcriptor, quem Cæſar quingentis millibus inuitauit, vt in ſcenā prodiens ſuos ipſe mimos ageret. Vide Gellium, Macrobium & Senecam Declamationum lib. 3. Huius eſt illud dictum in Ciceronem, excuſantem cur ipſum non reciperet, quod videlicet anguſte ſederet: *Atqui duabus ſoles ſedere ſellis*, exprobrata illi leuitate. Celebrantur eius hi verſus ſenarii:

¶ Gellius lib. 3. cap 18.

Caput ſine lingua, pedaria ſententia eſt.
Quid eſt iusiurandum? emplaſtrū æris alieni.

Seneca lib. 2. de ira.

Et: *Neceſſe eſt multos timeat, quē multi timēt.* quo dicto P. R. Cæſaris potentiam lapidatam intellexit. Exceſſit e vita Puteolis, vt ſcribit Euſebius, 10. menſe poſt Cæſaris interitum. Citatur a Gellio & Nonio in Cophino, Fullone, Cōpitalibus, Staminariis, Reſtione, Cacomemnone, Nacca, Anna perenna, Saturnalibus, Necromantia, Alexandria, Scriptura, Paupertate, Virgine, lacu Auerno, Bello, Centenario, Nuptiis, Catulario, Sedigito, & plerisq; aliis. ¶ Fragmenta ſcriptorum eius, e bonis auctorib. collecta, debemus Roberto Stephano.

Laberius, Comicus, citatur a Chariſio in aquis calidis, Ariete, Augure, Cæculis, Creuſa, Thuſca.

Q. Laberius, Trib. mil. ſub Cæſare in Galliis, cæſus eſt in Britannia. Cæſar commentario 5.

M. Laberius, commemoratur Ciceroni epiſt. 13. ad M. Rutilium, vt qui prædia compararit a Cæſare de bonis Plotianis.

¶ Laberius Maximus, procurator Iudææ ſub Veſpaſiano, a quo iuſſus eſt omnē terram Iudæorum vendere. Meminit huius Laberii Plinius epiſtolarū 10. Spartianus auctor eſt, illum, ineunte imperium Hadriano, in inſula quadam vt ſuſpectum exulaſſe.

Laberia Felicitas, refertur in mem. Rom. pag. 244.

¶ Cn. Laberius Pætus, Conſul deſignatus, quæratur in D. Popilio Pæto, fratre.

LABIENI.

L. Labienus, tranſcripſit tabulas publicas, chirographum ſex primorum imitatus. Cicero de natura Deorum 3.

Q. Labienus, ſocius fuit L. Saturnini, ſimul cum illo cæſus, patruus T. Labieni, qui C. Rabirium accuſauit. Vide Ciceronis orationem pro Rabirio & Oroſium 5. cap. 17.

T. LABIENVS, Trib. pl. cum T. Appio, tulit ad populum, vt Pompeius ludis Circenſibus corona aurea & omni cultu triumphantium vti poſſet, quod tamen ille non plus quam ſemel vſurpauit, teſte Paterculo. Accuſauit C. Rabirium, quem ad uerſus illum Cicero defendit. Cæſaris legatus in Galliis res magnas geſſit, a quo ſub initium belli ciuilis ad Pompeium digreſſus, nullius poſtea proſperioris fortunæ compos fuit. Vnde Cæſar apud Lucanum lib. 5. inquit:

– Dux fortis in armis
Cæſareis Labienus erat, nunc transfuga vilis
Cum duce prælato terras atque æquora luſtrat.

Hic dubitantem Pompeium potiſſimum impulit Pharſalicam pugnam committere: accepta vero clade, quemadmodum ſcribit Frontinus, ſocios ex fuga Dyrrhachii conſecutus, mendacio de capitali vulnere Cæſaris perculſis animum reddidit, & vt ſe in Africam ſequerentur, effecit. Ex Africa, profligatis & ibi partibus, in Hiſpaniam fugit, ibiq; in prælio Mundenſi periit, vt ex eius belli commentariis liquet. Agit de hoc Labieno Valerius lib. 8. cap. 15.

T. Labienus T. F. & ipſe Pompeianarum partium, vti pater, Parthos in Syriam induxit, adoleſcens ſtu.tus & irritabilis, vtpote qui ſe Parthicum imperatorem appellarit, & irriſus ab Hybrea, Mylaſiorum in repub. principe, Cariciimperatoris appellatione, Mylaſa adortus ceperit, ac prorſus labefactarit, vt refert Strabo libro 14. Cęſus eſt a P. Ventidio, teſte Liuio lib. 127. Dion a Demetrio, Cæſaris liberto, quem Antonius Cypro præfecerat, captum eſſe tradit.

Labienus, qui in dominatione Cinnana multos interemerat, proſcriptus a Triumuiris, libertorum ope latuit, cum nullus ex iis ad prodendum ipſum vllo tormenti genere perpelli poſſet. Appianus 4. Macrobius 1.

T. Labienus, Hiſtoricus, ſcriptis ſuis ex S C. combuſtis, contumeliam ipſe non ferens, ſuperſtes eſſe noluit, ſeque in monumenta maiorum ſuorum ferri includique iuſſit, veritus ſcilicet, ne ignis, qui nomini ſuo & libro ſubiectus erat, corpori negaretur. Plura de illo Seneca declamat. 10. & controuerſiarum 6. Meminit Suetonius, & Caligulam imperii initio ſcripta eius requiri, & eſſe in manibus, lectitarique permiſiſſe, docet.

¶ T. Labienus Feſtinus, refertur in memoriis Italicis hac inſcriptione: *Sex. Valerius Mercurialis Augur T. Labieno Feſtino alumno dulciſſ. Vixit ann.* XVI. *horis* XVIII. *Hunc a Diis ſenectuti meæ ſeruatum vorax ſuſtulit orcus. Opto, ſi quid oblectaneum apud manes eſt, pro nequitiis ſocisque, quibus cœnos capiens me oblectare ſolebat, inſontem animulam reficiant.* Inſcript. ant. pag. 129.

Labienus quidam notatur Martiali hoc diſticho:

Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortos:
Nil niſi facetum nunc Labienus habet.

De eodem lib. 5.

¶ C. LACERIVS, Trib. pl. an. V. C. CCCLV. Patriciorum opibus, quomodo & M. Acutius, cooptatus eſt. Liuius 5.

¶ LACTANTIVS Placidus, Grammaticus doctiſſ. ſcripſit Comment. in Statii Thebaida, & argumenta in Metamorphoſes Ouidianas.

LÆLII.

C. Lælius C. F. C. N. (ſic enim eſt in Faſtis Capitolinis) præfectus claſſis Scipionis Africani in Hiſpania, capta Carthagine nuua, donatus eſt a Scipione corona aurea & 30. bobus. Miſſus inde Romam cum captiuis, Carthaginem, caput Hiſpaniæ, captam nunciauit, quo nomine ſupplicatio in vnum diem decreta eſt. Regreſſus, nauali pugna Magonem ſuperauit. A Scipione, iam Conſule facto, miſſus in Africam prædatū, magnum Carthaginenſibus terrorem iniecit, Syphacem regem, aliosque captiuos Romam traduxit. Poſt triumphum Scipionis Aedilitatem & Præturam, & ex vtraque Siciliam ſortitus eſt. Aliquanto poſt Conſulatum etiam obtinuit, in quo honore collegā habuit L. Scipionem, Africani fratrem. Hęc & plura de illo Liuius lib. 27. 28. 29. 30. 37. & 41.

¶ Sunt, qui hunc Læliū & Scipionē fabulas Terentianas compoſuiſſe, volunt.

C. Lælius C.F.C.N. Sapiens ille, qui apud M. Ciceronem de amicitia diſputat. Prætor ann. V.C. DCVII. Viriatum Luſitanum, toties de Romanis victorem, ita fregit & comminuit, ferocitatemque eius repreſſit, vt facile bellum reliquis traderet, quemadmodum Offic. 2. Cicero ſcribit, ſimiliter in Bruto. Quinquennio poſt Conſulatum adeptus eſt, vt ipſe teſtatur in Dialogo ſui nominis, non ſine repulſa tamē, quod indicat idem Tullius in Tuſculanis. Collegam habuit Q. Seruilium Cæpionem, qui Viriatum dolo ſuſtulit. A Cicerone in Bruto vt vir eloquens & Orator deſcribitur. Filias habuit 2. itidem eloquentes, quarum maior iuncta eſt Q. Mutio Auguri. Hanc ſocrum ſuam Craſſus laudat apud Ciceronem de Oratore 3. a ſimplici & recta voce. Facilius enim, inquit, mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant, quod multorum ſermonis expertes, ea tenent ſemper, quæ prima didicerunt. Ex eadem natæ ſunt duæ Mutiæ. Altera natu minor collocata eſt C. Fannio M.F. ſed aliquanto quam erat Mutius ætate prouectiori. Commendat eaſdem Læliaſa facundia Quintilianus quoq;. Cicero Philipp. 11. Lælium hunc Sapientem, ſuperioris F. fuiſſe tradit. Ego nepotem malim, quomodo & Buſchius, annotans in 15. Silii.

D. Lælius, vir bonus & doctus, ſed qui neutiquam poſſet cum Perſio, doctiſſ. viro, comparari. Lucilius Poeta cum ea quæ ſcriberet, a Perſio legi nollet, a Lælio legi voluit. Vide Ciceronem de Orat. 2.

D. Lælius, legatus Pompeii in Hiſpania, cæſus eſt a Sertorio. Meminerunt eius Iulius Obſequens & Frontinus in libris Stratagematum.

C. Lælius, cum ei quidam, malo genere natus, indignum eſſe ſuis maioribus diceret: *At hercule*, inquit, *tu tuis dignus*. Cicero de Orat. 2.

C. Lælius, ſynchronus Ciceronis, de cuius & collegæ, in prouinciam feſtinantiū, contentione iocatus eſt Cælius. Vide Quintilianum 6. cap. 4.

D. Lælius, adhuc adoleſcens accuſauit L. Flaccum, quem Cicero defendens, Lælium optimi viri F. vocat. Trib. pl. Gabinium reum dimitti iuſſit. Valer. 8. cap. 1. Bello ciuili dux Pompeianus Aſiaticis nauibus præfuit. Cæſar comment. 3. ſi tamen hic pater non fuit. nam de patre intelligendum opinor, quod Cicero ad Atticum ſcribit libri 11. epiſt. 7. & 14. ſolum ſe Lælium & culpæ & reditus in Italiam ſocium habere. Redierat enim Lælius, quo tempore & Cicero, non multo pōſt pugnam Pharſalicam. Filius (ſic opinor) legatus Cornificii in Lybia poſt cædem Cæſaris, rebus perditis, necem ſibi conſciuit, vt eſt apud Appianum lib. 4.

D. Lælius D.F.D.N. Balbus, Conſulatum ordinarium obiuit ſub Auguſto ann. V.C. DCCXLVIII. quemadmodum teſtantur Faſti Conſulares. Hunc arbitror eſſe, quem cum Domitio Afro & Criſpo Paſſieno pro Voluſeno Catulo dixiſſe, tradit Quintilianus lib. 10.

Lælius, Poeta, ſcripſit Eratopægnia. Citantur ea a Gellio 2. capite 24. citantur & Apuleio, Auſonio & Priſciano. ſed apud hunc mendoſe legitur Liuius pro Lælio. Moſellanus appellanda putat Crotopægnia, quaſi luſus & plauſus, ſed manifeſto lapſu.

C. Lælius, homo nouus, æqualis L. Craſſi, dicendo gratiam aſſecutus traditur Ciceroni primo de Oratore. Forſidē, quem Liuius vt ſcriptorem rerum geſtarum citat lib. 27. pag. 166.

M. Lælius, Augur, citatur a Macrobio Saturnalium 1. An autem hic ſit, qui in Galbam Oratorem, gibbo deformem, dixit: Ingenium Galbæ male habitat, addubito.

¶ M. Lælius Strabo, Eques Romanus, primus auiaria inſtituit, incluſis omnium generum auibus. Plinius 10. cap. 50. De eodem Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 5. variato tamen nomine. Vocat enim M. Lenium, & Brunduſii hoſpitē ſe habuiſſe, ait.

¶ Lælius Felix ad Q. Mutium de ſententia Labeonis citatur a Gellio 15. cap. 27.

Lælius Lanuuinus, gener Q. Aelii, Eques Rom. Suetonius de claris Grammaticis.

Lælius Baſſus, refertur ab Vlpiano, vt cui reſcripſerint Impp. pater & filius. Pand. 27. de excuſat. tutelæ.

Lælius, refertur in antiqua Inſcriptione, hoc modo: *Vale coniunx, valete nati, valeat Tibur patria, vltima Q. Lælii morientis hæc ſunt* &c. *T. Marcellina coniunx fida P. & Q. filii dulciſſ. cohæredes ſint.* Hæc epigraphe extat Dianii in Hiſpania. Inſcript. ant. pag. 11.

¶ Lælia Galla, coniunx Poſthumi ſub Auguſto,

Auguſto, celebratur a caſtitate Propertio libro 3.

Lælia, virgo Veſtalis, defuncta ſub Nerone, in cuius locum capta eſt Cornelia ex Coſſorum familia. Tacitus lib. 15.

¶ Lælia Secunda, nota eſt ex epitaphio, reperto in agro Tiburtino, hiſce verſiculis:
Functa taces hic, ſed viuis, viueſq̃, Secunda
Lælia, tua debent nec benefacta mori.

¶ Læliano Longino reſcripſere Diui fratres Pand. 48. de quæſtionibus.

¶ L. Lænonivs, Conſul ſuffectus ab Auguſto ann. V. C. DCCXX.

¶ Læta, Albini Pontif. F. collocata Iunio Toxorio, Paulam illi peperit, de cuius inſtitutione ad matrem Lætam ſcripſit Hieronymus.

LÆTILII.

Lætilius, tabellarius Verris. Cic. in Verr.

Sex. Lætilius Sex. F. Fab. Firmius, cum Lætiliis, Vera & Secunda, ſororibus, refertur Inſcript. ant. pag. 164.

Sex. Lætil. Fab. Quartio VI. vir Aug. Sex. Lætil. Valentinoni & Ruſæ Rauculæ parentibus & ſibi & Feſtæ Ianuariæ vxori Sex Lætil. Secundo Lætil. Primulæ filiis & Lætiliæ Firmiæ nurui. Ibidem pag. 162.

LAMPADII.

¶ Lampadius, præfect. vrbi ſub Iuliano.

Lampadius, Tribun. ſub Diocletiano, per malignum ſpiritum correptus, expirauit 8. Nouembris.

Lampadius, alius, Conſulatum obiuit ſub Iuſtiniano ann. V. C. MCCLXXXIII.

¶ Lampetio reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 13.

¶ M. Lamponivs, enituit inter duces Italicos in bello ſociali contra Romanos. Appianus 1.

¶ Lappivs Lucilius & Mæuia Alexandria coniuges, cum Lappia Alexandria F. & libertis, commemorantur Inſcript. ant. pag. 259.

C. Lappius December vixit annis XXX. *Hermionæ coniugi ſuæ benemerenti fecit December F. vixit annis* XVI. Hæc Inſcriptio extat Neapoli ad S. Dominicum. Ibidem pag. 119.

LARGII.

Sp. Largivs Flavvs, Conſulatum ſemel atque iterum geſſit, primum cum T. Herminio Aquilino poſt exactos Reges anno 4. cum Porſena rex Romam obſideret, deinde cum Q. Sulpitio anno V. C. CCLXII. Liuius, quod admirati conuenit, vtrumque Conſulatum & annum prætermiſit. Sed Dionyſius lib. 5. & 7. & Faſti Capitolini recenſent. Mirum autem cũ Σπόριος Λάργιος vocetur Dionyſio, cur quidam Lartium potius quam Largium appellent.

T. Largius Flauus Sp. fr. itidem Conſul, & primus omnium Dictator, Fidenas cepit, deque Fidenatibus ſupplicium ſumſit, autore Dionyſio. In ſeditione plebis cum Appius Conſul nihil illi dandum cenſeret, diuerſum ſenſit, vir vt apparet, moderatus & bonus. Vide Liuium 2.

¶ Largius quidam, temporibus L. Craſſi florens, memoratur Ciceroni de Orat. 2. vtpote cum quo Memmius Tarracinæ de amicula rixatus ſit, eoque parietibus omnibus inſcriptum LLL. M.M. de quibus notis vrbane Craſſus, quærenti ſibi quid eſſet? quendam oppidanum dixiſſe fingit: Lacerat lacertum Largii mordax Memmius.

Largius, proſcriptus a Triumuiris, & cæſus refertur Appiano lib. 4.

¶ P. Largius Licinius, citatur C. Plinio libro primo, vt ex cuius ſcriptis quædam contulerit in librum vigeſimum primum. Eius arbitror eſſe librum, qui titulo fertur Ciceromaſtix, citaturque Gellio initio 17. Primus hic audiendi morem induxit, hactenus tamen, vt auditores corrogaret. Plinius iunior epiſtolarum ſecundo ad Maximum. An autem hic ſit Prætorius ille, cuius meminit Plinius Secundus libro 19. capite 2. & iterum lib. 13. cap. 2. nondum pro comperto habeo.

¶ Largius Macedo, Prætorius, a ſeruis ſuis ſauciatus, & pro mortuo derelictus eſt, refocillatus tamen, quanquam ægre, paucis poſt diebus vltione de ſeruis ſumta deceſſit, ſuperbus alioqui dominus & ſæuus, & qui patrem ſeruiſſe parum meminiſſet. Plinius iunior epiſtolarum 3. ad Acilium.

¶ Largius Lepidus 10. legionis præfectus in expugnatione Hieroſolymorum. Ioſephus belli Iudaici lib. 7. cap. 9.

¶ Largius Euripianus, cæſus eſt a Commodo Imp. Autor Lampridius. In quibusdam libris eſt Lartius, vt hæc nomina multum vbiq; variant.

Largius Euripianus, memoratur vt cõſultor Scæuolæ Pand. 33. de annuis legatis.

¶ P. Lartivs P.F. Brocchus, cum Lartia Horæa, memoratur Inſcript. ant. pag. 99.

Lartii complures citantur ibidem pagina 191.

¶ Latinvs Pacatvs, ſcripſit Panegyricum Theodoſio I. Imp. qui etiamnum extat.

LATINII.

T. Latinius, homo de plebe, monitus per quietem, nunciauit Senatui, non placuiſſe Ioui in ludis præſultorem (erat autem ſeruus ſub furca cæſus) ac niſi magnifice inſtaurarentur, vrbi periculum fore. Liuius 2. Dionyſius 7. Plutarchus Coriolano. Variant de nomine Macrobius Saturn. 1. cap. 11. Lactantius lib. 2. cap. 8. quorum ille Annium, hic Ti. Atinium nominant.

Latinii, vt ciuis Rom. nec poſtremi loci, meminit Cicero in epiſt. ad Cornificium in fine 12.

¶ Latinius Calumnia, citatur Senecæ inter declamatores ſui ſeculi. Floruit ſub Auguſto.

¶ Latinius Latiaris, Prætorius, ſub Tiberio præcipuam operam in circumueniendo Titio Sabino poſuit, nec multo poſt & ipſe circumuentus ſceleris pœnas dedit. Tacitus 4. & 5.

¶ Latinius Pandus, Proprætor Mœſiæ ſub Tiberio, ibidem deceſſit. Tacitus 2.

Latinius Largus, ſepius citatur Paulo I.C. in libris Pand. iuris ciuilis, ſed opinor vt Seius & Titius Iuriſconſultis ſolent.

¶ *L. Praſentino L. F. Lempato* Lattio *Seuero præfecto cohort. in Afr. C. R. Q. Eq. Iudici ſelecto ex v. dec. p. Auximi pat. col. Aedili II. viro Anconæ Vrbia L. F. Marcella Flaminia Auguſta, marito omnibus exemplis de ſe benemerito, & in dedic. ſtatuæ cœnam colonis & epulum pop. dedit L. D. D. D.* Inſcript. ant. pag. 154.

¶ Latroniani V. Cl. agitatoris Siciliæ, meminit Conſtantinus in litteris ad Chreſtum, Epiſcopum, apud Nicephorum Hiſt. Eccl. 7. cap. 42.

LAVINII.

P. Lauinius, ſcripſit librum de verbis ſordidis. Gellius 20. cap. 10.

C. Lauinia Rufina. Inſcriptionum vetuſt. pag. 187.

Lauinio patri Longinus F. C. Ibidem pag. 5.

¶ M. Lavrinvs Fortunatus Inſcrip. ant. pag. 524.

Laurinæ reſcribunt AA. & CC. 7. Cod. titulo 2.

¶ Lavronivs, bello Siculo vnus ex ducibus Cæſ. Auguſti fuit. Appianus 5.

Lauronia, citatur Iuuenali Satyra ſecunda.

¶ T. Lavtivs *F. lib. Salutati Auguſtalis ſibi & Titiæ Felicitati coniugi benemerenti negot. Calcarius viuus fecit.* Extat Capuæ in ingreſſu pontis.

LECTORII.

M. Lectorius, primi pili Centurio, cui ad Conſulum (ii erant App. Claudius & P. Seruilius) ignominiam dedicatio ædis Mercurii a populo data eſt. Liuius 2. Valerio lib. 9. cap. 3. M. Plerorius dicitur. Annus V. C. tum fuit CCLIX.

¶ Fulvius Vrſinus Lætorios vocat & eoſdem cum Plætorius credidit.

C. Lectorius, fors M. F. Tribun. pl. T. Quintio App. Claudio Coſſ. vir belli gloria clarus, quod ætatis eius haud quiſquam manu promptior eſſet, legem a ſuperioris anni Tribuno Volerano promulgatam pertulit, vt plebei magiſtratus tributis comitiis crearentur, nequicquam reſiſtentibus Patribus, & inprimis App. Claudio Conſule. Liuius 2.

Q. Lectorius, legem tulit, qua vetatur minor annis 25. ſtipulari. Eadem circumuentoribus minoris ætatis in contractibus pœnam ſtatuit. Sed & adultis vel propter laſciuiam, vel ob dementiam, curatores dat. Meminit eius legis Cicero in de natura Deorum 3. & Off. 3.

¶ M. Lectorius Mergus, Trib. mil. die dicta a Cominio Tribuno pl. quod Cornicularium ſuum de ſtupro compellaſſet, ante tempus iudicii primum fuga ſe ſubtraxit, deinde etiam morte puniuit. Valerius Max. libro 6. capite 1. Suidæ Γάιος Λαιτώριος dicitur.

C. Lectorius, Aedilis cum T. Sempronio Gracho, anno belli Pun. ſecundi tertio, miſſus deinceps legatus ad Fuluium & Claudium Coſſ. Anno ab Aedilitate 6. Præturam obtinuit, proximoq; x. viratum ſacrorum. Liuius 25. 26. & 27.

L. Lectorius, Aedilis pl. an. V. C. DLII. vitio creatus cum P. Aelio Tuberone, magiſtratu ſe abdicauit, ludis tamen factis, ludorumque cauſa epulo Ioui dato, ſignisq; tribus ex argento mulctario in Capitolio poſitis. Liuius lib. 30.

Lecto-

Lectorius, amicus C. Gracchi, periit cum ipſo anno V. C. DCLXXXII. Vide Valerium Max. 4. capite 7. & Plutarchum in Gracchis.

M. Lectorius, pulſus a Sylla cum C. Mario. Appianus 1.

P. Lectorius, Senator, occiſus a Sylla. Eutropius 5. Oroſius 5. cap. 21.

C. Lectorius, adoleſcens Patricii generis, in deprecanda grauiore adulterii pœna, præter cætera hoc quoque allegauit, quod eſſet poſſeſſor ſoli, quod Auguſtus naſcens primum attigiſſet. Suetonius in Auguſt.

Lectoriam, ſui temporis matronam, notat Martialis lib. 6.

LENII.

C. Lenius, amicus Ciceronis, cuius meminit 13. epiſtolarum ad Silium & 5. & 6. ad Atticum.

M. Lenius Flaccus, & ipſe amicus Ciceronis, in cuius hortos ſe diuertiſſe ſcribit vrbe pulſum, in oratione pro Cn. Plancio. Facit eiuſdem mentionem in epiſtolis ad Terentiam & ad Atticum.

¶ LENTIDIVS, vulnerauit P. Seſtium. Cicero pro Seſtio & pro domo ſua.

¶ LEONTIVS, Conſularis Campaniæ ſub Claudio, miraculis & fortitudine Cæſarii factus eſt Chriſtianus. Filius Leontinus in impietate perſiſtens, Felicem presbyterum & Euſebium Monachum poſtea propter Chriſtianam profeſſionem interemit. Vide Martyrologium noſtrum 1. & 5. Nouembris.

Leontio reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 64. Hic eſt haud dubie ſuperioris F. ille, de quo modo diximus.

¶ LESIVS Campanus, refertur Liuio. Iunia Leſia, cum A. Seruilio marito, memoratur Inſcript. ant. pag. 258.

¶ LIBERIVS, patria Romanus, Pontifex Eccleſiæ Romanæ, præfuit annis XVI. Pulſus a Conſtantio Imperatore, quod orthodoxus eſſet, in ea integritate non perſtitit, ſed prolapſus in hæreticam perfidiam Arianis ſubſcripſit.

¶ LIBERALIS, Centurio, vnus ex ſtipatoribus T. Veſpaſiani Cæſaris. Ioſephus 9. cap. 10.

¶ LIBERATO reſcribunt AA. & CC. 9. Cod. tit. 12.

¶ LIBERATA & Fauſtina, ſorores, relicta vrbe cum magnis opibus, & patre, ſui inſtituti hoſte, pauperes pauperem crucifixum ſecutæ ſunt. Math. Buſſus de cultu mulierum in fine.

¶ LICERIANA pira memorãtur Plinio 15. cap. 15. a Liceriæ gentis quodam haud dubie ſic appellata.

¶ LICENTIVS, Poeta, familiaris D. Auguſtini, quem ipſe ciuem ſuum appellat. Excelluit in ſtudiis Poeticis. Eius citatur hic verſus de Proteo, ſane quam feſtiuus & elegans:

Spumat aper, fluit vnda, fremit leo, ſibilat anguis.

¶ LICENTIANO reſcribunt AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

LICINII.

Liciniorum genus non Romæ tantum effloruit, ſed etiam Aretii cum primis celebre fuit, vbi cũ a plebe diſceſſiſſent, vtroſque in gratiam reduxit M. Valerius Max. Dictator, quemadmodũ eſt apud Liuium lib. 10. Etſi autem initio ad plebem pertinuere, tamen pleræque Licinii nominis familiæ, Craſſorum videlicet, Lucullorum & Murænarum ita enituerunt, vt inter honoratiſſimas haberi meruerint. Nos vnamquamque ordine, quem ratio temporis & cognomentorum dabit, ſubiiciemus.

¶ ἀπὸ τῦ λικινίς, [illegible] ἰδιωτικῶς, οἱ [illegible]ζοντες. Euſtachius in Odyſſ. pag. 277.

C. & P. Licinii, inter primos Tribunos pleb. extitere, anno V. C. CCLX. teſte Dionyſio.

Sp. Licinius, Tribunus pleb. an. V. C. CCLXXII. cum impediret delectum militum, ac ſortitionem agri a Senatu repeteret, quatuor ex collegis ſuaſerunt, vt ab inſtituto deſiſteret, donec bellum confectum eſſet. At ille non eſt veritus dicere præſente populo, malle ſe Hetruſcos ac reliquos hoſtes dominos vrbis videre, quam agros publicos a Senatu & Patriciis occupatos detineri. Vide Dionyſium initio 9.

Calui.

P. Licinius Caluus, primus ex plebe Trib. mil. Conſulari poteſtate creatus traditur anno V. C. CCCLII. quod miror, cum pleroſq; collegas plebeios habuerit: niſi forte primo loco creatũ intelligi conuenit. Certe vetus Senator, & ætate iam grauis, nullos ante honores geſſerat. Fratrem habuit Cn. Cornelium, qui Tribun. mil. anno priori fuerat. Ipſe iterum Trib. militum renunciatus, honorem in filium

P. Licinium tranſferri petiit, & obtinuit. Liuius 5.

P. Licinius P. F. Caluus, Tribunatum militarem, cedente patre, geſſit anno V. C. CCCLVII. quo Veii per Camillũ capti ſunt.

Stolones.

P. Licinius Caluus, P. F. P. N. Stolo, M. Fabii Ambuſti gener, Trib. pleb. cum L. Sextio factus, tulit ad populum inter alia, ne quis plus 500. iugera agri poſſideret, & vt alter Conſulum ex plebe crearetur, item de minuendo ære alieno. Quibus legibus cum patres ſummo ſtudio magnaque contentione repugnarent, ipſe cum Sextio ſubinde refectus, cum nullos curules magiſtratus creari pateretur, per quinquennium ſolitudo vrbem tenuit. Decimo tandem anno euicit, pertulitque. Eſtque tum primus ex plebe creatus Conſul L. Sextius collega, nec multo poſt ipſe bis Conſul factus eſt. Damnatur ad extremum a M. Popilio Lænate ex ſua ipſius lege decem millibus æris, quod mille iugerum agri cum filio poſſideret, emancipatoque filio fraudem legi feciſſet. Liuius 6. & 7. Plinius de viris illuſtribus, Valerius Max. lib 8. cap. 6. Cæterum Stolonis cognomen adeptus eſt, vt refert Columella, quod agriculturæ deditiſſimus fuerit, plantasque & arbores ablaqueare, & reſectis fruticibus, quos Stolones vocant, curare ſolitus ſit. Idem tradit Varro lib. 1. cap. 2.

C. Licinius Stolo, eiusdem gentis, cum eſſet Tribunus plebis poſt exactos Reges annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiendas in ſeptem iugera forenſia e comitiis eduxit. Varro de re ruſtica 1. capite 2.

C. Licinius Stolo, ſynchronus Varronis, inducitur apud illum in libris de re ruſtica.

Craſſi.

Liciniorum Craſſorum antiquiſſimus occurrit P. Licinius P. F. P. N. Craſſus Diues, qui iuuenis Pontifex M. creatus eſt, cum nondum curuli ſella ſediſſet, honoratiſſimis ſenibus prælatus. Aedilitate geſta, ad Cenſuram gradum fecit, interim etiam Equitum magiſterio decoratus. In Cenſura collegam habuit L. Veturium, quo mox defuncto, honore ſe abdicauit. Prætor peregrinam iuriſdictionem, & biennio interiecto Conſul Brutios & bellum cum Hannibale Senatus decreto obtinuit, vir omnibus humanis & natura fortunaque bonis inſtructus, nobilis idem ac diues, forma viribusque corporis excellens, facundus, iuris Pontificii bene peritus, ad hæc bellicæ rei laude non carens. Liuius libro ſupra viceſimum quinto & ſequentibus in ea Decade. Cicero quoque in Bruto hunc Craſſum Oratorem fuiſſe ſcribit.

M. Licinius Craſſus, memoratur Liuio lib. 40. vt qui aquam, adducendam in vrbem, per fundum ſuum duci paſſus non ſit, ann. V. C. DLXXIIII.

P. Licinius C. F. P. N. Craſſus Diues, poſt Aedilitatem & Præturam ad Conſulatum euectus an. vrbis conditæ DLXXXIII. ſorte Macedoniam prouinciam, & bellum cum rege Perſeo gerendum, accepit. Victus equeſtri prœlio, pacis conditiones tanquam victor petenti præſcripſit. Iterum cum rege congreſſus, feliciori euentu pugnauit. Proconſul complures in Græcia ciuitates expugnauit, & crudeliter diripuit. Itaque captiui, qui venierant, ex S. C. poſtea reſtituti ſunt. Liuius libro 42. & 43.

C. Licinius C. F. P. N. P. ſuperioris fr. Craſſus Diues, Conſul cum L. Aemilio Paulo anno V. C. DLXXXVI. Italiam prouinciam habuit, cum proximo ante fratris Conſulatum Prætor vrbanus fuiſſet. Liuius 42. & 44.

C. Licinius Craſſus, Trib. pleb. legem tulit de ſacerdotiis, Q. Fabio Maximo L. Hoſtilio Mancino Coſſ. ann. V. C. DCIX. quam tamen C. Lælius, cum Prætor diſſuaſit & reiecit. Cicero in Lælio ſeu de amicitia.

P. Licinius P. F. P. N. Craſſus Diues Mutianus, ex gente Mutia in Craſſorum familiam adoptatus, Conſul anno vrbis conditæ DCXXIII. & idem P. M. quod numquam antea factum erat. Extra Italiam aduerſus Ariſtonicum, Eumenis filium, profectus, prœlio victus & interemtus eſt. Liuius 59. Adiiciunt Valerius Maximus 3. capite 2. Frontinus libro quarto, capite 5. & Florus in fine 2. ab hoſtibus captum, ſed memorem familiæ & Romani nominis, barbarum quendam virga, qua equum regebat, in oculum eius directa, ad ſui necem prouocaſſe, atque ita periiſſe. Idem Valerius libro 8.

capite

capite 7. in eadem expeditione tanta cura Græcæ linguæ notitiam animo comprehendiſſe ſcribit, vt qua quis dialecto apud tribunal eius poſtulaſſet, eadem decreta redderet. Gellius lib. 1. cap. 13. ex auctoritate Sempronii Aſellionis quinque rerũ bonarum maxima & præcipua habuiſſe tradit, quod eſſet ditiſſimus, quod nobiliſſimus, quod eloquentiſſimus, quod iurisconſultiſſimus, quod Pontifex Max. Idem Gellius eodem in loco magnæ ſeueritatis & diſciplinæ ab illo proditum exemplum ſubiicit. Filias habuit duas, Licinias, quarum altera C. Sulpitio Galbæ, Oratoris F. altera C. Graccho collocata eſt. Poſterioris Liciniæ mentio fit Pand. lib. 24. tit. 3. l. 66. Ipſe P. Mutio patre natus, fr. Scæuolæ, valde probatus Orator fuit. Cicero in Bruto.

Licinia C. F. Veſtalis, cum T. Flaminio Q. Metello Coſſ. ann. V. C. DCXXXI. aram, ædiculam & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicaſſet, quod in loco publico id iniuſſu populi dedicaſſet, ex ſententia Scæuolæ Pontificis & Senatus decreto ſublatum eſt. Cicero pro domo ſua.

Licinia, aliquanto tempore prior, & Publilia, nobiles fœminæ, quod viros ſuos necaſſe veneno inſimularentur, cauſa cognita, decreto cognatorum necatæ ſunt. Liuius 48.

Licinia alia, itidem Veſtalis, quam cum prædii gratia coleret M. Craſſus ille diues, quaſi rem cum illa haberet, accuſatus eſt, ſed tamen cauſa cognita facile abſolutus. Plutarchus in vita Craſſi. Eadem fortaſſis eſt, cuius meminit Macrobius libro tertio, capite 13. & quæ locum ſuum gladiatorium L. Murænæ conceſſit, vt propinquo & neceſſario. Cicero pro Muræna.

Licinia, rurſus alia & Veſtalis, inceſti damnata eſt. Liu lib. 63. Oroſius li. 5. ca. 15.

Licinia, maritum Claudium Aſellum veneno necauit, ob id propinquorum iudicio ſtrangulata. Valerius 6. cap. 3.

L. Licinivs Crassvs, Orator, non P. Craſſi Mutiani F. quod putat Volaterranus, nec P. Craſſi iuriſperiti, qui patrem Agelaſtum habuit, frater, ſed propinquus, puer adhuc L. Cælium Antipatrum præceptorem habuit, tantumque in bonis literis & ſtudiis eloquentiæ profecit, vt anno ætatis 19. quomodo ſcribit Tacitus, C. Gracchum, virum Conſularem, & inprimis diſertum, accuſarit. Quæſtor in Aſiam profectus, Metrodorũ ex academia Rhetorem audiuit. Inde Athenas decedens, non diu illic moratus eſt, indigne ferens, quod myſteria, ad quæ biduo ſerius venerat, in ipſius gratiam non referrentur, quẽadmodum ſcribit Cicero de Oratore 3. Poſt Tribunatum cum & Aedilitatem & Præturam geſſiſſet, etiam Conſulatum, quem verecundia ductus, præſente ſocero, viro grauiſſimo, nunquam petere ſuſtinuit, honeſtiſſimis ſuffragiis aſſecutus eſt, collega vt in ſuperioribus fere magiſtratibus omnibus Q. Mutio Scæuola P. M. Ab his anno V. C. DCLIX. lata eſt lex Mutia Licinia de regendis in ſua ciuitate ſociis, ne quis videlicet ciuitatẽ Romanam vſurparet, qui ciuis Romanus non eſſet. Ex Conſulatu Galliam prouinciam obtinuit, in quam ſecutũ Cn. Carbonem, cuius patrem damnauerat, ad ſpeculanda acta ſua, non ſolum inde non ſummouit, ſed inſuper locum illi in tribunali aſſignauit, nec vlla de re niſi eo in conſilium adhibito cognouit. Autor eſt huius Valer. lib. 3. cap. 7. Ex Gallia reuerſus, quo minus vrbem triumphans ingrederetur, collegæ fecit interceſſio, teſte Pediano, reipub. magis quã priuatæ gratiæ rationem habendã exiſtimantis. Tertio poſt Conſulatũ anno cum Cn. Domitio Aenobarbo Cenſurã obiuit, ſed diſcordem & contentioſam, vti memorant Val. Max. lib. 9. cap. 1. & C. Plinius. Nam cum Domitius obiiceret, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet; Atqui, reſpondit Craſſus, multo luxurioſius videri debet, te tanti ſex arbuſculas domus tuæ facere, vt quam ſexagies ſeſtertio propterea æſtimes, ſine his tricies tantummodo facias. Habet eorũdem contra Rhetores edictum Suetonius in principio de cl. Rhetorib. Dicendo tantũ valuit, vt M. Antonio, tunc eloquẽtiſſimo viro, pleriq; parem, alii anteponendum cenſuerint. Cicero in Bruto nihil illo perfectius potuiſſe fieri, putat. Erat enim, vt ipſius verbis vtar, ſumma in eo grauitas, & cũ grauitate iunctus facetiarum & vrbanitatis oratorius non ſcurrilis lepos, Latine loquendi accurata ac ſine moleſtia elegantia, in diſſerẽdo mira explicatio. Cumq; collega ipſius Scęuola iuriſperitorũ eloquentiſſimus haberetur, ipſe eloquentiũ iuriſperitiſſimus habebatur. Artificem certe in dicendo fuiſſe, teſtatur & Lucilius Poeta:

¶ Valerius lib. 4. cap. 5. Cicero 1. de Orat.

¶ Vt Carbonem accuſarit, & ſeruũ proditorem cum ſcrinio oblato ad eũ catenatũ remiſerit, idẽ Valer. lib. 6. cap. 5.

Craſſum habeo generum, ne Rhetoricotero tu ſis. Et tamen idem initio orationis turbari ſolitus eſt, & quidem adoleſcentulus in actione quadam ita exanimatus, vt Q. Maximus Prætor conſilium dimiſerit. Meminit huius ipſe apud Ciceronem de Oratore 1. Defendit Liciniam virginem, cum annos 27. natus eſſet, in eaque cauſa fuit eloquentiſſimus. Dixit poſtea pro Cn. Planco, pro colonia Narbonenſi, pro lege Seruilia. Defendit & Sergii Auratæ cauſam iudicio priuato contra M. Antonium, ſimiliter M. Curii contra Q. Scæuolam, quam & obtinuit. Ad hæc orationem in Conſulatu pro Cn. Cæpione, contra Domitium, item in Cenſura, nouiſſimam omnium aduerſus L. Philippum Conſulem habuit. Autor Cicero in Bruto & in Dialogis de Oratore. Acute & feſtiue dicta nimis longum fuerit omnia perſequi. Multa ex his Cicero 2. de Oratore, pleraque Valerius & Quintilianus recenſent. Nos vno & altero contenti erimus. Increpitus a Bruto apud iudices, quod ex duabus orationibus capita inter ſe contraria, edidiſſet, reſpondit, orationes eſſe cauſarum & temporum, non autem hominum & patronorũ. Obiiciente ſibi in Senatu Domitio tanquam graue crimen, quod murænam in piſcina domus mortuam, tanquam filiam atratus luxiſſet: *Fateor*, inquit Craſſus, *ita me pium eſſe, vt minima de cauſa plorem, at tu, qui tres extuliſti vxores, minime ploras.* Refert id præter Macrobium Ælianus lib. 8. cap. 4. In eundem Domitium, ſemper acerbũ & durum, Non eſſe mirandum, inquit, quod æneam barbam haberet, cuius os ferreum, cor plumbeum eſſet. Ponitur id Suetonio in Nerone. In Philippum Conſulem, qui pro concione dixerat, aliud ſibi conſilium quærendum, ſe illo Senatu rempubl. gerere non poſſe, grauiter inuectus, negauit illum ſibi Conſulem eſſe, cui ipſe Senator non eſſet. Ea vero contentio mortis illi cauſam præbuit. Nam cum latus dicenti condoluiſſet, ex conſecuto ſudore cohorruit. mox febri correptus 7. die lateris dolore conſumtus eſt, anno ætatis 49. cum C. Lælio Q. Cæpione Coſſ. natus eſſet. Cicero de Oratore 3. Valerius lib. 6. cap. 2. Idem de eodem agit lib. 8. cap. 5.

¶ Maſim L. Craſſi vnam pro M. Curio dictionẽ, quam caſtellanos triumphos duos. Cic. in Bruto. Idem in Hortenſio, citante Nonio Marcello: Nunc Craſſum qui lentus dicere ſolebat, ad imitationẽ quaſi noſtri generis contendiſſe &c.

Licinias filias ex Mutia, Q. Mutii Auguris filia, C. Lælii Sapientis pronepte, duas reliquit. Harum altera Scipioni Naſicæ collocata eſt: vnde cum duos nepotes ſuſcepiſſet Craſſus, alterum in nomen & filium adoptauit. Cicero in Dialog. de Orat. & Bruto.

L. Licinius Craſſus Scipio, adoptatus a L. Craſſo, cuius ex filia nepos erat, vir ſummo ingenio fuit, teſte Cicerone in Bruto. Patris Oratoris multa illum triclinia vendidiſſe, ſcribit Plinius ex autoritate Antiatis lib. 34. cap. 3.

Liciniam alteram Craſſus pater C. Mario collocauit, vnde natus eſt C. Marius, Oratoris nepos. De hoc Cicero ad Atticũ lib. 12. epiſt. 47. *Heri non multo poſt quam tu a me diſceſſiſti, puto quidam vrbani, vt videbantur, ad me mandata & literas attulerũt a C. Mario C. F. cum multis verbis agere mecum, per cognationem, quæ mihi ſecum eſſet, per eum Marium, quem ſcripſiſſem, per eloquentiam L. Craſſi, aui ſui, vt ſe defenderem, cauſamque mihi ſuam perſcripſit. Reſcripſi, patrono illi nihil opus eſſe, quum Cæſaris, propinqui eius, omnis poteſtas eſſet, viri optimi, & hominis liberaliſſimi: me tamen ei fauturum &c.*

M. Licinius Craſſus, auus M. Craſſi, in Parthis interemti, cognomento dictus eſt ἀγέλαστος, quod nunquam ridere conſpectus ſit. Plinius lib. 7. cap. 19. Hunc arbitror M. Craſſi, cuius ſupra meminimus, pronepotem fuiſſe, eiusque vt Prætoris apud Ciceronem mentionem fieri de Oratore primo. Filium habuit P. Craſſum Iuriſperitum.

P. Licinius Craſſus Diues M. F. P. N. Iuriſperitus, Conſulatum geſſit cum Cn. Cornelio Lentulo, anno V. C. DCLVII. In quorum honore S.C. factum eſt ne homo immolaretur. Triumphauit de Hiſpanis paulo ante bellum Italicum, autore Pediano. Geſſit & Cenſuram cum L. Iulio Cæſare ann. DCLXV. teſte Plinio lib. 13. cap. 3. & rurſum lib. 14. cap. 14. Periit in dominatione Cinnæ ſua ipſius manu, ne in manus inimicorum incideret: periit ſimul cum illo P. filius. Cicero de Orat. 3. Appianus 1.

P. Craſſi Sapientis nepos flagitioſus. Cicero 1. Tuſculan. Valerio Max. lib. 6. cap. 11. diues & decoctor dicitur. Nam bona eius a creditoribus, quia ſolidum præſtare non poterat, vænierunt. Itaque amara ſugillatione non caruit, cum egens ambularet, diues ab ocurrentib. ſalutatus. Auum

illius

illius Craſſum Sapientem, opinor Iuriſperitum eſſe.

M. LICINIVS CRASSVS P.F.M.N. Rom. omnium ditiſſimus, Prætura cum ouatione duplici, Conſulatu & Cenſura inſignis. Periit in Parthis cum P. filio. Vitam illius diligentiſſime ſcripſit Plutarchus. Vxorem habuit Tertullam, M. Luculli, viri conſularis & triũphalis F. Dicere vero ſolabat, *nullum eſſe diuitem, niſi qui facultatum ſuarum prouentibus alere exercitum poſſet.*

P. Licinius Craſſus F. aliquandiu ſub Cæſare militauit in Galliis, a quo cum mille equitibus miſſus ad patrem, in bello Parthico ſimul occubuit. De huius eruditione & ingenio vide Ciceronem in Bruto. Sacerdotium Augurratus, & vxorem Corneliam, Scipionis F. habebat. Illud Cicero nactus eſt, hanc vero ſibi Pompeius coniunxit. Scripſit Plutarchus in Cicerone, Digno cuidam ſimilem fuiſſe. Vnde iocus Ciceronis: Dignus quidem Craſſi.

M. Licinius Craſſus, alter Craſſi Diuitis F. bello ciuili Galliæ Ciſalpinæ, præpoſitus eſt, teſte Appiano lib. 2.

M Licinius M.F.M.N. Craſſus, Conſul ſub Auguſto, & quidem ipſius in quarto Conſulatu collega, anno V.C. DCCXXIIII. cum nondum Prætor fuiſſet, & primum cum Sex. Pomp. deinde cũ Antonio ſenſiſſet. Proconſul Myſos, Baſtarnas, Thraces & Getas ſuperauit; vnde ipſi & Cæſari ſupplicationes decretæ. Craſſus etiam de iis gentibus triumphum duxit. Autores, Dion pag. 312. Florus, ſcriptor epitomes Liuianæ, & tabulæ Capitolinæ.

M. Licinius M.F. Craſſus, Conſulatum geſſiſſe traditur ſub Auguſto anno V. C. DCCXXXIX. apud Dionem & Caſſiodorũ.

M. Licinius Craſſus Frugi, Conſul ſub Tiberio principe anno V. C. DCCLXXIX. Claudiũ triumphantẽ equo phalerato ſecutus eſt, idq; in veſte palmata, quod eum honorem iteraſſet. Suetonius. Occiſus eſt ab eodẽ Claudio, cuius conſocer erat. Vxorẽ habuit Scriboniam, quæ & ipſa a Claudio interemta eſt. Seneca in ludo Claudii. qui hunc Craſſum tam fatuum fuiſſe ſcribit, vt etiam regnare potuerit, & Claudio tam ſimilem, quã eſt ouum ouo. Filii illi 4. fuere, quos Tacitus lib. 20. Scribonianos fratres vocat, opibus concordiaque inſignes.

Cn. Pompeius Magnus Craſſus, gener Claudii in Antonia F. cæſus eſt ab eodem. Seneca de morte Claudii pag. 722.

M. Licinius Craſſus Scribonianus Frugi, Conſulatum geſſit ſub Nerone, an. V.C. DCCCXVI. occiſus ab eodem fraude & delatione Paccii Africani & Aquilii Reguli. Vxor fuit Craſſo Sulpitia Prætextata, quatuorque ſuperſtites ex ea liberi. Cornelius Tacitus lib. 20.

Licinius Craſſus Scribonianus, a Galba in fratris adoptione cur poſtpoſitus, Tacitus lib. 17. Ab Antonio Primo ad capeſſendum imperium inuitatus, abnuit, ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Idem lib. 20.

PISO LICINIANVS, diu exul ſub Nerone, a Galba Imperatore adoptatus, quatriduo Cæſar, ſexta ab adoptione die cęſus eſt a militibus Othonis, anno ætatis 31. Vxor illi fuit Verrannia. Tacitus 17. Suetonius & Plutarchus in Galba.

Craſſus Frugi, neminem lædẽs, & exul, circa initium imperii Hadriani cæſus eſt. Spartianus.

¶ P. Craſſus, Vinuliæ F. patre P. Craſſo Conſulari. Cicero ad Atticum 12. epiſt. 23. Dubitat idẽ, viuone patre ſuo mortuus ſit, an poſt. Vide an ſit decoctor ille, P. Craſſi Sapientis nepos, de quo ſupra.

Licinius Craſſus Iunianus, Ciceroni deditus. M. ad Q. fratrem lib. 3. epiſt. 8. ¶ Ad de quæ habent Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 155.

Craſſi cuiuſdam, vt Pompeiani, & ex Africa poſt infelicem pugnam fugientis, meminit Plutarchus in vita Catonis ſub finẽ, item Appianus.

Q. Craſſus, nominatur Ciceroni ad Atticum 13. in fine.

M. Craſſus Fortunatus, pater. M. Craſſus Saturninus, filius. Inſcript. ant. pag. 103.

Damaſippi.

L. LICINIVS DAMASIPPVS, Prætor Carbone III. C. Mario F. Coſſ. bello ciuili deſperatis rebus, nobilitatẽ omnem, & in eis Q. Mutium Scæuolam, Pont. Max. C. Carbonem, Cõſulis fratrem, & Antiſtium, Ædilitium, velut fauentes Syllæ partibus, in curia Hoſtilia trucidauit. Liuius lib. 86. Paterculus volum. poſteriore, Valerius lib. 9. cap. 2. Appianus lib. 1. de bell. ciuil. Oroſius lib. 5. cap. 19.

L. Licinius Damaſippus, Senator Pompeianarum partium, cum Scipione & Torquato in Africa periit. Hirtius eius belli comment. 5.

Licinius Damaſippus, alius ab illo, memoratur Ciceroni epiſtolarũ lib. 7. ad Fabium Gallum, vtpote ſignorum & ſtatuarum ſtudioſus. Et ad Atticum lib. 12. Damaſippus, inquit, Romæ eſt. De hoc accipio illud Horatii Sermon. 2. Sat. 3.

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.

Licinius Damaſippus, eiuſdem ingenii deſcribitur ac notatur a Iuuenale Sat. 8.

Indulge veniam pueris. Damaſippus ad illos
Thermarum calices, inſcriptaque lintea vadit
Maturus bello Armeniæ, Syriæque, tuendis
Amnibus, & Rheno, atque Iſtro præſtare
Neronem
Securum valet hæc ætas &c.

¶ Licinius Fimbria, Conſularis, M. Luctatium, Equitem Rom. virum bonũ pronũciare noluit, quod ea res innumeris laudibus contineatur. Valerius Maximus lib. 7. capite 2.

¶ C. Licinius Geta, Conſulatu geſto an. V. C. DCXXXVII. a L. Metello & Cn. Domitio, Cẽtoribus, Senatu eiectus eſt. Quod autem mirari conuenit, idem poſtea Cenſuram obiuit. Cicero pro A. Cluentio & Valerius M ix. lib. 2. cap. 4.

Licinius ne an Didius, nondum comperimus, certe Geta, proſcriptus a Triumuiris, euaſit. Appianus lib. 4.

Luculli.

L. Licinius Lucullus, Ædilis curulis anno belli Punic. ſecundi 17. non caruit infamia, quod ſcribæ viatoreſque Ædilitii clã egeſſiſſe pecuniam per indicem comperti, damnatique ſunt.

C. Licinius Lucullus, Triumuir Epulonum factus eſt, cum primum crearentur anno V. C. DLVII. Fuit idem Duumuir dedicandæ ædis. Liuius lib. 33. & 36.

M. Licinius Lucullus, Prætor an. V. C. DLXVII. iuriſdictionem inter ciues & peregrinos tenuit Liuius lib. 39.

L. Licinius Lucullus, Conſul ann. V. C. DCII. Vaccæos, Cantabros, aliaſq; Hiſpaniæ gentes ſubegit. Die dicta, quod Vaccæos ſine S. C. adortus eſſet, abſolutus eſt. Liuius lib. 48. & Appianus. Auus fuit L. Luculli, qui cum Mithradate bellũ geſſit, teſtibus Cicerone & Plutarcho. Proconſulatus illius in Hiſpania meminit & Plinius lib. 9. capite 30. item Valerius libri quinti capite 2.

L. Licinius L. F. Lucullus, vxorem habuit Cæciliam, Q. Numidici F. ex qua L. & M. filios ſuſcepit, damnatus furti, quemadmodum ſcribit Plutarchus.

L. LICINIVS L. F. L. N. LVCVLLVS, honores petere non ſuſtinuit, antequam frater ad pubertatis annos, & legitimam petendi ætatem perueniſſet. Prætor Africam iuſtiſſime rexit. Conſul anno vrbis conditę DCLXXIX. aduerſus Mithradatem miſſus eſt. De quo, magnis rebus geſtis, triumphauit. Conuerſus inde ad otium, luxui ſe tradidit, magnificentia villarum, conuiuiorum ſumtu, veſtium numero & pulchritudine, præterea ſignorum & tabularum ornamentis, omnes ante ſe Romanos ſuperans. Fuit & facundia clarus, ſcripſitque Græco ſermone bellum Marſicum, cui ipſe cum Sylla interfuerat. Ad extremum alienata mente deceſſit, M. fratre & filio ex ſorore Catonis, ſuperſtitibus relictis. Copioſiſſime & ex profeſſo vitam eius & res geſtas deſcripſit Plutarchus. Elogium eius habet Cicero in principio libri quarti Academic. quæſtionum. Idem libr. 3 de Finibus bibliothecæ Luculli meminit, eaque cum ſeipſum tum Catonem vſum, ait. De eadem Plutarchus explicans: *Id eius factum*, inquit, *& commemoratione & laude dignum, quod multos beneque conſcriptos libros conduxit, vſumque eorum poſſeſſione laudabiliorem inſtituit. Omnibus enim bibliotheca Luculli, & quæ iuxta erant, ambulationes & ſcholæ patebant*, &c.

M. Licinius Lucullus L. fr. qui & M. Terentius Varro dictus eſt, propter adoptionem, vnde ab ipſius & collegæ nomine lex Terentia Caſſia appellata apud Ciceronem in Verrinis. Conſul anno proximo poſt fratrem, Macedoniam obtinuit, ex qua & triumphauit, teſte Cicerone in Piſonem. Sub reditum fratris ex Aſia accuſatus a C. Memmio ſuper his, quæ in Quæſtura ſub Sylla geſſiſſet, fratris gratia iudicium id euaſit. Vide Plutarchum. Eutropius, quod miror, L. & M. Lucullos, conſobrinos fuiſſe tradit. Conſentaneum vero eſt, locum eſſe deprauatum. Plinius de viris illuſtribus auctor eſt, permiſſam ipſi fratris tutelam, cum is alienata mente deſipere cœpiſſet. Filia eius Tertulla nupſit M. Craſſo Diuiti. de qua Suetonius.

M. Licinius Lucullus L. ex Seruilia filius, Bruti & Caſſii partes ſecutus, interficitur ab Antonio a pugna in Philippis. Valerius Maximus libri quarti capite ſeptimo. Tutelæ eius, a Catone geſtæ, meminit

Varro

Varro de re ruſt. libr. tertio capite ſecundo.

P. Licinius Lucullus, Tribunus pl. ann. V. C. DCXLIII. Minutio Rufo Poſthumio Albino Coſs. magiſtratum cum L. Annio continuare volens, reſiſtentibus collegis, magnas in repub. ſeditiones excitauit. Saluſtius in Iugurtha.

Lucullus quidam a Scordiſcis equitibus per inſidias cum 800. militibus cæſus eſt. Frontinus Stratagemat. 3. cap. 10.

L. Lucullus, ex Prætura Sardiniam ſortitus, in eam proficiſci noluit, quod multos in prouinciis iniquius agere videret. Fracta ſibi ſella curuli per Acilium Cos. quod prætereunti nō aſſurrexiſſet, nihil commotus, ſtans poſtea ius dixit, quod & ipſius collegæ, per illum coacti, fecere. Dion lib. 36.

Cn. Lucullus, familiaris noſter, inquit Cicero; matrem efferebat. ad Atticum lib. 15. epiſtol. 1. Vide, an hic ſit Lucullus, cui ſororem alteram ſine dote locauit L. Axius, vt Varro libro tertio, de re ruſtica capite 16.

Macri.

Licinius Macer, Hiſtoricus, ſcripſit annales, præterea orationem pro Thuſcis. Citatur a Plinio & Gellio, citatur & a Liuio: ſed hic notat illū vt ſtudio ſuæ gentis a vero digreſſum. Locus eſt lib. 7. Apud Nonium hæc illius ex epiſtola ad Senatum verba adducuntur: *Illi ſuam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitæ, noua cicatrici vt locus non ſit.*

C. Licinius Macer, vir Prætorius, damnatus a Cicerone Prætore, quomodo ipſe Cicero teſtatur ad Atticum libr. 1. epiſtola 4. his verbis: *Nos hic incredibili ac ſingulari populi voluntate de C. Macro tranſegimus, cui cum æqui fuiſſemus, tamen multo maiorem fructum ex populi exiſtimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipſius, ſi abſolutus eſſet, gratia cepiſſemus.* Valerius Maximus tamen damnationem inſtantem morte voluntaria præueniſſe ſcribit lib. 9. cap. 12. De eodem Plutarchus in Cicerone.

C. LICINIVS MACER CALVVS, Orator, accuratum quoddam dicendi & exquiſitum adferebat genus: quod quanquam ſcienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in ſe, atque ipſe ſeſe obſeruans, metuenſque ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata, docte & attente audientib. erat illuſtris, a multitudine autem & a foro, cui nata eſt eloquentia, deuorabatur. Cicero in Bruto. Seneca Controuerſiarum libr. 7. Controuerſ. 4. & decl. lib. 3. declam. 4. adeo concitatum in dicendo fuiſſe ſcribit, vt in media eius actione exclamarit Vatinius reus: *Rogo vos Iudices, nunquid, ſi iſte diſertus eſt, ideo me damnari oportet?* Quintilianus ſanctitatem eius memorat, ob terſum eius ſicumque dicendi genus. Plinius lib. 34. capite 18. author eſt, laminæ plumbeæ, renibus admotæ, frigore ſolitum occurrere genituræ, per nocturnam quietem erumpenti, vireſque corporis ſtudiorum labori cuſtodiſſe. Cornelius Tacitus 21. libros orationum reliquiſſe tradit, in quibus accuſationes in Vatinium valde probentur, præcipue autem 2. Multi luſiſſe illum epigrammata teſtantur. Tranquillus verſus eius in Cæſarem citat. Notus etiam ſcazon illius in Tigellium: *Sardi Tigelli putridum caput venit.* Pedianus ſcripſiſſe hendecaſyllabos elegantiſſimos in Curium, notiſſimum aleatorem, prodidit. Quintiliam adamaſſe, liquet ex Propertio. Facetias illius & iocos præter Catullum commendat Plinius epiſtolarum 15. Sed & Ouidius eius meminit.

Murænæ.

Murænæ cognomen Liciniis adhæſit, teſte Macrobio, quod hoc piſce quidam illorum effuſiſſime delectatus ſit. Meminit Varro libr. 3. de re ruſtica capite 3. Columella libr. octauo capite 16. Cicero veterem familiam, & Lanuuio municipio gratia & propinquitate coniunctam fuiſſe, oſtendit.

Licinius Muræna, ætate L. Craſſi, Oratoris, & Sergii Oratæ, primus reliquorum piſcium viuaria inuenit, cum oſtrearum Sergius iam inueniſſet. Plinius libro nono, capite 54.

P. Licinius Muræna, Q. Hortenſii & M. Craſſi æqualis, mediocri ingenio, ſed magno ſtudio rerum veterum, literarum ſtudioſus & non imperitus, multæ induſtriæ & magni laboris fuit. Cicero in Bruto.

L. LICINIVS L. F. MVRÆNA, patrem, auum & proauum Prætorios habuit. L. pater a L. Sylla contra Mithradatem in Aſiā miſſus, illum repreſſit, eoque nomine triūphauit. Ipſe L. filius tum ſub patre militauit. Deinde legatus Luculli cum eodem aduerſus Mithradatem profectus eſt.

Geſta Prætura, cum vrbanam iuriſdictionem tenuiſſet, Galliam prouinciam habuit. Inde regreſſum, ac Conſulem deſignatum, Ser. Sulpitius, Cn. Poſthumius & M. Cato poſtularunt ambitus. Sed defendente Cicerone Conſule, qui illum Conſulem renunciârat, honeſtiſſime abſolutus eſt, geſſitque Conſulatum cum D. Syllano anno V. C. DCXCI. Priuignus illi fuit L. Natta adoleſcens, affinis P. Clodii, & idem Pontifex. Vnde Semproniam matrem, coniugem Murænæ fuiſſe, filiamque Fuluiam, Clodio nuptam, indubitatum eſt. Vide Ciceronem in orat. pro domo ſua ad Pontifices.

C. Licinius Muræna L. fr. legatus fratris in Gallia fuit, teſtibus Cicerone in oratione pro Muræna, & Saluſtio in Catilina.

L. Licinius Muræna, qui & propter adoptionem A. Terentius Varro Muræna dictus eſt, inita cum Fannio Cæpione cõtra Cæſarem Auguſtum conſpiratione, publica auctoritate oppreſſus eſt, vt tradit Paterculus. Porphyrio, interpres Horatii, videtur indicare, Murænam & Cæpionem Proculeii fratres fuiſſe, cum quibus ſpoliatis bello ciuili rebus omnibus bona ſua diuiſerit. Dion lib. 54. etiam Murænæ ſororẽ fuiſſe ſcribit Terentiam, Mœcenatis vxorem. Murænæ gratia periclitatum Athenæum Philoſophum memorat Strabo lib. 14. Huius autem an alterius meminerit Horatius lib. 3. Oda 19. his verbis:

Da Lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ, da puer Auguris
Murænæ, &c.

nondum ſatis comperi.

Liciniæ Veſtalis, quæ locum ſuum gladiatorium L. Murenæ, propinquo ſuo, cõceſſit, meminimus ſupra.

Neruæ.

Licinius Nerua, Trib. pl. Iunio Bruto & Manlio Volſone Coſs. ann. vrbis conditæ DLXXV. memoratur Liuio lib. 41.

C. Licinius Nerua, Prætor anno V. C. DLXXXVI. Hiſpaniam citeriorem obtinuit. Liuius 45.

A. Licinius Nerua, Prætor anno ſequẽti, & ipſe Hiſpaniarum alteram prouinciam ſortitus eſt. Liuius in fine 45.

Licinius Nerua, Prætor Macedoniæ, Quæſtorem habuit Tremellium, eum, qui primus omnium Scrophæ cognomentum tulit, auus Terentii Varronis. Varro 2. de re ruſt. cap. 4.

C. Licinius Nerua, tempore belli Iugurthini, vir quidem non indiſertus, ſed in Tribunatu, ac in reliqua omni vita ciuis improbus. Cicero in Bruto.

A. Licinius Nerua Silianus P. F. Conſul fuit ſub Auguſto anno V.C. DCCLIX. Laudatur impenſe a Velleio Paterculo. Alius ab hoc eſt (quomodo temporum ratio arguit) de quo Cicero ad Atticum 12. Bene fecit, inquit, A. Silius, qui tranſegerit: neq; enim ei deeſſe volebam, & quid poſſem, timebam.

Sacerdotes.

Licinii Sacerdotes plebeii fuere, teſte Aſconio Pediano.

C. Licinius Sacerdos, periurii a P. Scipione Æmiliano Cenſore palam reprehenſus eſt. Cicero pro A. Cluentio & Valerius 4. capite 1.

C. Licinius Sacerdos, Prætor, Siciliæ præfuit, ſuccedente ipſi Verre. Legatus inde Q. Metelli in Creta, Ciceronis in Conſulatu competitor fuit. Cicero in Verrinis, pro Plancio, in epiſtolis ad Atticum & alibi.

Vari.

C. Licinius P. F. P. N. Varus, Conſulatum geſſit cum P. Lentulo Caudino anno V.C. DXVII. teſte Caſſiodoro, & tabulis Capitolinis. In opuſculo Cenſorini de die natali pro Licinio perperam Liuius appellatur, nec recte Cuſpinianus Varronem vocat, qui Varus fuit.

P. Licinius Varus, Ædilis curulis belli Pun. ſecundi anno 9. biennio poſt Prætor, ius in vrbe dixit. Idem a Liuio & Claudio cum L. Veturio & Q. Metello victoriæ de Haſdrubale nuncius in vrbem miſſus eſt. Liuius 27.

LICINII alii, ſecundum cognomenta digeſti.

A. Licinius Archias, accuſatus ſuper iure ciuitatis a Graccho quodam, a M. Cicerone luculenta oratione defenſus eſt. Natus fuit Antiochiæ. Poeta vero cum eſſet, ob ingenium & litteras principibus in republica viris cariſſimus extitit.

Q. Licinius Baſſus, Conſul ſub Nerone, anno vrbis Conditæ DCCCXVI. periit car-

carbunculo, teſte Plinio libro 26. capite 1. Vbi tamen mendoſe Lucanius, quomodo & apud Cornelium Tacitum perperam Luxanius, vocatur.

Licinius Bructio, coniugem habuit C. Afraniam, quæ ſemper ipſa pro ſe apud Prætorem dixit. Valerius Maximus 8.c.3.

Liciniæ Campetiæ epitaphium refertur in memor. Ital. pag. 283.

Licinius Cæcina, nouus Senator ſub Othone Imperatore, refertur Tacito 18. Videan de eodem Plinius loquatur libri 20. capite 18.

Licinio Frontoni reſcripſit Seuerus Imp. Pand.4.tit.de minor.25. annis. Meminit eiuſdem 2. Cod. de pactis, reſcribens ad Philinum.

Licinius Gabolus, per Agrippinam pulſus, a Nerone patriæ redditus eſt. Tacitus 14.

C. Licinius Hoplomachus, cum patri, tanquã bona diſſipanti, iis interdici a Prætore obtinuiſſet, ipſe poſtea patrimonium ampliſſimum breui tempore decoxit. Valerius 8.cap.6.

C. Licinius Imbrex, vetus Comœdiarum ſcriptor, citatur a Sex. Pompeio libro 13. item a Gellio lib. 13. c. 21. ac inibi verſus illius ex fabula, quæ Neæra inſcripta eſt. Neſcio an idem ſit P. Licinius Tegula, cuius meminit Liuius 31. vt qui ſcripſerit carmen a ter nouenis virginibus decantandũ, ann. V.C. DLII. Certe imbrex & tegula eiuſdem rei voces ſunt.

Licinius Lenticula, colluſor Antonii, condemnatus de alea, per Antonium reſtitutus eſt. Cicero Philippica 2. & Dion ſub perſona Ciceronis in fine 45.

M. IVLIVS LICINIVS LICINIANVS, in Dacia natus, genus ſuum referebat ad Philippum Imperatorem. Probatus in bello Perſico contra Narſen, interemto Seuero, conſors imperii factus eſt, idque per Galerium Maximianum, in quem tamen poſtea valde ingratus extitit. Accepta autẽ Cõſtantini ſorore in coniugem, diu concorditer cum illo imperium adminiſtrauit. Verũ cum Chriſtianos perſequeretur, nec admonitus deſiſteret, victus a Conſtantino, ac poſtea, quod non quieſceret, occiſus eſt anno imperii 14. ætatis fere 70. Homo aſper & auarus, litteris infeſtus, quarum adeo rudis erat, vt ne nomen quidem ſuũ decretis ſubſcribere poſſet. Non multo poſt patris mortem periit Licinius F. Cæſaris appellatione, & Conſulatu cum Conſtantino geſto, clarus.

Licinio Liciniano B.F. Coſ. Secularia Seuerina coniunx F. C. Hæc inſcriptio extat Moguntiæ in monte S. Stephani. Inſcript. ant. pag. 467.

Licinius Menas, memoratur a Columella lib. 12. cap. 4.

P. LICINIVS MVTIANVS, ter Conſul, Veſpaſiano, Iudaicum bellum gerenti, præcipuus ad ſumendum imperium hortator ſimul & adiutor fuit, Syriam tunc cum 4. legionibus adminiſtrans, vir ſecundis aduerſiſque iuxta famoſus. Iuuenis inſignes amicitias ambitioſe coluit. Mox attritis opibus ſub Claudio, in ſecretum Aſiæ repoſitus, tam prope ab exule fuit, quam poſtea a principe, luxuria, induſtria, comitate, arrogantia, malis boniſque artibus mixtus. Nimias voluptates, cum vacaret, contra cum poſtularet res, magnas virtutes ſectabatur. Palam laudares, ſecreta male audiebant. Summatim apud omnes talis erat, vt expeditius illi foret imperiũ tradere, quam obtinere. Impudicitiam illius Veſpaſianus ſic notabat, vt apud amicos de illo querens iam Imp. ſemper adiiceret: *Ego tamen vir ſum.* Hæc ex Plinio, Tacito & Tranquillo. Plinius etiam ſæpius vti ſcriptorem citat. Scripſit autem 11. actorum libros, & 3. epiſtolarum, vt refert Tacitus in vita Agricolæ.

Licinius Nepos, celebris Declamator, refertur a Seneca.

Licinius Nepos, diu orbus, ſuſcepta filia, captatores fruſtratus eſt. Domũ habuit apud ſacellum Floræ ad veteres Ficelias, autore Martiale.

Licinius Nepos, acer & fortis vir, Præturam gerens, Senatori mulctam dixit. Plinius libro quarto epiſtolarum ad Romanum.

L. Licinius Pollio, miſſus legatus ad Criſpinum Conſulem, cum is, cæſo collega Marcello, ex vulnere decumberet. Liuius 27.

Licinii Popæ meminit Cicero pro Milone.

C. Licinio C. lib. Primigenio & Liciniæ C. lib. Hygiæ. Inſcript. ant. pag. 292.

Licinius Proculus, Othonianas partes ſecutus, cæſo Galba, Præfectus præt. factus eſt. Cæſo Othone, cum apud Vitelliũ proditionem prætexuiſſet, abſolutus eſt. Tacitus lib. 18. Quidam hunc I.C. faciunt,

qui 8. libros ἠθικῶν reliquerit. Celſus etiam filium Iuriſconſultum habuiſſe vult. Alium ab vtroq; ſtatuere videtur Vlpianus, non leuem iuris authorem nominans ex reſcripto Diuorum fratrum.

M. Licinius M. F. Puſilio. Sex. Vipſanius M. F. Clemens. Q. Caſſius C.F. Niger. Hæc epigraphe repetitur Veronæ. Inſcrip. ant. pag. 328.

Licinius Regulus, vir Senatorii ordinis ſub Auguſto, memoratur Dioni lib. 54.

Licinius Rufinus, reſcripſit Iulio Paulo I.C. ipſo teſte Pand. 40. Quibus ad libertatem proclamare non licet. Citantur ipſius libri regularum 12. Pand. 23. de ritu nuptiarum. ¶ Haud ſcio, an diuerſus ab hoc ſit, cuius extat collatio legum Iudaic. & Rom. edita a Petro Pitheo.

P. Licinius Saturninus P.F. memoratur Inſcript. ant. pag. 152.

L. Licinius Squillus, miles Cæſaris bello ciuili in Hiſpania ſub Q. Caſſio, quem facta coniuratione vulnerauit. Hirtius Comment. 4.

M. Licinius Strabo Trib. mil. ann. V.C. DLXXV. ab Hiſtris, dum caſtra tuetur, interemtus eſt. Liuius 41.

LICINIUS SURA, ter Conſul, Traiani principis amicitia & familiaritate inſignis, cui vſque adeo fidem habuit Imp. vt poſt delationem domum eius venerit, pranſitque cum illo, eius medico oculos tentādos exhibuerit, tonſoriq; operam dederit, mox ad amicos cōuerſus: Ecquid accuſare amplius Suram poteſtis? Huic mortuo ſepulchrum fieri, & ſtatuam poni iuſſit. Cæterū Suræ tantæ opes fuerunt, vt Gymnaſium ſuis impenſis publicārit. Eidem Traianus Prætorianorum præfecturam daturus, cū gladium pro more traderet: Accipe, inquit, gladium hunc, Licini, eoque, ſi recte imperauero, pro me; ſin ſecus, contra me vtere. Meminit eius vt viri eximie docti, Valerius Martialis libro ſeptimo, & Iuuenalis, vt prouidentis, Satyra 14. Sed & Plinius ad illum ſcribit in fine 4. Addendum ex Spartiano, Hadrianum, ſuffragante Sura, ad pleniorem Traiani amicitiam perueniſſe, nepte per ſororem Traiani coniuge ducta.

P. Licinius Tegula, dictus in Licinio Imbrice.

C. Licinius Trio, refertur in Inſcript. antiquis Germaniæ pag. 390.

LICINII ſine cognomentis.

M. Licinius, Trib. mil. cecidit in pugna ſub Marcello aduerſus Hannibalem, anno V.C. DXLIIII. Liuius 27.

Sex. Licinius, Senator, a C. Mario, quo die ſeptimum Conſulatum iniit, de ſaxo deiici iuſſus eſt. Liuius 80.

Licinius, homo literatus, ſeruus a manu C. Gracchi, pone quem cōcionantem ſubſiſtens, actionem illius inflata tibia, vel intendebat vel reuocabat. Fuit is poſtea cliēs Q. Catuli. Cicero de Oratore 3. Gellius 1. capite 11. qui tamen hoc de fiſtula credere non ſuſtinet.

C. Licinius, Conſularis & Hiſtoricus, familiariſſimus C. Iulio Hygino: quippe quem admodum pauperem deceſſiſſe, & liberalitate ſua quoad vixerit, ſuſtentatum tradiderit. Auctor Suetonius de claris Grammaticis.

Licinius, Auguſti tonſor prædiues, ſepultus via Salaria ad ſecundum lapidem nobili monumento, in quem eſt Terentii Varronis Atacini epigramma a Cornuto, interprete Perſii, adductum, & Petronii fragmentis ſubiectum:

Marmoreo tumulo Licinus iacet, at Cato paruo;
Pompeius nullo, credimus eſſe Deos?
Saxa premunt Licinum, leuat altum fama Catonem,
Pompeium tituli, credimus eſſe Deos.

Vide Romam Fabricii pag. 196. Meminere eiuſdem Licinii Horatius in arte Poetica, Martialis lib. 8. ad Muſam, Iuuenalis Satyra 1.

Licinius, origine Gallus, ab Auguſto Galliæ præpoſitus, auare eā adminiſtrauit. Ergo Gallis cum Auguſto grauiſſime accuſantibus, hoc commento diſcrimen euaſit. Adducto in ædes ſuas principe, multis argenti aurique theſauris, multis aceruis demonſtratis: *Hæc*, inquit, *domine data opera tibi ac Romanis collegi, ne Galli tanta vi pecuniæ inſtructi deficerent: itaque omnia & conſeruaui tibi hæc, & nunc do.* &c. Vide Dionem lib. 54.

Licinius Mathematicus, celebratur Vitruuio lib. 7. cap. 5.

Licinia Mima de ſe in Epitaphio: Docta, erudita pene Muſarū manu, quæ modo nobiliū ludos decoraui choro, & Græca in ſcena prima populo apparui.

Licinio reſcribit Gordianus A. 2. C. de tranſactionibus.

Lici-

Liciniç idem Gord. 5. Cod. tit. 74.

Liciniæ alii reſcribitur ab A A. & C C. 3. Cod. tit. 10.

LIGARII.

T. Q. & N. Ligarii, fratres, auunculum habuere T. Brocchum. Ex his Q. Ligarius cum C. Conſidio profectus in Africam legatus, illo decedente, remanſit in prouincia, eamque gubernauit. Oppreſſus autem ab Accio Varo, Pompeianarum partium duce, flagrante iam bello ciuili, eidem ſe coniunxit. Vnde poſtea a Q. Tuberone apud Cæſarē accuſatus, Ciceronis defenſione & eloquentia ſalutem & abſolutionē obtinuit. Eius beneficii cum parū memor cum reliquis in Cæſarem conſpiraſſet, lege Pedia damnatus interiit: fratres ſimiliter a Triumuiris proſcripti ſunt, & cæſi, teſte Appiano lib. 4.

Ligarius alius, memoratur ibidem Appiano.

P. Ligarius, dimiſſus a Cæſare in Hiſpania, & rurſum in Africa captus, ob perfidiā necari iuſſus eſt. Comment. eius belli 5.

LIGVRII.

A. Ligurius, Cæſaris familiaris. Meminit eius Cicero ad Atticum 11. epiſtola 9. & ad Q. fratrem lib. 3. ſcripturum ſe illi pollicetur, tum temporis ſub Cæſare in Galliis militanti. Deceſſit ſub Cæſare, vt teſtis eſt idē Cicero familiarium 16. epiſtola 18. virum bonum & ſibi amicum appellans.

Q. Ligurius, C. Conſidii F. partiū Pompeii in Africa, vitam a Cæſare impetrauit. Traditur id commentario 5.

C. Ligurius L. F. Vol. Aſper. ↄ. Con. L. Cr. ingenuor. Sic legitur in Inſcriptione vetuſta de Cæcilio quodam Ciſiano. Pete Cæcilios.

LIGVRINI.

Ligurino adoleſcenti ſcribit Horatius 4. Carminum Oda 10. monens eum, ne ob formam ſuperbiat.

Ligurinus, memoratur Martiali lib. 5. vt vir bonus, ſed ſcriptorum ſuorum recitatione moleſtus.

Ligurinus puer, refertur in memoriis antiquis hac epigraphe: *Crudeles Parcæ, quæ nemini parcunt, inuidere mihi. Hic ſitus eſt Ligurinus puer, dolor parentum.* Extat Salonæ. Inſcript. ant. pag. 369.

¶ Limbriciae Theodoræ, quæ vixit annis XXVIII. M. XI. fœminæ incomparabili, Vitruuius Aprilis coniugi bene merenti fecit. Inſcript. ant. pag. 123.

LIVII.

Liuiorum familia quanquam plebeia, valde tamen floruit, 8. Conſulatibus, Cenſuris 2. triumphis 3. Dictatura etiā & Magiſterio Equitum honorata, clara & inſignibus viris, ac maxime Salinatore Druſiſque. Suetonius in Tiberio.

L. Liuius, Trib. pl. anno vrbis conditæ CCCCXXXIII. cum Q. Melio, deditionem Conſulum aliorumque, per quos pax Caudina facta erat, cum & ipſi eius pacis ſimul autores fuiſſent, impedire conat⁹ eſt. Li. 9.

M. Liuius ... F. C. N. Denter, Conſulatū geſſit ann. V. C. CCCCLI. cum M. Æmilio Paulo. Deinde factus Pontifex, deuouenti ſe pro repub. P. Decio, quartum Conſuli, verbis præiuit. Liuius initio 10.

Salinatores.

M. Livivs M. F. M. N. Conſul anno vrbis conditæ DXXXIIII. de Illyriis triumphauit. DXLVI. Mox a populo ob prædam non æqualiter diuiſam damnatus, diu ruri vixit. Retractus demum in vrbem, & iterū Conſul factus cum C. Claudio inimico, reipublicæ cauſa cum eodem in gratiam rediit, Haſdrubalem vicit, deque eo triumphauit. Nondum abierat honore, cum per collegā Dictator dictus eſt. Cenſor cum eodem Claudio, trib⁹ omnes, excepta Metia, ærarias fecit, ſtipendioq; priuauit, eo nomine, quod vel prius ſe iniuſte condemnaſſent, vel poſtea tantos honores non recte tribuiſſent. In eadem Cenſura, quod ſalis vectigal primus omnium commentus eſſet, Salinatoris cognomen tulit. Liuius 27. 28, & 29. Valerius 2. cap. 1. & 4. lib. 4. cap. 2. lib. 9. cap. 3. Plinius de viris illuſtribus, Frontinus 4. cap. 1.

C. Liuius M. F. Salinator, Pontifex & Prætor in annum vrbis conditæ DLI. creatus, prouinciā Brutios cum duabus legionibus ſortitus eſt. Liuius 30.

C. Liuius M. F. M. N. Salinator, geſta Ædilitate & Prætura, Conſulatum quoq; in annum DLXV. & Galliam prouinciā nactus, nihil memorabile patrauit. Liuius 34. & 38. Deceſſit ann. V. CCCCLXXXVIII. Idem Liuius 42.

Liuius Salinator, miſſus a Sertorio cum ſex millibus equitum, iuga Pyrenæi occupauit. Vnde cum a C. Annio, legato Syllæ, depelli nō poſſet, per dolum a Calphurnio

Lanario interemtus eſt. Plutarchus in Sertorio.

M. Liuius Macatus, M. Liuii Salinatoris cognatus, belli Punici ſecundi tempore arci Tarentinæ præfuit. In hunc extat iocus Q. Fabii Maximi, niſi ipſe ciuitatem Tarentinam amiſiſſet, ſe non potuiſſe eam recipere. Quidam hîc turpiter cæcutiunt, Macatum hunc eundem cum Salinatore facientes.

Druſi.

Liuius Druſus, hoſtium duce Drauſo cominus cæſo, ſibi poſteriſque ſuis cognomen inuenit. Traditur idem Proprætore ex prouincia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum, nec, vt fama eſt, extortum a Camillo. Suetonius in Tiberio. Rutilius etiam hunc Conſulem, & collegam Scipionis Æmiliani facit, perperam, quod filii eſt, patri tribuens.

C. Liuius M. F. Druſus, Conſulatum geſſit cum Scipione Æmiliano ann. V. C. DCVI. Meminit vtriuſque Appianus in Libyco, & Iulius Obſequẽs de prodigiis. Hic, opinor, fuit cæcus ille & I. C. de quo vide Ciceronem Tuſcul. 5. & Valerium Max. lib. 8. cap. 7.

M. Liuius C. F. M. N. Druſus, Conſul ann. V. C. DCXLI. aduerſus Scordiſcos, gẽtem a Gallis oriundam, feliciter pugnauit, magnumq; honorem tulit. Ea tradunt Florus & Rufus. Plerique etiam hunc triumphaſſe volunt. Cenſuram poſtremo geſſit cum M. Æmilio Scauro, teſte Plutarcho in quæſtionibus, inq; eo magiſtratu deceſſit.

M. Liuius Druſus C. F. eius, qui primus id cognomen adeptus eſt, abnepos, vir ingenio, eloquentia & diuitiis pollẽs, in Tribunatu C. Gracchum collegam iterũ Tribunum fecit. Deinde mutata mente, cum in gratiam Patrum conatibus illius reſiſteret, patronus Senatus appellatus eſt. Fratrem habuit C. Druſum, & ipſum non indiſertum. Cicero in Bruto, Plutarchus in Graccho. De Caio amplius Cicero 5. Tuſcul. & Valerius lib 8.

M. LIVIUS DRVSVS, ſuperioris M. Druſi F. genere & eloquentia clariſſimus, ſed ambitioſus & ſuperbus. Ædilis magnificentiſſimum munus dedit. Ac ibi Rubrio collegæ quædam de vtilitate reipub. ſuggerente: Quid tibi, inquit, cum repub. noſtra? Quæſtor in Aſia, nullis inſignibus vti voluit, ne quid ipſo eſſet inſignius. Tribunatum pro Senatus auctoritate ſuſcepit, ſic tamẽ in eo popularis, vt ante omnes illi plebs aſtans plauſerit. Plebi agros dedit, Equites in Senatum legit, Senatui iudicia permiſit. Dicere ſolebat, vni ſibi, ne puero quidem, ferias vnquam contigiſſe. Tantæ vero liberalitatis fuit, vt profeſſus ſit, nemini ſe quidquam ad largiendum præter cœlum & cœnum reliquiſſe. Cum domum ædificaret in Palatio, promitteretque architectus, ita ſe eam ædificaturum, vt libera a conſpectu, immuniſque ab omnibus arbitris eſſet: *Tu vero*, inquit, *ſi quid in te artis eſt, ita compone domum meam, vt quicquid agam, ab omnibus perſpici poſſit*. Verum cum animaduerteret, non eam erga ſe gratiam Senatus ac reliquorum ordinum eſſe, quam ſperaſſet, conuerſus ad alia conſilia, Latinis ciuitatem promittere cœpit, Cæpionem inimicum, actionibus ſuis reſiſtentem, minatus eſt ſe de ſaxo Tarpeio præcipitaturum. Plinius libro 39. capite primo auctor eſt, eas inimicitias ex anulo in auctione nauali exortas, indeque bellum ſociale natum. Idem 28. capite 9. tradit, caprinum ſanguinem bibiſſe Liuium, vt pallore & inuidia veneni ſibi dati inſimulare Cæpionem poſſet. Philippo Conſuli, legibus agrariis reluctanti, per ſuos ita collũ obtorſit, vt multus ſanguis e naribus efflueret. Senatui, vt in Curiam veniret, mittenti, Cur non potius, inquit, ille ad me venit? Vtriuſque meminit Valerius. Comitiali morbo obnoxius, hellebori medicamento in Anticyra ſe liberauit, teſte Plinio libri 25. capite 5. Cum tamen aliquando poſtea in publico concidiſſet, vota pro illo per Italiam publice ſuſcepta ſunt. Latinis volentibus Philippum Conſulem in Albano trucidare, Philippum monuit, vt caueret. Vnde accuſatus in Senatu, cum domum ſe reciperet, magna populi frequentia cinctus, in atrio domus ſuæ cultro percuſſus, intra paucas horas expirauit. Cędis inuidia apud Philippum & Cæpionem fuit. Tradunt, cũ iam animam exhalaturus eſſet, intuentem adſtantium mœrentiumque multitudinẽ, rogaſſe propinquos & amicos, ecquando ſimilem ſui ciuem habitura eſſet reſpublica? Mortẽ eius Cornelia mater, adhuc ſuperſtes, magno animo tulit. *Hæc ex Cicerone, Val. Maximo, Paterculo, Seneca, Plinio, Appiano & Plutarcho, item ex libello de viris illuſtrib.

Cicero. Plinius. Paterculus. Val. 9. cap. 5. Paterculus. Seneca ad Marciam.

*Cicero pro domo ſua etiam Pontificem fuiſſe, indicat.

Liuia M. Liuii ſoror, duos deinceps maritos habuit, ex altero Catonem & Porciā, ex altero Cæpionem & duas Seruilias ſuſtulit. Fuit itaque Liuius Catonis Vticenſis auunculus; Bruti, qui Cæſarem occidit, auunculus magnus.

Liuius Druſus Claudianus, per adoptionem inſertus Liuiorum familiæ, poſt cladem Philippenſem ſe in tabernaculo interemit; tradente Paterculo. Hunc an alium neſcio. Cælius apud Ciceronem epiſtola 14. notat vt hominem maculoſæ vitæ, nec dignum, apud quem legis Scatiniæ iudiciū fieret. Cicero etiam ad Q. fratrem ſub finē ſecundi, de præuaricatione reum vix tandē 4. ſententiis Tribunorum ærarii abſolutū ait, cum Senatores & Equites damnaſſent.

Livia, Druſi Claudiani F. ex Tib. Nerone Tiberiū, qui poſt imperauit, & Druſum genuit. Deinde Auguſto iuncta, quāquam vterque valde vellet, nihil liberorū tulit. Deceſſit potiente rerum Tiberio F. ann. V.C. DCCLXXXI. ætatis 86. Data opera hic breuiores ſumus, quoniam vitā eius accuratius & fuſius deſcripſimus in Genealogia Cæſarum.

M. Liuius L. F. Druſus Libo, Conſulatū geſſit ſub Auguſto cum L. Calphurnio Piſone ann. V.C. DCCXXXVIII. Fragmentū Colotianum etiam L. N. vocat.

Liuia Rutilii, ex Salinatorum, an Druſorum familia, incertum 97. annos vixiſſe traditur Valerio lib. 8. cap. 14. & Plinio lib. 7. capite 48.

C. Liuius, memoratur Corn. Tacito inter accuſatores & patronos. Accuſauit Scribonium Libonem Druſum. Idem lib. 2.

Livii alii.

T. Livius Patavinus, Hiſtoriæ ſcriptor, floruit ſub Auguſto, cui propter ingenium & eloquentiam cariſſimus fuit, ab eodem ob immodice laudatum Pompeiū per iocum Pompeianus appellatus. Deſcripſit P. R. res geſtas ab vrbe condita vſq; ad mortem Druſi Germanici, qui fuit Cæſaris Auguſti priuignus. Tantum autem nominis & famæ hoc opere conſecutus eſt, vt, quemadmodum tradit Plinius iunior, ab vltimis Hiſpaniæ Galliæque finibus venerint nobiles quidam ad illum viſendum, eloquentiæ illius claritudine commoti. Quā rem & Hieronymus noſter ad Paulinum commemorans: *Et quos*, inquit, *ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius fama perduxit.* Et addit: *Habuit illa ætas inauditum & omnibus ſeculis celebrandum miraculum, vt tantam vrbem ingreſſi, aliud extra vrbem quærerent.* Scripſit & Dialogos, & libros ex profeſſo Philoſophiam continentes. Deceſſit ſeptuagenarius Patauii, anno Tiberii quinto, quo & Ouidium obiiſſe volunt, cum eodem anno, quo Meſſala Orator, in lucem editus eſſet. Filium reliquit, & ipſum inter claros ſcriptores numeratū, quem aliquoties a Plinio Secundo citatum legimus. Laudes ipſius, ob ingenium & eloquentiam, certatim prædicant Seneca, Plinius, Tacitus, Quintilianus, Martialis, & ne plures nominem, Hieronymus noſter. De eodem conſulendæ Inſcriptiones antiq. pag. 347.

¶Vide lib. 2. epiſt. 3. nonnihil variantem.

C. Liuius C. F. ſibi & ſuis T. Liuio T. F. Priſco F. T. Liuio T. F. Longo F. Caſsiæ Sex. filiæ Primæ vxori. Extat Patauii. Inſcript. ant. pagina 336.

T. Liuius Liuiæ T. F. Quartæ L. Halys Concordialis Patauii ſibi & ſuis omnibus. Ibidem pagina 339.

¶ C. Livius Andronicus, M. Liuii Salinatoris, cuius liberos docuit, libertus, primus apud Latinos fabulas dedit, annis fere 410. poſt Romam conditā, App. Claudio Cæci F. M. Tuditano Coſs. anno ante natum Ennium. Reliquit & annaliū libros 18. item hymnos Deorum, autoribus Cicerone, Valerio, Liuio, Gellio, Terentiano & Diomede. Citatur apud Nonium in Andromeda, Ægiſtho, Aiace, Hermione, Antiopa, &c. a Sex. Pompeio in Odyſſea, Virdine, Lydio, Gladiolo. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pag. 141. hæc de eo habet: *Liuius Andronicus cum bello Pun. ſecundo ſcripſiſſet carmen, quod a virginibus eſt cantatum. quia proſperius reſpub populi R. geri cœpta eſt, publice attributa eſt ei in Auentino ædes Mineruæ, in qua liceret ſcribis hiſtrionibusq; conſiſtere, ac dona ponere in honorem Liuii, quia is & ſcribebat fabulas, & agebat;* &c Fragmenta eius e bonis auctoribus excerpſit Robertus Stephanus, edita ab Henrico Stephano.

Liuiæ Dorcadi contubernali cariſſimæ Diadumenus. Inſcript. ant. pag. 292.

M. Liuius Fortunatus Venuſtæ libertæ ex-uxori b. m. vixit ann. XXIIII. *M.* VI. *d.* VII. Ibidem pag. 331.

¶ Liuius Geminius, Druſillam C. principis, euntem in cœlum ſe vidiſſe iurauit: quod cum ei nō crederetur, verbis conceptis affirmauit, etiāſi in medio foro homi-

nem occiſum vidiſſet,ſe non indicaturum. Seneca de morte Claudii,Dion lib. 58.

A. Liuius Gemellus,refertur in antiquis inſcriptionibus vrbis Romæ pag. 259.

¶ L.Liuius Ligus,Quæſtor cum L.Cornelio ſub Triumuiris.Ibidem pag. 315.

¶ LIVIA HORESTILLA,C. Piſoni nupta, a C.Caligula abducta, ac intra paucos dies repudiata, biennio poſt relegata eſt, quod intermedio tempore vſum prioris mariti repetiiſſe videretur.

¶ Liuia Medullina,cognomēto Camilla, e genere Camilli Dictatoris, Claudii, qui poſt imperauit, ſponſa,ipſo die,qui nuptiis erat deſtinatus,ex valetudine deceſſit. Suetonius.

¶ Liuia Ocellina, patrem Imp. Galbæ nobilitatis cauſa maritum cepit,& filiū eius adoptauit:vnde ille poſtea Liuii nomē, Ocellæ cognomen,& L.prænomen vſurpauit. Suetonius.

¶ Liuius Laurenſis, ſub Commodo vixit. Lampridius.

¶ Liuia Pſyche, memoratur in vetuſtis Inſcript. Romæ pag. 304.

Liuia Rufina 50. annis vidua fuit. Refertur in mem.Ital.129.

¶ Liuius Poſthumius, Fidenatium Dictator, poſt vrbem receptam a Gallis, Romanas matres familias ſibi dedi poſtulauit. Plutarchus in Romulo & Macrobius Saturnalium 1.

¶ LIVIANVS Longinus,citatur in Pandect.iuris ciuilis, vt cui Diui fratres reſcripſerint,tit.de quæſtionibus. In meis libris eſt Lælianus.

LIVINEII.

L. Liuineius Regulus, familiaris Ciceronis. Meminit eius epiſtolarum famil. 13. epiſtola 61.

L.Liuineius Trypho, L. Reguli libertus, commendatur ibidem Munatio.

M. Reguli, qui Liuinum libertum exulanti ſibi miſerit, meminit ad Atticum lib. 3.epiſtola 17. Opinor & ibi legendum Liuineium. Sed & commentario belli ciuilis 5. fit mentio Lunei Reguli, vt quem Cæſar Adrumeto præfecerit. Arbitror & illic legendum Liuineium,etſi plerique Caninium malunt.

L. Liuineius L. F. mouetur Senatu ab Auguſto. Vide Dionem lib.54.Ibidem filii eius mentio fit: de quo eodem loqui ſuſpicor Tacitum lib. 3.& 14.

LOLLII.

Lollii plebeii fuere. Horum antiquiſſimum arbitror Cn. Lollium,qui, quod tardius ad extinguendum incendium in ſacra via ortum, accurriſſet, a Trib.pl. die ad populum dicta, damnatus eſt. Valerius 8. c. 1.

Lollius, cum ſecurus, ac nihil ſibi conſcius,tabulam proſcriptionis a Sylla propoſitam legeret, inuento nomine ſuo, dum ſe trepidus adoperto capite e foro ſubtrahit, occiſus eſt. Eutrop. 5. Oroſius itē 5.c.21.

¶ M.Lollius Palicanus,Trib.pl. Craſſo & Pompeio ſecundū Coſſ.autor reſtituendæ Tribuniciæ poteſtatis fuit, vt ſcribit Pedianus. Cicero de claris Oratoribus agens, aptum illum auribus imperatorū affirmat. Et ad Atticum 1.epiſtola 13.de Afranio loquens: *Quam dignus*, inquit, *qui Palicano, ſicut facit,os ad male audiendum cotidie præbeat.* Valerius Max. vt hominis ſeditioſi meminit lib.3.cap.8.

M.Lollius,Prætor prouinciæ Narbonēſis, auxilia miſit Metello contra Q. Sertorium. Plutarchus in Sertorio.

Q.Lollius,Eques Romanus,filios habuit Q.& M. Ex his Q. accuſauit Calidium, adoleſcens inprimis diſertus, occiſus poſt opera Verris. Cicero in Verrinis.

M.Lollius, ſatelles P. Clodii, Cn. Pompeium ſibi interficiendum deſumſit. Cicero pro domo ſua.

C.Lollii & Ouiæ (opinor) vxoris meminit Cicero ad Atticum 12.epiſt.21.

Lollia, vxor A. Gabinii, refertur Suetonio in Cæſare.

M.LOLLIVS M.F. PAVLINVS, Conſul ſub Auguſto ann. V.C. DCCXXXII. primus Gallogræciam, in formam prouinciæ redactam, adminiſtrauit. Legatus in Germania quintæ legionis aquilam amiſit. Additus ab Auguſto Caio filio, Orientem petituro, rector & magiſter, Regum muneribus & prouinciarum ſpoliis infamē ſe reddidit. Vnde cū C. Cæſarē offendiſſet, interdicta amicitia principis, veneno interiit, teſte Solino c. 56. Eadem traduntur a Paterculo, Suetonio & Plin.lib.9.c.35. Ad hunc ſcribit Horatius in Odis & epiſtolis, vbi & Conſulatus illius meminit, annos 44. ſe natum conteſtans. Extat & de ipſo Romæ vetus epigraphe in ponto Fabricio, quemadmodum tradit Sigonius : *L. Fabricius C. F. Cur. Viar. faciundum curauit. Q. Lepidus M. F. M. Lollius M. F. probauerunt.* Agit de eodem Iulius Obſeq. ſub finem.

LOLLIA PAVLINA, M. Lollii, Conſularis F. ſuperioris M. Lollii Paulini neptis, L. Voluſii ſorore genita, cui maior patruus Cotta Meſſala fuit, primum C. Memmio Regulo, dein C. principi nupſit, & aliquanto poſt repudiata fuit. Demum ab Agrippina infeſtata, quod cum ipſa de matrimonio principis certauiſſet, delata apud Claudium, quod Chaldæos & Magos conſuluiſſet, publicatis bonis, ſic vt tantum quinquagies ſeſtertium retineret, Italia pulſa eſt. Agrippina hoc nō ſatiata, Tribunum immiſit, a quo ad mortem adacta eſt. Eius cineres Nero poſtea reportari, ſepulchrumque extrui permiſit. Vide Tacitum 12. & 14. & Dionem lib. 58. Plinius autor eſt, tunicam habuiſſe 400. ſeſtertiis æſtimatam, libr. 9. cap. 35. Idem tradit & Solinus.

M. Lollius C. F. A. Hirtius A. F. Coſſ. fundamenta muroſque a ſolo faciunda curauere, iidemque probauere. Hæc inſcriptio extat in Italia Ferentini in turri arcis. Inſcript. ant. pag. 159. Volaterranus refert eā ad M. Lollium illum Conſularem, Paulinæ auū. ſed fallitur, cum ille patrem M. & collegam Q. Lepidum habuiſſe, tradatur.

Q. Lollio L. F. Fab. patrono & Plotiæ uxori Secundus & Homullus fecerunt ſibi & ſuis. Extat apud Parauium, citante Scardeonio.

¶ Lollius Baſſus, ſcriptor epigrammatū Græcorum, citatur a Planude.

¶ Lollius Gentianus, præfectus vrbis, cuius ſe clientem fateri ſolebat Helius Pertinax, poſt Imp.

¶ Lollius Serenus, floruit ſub Commodo & Seuero. Capitolinus in Albino, cui ſcribit illum affinem fuiſſe.

¶ Lollius Vrbicus, legatus Anton. Pii, Britannos vicit. Scripſit hiſtoriam ſui temporis, citāte illū Lampridio in Diadumeno.

¶ Lolliana pira citantur Macrobio libr. 3. capite 15.

LOLLIANI.

Lollianus Auitus, Conſulatum geſſit ſub Pio cum Gauio Maximo, anno V. C. DCCCXCVI.

Lollianus Auitus, ſuperioris nepos, eundem honorem geſſit ſub Seuero, ann. V. C. DCCCCLXI.

Lollianus, an Auitus neſcio, præfectus vrbi fuit Valeriano. Idem opinor vnus ex 30. tyrannis ſub Gallieno, cæſus eſt a Victorino. Treb. Pollio.

Lollianus, Lampadii eius, qui præfuit vrbi F. carnificis manu periit Valentiniano imperante. Marcellinus 28.

Lollianus, Epheſius ſophiſta, quæritur apud Philoſtr. & Suidam.

¶ LONGI fratres 4. ſic appellati ob proceritatem ſub Arcadio. Nicephorus lib. 13. capite 44.

¶ LONGINI, duo tyranni ſub Anaſtaſio, quorum alter Cos. fuit, vt opinor, ann. V.C. MCCXXXIX.

¶ Q. LVCANIVS, vir fortiſſimus, militauit ſub Cæſare in Galliis, cæſus ab Eburonibus in clade Tituriana. Cæſar Commentario 5.

LVCEII.

Q. Luceius, bello ſociali adiunctus Coſconio, Samnites vicit, teſte Liuio 75.

L. LVCEIVS Q. F. amicus & familiaris Ciceronis, ſcriptor Hiſtoricus, a quo res ſuas geſtas Cicero memoriæ prodi concupiuit, vt eſt familiarium epiſtolarum lib. 5. Geſta Prætura, cum Conſulatum peteret, aduerſante nobilitate, quod Cæſari, quem oderant, ſimul petenti concors collega futurus videretur, prælato Bibulo repulſam ſuſtinuit. In bello ciuili ſecutus eſt Pompeium, cui amiciſſimus ſemper & in intimis fuit, cui & autor extitit vna cū Theophane deſerendæ Italiæ, eamq; fame premendę, quod Cicero in Epiſtolis ad Atticū pluribus in locis teſtatur. A victore tamen Cæſare conſeruatus, & cum multis aliis excellentib. viris patriæ reſtitutus eſt, quemadmodum liquet ex ipſius & Ciceronis epiſtolis. Offenſum aliquando ab Attico Cicero valde ſtuduit eidem reconciliare, de qua re ſcribit ad Atticum epiſtola 9. li. 1 & aliquot ſuperioribus. Habitauit apud Luceium Dion Alexandrinus, qui in ea legatione occiſus eſt. Meminit eius Cicero in oratione pro M. Cælio.

Cn. Luceius, multum vtebatur Bruto. Ad Atticum lib. 16.

P. Luceius, neceſſarius Ciceronis, & amicus Q. Cornificii. Cicero epiſtolarum familiarium 12. in fine.

¶ Luceia, Mima, centum annis in ſcena pronunciauit. Plinius 7. cap. 28.

¶ Luceius Albinus a Nerone Mauritaniæ Cæſarienſi præpoſitus, addita per Galbam Tingitanæ prouinciæ adminiſtratione, cæſus eſt cum vxore ſub Vitellio opera Cluuii Rufi. Tacitus 18.

¶ Luceius Torquatus, vir Conſularis, occiſus ſub Commodo. Lampridius.

LVCII.

Lucius, Poeta Hiſpanus, ad quem ſcribit Martialis lib. 1.

Luci gloria temporum tuorum
Qui Caurum veterem Tagumque noſtrum
Arpis cedere non ſinis diſertis.

Lucio reſcribitur ab Antonino A. 4. C. tit. 26. ſimul autem ab eodem & a Seuero patre, Cod. 8. tit. 14.

Luciæ celebrantur Martyres duæ, altera Syracuſana, cuius conſtantiam & ſupplicium deſcripſit Baptiſta Mantuanus, altera Romana, annis 39. vidua, gladio cæſa ſub Diocletiano.

C. Lucius L. F. Aulianus IIII. vir refertur in mem. Tiburtinis. Inſcript. antiq. pagina 188.

Lucia Druſi F. M. Philocli mater. Ibid. pagina 167.

M. L. Florus M. L. F. M. L. N. M. L. Pomp. Ibidem pag. 118.

LVCIANI.

Luciano reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 31.

Lucianæ reſcribunt Carus, Carinus, & Numerianus AAA. 5. Cod. tit. 3.

Luciano AA. & CC. 4. Cod. tit. 38.

Luciani, Eugilianus & Ingenuus, ille F. hic pater, memorantur in inſcriptionibus Germanicis pag. 429.

Lucianus, Samoſatenus Sophiſta, quæratur apud Suidam & Volaterr.

Lucianus, presbyter Antiochenus, deceſſit Martyr Nicomediæ ſub Maximiano, ſepultus Henelopoli Bithyniæ. Hieron. Suidas.

Lucianus Proclus, Senator ætatis prouectæ, plerunque ruri viuens, coactus cum Domitiano contra Antonium proficiſci, ſimulatque nuncium de parta victoria allatum didicit: *Viciſti*, inquit, *Imperator, vt optabam, quamobrem vt ruri me reſtituas, peto.* Dimiſſus, etſi longo tempore ſuperſtes, nunquam tamen ad Domitianum reuerti ſuſtinuit. Dion.

Q. Lucianus, homo humanus & iocoſus inducitur apud M. Terentium Varronem rei ruſticæ 2. cap. 5.

Luciani crudele facinus refertur a Libanio in epiſtola ad Anatolium, Phœniciæ præſidem.

LVCILII.

C. LVCILIVS, Poeta, ex Aurunca, vrbe Auſonũ, bello Numantino militauit eques ſub Scipione, teſte Paterculo. Scripſit Satyratum ſupra 30. libros, quemadmodum tradit Varro. Horatius lutulentum illum & incompoſitum vocat. Sed rectius eſt & cãdidius Fabii Quintiliani iudicium: *Satyra*, inquit ille, *tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus eſt Poeta Lucilius, qui quoſdam ita deditos ſibi habet amatores, vt eũ non eiuſdem modo operis autoribus, ſed omnib. Poetis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Luciliũ fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis, putat. Nam eruditio in eo mira, libertaſque & acerbitas, & abunde ſalis.* Plinius in præfatione ob mordacitatem ſtili iuſtime illum primum omniũ ſtyli naſum condidiſſe, ſcribit. Fuit Lucilius Pompeii Magni maior auunculus. Nam ſororis Luciliæ filia Pompeii mater exitit, vt aſſerit interpres Horatii Porphyrio. Mortuus eſt Neapoli, & publico funere elatus, anno ætatis 64. teſte Euſebio. Inter fragmenta eius citatur a Sex. Pompeio lib. 12. *Nequam aurũ eſt auris, quod vis vehementius ambiat.* Vbi Aſinius Capito aurum intelligit pecuniam, cuius reſpectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adducuntur. ¶ Cætera e veteribus auctoribus conquiſita leguntur ſtudio Roberti Stephani.

¶ C. Lucilius, homo doctus, & perurbanus, dicere ſolebat, *ea quæ ſcriberet, neque ab indoctis legi velle, neque a doctiſſimis* (ſic enim hæc legũtur in manuſcriptis, teſte Fuluio Vrſino) *quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe, quam ipſe de ſe.* Cicero lib. 2. de Oratore.

Sex. Lucilius, cum ſuperiori anno Trib. pl. fuiſſet, a P. Popilio Lænate Trib. pl. ſaxo Tarpeio deiectus eſt. Autor Paterculus.

¶ L. Lucilius Balbus I. C. Q. Mutii Scæuolæ auditor fuit, vt docet Pomponius in Pand. de orig. iuris. Ipſe viciſſim Ser. Sulpitium docuit. Huic Cicero, vt viro docto & erudito, in agendo & reſpondendo cõſideratam tarditatem tribuit in Bruto. In libris autem de natura Deorum Stoicorũ partes tuentem inducit, in quibus tantos illum progreſſus habuiſſe dicit, vt cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur. In eo tamen opere nõ L. ſed Q. prænomen habet.

Lucilius Balbus, Senecæ familiaris, ex Pompeiis, oppido Campaniæ, in tantum Philoſophiæ ſe dedidit, vt cum Quæſtor

eſſet

eſſet Siciliæ, magnam temporis partem, ab officiis publicis vacans, ſtudiis impenderet. Ad hunc extant epiſtolæ Senecæ.

¶ Lucilius Baſſus, familiaris Ciceronis, cuius meminit ad Atticum lib. 12. epiſtola 5. *Cato*, inquit, *me quidem delectat, ſed etiam Baſſum Lucilium ſua.* De eodem arbitror loqui Ciceronem in familiaribus ad Trebatium libri 7. epiſtola 21. Sed Baſſus noſter me de hoc libro celauit, &c.

Lucilius Baſſus, præfectus claſſis a Vitellio factus, partes illius, Veſpaſiano fauens, prodidit. Vnde Veſpaſianus illum legauit ſibi, miſitq; in Iudæam, ſucceſſurum Cereali Vetiliano, vbi mortem obiit. Tacitus libro 18. & 19. Ioſephus belli Iudaici lib. 7. cap. 25. & 28.

¶ C. Lucilius Hirrus, competitor Ciceronis in Auguratu, & M. Cælii in Ædilitate, vtroq; tempore repulſam paſſus eſt. Quamobrem a Cicerone in epiſtolis ſuauiter ridetur. Exorto bello ciuili, Pompeio adhæſit. Meminit illius Cæſar comment. eius belli 1. Quanquam ibi deprauatum eius nomen eſt, quomodo & apud Ciceronem in epiſtolis Cælianis. Paulus Manutius, vir accurate doctus, C. Luceium vocat, & Luceiæ gentis fuiſſe ſcribit. Sed nobiſcum facit M. Terentius Varro, cuius ex libro 3. de re ruſt. cap. 1. verba palam Lucilium vocant: *Nam is*, inquit, *magiſter eſt Lucilii Hirri, generi tui, cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur.* Idem tradente eodem Varrone lib. 3. cap. vlt. item Plinio lib. 9. cap. 55. murænarum viuaria primus excitauit, cœniſque triumphalibus Cæſaris Dictat. ſex millia numero mutuo dependit. Nam permutate precio aliaue merce noluit. Villam eius, quamuis non amplam aut latam, propter eiuſmodi viuaria, quæ habuit, quadragies ſeſtertium venum datam, autor eſt Macrobius 3. cap. 15. ¶ Adde quæ de eodem habent Notæ Fului Vrſini in opera Ciceronis pag. 24.

L. Lucilius, miſſus ab App. Claudio, Proconſule Ciliciæ, ad Ciceronem ſucceſſorem, quem Cicero ſibi amicum eſſe ſcribit epiſtolarum 3. Fors idem fuit præfectus claſſis Dolabellæ, cuius fit mentio epiſtolarum Ciceronis lib. 12.

LVCILIVS, M. Bruti familiaris & domeſticus, cum in Philippis militib. Antonianis ſe pro Bruto, vt illi ſpatium fugiendi daret, obtuliſſet, ab Antonio fidei nomine ſeruatus eſt, & inter amicos habitus. Idem poſt Antonio in extremis adhæſit. Appianus 4. Plutarchus in Antonio.

Lucilius, Centurio, militaribus facetiis, *Cedo alteram* dictus: quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rurſum aliam poſcebat. Interemtus eſt a militibus. Tacitus 1.

¶ Lucilius Longus, Tiberio triſtium lætorumq; omnium ſocius, vnus ex Senatoribus Rhodii ſeceſſus comes, homo nouus Cenſorio funere ob principis amicitiam effertur. Tacitus lib. 4.

¶ Lucilius Capito, procurator Tiberii in Aſia damnatur. Tacit. ibid. Dion lib. 57.

Lucilius, propinquus Gallieni A. Conſulatum geſſit cum Valeriano iuniore A. ann. V. C. MXVII.

Lucilio reſcribunt AA. & CC. 9. Cod. tit. 45.

¶ C. Lucilius Florus, memoratur Inſcript. ant. pag. 34.

Lucilius Arthemidorus, cum coniuge Pollia Cominia. Ibidem pag. 43.

L. Lucilius Paſicrates & Q. Lucilius Ciſcus. Ibidem pag. 50.

Lucilia maritum (opinor Lucretium Poetam) imprudens veneno in furorem egit, teſte Seneca.

¶ LVCILIANVS, ſocer Iouiniani Imp. ſub illo cæſus. Marcellinus.

¶ LVCILLA, Commodi Imp. ſoror, primum L. Vero Imperatori, deinde Claudio Pompeiano collocata, a fratre propter coniurationem cæſa.

Lucillæ reſcripſit Antoninus A. 4. Cod. tit. 29.

Lucilla, Donatianæ factionis mulier, nota ex Auguſtino.

Lucilla, Nemeſii Tribuni filia, oculis capta, & a D. Stephano Pont. luminibus reſtituta, martyrio coronata eſt ſub Valeriano & Gallieno, principibus.

LVCRETII.

Lucretios Tricipitinos Patricios fuiſſe conſtat. De cæteris omnibus non idem aſſeuerim.

Sp. Lucretius Tricipitinus, ſocer Tarquinii Collatini, cæſo Bruto in Conſulatu ſucceſſit, cooptatus a P. Valerio, qui & illi vt natu maiori prius faſces dedit. Verum ætate confectus, cum ad obeunda munera conſularia vires non ſuppeterent, intra paucos dies mortuus eſt, cui mox M. Ho-

rattus Puluillus ſucceſſit. Auctoribus Liuio, Dionyſio & Plutarcho.

Lvcretia Sp. F. & L. Tarquinii Collatini vxor, cum a Sexto Tarquinio violata eſſet, quod amiſſæ pudicitiæ dolorem non ferret, necem ſibi ferro conſciuit. Eius facinoris occaſione reipublicæ forma immutata eſt, Reges pulſi, libertas aſſerta, vindices eius L. Brutus & L. Collatinus primi Conſulatum ineunt. Ipſe Collatinus vxori hoc epitaphium poſuit: *Collatinus Tarquinius dulciſſimæ coniugi & incomparabili, pudicitia decori, mulierum gloriæ. vixit annis* XXII. *menſ.* III. *d.* VI. *proh dolor, quæ fuit cariſſima.* Extat etiamdum Romæ & in Epiſcope Viterbienſi. Legitur & aliud in Antiquitatib. Fabricii pag. 92. quod & ipſum aſcribere placuit.

Cum foderet ferro caſtum Lucretia pectus,
Sanguinis & torrens egrederetur, ait:
Procedant teſtes, me non placuiſſe Tyranno,
Sanguis ante virum, ſpiritus ante Deos.

T. Lucretius T. F. Tricipitinus, Conſulatum geſſit anno ſecundo vindicatæ libertatis cum P. Valerio, cum Porſena rex in gratiam Tarquiniorum Romanis bellum intulit. Iterum Conſul quarto anno poſt cum eodem Valerio, iam quartū eum honorem obeunte, ſimul cum collega de Sabinis & Veientibus triumphauit. Autores Liuius & Dionyſius.

L. Lucretius T. F. T. N. Tricipitinus, cum T. Veturio anno V. C. CCXCI. de Aequis triumphum duxit, collega de Volſcis fugatis ouante. Dionyſius.

P. Lucretius Præfectus vrb. an. V. C. CCXCIII. dum Conſules abſunt, rempublicam foris gerentes, domi tuetur omnia, & actiones Tribunitias in reditum Conſulum differt. Liuius 3.

Hoſtus Lucretius Tricipitinus, Conſulatum geſſit cum L. Sergio Fidenate anno V. C. CCCXXIIII. Nihil tum actum memoria dignum. Liuius lib. 4.

P. Hoſti F. Lucretius Tricipitinus, Trib. mil. Conſulari poteſtate, & iterum biennio poſt, rempubl. ab externis rebus quietam habuit. Liuius 4.

¶ L. Lucretius Flauus, Conſul an. V. C. CCCLX. Æquos acie vicit. Liuius lib. 5. Huius, vt primo loco ſententiam dicentis in Senatu, meminit opinor Plutarchus in Camillo, niſi Tricipitinū intelligere malis. Idem anno ſequenti Tribunatum militarem Conſulari poteſtate adminiſtrauit.

L. Lucretius Tricipitinus, Tribun. mil. Conſulari poteſt. anno V. C. CCCLXIIII. cum C. Aemilio collega Volſinienſes acie fudit 8. millibus armatorum in deditionem acceptis. Liuius 5. Poſtea bis eodem magiſtratu potitus eſt.

P. Lucretius, Quæſtor initio belli Pun. ſecundi, in poteſtatem Hannibalis venit.

M. Lucretius, Trib. pl. belli Pun. ſecundi an. IX. copias ad M. Liuium, a Scipione ex Hiſpania miſſas, adduxit. Liuius 27.

Sp. Lucretius, Aedilis pleb. anno V. C. DLXXIIII. factus eſt Prætor in annum ſequentem, obtinuitq. Galliam, P. Scipione & P. Craſſo Coſſ. Liuius 28.

C. Lucretius & C. Matienus, Duumuiri nauales creati an. V. C. DLXXII. Cornelio & Bebio Coſſ. Liuius lib. 30.

Sp. Lucretius, Prætor anno vrbis cond. DLXXXI. Hiſpaniā vlteriorē tenuit. Liu. 42.

M. Lucretius, Spurio Prætore Tribunus pl. promulgauit, vt agrum Campanū, quem priuati ſine diſcrimine poſſederant, Cenſores fruendum locarent. Liuius 42.

C. Lucretius Gallus M. fr. an. ſequenti Prætor, cum bellum contra Perſen, regem Macedoniæ, gereret Licinius Cos. claſſi præfuit, fratreq; M. legatū habuit. Liu. 42.

¶ Q. Lucretius, Aedilis, cadauer Tib. Gracchi in Tiberim proiici iuſſit, inde poſtea dictus Vespillo. Auctor huius eſt, qui ſcripſit libellum de viris illuſtr. pag. 462.

Q. Lucretius Veſpillo, in priuatis cauſis acutus & iuriſperitꝰ fuit, teſte Cicerone in Bruto. Floruit temporib. L. Licinii Craſſi & M. Antonii, Oratorum. Atq; hunc eſſe arbitror, quem proſcriptum a Sylla tradit.

Q. Lucretius Q. F. Veſpillo, Senator, initio belli ciuilis Pompeiani Sulmone profugit, cum ciues Antonio portas aperuiſſent. Cum vero ad Pompeium traieciſſet, præfuit cum Minutio Rufo ſubuehendo commeatui, acceptis a Lælio 18. nauibus Aſiaticis. Cæſar a pugna Pharſalica haud dubie, vti complurib. aliis, ita & ipſi reditū conceſſit. Poſtea proſcriptus a Triumuiris, duob. laquearib. ab vxore Thuria incluſus, tantiſper ibi delituit, donec impetrata vita proſcriptioni eximeretur. Geſſit ergo Conſulatum ſub Auguſto ann. V. C. DCCXXXIIII. Authores horum Cæſar belli ciuilis commentario 1. & 3. apud quem mendoſe Hiſpilo vocatur. Valer. 6. cap. 7. Appianus 4. Dion 54.

¶ Q. Lucretius Aſella, deſertis partibus

Marianis,

Marianis, ad Syllam tranſfugit, cui & Præneſte recepit, Mario iuniore Cos. ad mortem adacto. Conſulatum enixius petens, Syllæ iuſſu in medio foro interemtus eſt. Liuius 88. & 89. item Paterculus volumine poſteriore. Plutarchus, Appianus & Plinius de viris illuſtribus hunc Ofellam vocant, Cicero in Bruto Aphiliam, vbi cõcionib. illum quam iudiciis aptiorem perhibet, ſed mendoſe omnes.

¶ T. Lucretius Carus, Poeta, ſynchronus M. Tullii & Terentii Varronis, etſi paulo antiquior, ſcripſit ſex libros de rerum natura, in quibus Epicurum & Empedoclem ſequitur. Id opus plerique à M. Cicerone emendatum volunt, cum autor idipſum imperfectum & inemendatum reliquiſſet. Et quanquam Cicero fratris ſententiam confirmans, non multa habere ingenii lumina fatetur, multæ tamen artis eſſe dicit. Quintilianus etiam in ſua materia elegantẽ, ſed difficilem eſſe teſtatur. Sed omnium maxime honorificum eſt illud Ouidii:

Carmina diuini tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit vna dies.

Periit, quomodo tradit Euſebius, ſua ipſius manu, cum amatorio poculo in furorem actus eſſet. Opinor id datum ab vxore Lucilia. deq; ea intelligendum illud Senecæ: *Liuia virum ſuum occidit, quem nimis oderat, Lucilia ſuum, quem nimis amauerat.* Illa ſponte miſcuit acunitum, hæc decepta furorem propinauit. Donatus, vel quisquis eſt autor vitæ Virgilii, Pompeio & Craſſo ſecundum Conſulibus deceſſiſſe tradit, cum commodum eodem die virilem togam Virgilius induiſſet. ¶ Edidit Lucretium ſuperioribus annis emendatiſſime, ſummaque cum laude, Obertus Giſanius, Iureconſultus. Idem etiam de vita eius aliquanto luculentius diſſeruit.

Lucretius, Comicus, citatur in Numularia.

M. Lucretius, refertur Ciceroni in Verrinis inter ſui temporis iudices.

Q. Lucretius, Hiſtoricus & Poeta, memoratur in epigraphis antiquis Galliæ, pagina 26.

C. Lucretius Annianus, in monumentis Brixianorum.

Lucretius Clemens, in Auguſtanis p. 430.

Q. Lucretius Chreſtus, Q. Lucretius Gemellus, Q. Liberti, viatores Quæſtorum. pag. 208.

L. Lucretius Secundus, floruit ſub Antonino III. Conſule.

Lucretio cuidam reſcribit Pertinax A. 6. Cod. tit. 27.

Lucretio alii AA. & CC. 4. Codicis, titulo 38.

Lucretius quidam ſub iiſdem principibus, Beatricis virginis, quam præfocari fecerat, prædium inuadens, à Diabolo occupatus, animam intra tres horas miſerabiliter efflauit 4. Cal. Auguſti.

Lucretius Verinus, Præfectus vrbis ſub Conſtantino.

LVCTATII

¶ Lutatius eſt, non Luctatius in tabulis Capitolinis, & antiquis nummis, teſte Manutio in Orthographia.

C. Luctatius C. F. C. N. Catulus, Conſul anno V. C. DII. claſſe ducentarum nauium profectus in Siciliam, primo aduentu Drepani portum, cæteroſque circa Lilybæum occupauit. Hinc Drepanum oppugnare conatus, ſimulatque cognouit de aduentu Carthaginenſium, nihil cunctatus hoſtibus occurrit, ac tanta fortitudine cum illis, eaq; conſtantia ad Aegates inſulas depugnauit, vt naues eorum 50. vel fractæ vel demerſæ, 70. plenæ captæ ſint, reliquæ ſublatis velis fuga ſibi ſalutem quæſierint. Carthaginenſium capti viui circiter decem millia hominum. Ea clade Pœni domiti pacis conditiones acceperunt, eſtque bello Punico primo finis impoſitus, anno poſtquam cœptum erat 24. V. C. DXII. Conſul tantis reb. geſtis ſumma S. P. Q. R. gratulatione exceptus, clariſſimum triumphum egit. Vide Polybium 1. Liuium 19. Plinium de viris illuſtribus, Florum 3. & Eutropium, apud quem pleraque tamen deprauata leguntur, lib. 2.

Q. Luctatius C. F. C. N. Cerco Catulus, fors C. fr. in Conſulatu quaſi per manus tradito ſucceſſit. Collegam habuit A. Manlium, a quibus bellum Faliſcis (ea ciuitas tum Italię opulentiſſima fuit) illatum, ac intra ſex dies, quam aduenerunt, tranſactum eſt, 15. hoſtium millibus cæſis, cæteris pace conceſſa, eſtq; eo nomine triumphatum. Liuius 19. Valerius 6. cap. 5.

C. Luctatius Scæuola, quos honores præter Conſulatum, quasue res geſſerit, incertum eſt, niſi quod initio belli Pun. ſecundi Triumuir agri Placentinis aſſignan-

di fuiſſe legitur apud Liuium lib. 21. Geſſit autem Conſulatum, vt indicat Glareani Chronologia, anno V. C. DXXXIIII. Tabulæ Capitolinæ docent, vtrunq; Conſulem honore ſe abdicaſſe.

Q. Luctatius Catulus, cum M. Pomponio Mathone miſſus Delphos, ad donum ex præda Haſdrubalis portandum, coronam videlicet auream CC. pondo, & ſimulachra ſpoliorum ex M. pondo argenti facta, P. Scipione P. Licinio Coſſ. anno belli Pun. ſecundi 14 V. C. DXLIX.

Cn. Luctatius Cerco, vnus ex 5. legatis fuit, qui ad regem Perſea, vt res in Macedonia inſpicerent, miſſi ſunt, Alexandriam inde ad Ptolemæum ronouandæ amicitiæ cauſa proficiſci iuſſi, an. V. C. DLXXXI. Vide Liuium Decadis 5. lib. 2.

Q. Luctatius Catulus Q. F. collega C. Marii in quarto illius Conſulatu, annoque ſequenti Proconſul, Cimbros, a quibus ex Alpibus reiectus erat, cum eodem prœlio vicit, CXX. millibus hominum cæſis. Poſtea tamen in diſſenſione ciuili, cum Marius per vim in vrbem rediſſet, ab ipſo, deprecantibus non incolumem fortunam, ſed fugam & exilium amicis, mori iuſſus eſt. Quapropter recenti calce illitum cubiculum ingreſſus, candentium carbonum vapore ſe ſuffocauit. Mater illi fuit Popilia, ex qua C. & L. Cæſares germanos * habuit. Domum M. Fuluii, quanquam is fratris ſui ſocer eſſet, quod tamen pernicioſa de repub. conſilia cepiſſet, euerſam in porticum commutauit, quam poſtea Clodius Trib. pl. diſturbauit, vt Cicero in orat. pro domo ſua. Idem in Bruto Catulum hunc in numerum Oratorum refert, tribuitque illi multas litteras, & ſummam non vitæ ſolum atque naturæ, ſed orationis etiam comitatem, cum incorrupta quadam Latini ſermonis integritate, quæ cum ex orationibus eius, tum facillime ex libro, quem de Conſulatu & de rebus geſtis ſuis ſcriptum ad A. Furium, Poetam, familiarem ſuum miſit, perſpici poſſit. Scripſit & Epigrammata, ex quibus vnum citatur Ciceroni in natura Deorum, alterum a Gellio libri 19. capite 9. Aduocatur etiam auctoritas eius a Varrone lib. 4. de lingua Latina.

* Iuriſconſultis ſunt vterini. Aduertendum vero auctorẽ & alibi hoc pacto loqui.

Q. Luctatius Q. F. Q. N. Catulus, Conſul ann. V. C. DCLXXVI. M. Lepidum collegam, acta Syllæ reſcindere conantem, Italia expulit. Capitolium reſectum dedicauit. Cenſor cum Craſſo factus, exortus diſcordiis, magiſtratu ſe abdicauit. Idem cum iam reipub. opes creuiſſent, primus ſpectantium conſeſſum velorum vmbraculis, cum Capitolium dedicaret, texit. Auctor Plinius lib. 19. cap. 1. Cicerone & Pompeio familiariter vſus eſt. Huic tamen aliquando apud populũ obſiſtens, præclarum quidẽ virum Pompeium eſſe dixit, ſed non in vno reponenda omnia; cumque ſubiunxiſſet, Si quid accideritilli, quem ei ſubſtitueris? Succlamauit vniuerſa concio: Te, Q. Catule. Quo ille tam honorifico iudicio, ſuaque pariter verecundia victus, e concione diſceſſit. Cicero, quanquam Orator non eſſet, non defuiſſe tamen ei in ſententia dicenda cum prudentiam, tum elegans quoddam & eruditum orationis genus, autor eſt in Bruto. Ad eundem pertinet locus Valerii Max. lib. 6. cap. 9. Filia eius nupſit L. Mummii Achaici nepoti, vnde nata Mummia Achaica, mater Galbæ Imp.

¶ Cicero pro lege Manil. Valerius lib. 8. cap. 16.

¶ Q. Luctatius Daphnis, Catuli libertus, a Tranquillo inter Grammaticos vrbis reponitur, emptus a patrono CC. M. nummũ, citoque manumiſſus. meminit Plin. lib. 7.

¶ Q. Luctatius Diodorus, homo Siculus, ciuitatem a Sylla Catuli beneficio nactus, nomen illius ſibi ſumpſit. Cicero in Verrinis. vbi perperam tamen Q. Lutadius legitur.

¶ M. Luctatius Pinthias, Eques Rom. refertur Valerio 7. cap. 2. & M. Ciceroni Officiorum 3. Locus notatu dignus.

Luctatio reſcribitur ab Antonino Caracalla 2. Cod. de transactionibus.

¶ Q. Luctatius Voranus, Q. Luctatii Catuli furaciſſimus libertus, quem deprehenſum a numulario, nummos de menſa ſubtrahentem, ac in calceos ſibi infarcientem, quidam facetiſſime ludens: *Belle*, inquit, *te numularius exchalciauit*, addita verbo aſpiratione. χαλκὸς enim Græcis æs dicitur. Cælius Rhodig. lect. antiq. 10. ca. 49.

Luctatia Quintilla, memoratur Inſcrip. ant. pag. 124.

¶ Luctatius, Grammaticus, cuius extant periochæ in tragœdias Senecæ & Metamorphoſin Ouidii. Eiuſdẽ in Statium Papinium laudantur nobiles commentarii.

¶ Q. LVCVLLIVS Euphemus. Inſcrip. ant. pag. 30.

¶ LVPER-

¶LVPERCVS, vnus ex 18. Martyribus Cæſarauguſtanis Prudentio.

¶LVPVS, Rector Alexandriæ ſub Veſpaſiano, cui mortuo ſucceſſit Paulinus. Ioſephus belli Iudaici 7. cap. 30.

¶M. LVRIVS, per Menam, libertum Sex. Pompeii, Sardinia, quam Cæſaris nomine tenebat, eiectus eſt. Dion 48. Vide an idem, quem Velleius volum. poſteriore M. Larium vocat.

Lurii aliquot cõmemorantur apud Apianum, Inſcript. vetuſt. pag. 360.

¶LVSCENIVS, memoratur Ciceroni ad Atticum 7. pag. 247.

LVSCII.

L. Luſcius Ocrea, Senator, citatur Ciceroni pro Q. Roſcio.

L. Luſcius, Centurio Syllanus, e victoria diues factus, amplius centies poſſedit, damnatus poſtea, quod tres proſcriptorum cædes feciſſet. Pedianus.

LVSII.

C. Luſius, Trib. mil. a C. Mario, qui ipſi auunculus erat, damnatus eſt. Pronunciauit enim Marius iure cæſum, qui de ſtupro compellaſſet, Cæliumque Plotium manipularium militem, percuſſorem eius, abſoluit. Valerius 6. cap. 1.

Luſius Geta, præfectus prætorio ſub Claudio. Tacitus lib. 11.

Luſius Quietus, vir Conſularis, Iudæos rebellantes Meſopotamia exterminauit, multis millibus interemtis. Ob quæ Iudæę procurator decernitur a Traiano. Ab Hadriano ſucceſſore poſtea ſublatis Mauris, quos regebat exarmatus eſt, & in itinere, cum rediret ad vrbem, quia ſuſpectus erat imperio, cæſus. Spartianus.

Luſia Glaphyra, T. Claudii Fauſti coniunx, refertur in Inſcriptionibus antiquis pag. 293.

¶LVXVRIVS, ſub Claudio vir potens & impius. Martyrologium noſtrum prima Nouembris.

M.

MAcario reſcribunt AA. & CC. 8. Cod. tit. 54.

¶MACEDONIVS, ob proditionem punitus a Maximino Imp.

Macedonio reſcribit Alexander 7. Cod. tit. 27.

Macedoniano AA. 8. Cod. tit. 14.

Macedonius, iudex ſeu præſes ſub Diocletiano II. Auguſt.

Macedonius, Martyr, cum Patricia coniuge & Modeſta F. colitur 3. Idus Aprilis.

Macedoni reſcribunt AA. & CC. 3. Cod. tit. 17. Neſcio, Largius hic, an Modeſtus haberi debeat.

MACELLVS quidam in vrbe latrocinium exercuit. quo damnato, Cenſores Aemilius & Fuluius ſtatuerunt, vt in domo eius, bonis in fiſcum redactis, obſonia venderentur. Sex. Pompeius lib. 11. meminit Varro lib. 4. de ling. Lat.

MACERII aliquot referuntur Inſcript. ant. pag. 392.

¶MACRINO Satyram ſecundam inſcribit Perſius:

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.

Macrinii aliquot Attilii referuntur apud Apianum Inſcript. ant. pag. 33.

¶MACRIANVS, cum filiis, Macriano & Quieto, inter 30 Tyrannos refertur, victus a Domitiano, duce Aureoli. Treb. Pollio, qui addit, Macrianorum familiam ſolitam in auro & argento, & in omni ornamentorum genere, Alexandri Magni effigiem exſculptam habere, etiam ſuis temporibus.

¶MACROBIVS, Trib. ſub Iuliano cęſus. Ammianus Marcellinus.

Macrobio & Præliano reſcribitur ab Arcadio & Honorio AA. 1. Cod. de paganis, & ſacrificiis & templis eorum.

Macrobius ille doctus, natus Parmæ. Scardeonius. De hoc ſupra in Aureliis.

¶MACROTRAVLO reſcribunt AA. & CC. 8. Cod. tit. 51.

MAGII.

Magios Romæ plebeios, nec admodum nobiles fuiſſe, inuenio. At extitit eius nominis Capuæ familia cum primis clara. Ex qua D. MAGIVS, Romanis fidus, & cui ad ſummam auctoritatem nihil præter ſanam ciuium mentem deeſſet. Inclinatis omnium animis ad accerſendum Hannibalem, ipſe ſolus reſtitit. Vbi vero præſidium mitti audiuit, primo ne reciperetur,

deinde vt receptum aut eiiceretur, aut interficeretur, palam ſuaſit. Vocatus ob id ab Hannibale in caſtra, negauit ſe iturum. Venienti poſtridie illi cum omnes obuiam procederent, ipſe cum filio & clientibus paucis in foro inambulabat. Deinde in gratiam Hannibalis vinctus, & cauſam dicere iuſſus, nulla id lege fœderis cogi poſſe, ait. Tum iniectis catenis, cum in caſtra duceretur, vociferans: Habetis, inquit, libertatem Campani, quam ambiſtis: foro medio, luce clara, videntibus vobis, nulli Campanorum ſecundus vinctus ad mortem rapior. quid violentius Capua capta fieret? Ite obuiam Hannibali, exornate vrbem, diemque aduentus eius conſecrate, vt hunc triumphum de ciue veſtro ſpectetis. His verbis cum moueri vulgus videretur, obuoluto capite in caſtra perducitur, extemploque impoſitus in nauim, Carthaginem mittitur. Delatus tempeſtate Cyrenas, ad ſtatuam Ptolemæi regis confugit, vinculis liberatur, facta poteſtate redeundi, ſeu Romam ſeu Capuam mallet. At ille ſe nuſquam malle, quam in regno eius viuere, reſpōdit, quem vindicem & authorem libertatis habuit. Itaque apud eum manſit. Liuius 23.

Minatius Magius Aſculanenſis, D. Magii Campani nepos, tantam Romanis bello Marſico fidem præſtitit, vt cum legione, quam ipſe in Hirpinis conſcripſerat, Herculaneum ſimul cum T. Didio caperet, Pompeios cum L. Sylla oppugnaret, Coſamque occuparet: cuius de virtutibus cum alii, tum maxime dilucideq; Q. Hortenſius in ſuis annalibus retulit. Eius pietati plenam P. R. gratiam retulit, ipſum viritim ciuitate donando, duos filios eius creando Prætores, cum ſeni adhuc crearentur. Hunc Magium P. Velleius Paterculus atauum ſuum fuiſſe ſcribit.

Magius, præfectus Piſonis, in quem Gallus productus teſtis, cum innumerabilem pecuniam Magio datam dixiſſet, idque Scaurus tenuitate Magii redargueret, tum Gallus: *Erras*, inquit, *Scaure*: *Ego enim Magium non conſeruaſſe dico, ſed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abſtuliſſe.* Cicero de Oratore 2.

¶ Cn. Magius Cremona, præfect' fabrûm Pompeii, quem captum Cæſar initio belli ciuilis cum mandatis ad Pompeium remiſit. Cæſar eius belli commentario primo, & in litteris ad Oppium & Balbum, quæ extant inter epiſtolas Ciceronis ad Atticum libro 9. Hunc arbitramur Paterculi fuiſſe auum, quem ille C. Velleium nominat, mutato per adoptionem nomine, de quo plura in Velleiis.

Magius Celer, P. Velleii Paterculi fr. legatus Tiberii Cæſaris in bello Dalmatico, magnis honoribus & præmiis ab eodem triumphante, donatus eſt.

¶ Cn. Magius Atellanus, Campanorum Mediaſtuticus anno belli Pun. ſecundi quinto, habente Q. Fabio Cos. caſtra ad Caſilinum, quod duûm millium Campanorum & 700. militum Hannibalis tenebatur præſidio, ſeruitia & plebem promiſcue armabat, vt caſtra Romanorum inuaderet, intento Conſule ad Caſilinum oppugnandum. Verum cum a Fabio, quem nihil eorum fefellit, accerſitus Marcellus cum collega foret, aduentu eius ipſe iam ſeſe mouens cum ſuis quieuit. Liu. 24.

L. Magius cum L. Fannio miſſus ad Mithradatem a Q. Sertorio, illum ad bellum in Romanos ſuſcipiendum impulit. Cicero in Verrinis 3. & Appianus in Mithradatico. ſed hic non Magium, verum Manium vocat.

P. Magius, Trib. pleb. ſub Sylla, M. Virgilii, qui eidem Syllæ imp. diem dixit, collega, paulo illo in dicendo copioſior fuit. Cicero in Bruto.

¶ P. Magius Chilo, M. Marcellum, cuius familiaris fuerat, cum ei Cæſar, rogante Senatu, reditum conceſſiſſet, regreſſurum in patriam, ac iam nauim conſcenſurum, apud Athenas in portu per ſummam perfidiam interemit, quo facto & ſibi necem conſciuit. Sulpitius ad Ciceronem epiſtolarum 4. Liuius 115. Valerius lib. 9. capite 11.

L. Magius, Liuii gener, Orator & ipſe habitus, de quo Seneca proœmio libri 10. Controuerſiarum: *Pertinere ad rem non puto*, inqnit, *quomodo L. Magius, gener T. Liuii, declamauerit, quamuis aliquo tempore ſuum populum habuit, quum illum homines non in ipſius honorem laudarent, ſed in ſoceri ferrent.*

¶ Magius Cæcilianus, Prætor ſub Tiberio, quem cum Conſidius Aequus & Cælius Curſor, Equites Rom. fictis maieſtatis criminibus petiuiſſent, autore principe ac decreto Senatus puniti ſunt. Corn. Tacitus lib. 3.

Magius Pardion. Inſcript. ant. pag. 35.

Sex.

Sex. Magius. Ibidem pag. 5c.

M. Magius, Magia Vera, & Magia Ilias. pag. 350.

¶ MAGNENTIVS, Tyrannus, Conſtantem Imp. a quo ſeruatus aliquando fuerat, per ſummam ingratitudinem interemit, ſumto imperio. Bis victus acie a Conſtantii ducibus, Lugduni ſibi necem conſciuit. Fratres habuit, Decentium, quē Cæſarem dixit, & Deſiderium. ¶ Vide Caroli Sigonii de imperio occident. hiſtoriam lib. 5. & Onuphrium Panuinium.

Magnentianus, præſes ſub Diocletiano, 24 Octobris.

¶ Magneſio ſcribit in Epiſtolis ſuis Libanius Sophiſta.

¶ MAGNVS, Patricius & Conſularis, a Maximino Imp. ob coniurationem cæſus. Herodianus 7.

Magnæ reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 44.

¶ MAIOR, Sophiſta, ſcripſit de Statib. libros 13. Vixit ſub Philippo Imp. Suidas.

¶ MAIORIANVS, Conſtantino & Rufo Cos. anno V. C. MCCX. fit magiſter militiæ pridie Calend. Martias. Exemto non multo poſt rebus humanis Martiano Imp cum & Auitus in Italia deceſſiſſet, apud Rauennam inuadit imperiū. Quod cum prope quatuor annis tenuiſſet, Derthonæ iuxta Hyram fluuium fraude Richimeris Patricii cæſus eſt anno MCCXIIII. Procopius Maiorinum appellat, & de eius virtute multa præclara memorat in 3. belli Vandalici. Sed & Sidonius Apollinaris Panegyrico illius laudes celebrat. ¶ Adde quæ habet Carolus Sigonius de imperio occident. & Onuphrius Panuinius.

¶ MALLIVS Toletinus. Fragment. Sex. Pompeii pag. 23.

Mallius, ductor copiarum Catilinæ, de quo Plutarchus in vita Ciceronis. Saluſtius nominat C. Manlium Feſulanum, quam lectionem magis probarim. Plura idem de eodem.

¶ MAMERTINI reperiuntur in Æmiliis.

Mamertinus, præfectus vrb. ſub Nerua.

Mamertinus, Conſul cum Neuita ſub Iuliano, præfectus præt. ſub Valentiniano. Extat eius gratiarum actio de Conſulatu ſuo ad Iulianum Imperatorem, item Panegyricus & genethliacus, dicti Maximiano Imp.

¶ MAMMEÆ Maximæ reſcriptum a Seuero & Anton. AA. pridie idus Apriles, Plautiano iterum Conſule. Pand. 38. ad SC. Tertull.

Mammea, mater Alexandri Imp. quæratur in Iuliis.

MAMILII.

Octauius Mamilius Tuſculanus, ab Vlyſſe & Circe Dea oriundus, gener adſcitus eſt Tarquinio Superbo. Liuius lib. 1. Adde de familiæ origine, quæ habet Sex. Pompeius lib. 11.

L. Mamilius, Dictator Tuſculi, Rom. auxilium tulit, cum Capitolium teneretur ab Herdonio: vnde illi paulo poſt ciuitas data, anno V. C. CCXCVI. Liuius 3.

L. Mamilius Licinianus, Mamiliani Liuiani F. Mamiliani Criſpini nepos, Mamiliani pronepos Sueſſæ. Refertur Fabricio in Antiquit.

Q. Mamilius Q. F. M. N. Vitulus, Conſul cum L. Poſthumio Megello ann. V. C. CCCCXCI. Ex tabulis Capitolinis.

¶ Q. MANEIVS Verecundus Narbonenſis, cum Ælia Valentina coniuge, refertur Inſcript. ant. pag. 10.

¶ MANAXIO, præfecto præt. reſcribunt Honorius & Theod. 8. Cod. tit. 10.

MANII.

Manius agrum nemorenſem Dianæ conſecrauit, a quo multi & clari viri orti ſunt, & per multos annos fuerunt. Vnde prouerb. Multi Manii Ariciæ. Vide Chiliades Eraſmi.

L. Manius, autor belli Peruſini, poſtea punitus a M. Antonio. App. lib. 5.

Manius Maximus, Eques Rom. non niſi duorum cubitorum longitudine fuit. Plinius ex auctoritate M. Varronis libro 7. cap. 16.

Manius Maximus, ſucceſſor Auilii Flacci in præfectura Aegypti. Meminit Philo inuectiua in eundem Flaccum.

MANILII.

C. Manilius, Trib. pl. auctore Dionyſio lib. 8. anno V. C. CCLXXI. M. Fabio M. Valerio Coſſ.

Sex. Manilius, lectus dux a militibus in Algido in ſeditione ann. V. C. CCCIIII. quæ ex X. virorum impotentia exarſit. Dionyſius 11.

C. Manilius Attilius, primus ex plebe Max. Curio, ſuffectus Aemilio Pappo, an. V. C. DXLV. Liuius 27.

L. Manilius & L. Minutius, dedun-

tur Carthaginenſium legatis, quia manus eis attulerant. Valerius lib. 6. cap. 6.

P. Manilius inter 5. legatos fuit, qui miſſi ſunt in Illyricum, vt ex illorum ſententia L. Anicius, victo captoque Gentio rege, res componeret, anno V. C. DLXXXVII. Liuius 45.

¶ Vide Liuium lib. 50. Appianum Libyco, Valerium lib. 5. cap. 2.

M. Manilius, Conſul ann. V. C. DCV. cum L. Martio Cenſorino fuit, a quibus bello Pun. tertio obſideri oppugnarique cœpta eſt Carthago. Etſi autem in omnibus Plinii, Flori & Caſſiodori exemplis Manlius legitur, mihi tamen magis probatur Manilius. Ac volunt plerique hunc eſſe Manilium illum Iuriſconſultum, quem L. Craſſus apud Ciceronem de Oratore 3. transuerſo ſe vidiſſe foro ambulantem dicit: quod erat inſigne, eum, qui id faceret, ciuibus omnibus conſilii ſui copiam facere. Rutilius res eius geſtas commemorans, eundem eſſe vult, quem Cicero, Valerius & alii Manlium Torquatum vocant, quique Syllanum filium priuato iudicio condemnauit. quod falſiſſimum eſt, quemadmodum etiam illud, quod idem aſſerit, vnam ac eandem familiam eſſe, quæ nunc Manilia, nunc Manlia, nunc Mallia dicatur.

¶ C. Manilius Limitanus, Trib. pl. legem promulgauit, vti quæreretur in eos, quorum opera & conſilio Iugurtha decreta Senatus neglexiſſet. Hac lege Gracchani iudices quatuor Conſulares viros & vnum ſacerdotem ſuſtulerunt. Cicero in Bruto. ¶ Fuluius Vrſinus Mamiliæ gentis facit, eamque ſcripturam e vetuſti numi fide confirmat.

¶ L. Manilius Mancinus, Trib. pl. legem tulit, qua C. Mario bellum Iugurthinum decretum eſt. Salluſtius in Iugurtha. Fuit & Manilius C. Marii legatus in eodem bello, neſcio an idem. Plinius lib. 33. cap. 1. Apud Oroſium inuenio, A. Manlium Marii legatum extitiſſe.

Manilius, vir clariſſimus, Conſul futurus, e Senatu per Catonem Cenſorem motus eſt, quod interdiu præſente filia coniugem diſſuauiaſſet. Plutarchus in Catone maiore.

P. Manilius Cos. ann. V. C. DCXXXIIII.

M. Manilius, Senator maximus, nobilis doctrinis doctore nullo, togatorum diligentiſſimus, floruit ſub bellum Marſicum. Vide Plinium 10. cap. 2.

Manilio, de furto poſtulato, M. Tullius Prætor vnum diem, qui ſupererat petenti conceſſit.

C. Manilius, Trib. pleb. duas leges tulit, vnam de libertorum ſuffragiis, quæ cum S C. damnata eſſet, ab ipſo quoq; abiecta eſt: alterã de bello Mithradatico extra ordinem Cn. Pompeio demandando. Auctor eſt Aſconius Pedianus. Extat pro altera lege Ciceronis oratio. Paterculus hunc C. Manilium ſemper venalem & alienæ potentiæ miniſtrum fuiſſe ſcribit. Arbitror eundẽ eſſe Manilium Criſpum, quem accuſatũ a Cn. Piſone Pompeiũ defendit auctoritas. Vide Valer. 6. cap. 2.

Manilius I C. ſynchronus Ciceronis, cuius meminit epiſtolarum lib. 7. epiſtola ad Trebatium 3. Querar, inquit, cum Vacerra & Manilio: nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo ſtultus es, quoniam te ab eo ſapere didiciſſe profiteris. Horum trium Iuriſconſultorum mirum eſt non meminiſſe Rutilium, ex profeſſo Iuriſconſultorum vitas ſcribentem.

¶ Manilius Tuſculus, miles Cæſaris bello ciuili in Hiſpania ſub Q. Caſſio Proprætore. Hirtius comment. 4.

¶ C. Manilius Antiochenſis, ſeruus Romam adductus, nobilis Mathematicus & Poeta euaſit. Scripſit primus Latinorum omnium de Aſtronomia carmine ad Auguſtum. Gyraldus hunc Manlium vocat, Crinitus Mallium, qui & illuſtri familia natum tradit, vterque minus docte. Vide de Manilio Plinium 35. capite 17. & rurſus libro 36. cap. 10. vbi ſimiliter vtrobiq; Manlius legitur. Volaterranus Manium vocat.

¶ Manilius Cornutus, ex Prætoriis legatus Aquitanicæ prouinciȩ, quem Plinius ſcribit mentagra laborantem ad ſeſe curandum CC. HS. elocaſſe, lib. 26. cap. 1.

¶ Manilius Nepos, citatur Senecæ inter declamatores ſuorum temporum.

¶ Manilius Sura, citatur Plinio libro 1. in indice Octaui.

Fl. Manilia virgo. Volaterranus pagina 350. & apud Manutium in Orthographia in voce Siluanus.

Q. Manilio C. F. Cordo Trib. leg. 21. rapac. præf. equit. exact. tribut. ciuitat. Gall. fac. cur. Cer. lib. in agr. p. XLIX. *M. Fro. p.* XLIX. Bononiæ poſt fanum Petronii in tumulo extat, teſte Alciato in 17. Taciti.

Manilius Præneſtinus, ex ſcriba Prætor bello Pun. ſecundo, Caſilinũ aduerſus Hanni-

Hannibalem, donec per pactionem dederetur, tutatus eſt. Liuius 23.

MANLII.

Manliorum ampla & vetuſta familia ab ipſis vrbis cunabulis deducitur. In hac ſunt: Capitolini, Torquati, Volſones & Acidini. Capitolinorum non alia fere quam A. L. T. & M. prænomina inueniuntur, quod tamen poſtremum repudiarunt, deiecto ob crimen affectatæ tyrannidis e rupe Tarpeia M. Manlio Capitolino, Capitolii ſeruatore. Vide Ciceronem Philipp. 1.

Cn. Manlius P. F. Cincinnatus, pater, vt arbitratur Sigonius, A. Manlii x.viri, Conſul cum M. Fabio ann. V. C. CCLXXIV. cecidit in pugna contra Hetruſcos. Liuius 2. Dionyſius 9.

A. Manlius Volſo, Cos. an. V. C. CCLXXX. Fuit etiam inter 3. legatos, qui miſſi erant Athenas ad deſcribendas leges Solonis, factus ideo Decemuir an. CCCIII. Hunc primum eſſe eorum, qui Capitolini dicti ſunt, & M. ac L. patrem fuiſſe ſuſpicor.

M. Manlius Capitolinus, Conſul anno V. C. CCCXXI. Trib. mil. Conſul. pot. an. CCCXXXV.

L. Manlius Capitolinus, Trib. mil. Conſulari poteſtate ann. V. C. CCCXXXIII.

A. Manlius Volſo Capitolinus, Tribun. mil. Cons. poteſt. an. V. C. CCCL.

M. Manlivs Capitolinvs, Conſul anno V. C. CCCLXIII. retulit ouationem de Aequis. Vrbe capta, Gallos inſidiantes, excitatus anſeris ſtrepitu, Capitolio deiecit, canib. tum altum ſilentibus: qua de cauſa deinde a Romanis quotannis canicidium celebratum, teſte Suida in dictione Μάγιρμᾶς. Cæterum rebus nouis ſtudens, ac rempubl. turbans, per Tribunum pl. ſaxo Tarpeio deiectus eſt. Atque ita M. Varro tradit. Cornelius Nepos verberando necatum, ſcriptum reliquit, vt Gellius noct. Attic. 17. cap. 21. Fratres habuit A. & Titũ. Liuius 6. Opinor hos Marci filios, A. nepotes fuiſſe. A. legitur ſæpius Tribunatum militum geſſiſſe. Pro T. vbiq; fere P. inuenio, haud dubie errore codicum. De Marci fortitudine Plinius 7. cap. 28.

L. Manlius Imperioſus A. F. Trib. mil. ann. V. C. CCCLXXXIIX. (etſi apud Liuium P. prænomẽ legitur) Dictator creatur claui figendi cauſa an. CCCXCII. Filium habuit T. Manlium Torquatum. Cic. Off. 3.

T. Manlivs Torqvatvs (ſic enim dictus eſt, turque hoſti, quem ex prouocatione vicit, ademto, anno V. C. CCCXCIIII. ſub T. Quintio Poeno Dictatore) Conſul an. CCCXCVIII. legem tulit de viceſima eorum, qui manumitterentur. Deinde Dictator fuit & bis Conſul. In tertio Conſulatu filium, quod contra imperium pugnaſſet in hoſtem, ſecuri percuſſit, Latinos vicit. De hoc eſt exemplũ pietatis in patrem apud Valerium lib. 5. cap. 4. lib. 6. cap. 9. & Ciceron. Off. 3. Vide Liuium lib. 6. & ſeq. Plinium de viris illuſt. Suidam Μάλιος & Τορκάτος. &c. Frontini de hoc Manlio expoſitiones lib. 4. cap. 1. non ſatis ſibi conſtare videntur.

Cn. Manlius, ſuperioris frater, Cos. an. V. C. CCCXCVI. & CCCXCVIII.

T. Manlius Torquatus, Titi, a patre cæſi F. T. N. Conſul ann. V. C. CCCCLIIII. profectus in Hetruriam, cum exerceretur inter equites, ab rapido curſu circumagendo equo effuſus, tertio mox die expirauit. Liuius lib. 10.

L. Manlius Torquatus, legatus L. Scipionis Proprætoris, ann. V. C. CCCCLVIII. ſuperioris puto frater.

T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, bis Conſul an. V. C. DXVIII. & DXXX. & Cenſor. Tertium Conſulatum oblatum ſpreuit. Campanorum legatum, alterum Conſulem ſuæ reipubl. petentem, de curia præcipitem dari, ſi e ueſtigio non abſcederet, iuſſit. Meminit Valerius lib. 6. cap. 4. ſed expoſitione illa manifeſte deprauata & mendoſa.

A. Manlius Torquatus (ſic appellatur Paterculo) Conſul an. V. C. DIX. & iterum DXXI. Opinor Titi F. & Titi, bis Cos. fratrem fuiſſe.

L. Manlius Torquatus, Dictator an. belli Pun. ſecundi II. id eſt, anno V. C. DXLVI. Idem Pontifex fuit. Obiit an. DLII.

T. Manlius Torquatus, Conſul anno V. C. DLXXXIX. Idem Pontifex filium datum in adoptionem D. Syllano, accuſatum a Macedonibus, triſti ſententia ad mortem compulit. Liuius lib. 54. Valerius 5. de ſeueritate, Cicero de Finibus 1. vbi mendoſe illi prænomen eſt L.

A. Manlius Torquatus, Conſul an. V. C. DXC. Neſcio an hic ſit Conſularis ille, quẽ Plinius ſubito mortuum ſcribit in cœna, cum placentam appeteret, lib. 7. cap. 53.

L. Manlius L. F. (teſte Dione) Tor-

quatus, Conſul an. V. C. DCLXXXIX. tempore Ciceronis, bonus Orator extitit. Pręfuit Macedoniæ Cicerone Conſule, quo referente Imperator appellatus eſt. Cicero in Piſonem, vbi adiicit patrem, vt intelligas, illi filium fuiſſe eodē prænomine. In Bruto elegantem in dicendo, in exiſtimando admodum prudentem, toto genere perurbanum fuiſſe, ſcribit.

L. Manlius Torquatus, ſuperioris F. P. Syllam patris competitorem in Conſulatu, accuſauit, qua actione & Sylla ipſe & collega damnati ſunt. Rurſum eundem accuſauit, quod in coniuratione Catilinæ fuiſſet. Sed defenſus eſt a Cicerone, cuius oratio etiamnum extat. Bello ciuili præfectus Orico, in poteſtatem Cæſaris venit, a quo tamen conſeruatus eſt. Cæſar commentario belli ciuilis 3. De hoc Gellius loquitur lib. 1. cap. 5. Cicero in Bruto, in bello ciuili periiſſe indicat, nempe cum P. Scipione in Africa, vt Cæſar comment. 5.

T. Titi F. & A. A. F. Torquati, fratres patrueles, quorū T. etiam Auli ſocer fuit. Cicero pro Plancio. T. ad Conſulatum non aſcendit, morte præuentus. Cicero in de claris Oratoribus. A. Ciceronis amicus erat, & laudatur ab eo de Finibus 2. Hunc eſſe puto, ad quem Ciceronis ſunt epiſtolæ lib. 6. Adhæſit poſtea Bruti partibus: quo victo, Pomponius Atticus tueri eum inſtituit. Nepos in vita Attici.

Torquati Manlii cuiusdam & Iuliæ nuptias epithalamio celebrat Catullus, etſi in Aldinis exemplis pro Manlii Mallii mendoſe legitur.

Manlius Torquatus, ſub Auguſto amicus Horatii, ad quem ſcribit carminum 4. Oda 7.

Manlii neſcio, certe Torquati, viri Conſularis ſua tempeſtate, meminit Martialis 10. ad Oracilium.

Torquato, an Manliæ gentis, itidem ignoro, reſcribit Alexander Imp. 4. Cod. tit. 29.

¶ M. Manlius Tullus, Cos poſt exactos Reges an. decimo, id eſt V.C. CCLIIII. Liuius 2. Dionyſius 5. Cicero in Bruto M. Tullium vocat, videturq; eum non Manliæ gentis, ſed Tulliæ virum facere. Id quod mihi rectius placet.

¶ C. Manlius Volſo, Conſul an. V. C. CCLXXX. Veios ad petendam pacem compulit. Dionyſius 9.

L. Manlius Volſo, Conſul an. V.C. DIII.

L. Manlius Volſo, belli Pun. ſecundi anno 1. Prætor aduerſus Gallos miſſus, ægre ex inſidiis euaſit, multis ſuorum deſideratis. Liuius 21.

P. Manlius Volſo, fr. opinor L. Prætor anno 9. belli Pun. ſecundi, V. C. DXLIIII.

L. & Cn. Manlii Volſones, L. vt puto F. F. Prætores ambo, ille ann. V.C. DLVII. hic DLIX. Conſul etiam anno DLXVI. Gallogræcos domuit, deque iis triumphauit. Liuius 38. Plinius de viris illuſtribus, Valerius lib. 6. cap. 1. Oroſius lib. 4. cap. 20. &c. Meminit Suidas Γναῖος, Auguſtinus de C.d. lib. 3. cap. 21.

P. Manlius Volſo, P. opinor F. Prætor an. V. C. DLIX. & iterum DLXXII. Triumuir epulonum obiit DLXXIIII.

M. Manlius Volſo L. puta F. Conſul fuit an. V.C. DLXXVI.

P. & C. Manlii, ſimul Trib. mil. Conſulari poteſt. an. V.C. CCCLXXVI. cum Volſcis male pugnarunt, amiſſis caſtris, ac magna militum parte cæſa. Liuius 6. P. etiam ſecundum Trib. mil. factus eſt. Dictator C. Licinium Stolonem, virum de plebe, ſed Trib. mil. M equitum dixit.

¶ Manlius Næuius, Cenſor cum C. Martio Rutilio an. V. C. CCCCIIII.

¶ L. Manlius Regulus, Conſul an. V. C. CCCCXCVII.

¶ A. Manlius Atticus, Conſul an. V.C. DIX. & DXII.

¶ M. Manlius Lucrinus, Conſ. an. V.C. DXILII.

A. Manlius, Trib. mil. cæſus cum Marcello. Liuius 27.

C. Manlius, Prætor anno vrbis cond. DXLVII.

¶ Q. Manlius Thurinus, Aedilis pl. eodem an. ſequ. id eſt V.C. DXLVIII. Prætor.

¶ L. Manlius Acidinus, P. Manlii Volſonis in prætura collega, an. V.C. DXLIIII. quadriennio poſt fit Proconſul Hiſpaniæ cū L. Cornelio Lentulo. Ex ea cum ouare illi Senatus permiſiſſet, a M. Porcio Lecca, Trib. pl. prohibitus eſt. Liuius 22. 28. & 32.

L. & M. Manlii Acidini, fratres puto patrueles fuere. L. Prætor anno V.C. DLXVI. Hiſpaniam citeriorem aſſecutus eſt, ex qua triennio poſt ouauit. Liuius 38. & 39. Conſulatum geſſit anno DLXXV. vna cum fratre, quod ante eum diem nemini acciderat, Q. Fuluio Flacco. (nam ipſe in gentem Manliam adoptatus erat) Auctor Velleius Paterculus.

L. & M.

L. & M. Manlii Acidini, iuuenes illuſtres,ſuperiorum filii,alter L. alter M.cum C. Licinio Craſſo Conſule in bellum Macedonicũ proficiſcuntur. Liu.Deca.5. li.2.

Manlii Acidini, vt viri iunioris, & ſui contemporanei, meminit Cicero ad Atticum 12.

¶ C.Manlius Maximus,Conſ. an. V.C. DCXLIX. profectus aduerſus Cimbros & Teutones,ab eiſdẽ cum duob. filiis & toto exercitu,cæſus eſt. Oroſius 5.ca.16. Liu 67.

A.Manlius, legatus C. Marii. Ibidem.

¶ Q. Manlius Chilo, ſocius Catilinæ. Cicero in Catilin.

Manlio Chiloni ſcribit Aurelianus Imperator apud Vopiſcum: etſi in vulgatis libris Mallio legitur.

Cn. Manlius, homo ſordidus, in Aedilitate Q. Catulo prælatus eſt. Cicero pro Cn. Plancio.

T. Manlius, commendatur Sulpitio epiſtolarum familiarium 13.

Manlius quidam, refertur apud Plutarchum inter duces Sertorii, & qui in illum coniurarint.

L. Manlius, Prætor initio belli ciuilis partium Pompeii, aduentu Cæſaris cum ſex cohortibus Alba profugit. Cæſar comment. 1.

M. Manlius M. F. Turpilius L. F. Duumuiri &c. Inſcript. ant. pag. 184.

L. Manlius (quidam Mallium vocant) pictor egregius, apud quem cum Seruilius forte cœnaret, filiosque eius deformes animaduerteret. *Non ſimiliter*, inquit, *Manli, fingis & pingis.* Ad quem ille; *In tenebris*, inquit, *fingo, luce pingo.* Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 2.

Q. Manlius Q. F. Cam. Secius Alba Pompeia Veter. Fabricius in ſua Roma.

¶ Manlii Vopiſci Tiburtinum laudat Statius Syluarum 1. quem virum eruditiſſimũ vocat, & a ſitu literas iam pene fugiẽtes vindicare ſcribit. Quid ſi hic eſt Torquatus ille, cuius meminit Martialis?

Manlius Chreſtus, de Deorum hymnis ſcripſit, vt Fulgentius Placiades.

Manlius Lentinus, refertur Dioni. Apud illum tamen eſt Mallius.

¶ Manlius Sura, citatur a Plinio, ſed nomine Manilii. Hunc multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deiicientem, & reponentem, Afer non agere ſed ſatagere dixit. Quintilianus 6. cap. 4.

Manlius Statianus, Senator primæ ſententiæ ſub Probo. Vopiſcus.

L. Manlius, Proconſul, in Aquitania bellum gerens, amiſſis impedimentis, & L. Valerio legato cæſo, fugere coactus eſt. Cæſar comment. 3. belli Gallici.

L.Manlius, Procõſul, e Gallia in Hiſpaniam cum tribus legionibus & mille quingentis equitibus transgreſſus, infeliciter cũ Herculeio, Sertorii Quæſtore conflixit: a quo caſtris copiiſq; exutus, in oppidũ Ilerdam pene ſolus refugit. Eutrop. lib. 6. Florus 90. Antonium illi legatum tribuit.

Manlius Theodorus, Conſul cum Eutropio ſub Arcad. & Hon. an. V.C. MCLII.

MANNEII.

C. Manneius C. L. Nicephorus, refertur Inſcript. ant. pag. 130.

M. Manneius, legatus Ciceronis in Cilicia. Idem Epiſt. 13. & 15. In plerisq; libris legitur M. Anneius. Vide Anneios.

Manneius, vt homo egens & impurus, notatur Martiali lib. 5. & lib. 11.

¶ MANNVS, Calauiorum Campanorum ſeruus, proditis dominorũ in Romanos inſidiis, & excitatis incendiis, libertate donatur. Liuius 26.

¶ MANSVETVS, cum Pampinia martyr, cæſus a Vandalis in Africa. Victor lib. 1.

¶ P. MANTINIVS, citatur vt Bruti familiaris ad Atticum 6. pag. 286. Idem tamen pag. 284. P. Matinius vocatur, male vt opinor.

MARCELLI, ſeparatim poſiti.

Marcellus Victorius, quæratur in Victoriis.

P. Marcello reſcripſit Hadrianus Imp. Pand. 1. de ſtatu hominum l. 18.

Marcellus Iuriſconſultus.

Marcellus, Prætor ſub Commodo, tam alienus a corruptela munerum, quam humanitati & manſuetudini familiaris. Auctor Suidas, qui & mirum eius vigilantiæ oſtentationem prædicat.

Marcellus Sidites, Poeta, cuius meminere diuus Hieron. & Suidas.

Marcellus Solutorius, & eius filia Marcella Solutoria, referuntur Inſcript. antiq. pag. 207.

Marcellus Verecundus, cum Cæſia cõiuge. Ibidem pag. 333.

Marcellus, a Vitellio, legato Syriæ, ſufficitur Pilato in Iudæa. Ioſeph. lib. 18. cap. 7.

Marcello reſcribunt Seuerus & Anton. 4. Cod. tit. 35.

Marcello alii Conſtantinus 4. C. tit. 47.

Marcello alii Gordianus Imp. 5. Cod. tit. 3.

Marcellus, magiſter Arcadii Imperat. κόσμος ἀρετῆς ἁπάσης, ἢ τό γε ἁρμονικώτερον εἰπεῖν, ἀρετή τις ἔμψυχος, vt Suidas.

Marcella, Albinæ F. auunculum Albinum habuit. Viro poſt nuptias ſeptimo menſe priuata, Cerealem, virum Conſularem, coniugium ſuum petentem, reiecit. Vide Hieronymum ad Principiam virginem & apophthegmata noſtra. Hæc prima nobilium fœminarum auſa eſt Romæ Monachæ vitam profiteri, ac multas ad idem inſtitutum fœminas pertraxit.

Marcellæ reſcribitur a Philippo A. 1. Cod. de iuris & facti ignorant. & ab Alexandro 5. Cod. tit. 3.

Marcellæ & Quirillæ reſcribitur a Diocletiano & Maxim. A A. Cod. de transactionibus. Rurſus Marcellæ ſoli 4. Cod. tit. 27.

Marcellia Profutura, cum Marcellia matre, refertur Inſcript. ant. pag. 73.

Inter Marcellum & Lætum fratres, eorumque ſororem, litem componit Ambroſius epiſtola 24.

MARCELLINI.

Aurelius & Iulius Marcellini ſub Gallieno principe, vt liquet ex Inſcript. vetuſta apud Volaterranum pag. 38.

Marcellinus, Conſul cum Cælio Probino ann. V. C. MXCIII.

Marcellinus, Patricius, Anthemio II. Conſule occiſus in Sicilia, cuius ſororis F. Iulius Nepos, Nepotiano patre natus, deiecto Glycerio, & Salonis Epiſcopo ordinato, imperio quidem, ſed ad breue tempus potitus eſt, pulſus & ipſe ab Oreſte, Auguſtuli patre.

Marcellinus, regulus Dalmatiæ, Romanis diſciplinis inſtitutus, & eruditionis amantiſſimus. Habet encomium eius Suidas.

Marcellinus, fautor Magnentii.

Marcellinus, Auguſtæ vrbis Epiſcopus, ſcripſit Chronica.

Marcellino reſcribunt AA. & CC. 6. Cod. tit. 23.

Marcellinæ Alexander A. 9. Cod. tit. 1.

Marcellinus, Tribunus & notarius Honorii Imp. Poſid. in vita Auguſtini.

Marcellina, ſectæ Carpocratianæ, Ieſu, Pauli, Homeri & Pythagoræ imagines adorabat. Auguſtinus de hæreſibus.

¶ M. MARCILIVS, pater, interpres Ciceronis in Cilicia. Meminit eius & filii Cicero epiſtolarum 13. ad Q. Minutium Thermum. Filium opinor fuiſſe apparitorem Ciceronis.

MARII.

L. Marius & M. Cato, Tribb. pl. legem tulere ann. V. C. CCCCXCI. pœnam imperatoribus minantem, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum literis Senatui auſi eſſent referre. Valerius Max. lib. 2. cap. 3.

C. MARIVS, ſepties Conſul natus Arpini, patrem habuit Marium, matrem Fulciniam, homines modicos, & artis mechanicæ, loci tamen equeſtris. Ipſe vita incorruptus, manu ſtrenuus, ad ſummos honores peruenit, duxitq; ex patricio genere coniugem Iuliam, Iulii Cęſaris, qui poſtea Dictator fuit, amitam. De rebus eius geſtis elegans extat inſcriptio, digna quæ hic ſubiiciatur: *C. Marius Cos.* VII. *Pr. Trib. pl. Q. Aug. Trib mil. extra ſortem bellum cum Iugurtha, Numidiæ rege, Procos. geſſit. Eum cepit, & triumphans in Iouis ædem ſecundo Conſulatu ante currum ſuum duci iuſſit. Tertium Conſul abſens creatus eſt.* IIII. *Cos. Teutonorum deleuit exercitum. V. Cos. Cimbros fudit. Ex illis & Teutonis iterum triumphauit. Rempublicam turbatam ſeditionibus Trib. pleb. & Prætorum, qui armati Capitolium occupauerant,* VI. *Cos. vindicauit. Poſt* LXX. *annum patria per arma ciuilia pulſus, armis reſtitutus* VII. *Cos. factus eſt. De manubiis Cimbricis & Teutonicis ædē Honori & Virtuti victor fecit. Veſte triumphali, calceis puniceis* (Deeſt opinor, honoris nomine S. P. Q. R. decreto ſemper vſus, vel ſimile quippiam) Plura de ipſius rebus geſtis Cicero, Saluſtius, Liuius, Paterculus, Appianus, Florus, Plinius de viris illuſtribus; copioſiſſime autem omnium Plutarchus, qui vitam eius inter viros illuſtres ſumma diligentia contexuit.

¶ Antiquitates Fabricii pag 50. & ſequ.

C. Marius F. cui frater natu iunior Teleſinus, vxor Mutia fuit, ætatis anno 25. Conſulatum cum Cn. Carbone iniit, quem honorem, vt immaturum mater fleuit. Apud Sacriportum cum Sylla cōgreſſus acie, pulſuſque, Præneſte refugit. Vbi per Lucretium Aſellam obſeſſus, cum per cuniculū erupiſſet, a diſpoſitis in id ipſum

inter-

intereṁtus eſt. Sũt qui ſua manu, ſunt qui concurrentem mutuis ictibus cum fratre Teleſino,ſimul obſeſſo, cecidiſſe prodiderunt. Vir animi profectò paterni,nec vſquã nomine Conſulis inferior iudicatus eſt. De quo Sylla quid exiſtimauerit, hinc cerni poteſt,quod eo demum occiſo, Felicis ſibi nomen aſſumſit. Vide Appianum, Plutarchum, Plinium de viris illuſtrib. Florum, cæteros.

M Marius Gratidlus, C. Marii propinquus,perfamiliaris & præfectus M. Antonii Oratoris,in Cilicia interemtus eſt. Huius ſororem, Mariam Gratidiam, auus Ciceronis vxorem habuit. Accuſauit C. Fimbriam, doctus Græcis litteris, & ad dicendũ factus. Cicero in Bruto,& 3. de legibus.

Gratidius,legatus Marii,a militibus Syllanis occiſus. Liuius lib. 99. Valerius Max. lib. 9. cap. 7. Oroſius lib. 5. cap. 19.

M. Marius Gratidianus F. bis Prætor, iubente Sylla,ad Q. Catuli ſepulchrum artuatim diſſectus eſt. L. Florus oculis erutis, manibus cruribuſque deſectis, aliquandiu ſeruatũ tradit, vt per ſingula membra moreretur. Q. Cicero in petitione Conſulatus adminiſtrũ huius carnificinæ Catilinã fuiſſe demonſtrat. Verba eius ſunt: *Quid ego nunc dicam, petere eum tecum Conſulatum, qui hominem cariſſimum P. R. M. Marium, inſpectante P. R. virgis per totam vrbem ceciderit, ad buſtum egerit, ibi omni cruciatu lacerarit, viuo ſtanti collum ſua dextra ſecuerit, cũ ſiniſtra capillum eius a vertice teneret, caput ſua manu tulerit, quum inter digitos eius riui ſanguinis fluerent.* M. Cicero Officiorum 3. boni viri officio functum negat, cũ Prætor de re numaria, quod collegæ Tribunique pl. communiter conſcripſiſſent, ſolus, non expectatis cæteris, edixit. Fuit illi ea res magno honori, omnibus vicis ſtatuæ factæ, ad eas thus & cerei. quid multa? nemo vnquã multitudini charior fuit. Plinius lib. 34. c. 6. eas ſtatuas omnes introitu Syllæ ſubuerſas eſſe ſcribit; ea eſt multitudinis leuitas & inconſtantia. Meminit etiam huius Marii Gratidiani, vt qui ædes Sergio Auratæ vendiderit, quarum nulla pars ſeruiret, Cicero de Oratore 1.

¶Valerius lib. 9. cap. 2. Seneca lib. 3. de ira cap. 18.

¶Idem Plin. 33. cap. 9.

M. Marius Gratidius, Q. Ciceronis in Aſia legatus, & ipſius Ciceronis haud dubie frater conſobrinus.

M. Marius Varus, tranſmiſſus a Sertorio dux Mithradati, qui & ipſe monocul' erat, captus a Lucullo & cæſus eſt. Plutarchus in Lucullo. Eutropius ſexto clarius.

¶ M. Marius Perpenna, Prætor Lepidi, quo victo, contulit ſe ad Sertorium, quem facta coniuratione per inſidias in conuiuio trucidauit, eiuſque imperium arripuit. Verum mox a Pompeio victus, cæſis copiis, captus & occiſus eſt. Appianus primo, Plutarchus in Sertorio, Liuius lib. 96. Valerius lib. 6. cap. 2.

L. Marius, ſubſcripſit in M. Scaurum: Aſcon. Pedianus.

M. Marius, amicus Ciceronis, ad quem ſunt epiſtolæ lib. 7. Meminit eius ad Q. fratrem epiſtola: Tu me tuis, lib. 2.

¶ Marii Caluentii, & ſuæ in illum orationis, meminit Cicero ad Q. fratrem 3. epiſtola 1.

C. Marius C. F. L. Craſſi Oratoris nepos, Cæſaris Dictatoris propinquus. Cicero in epiſtolis ad Atticum lib. 12. epiſtola 47.

T. Marii, Publicani, meminit Cicero epiſtolarum quinto ad L. Meſſiniũ Rufum.

¶ T. Marius Vrinas, ſub D. Auguſto ad ſummos honores caſtrenſes peruenit. Is pridie quam expiraret, Auguſto, ſe fortunas illi ſuas relinquere, dixit, cum in tabulas ne nomen quidem eius adiecerit. Valerius Max. 7. cap. 9.

Sex. Marius, legatus Dolabellæ. Cicero epiſtolarum 12.

¶ Marius Nepos, ſub Tiberio Senatu motus ob prodigalitatem. Tacitus 2.

P. Marius, curator aquarum publicarũ ſub Nerone, teſte Frontino.

¶ M. Marius Celſus, dux Othonianus contra Vitellium apud Bebriacum, primũ Galbæ, a quo Conſul deſignatus erat, dein Othoni, a quo ſeruatus aduerſus militum rabiem, fidus extitit. Conſulatum illi mox Vitellius victor ſeruauit. Tacitus libro 17. & 18.

¶ Marius Maturus, procurator Alpiũ, diſceſſu Valentis exolutus, tranſit in partes Flauianas. Tacitus lib. 19.

¶ Marius Priſcus, Africæ Proconſul, accuſatus repetundarum a prouincialibus, agente Plinio damnatus eſt. Vide Plinium ad Arrianum lib. 2. De huius in exilio luxu Iuuenalis Satyra 1.

Exul ab octaua Marius bibit & fruitur diis Iratis, &c.

Plinius & Conſulem & ſeptemuirum epulonum fuiſſe ſcribit. Arbitror autem fuiſſe Conſulem cum Pompeio collega, anno V. C. DCCCXLV.

¶ Marius Maximus, Hiſtoricus, ſcripſit vitas Imperatorum.

C. Mario C. F. Pal. Vero. Gerundens. omnibus honorib. in Republica ſua functo Flamini prou. Hiſpan. citer. P. H. C. Hæc inſcriptio extat Tarracone, teſte Apiano pag. 17.

P. Mario Vot. Luperciano Eq. R. &c. Vide Antiquitates Fabricii pag. 48.

M. Marius C. F. Auguſti L. viuus ſibi & C. Mario fratri. Hæc inſcriptio extat Torcelli in Italia, teſte Apiano.

MARIVS, vnus e 30. Tyrannis tempore Gallieni, ex fabro ferrario trium dierum Imperator. Pollio.

Mario reſcribit Maximinus A. 2. Cod. de pactis.

¶ Marius Victorinus Afer, Grammaticus & Rhetor, ſcripſit de Orthographia & ratione carminum lib. 4. item in Dialogos Ciceronis, teſte Hieronymo. Romæ docuit Rhetoricam, vbi & ſtatuã in foro Traiani meruit. Audiuit hunc Hieronymus. Sed & Auguſtinus illius vt viri Chriſtiani meminit. Epitomen libri eius de diuiſione definitionum habet Iſidorus Etymol. libro ſecundo.

¶ SER. MARIVS HONORATVS, Grammaticus, ſcripſit commentationes in Virgilium. Extant & alia eius opuſcula. Nominatur etiam a quibuſdam Sergius.

¶ Marius Paulus ſub Diuis Fratribus, aduerſus quem illi pronunciauere Pand. 17. tit. mandati vel contra.

Mariæ L. F. Proculæ, Mariæ L. F. Procillæ, ſorori pientiſſimæ, nomine ſuo, & Mariæ Muſæ, matris, & Mariæ Cæciliæ Procillæ filiæ ſuæ, & M. Cæcilii Cæciliani, mariti ſui. Hæc inſcriptio extat Puteolis, teſte Apiano.

¶ M. Marius Sidicinus, homo ſui municipii nobiliſſimus, cæſus virgis a Conſule Rom. quod vxor parũ in tempore, nimiſque laute, ab illo balneas ſibi inſtructas dixiſſet. C. Gracchus apud Gellium lib. 10. capite 3.

Marius Montanus, cum Maria Feſtiua coniuge, & Mario Hippolyto ac Maria Feſta, liberis, refertur Inſcript. antiq. pag. 40.

P. Mario Vot. Luperciano Equiti Rom. &c. Sigonius emendationum 2. pag. 74.

¶ MARIANVS, ab antiqua ſtirpe Romanus, vixit ſub Anaſtaſio Imp. De hoc Suid.

¶ MARINVS, Tyrannus cæſus a Decio ſub Philippo Imp. Alius Philoſophus & Orator, de quo Suidas.

¶ MARINIANVS, Conſul anno V. C. MCLXXVI. ſub Honorio. Hic & Baſſus, ſimiliter Conſularis, cum Sixtum Epiſcopũ accuſaſſent apud Valentinianum III. nec intentata crimina probare poſſent, ab Imp. damnati proſcriptique ſunt, bonis illorum Eccleſiæ conceſſis.

Marinianæ reſcribit Ant. A. 5. Cod. titul. 70.

¶ MARONIAE idem Ant. A. 8. Cod. titul. 47.

Maroni Alexander A. 4. Cod. tit. 44.

¶ MARSYÆ Probus A. 8. Cod. tit. 54.

MARTII.

Martiorũ nomen non vnius fuiſſe gentis, hinc facile colligimus, quod memoriæ veterũ alios ex his patricios, alios plebeios faciunt. Patricios habitos, quibus Regum cognomen inhæſit, contra Tremulos, Rutilios, Cẽſorinos, Philippos, Figulos, in plebe ſolitos cenſeri, videmus. Martios Reges ab Anco Martio rege deſcendere volunt, idq; Iulius Cæſar, Martiam auiã, quæ huius generis extitit, in funere pro concione laudans affirmat, quemadmodũ eſt apud Suetonium in vita Cæſaris. Pertinet eodem locus Ouidii Faſt. 6.

Martia, ſacrifico deductum nomen ab Anco. Alii tamen littera C. nomen hoc ſcribi malunt, vt ſit a Marco vel Mamerco, aduocantes huc Plutarchi auctoritatem in Numa. Is enim tradidit, a Mamerco Mamercios, ſeu, vt ipſi legunt, Marcios Reges eſſe.

Primus Martiorum Romæ ex patriciis fuit Numa Martius, M. Martii F. amicus & cognatus Numæ regis, qui cum ipſo ex Sabinis in vrbem commigrauit, primus ab eodem pontifex Maximus inſtitutus, cum & Senatoria dignitate honeſtatus eſſet. Hic poſt obitum Numæ in regni diſceptationem cum Hoſtilio veniens, poſtquam ſuperatum ſe vidit, vitæ ſuæ vim attulit, vt ſunt auctores Liuius & Plutarchus.

Numa Martius, ſuperioris F. a Numa rege gener adſcitus eſt, tradita illi Pompilia F. ex qua Ancum Martium, qui poſt Hoſtilium regnum adeptus eſt, genuit. Quo quinquenni relicto, ipſe fato diem clauſit.

ANCVS MARTIVS, Rom. Rex IIII. æquitate & religione auo ſimilis, ius feciale, quo legati ad res repetendas vterentur, ab Æquicolis tranſtulit. Nec bello ignauus, Latinos domuit, Auentinum & Ianiculum montes vrbi adiecit, carcerem primus

primus ædificauit, Hoſtiam in ore Tiberis condidit, ſalinis circa factis. Regnauit annis 24. duobus filiis ſuperſtitibus, qui dolẽtes regnum ſibi Tarquinii fraude & ambitione præreptum, Seruium etiam ab illo generum adſcitum, qui in regno ſuccederet, ſummiſſis percuſſoribus Tarquinium ſuſtulerunt. Verum ne ſic quidem voti cõpotes facti, cum comprehenſos ſceleris miniſtros, & Seruium primum muliebri dolo, deinde voluntate Patrum ſummæ rerũ præeſſe cernerẽt, Sueſſam Pometiam exulatum ierunt. Liuius 1.

Cn. Martivs Coriolanvs, Anci regis clara progenies, vt Valerius libro 4. capite 3. captis Coriolis, Volſcorum oppido, inde cognomen ſortitus eſt. Cum propter eximiæ fortitudinis opera apud milites a Cõminio Coſ. publice laudatus eſſet, & ingentibus donis ab eodẽ ornaretur, tãta vſus eſt moderatione, vt præter vnius hoſpitis captiui ſalutem, & equũ, quo in præliis vteretur, nihil acciperet. In plebem cũ foret acerbior, iniquiſſime damnatus, ad Volſcos confugit. A quibus non modo libenter ſuſceptus, verum etiam ſummo cũ imperio copiis præfectus, aduerſus Romanos tetendit, patriæque bellum intulit. Cumque poſt creberrimas victorias nullis ciuium legationibus flecteretur, tandem a Veturia matre, & Volumnia vxore, adductis etiam duobus filiis, motus retro flexit, bellumque diſſoluit, nec multo poſt inuidia rei oppreſſus, interiit. De mortis genere apud auctores non conuenit. Fabius Pictor, ſcriptor antiquiſſimus, vſque ad ſenectutem vixiſſe tradit, & hanc in exacta ætate vocem ſubinde vſurpaſſe, multo miſerius ſeni exilium eſſe. Liuius 2. Dionyſius 6. 7. & 8. Valerius 4. cap. 3. & 5. cap. 1. & 4. Suidas Μάρκιος. Auctor virorum illuſtrium, Martium Conſulem fuiſſe ſcribit: ſed id Plutarchus falſum eſſe demonſtrat, repulſam illum honoris paſſum oſtendens. Vide eius vitam, luculente, vt omnia, ab auctore illo expoſitam.

Q. Martius Rex, Trib. pl. cum C. Atinio Labeone, anno V. C. DLIIX. rogata plebe, iuberentne cum Philippo, Macedonũ rege, pacem eſſe; omnes quinque & triginta tribus, vti rogatæ erant, pacem eſſe iuſſerũt. Liuius Decadis 4. lib. 3.

P. Martius Rex, cum M. Cornelio Cethego & M. Fuluio legatus miſſus eſt ad reuocandum ex itinere C. Caſſium Cos. ex Gallia, quam prouinciam ſortitus erat, per Illyricum ducere legiones in Macedoniã nouo incepto conantem anno vrb. cond. DLXXXIII. Liuius 43.

Q. Martius Rex iuſſus a Senatu aquarũ Appiæ & Anienis ductus tegula reficere, nouam a nomine ſuo appellatam, cuniculis per montem actis, intra Præturæ ſuæ tempus adduxit. Sic Plinius libro 36. capite 15. In Iulio Frontino legimus, aquam Martiam a M. Titio, Prætore, perductam anno vrbis conditæ DCX. Ser. Sulpitio Galba L. Aurelio Cotta Coſs. Quo loco mendoſum eſſe Frontinum arbitror, & pro M. Titio legendum Martio. Sentit nobiſcum Volaterranus, qui eiuſdem aquæ perductorem L. Martium Regem appellat, tantum in prænomine varians. Similiter Bartholomæus Marlianus, qui primum huius aquæ perducendæ auſpicem Ancum Martium Regem, ſed perfectorem operis Q. Martium Regem fuiſſe tradit, Topographiæ Romæ 5. cap. 15.

Martia, Cæſaris auia F.

Q. Martius Rex F. Conſulatum geſſit cum M. Catone nepote, anno vrb. conditæ DCXXXVI. quo Narbo Martius in Gallia deducta colonia eſt, tradente Paterculo: Plinius etiam tum trinos Soles conſpectos ſcribit lib. 2. c. 31. In epitome li. 62. hiſtoriæ Liuianæ legimus, Q. Martium Conſulem Sarnios, gentẽ Alpinam expugnaſſe. Idem memorat Oroſius lib. 5. c. 13. Fortitudinẽ huius Q. Martii in luctu, amiſſo in ipſo Cõſulatu filio, & quidem vnico, collaudat Valerius Max. lib. 5. cap. 10.

Q. Martius Rex Vacia, Conſul anno V. C. DCLXXXVI. quam prouinciam ſortitus, quas res bello geſſerit, hiſtoriæ nõ produnt, C. Saluſtius Cicerone Conſule ad vrbẽ imperatorem fuiſſe ſcribit, quomodo & Q. Metellum Creticum, impeditum vtrunque calumnia paucorum ne triumpharẽt: miſſum autem Martium Feſulas, alioſque alio ad exercitum comparandum. Compellantibus illum legatis C. Manlii, Catilinæ ſocii, multaque quærentibus, idem autor reſpõdiſſe tradit: Si quid ab Senatu petere vellẽt, ab armis diſcederẽt, Romã ſupplices irent: ea manſuetudine atque miſericordia S. P. Q. R. ſemper fuiſſe, vt nemo vnquam ab eo fruſtra auxilium petierit. Cæterũ Martius vxorem habuit Clodiam, P. Clodii ſororẽ, nõ ſatis pudicam. Apparet obiiſſe mortẽ nõ multo poſt Ciceronis Conſulatũ. Nam M.

Piſone & M.Meſſala Coſs.iam deceſſerat, vt liquet ex epiſtola Ciceronis ad Atticum lib.1.qua Clodium captantem affinis hæreditatem notat. Epiſtolæ initiū eſt: *Quæris ex me.* Reliquit ergo filium ex Clodia. nā Cicero in oratione pro domo ſua; Tu-Rex,inquit,diſce a gentili homine tuo,&c. de Clodio loquens.

MARTII plebeii.

Manius Martius, Ædilis pl. primum frumentum populo in modios aſſibus diuiſit. Plinius 18.cap.3.

C.Martius Trib.pl.an.V.C. CCCLXV. recuperata vrbe, quam Galli incenderant, Q.Fabio diē dixit, quod legatus in Gallos, ad quos miſſus erat Orator, contra ius gentium pugnaſſet. Liuius lib.6.

C.Martius L.F.C.N.Rutilius, Conſul an.V.C.CCCXCIIX. triumphauit de Priuernatibus. Mox anno ſequenti primus ex plebe factus Dictator, M. equitum itē ex plebe C.Plautium dixit, Hetruſcorum hoſtiū caſtra cepit, multiſque cæſis, ſine auctoritate patrum, populi iuſſu triumphauit. Geſſit deinde adhuc tres Conſulatus, ac primus item ex plebe Cenſor creatus eſt. Vide Liuium lib.7.

C.Martius Rutilius, C. ſuperioris F. L. N. Cōſul anno V.C.CCCCXLV. atroci & ancipiti prælio pugnauit. Poſtea lectus Pontifex, ac item Cenſor factus eſt. Hunc arbitramur eſſe, qui ſecundum a populo Cenſor creatus, honorem eum reſpuit, legemque ſuaſit, qua decretum eſt, ne cui bis eūdem magiſtratum ambire liceret, dictus ob id cognomento Cenſorinus. Liuius 9. Valerius 4. capite primo. Plutarchus in Coriolano.

L.Martius C. F. Cenſorinus, Conſul anno V.C.DCV. quo tempore Cato naturæ conceſſit, & de pecuniis repetundis lata lex eſt. Decreto bello Punico tertio, cum collega M.Manilio Carthaginē obſidere cœpit. Liuius 49. Paterculus volumine priore, Appianus, Paulus Oroſius 4.c.21. Eutropius 4.cap.3.

A.Martius Cenſorinus, in diſſenſione ciuili partes Marii & Cinnæ fouit. Appian'. Idem caput Octauio Cos. per Cenſorinū amputatum, & a Pompeio apud Senas debellatum, poſt etiam a Sylla cum Carrinate interemtum ſcribit. Forſan eſt L.Cenſorinus, L. Cenſorini, qui Conſulatum ſub Auguſto geſſit, auus.

C.Cenſorinus, æqualis M.Craſſi, M.Piſonis & Q.Hortenſii, Græcis litteris doct', quod propoſuiſſet explicans expedite, nec inuenuſtus actor, ſed iners, ac inimicus fori. Cicero in Bruto. Idem fortaſſis eſt (nec enim pro certo poſuerim) qui periit cum Craſſo in Parthis, vt eſt apud App. & Plutarchum.

L.Martius L.F.C.N.Cenſorinus, Conſul anno V.C. DCCXIIII. triumphauit ex Macedonia.

C.Martius Cenſorinus, Conſul ſub Auguſto anno V. C. DCCXLVI. collegam habuit C.Aſinium Gallum. De his extat inſcriptio Romæ teſte Apiano: *C. Aſinius C. F. Gallus C. Martius L. F. L. N. Cenſorinus Coſſ.* Ad hunc Cenſorinum arbitror ſcribere Q.Horatium lib. quarto Carminum Ode 8. Meminit Cenſorinus de die natali capite 23.

Cenſorinus, an gentis Martiæ, compertum non habeo, ſcripſit opuſculum de die natali ad Q.Cerellium, Equitem Rom. floruit ſub Pio & Marco Impp. imo ſub Seuerō & Antonino, pertigitque ad tēpora Gordiani, vt ex eius ſcriptis patet.

Figuli.

T.Martius Figulus, anno V.C. DLXXXV. cum multa prodigia nunciata eſſent, & ipſe palmam enatam impluuio ſuo nunciauit. Liuius Decadis 5.lib.3.

C.Martius Figulus, Prætor in bello Macedonico claſſi præfuit, cum id bellum gereret Q.Martius Philippus. Conſul poſtea creatus cum Scipione Naſica, & iterum cum L. Cornelio Lentulo, contra Dalmatas primum parum proſpere, deinde feliciter pugnauit. Cauſa belli fuit, quod Illyricos P.R. ſocios vaſtaſſent. Liuius 47. Meminit Valerius lib.1.cap.1.

C.Martius Figulus, bis Cōſulis F. Iuriſperitus, & vir manſuetiſſimus, mirum qua de cauſa Conſulatus repulſam tulit. Quo dolore ſic accenſus eſt, cum quidem illū honorem bis patri datum meminiſſet, vt poſtridie comitiorum, quotquot conſulendi cauſa veniſſent, omnes dimiſerit, præfatus: *Omnes conſulere ſcitis, Conſulem facere neſcitis.* Dictū grauiter & merito, ſed tamē aliquāto melius non dictum. Valerius Max. 9.c.3.

C.Martius Figulus C.F. autore Dione, Conſulatum geſſit cum L.Cæſare. Meminit eorū Salluſtius in bello Catilinario. Et Cicero ad Atticum lib.1.his Conſulibus ſe filio auctum ſcribit.

Q. Mart. Libo, repertum in numo argenteo, teſte Manutio in Orthographia.

Philippi.

Q. Martius Philippus, Conſul fuit cum L. Æmilio Barbula, an. V.C. CCCCLXXII. cũ primum Italia elephantes vidit, gerente tũ P.R. bellum cum Tarentinis. Plinius 8. capite 6. Citatur epiſtola Scipionis ad Philippum Polybio lib. 10.

Q. MARTIVS PHILIPPVS, fors ſuperioris pronepos, Prætor anno V.C. DLXVI. Siciliam prouinciam habuit. Conſul biennio poſt, cum collega Sp. Poſthumio quæſtionem de Bacchanalibus nocturniſq; ſacris & coniurationibus exercuit. Inde profect' in Ligures Apuanos, rem male geſſit, ac ſaltus, vbi clades eſt accepta, Martius eſt appellatus. Interiectis duobus annis, miſſus eſt legatus in Macedoniam ad Philippum regem, iuſſus etiam in Peloponneſo res ſociorum inſpicere. Iterum poſt aliquot annos miſſus in Græciã, & gentes conterminas, cum Perſeo rege in colloquium venit. Priuſquam autem congrederentur, cũ foret cunctatio, vtri dirimẽtem amnẽ tranſirent, ſcire Martius regem inuitãs: *Minor*, inquit, *ad maiorẽ*, &, quod Philippo ipſi cognomen eſſet, filius ad patrem tranſeat. An. V.C. DLXXXV. iterum Conſul, Macedoniã & bellum contra Perſeum ſortitus eſt, iam ſexagenario maior, & prægrauis corpore. Iter in Macedoniam difficilimum habuit, necquicquã magnopere, quod memoria dignũ ſit, geſſit, bello poſt annuũ imperiũ in ſucceſſorem L. Æmiliũ Paulum tranſlato. Liuius lib. 38. 42. & 44.

Q. Martius Philippus F. patri in bello Macedonico adfuit. Liuius lib. 44. Fors hic eſt exul ille.

L. MARTIVS PHILIPPVS Q. F. (Cicero officiorum 3.) Conſulatum petens, repulſam paſſus eſt, prælato ſibi Herennio. Paulo poſt tamen eius honoris compos factus eſt, quem iniit cum Sex. Iulio Cæſare anno V.C. DCLXIII. quo bellum ſociale in Italia exarſit. Numeratus eſt inter Oratores, proximus Craſſo & Antonio, ſed longo interuallo, proximus tamen. Erat in eo ſumma

[Cicero in Bruto.]

libertas, multæ facetiæ, ſatis creber in reperiendis, ſolutus in explicandis ſententiis. Erat etiam inprimis, vt temporibus illis, Græcis doctrinis inſtitutus, in altercando cum aliquo aculeo facetus. In Conſulatu Senatui pro Roſtris ſegniciem exprobrans, alio ſibi Senatu opus eſſe dixit. Quin etiam L. Craſſo, ſummæ dignitatis & eloquẽtiæ viro, grauiter id in curia ferenti, manum iniici iuſſit: cum ille, reiecto lictore, Nõ es, inquit, mihi Philippe Conſul, quia nec ego tibi Senator ſum. Valerius 6. capite primo. Cenſor cum M. Perpenna auunculum ſuum, App. Claudium Pulchrum, in recitando Senatu præteriit. Cicero pro domo ſua. Exercuit cum multis graues inimicitias, vt cum M. Liuio, cum Licinio Craſſo, aliiſq; compluribus: cum quibus tamen omnibus vno tempore reipub. cauſa in gratiã rediit; quomodo teſtatur Cicero in oratione de prouinciis Conſularibus.

Amplius de L. Philippo Oratore.

L. Philippus Q. F. vir magnus inprimiſque clarus, gloriari ſolebat, ſe ſine vllo munere adeptum eſſe omnia, quæ haberentur ampliſſima. Dicebat idem C. Curio. Off. 2. In L. Craſſo & in L. Philippo multus lepos. Off. 1. Pro me pugnabit L. Philippus, eloquentia, grauitate, honore florentiſſimus ciuitatis. Pro Quintio. De bello Sertoriano, Pompeio commiſſo, quo quidem tempore cum eſſet nõ nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatũ pro Conſule; L. Philippus dixiſſe fertur: Non ſe illum ſua ſententia pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Pro A. Cluẽtio & Philippicã 11. Non igitur vtilis illa L. Philippi Q.F. ſententia: Quas ciuitates L. Sylla, accepta pecunia, ex SC. liberauiſſet, vt hæ rurſus vectigales eſſent, neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Ei Senatus eſt aſſenſus, turpe imperio, &c. Off. 3. Ad dicendũ ita ſolebat ſurgere, vt quod primum verbum habiturus eſſet, neſciret, & vt aiebat ipſe, cum brachiũ concalefeciſſet, tum ſe ſolitũ pugnare. De Oratore 2. pag. 116. Cenſor auunculũ ſuũ in recitando Senatu præteriit. Hic fuit App. Claudius. Cicero pro domo ſua. Philippus, Hortenſius, Lucullus, piſcinarii, Plinius 9. cap. 54. Dictum Philippi: Peream niſi piſcẽ putaui, apud Columellam 8. cap. 16.

L. Martius Philippus L.F. ſocer Catonis, & Auguſti vitricus fuit. Illi namque Martiam filiã collocauit, & huius matrẽ Acciã, Octauio defuncto, duxit vxorẽ. Conſulatũ geſſit cum Cn. Lentulo Marcellino an. V.C. DCXCVIII. Meminit eorũ Cicero in epiſtolis ad Lentulũ. Occiſo Cæſare, cũ Octa-

uius priuignus in vrbem rediſſet, vt relictā ſibi hæreditatē adiret (ſcriptus namq; hæres, & in gētem Iuliam adoptatus erat) valde diſſuaſit Philippus, ſedulo monens, inuidioſum nomē, & plenā diſcriminis ſucceſſionem, declinaret. Paulo poſt exorto bello Mutinenſi, cū Senatui placuiſſet, legatione miſſa, denunciare Antonio, Brutū miſſum faceret, Gallia excederet, ni paruiſſet, hoſtē iudicandū: legatus cū L. Piſone & Ser. Sulpitio ad Antoniū in caſtra profect' eſt. Auguſto priuigno iam rerū potiente, cum ad vrbem ornandam principes ciuitatis inuitati certatim operā ſuam nauarent, variis ędificiis excitandis, ipſe ædē Herculis Muſarum quā M. Fuluius multis ante annis cōdiderat, vetuſtate deformatā, reſtituit. Meminit huius ædis & Philippi P. Ouidius in fine 6. Faſtorum. Apparet porticum adiectam. Citat hāc aliquoties Plinius, & Martialis inquit, Labienum notans lib. 5.

Vites cenſeo porticum Philippi,
Si te viderit Hercules, periſti.

MARTIA filia, M. Catoni, qui ſe poſtea ad Vticam interemit, cōnubio iuncta, M. Catonem & duas filias enixa eſt, quam deinde liberorū gratia petenti Hortenſio cōceſſit, eoq; ſub bellū ciuile defunctu, Cato reduxit. Vide Lucanum 2.

Martia, neptis Philippi (ſic enim ſentio) vxor Fabii Maximi, familiaris Liuiæ, vt erat ille Auguſti, enuntiato ſecreto de reuocando Agrippa, necis cauſa marito exitit, vt eſt apud Tacitum libro primo. Hanc arbitror eſſe, cuius meminit Ouidius in fine 6. Faſtorum, & de Ponto lib. 1. impenſe eam a forma, genere, ingenio & pudicitia collaudans.

Q. Philippi, vt exulantis Nuceriæ, mentionem fecit Cicero pro L. Corn. Balbo.

Q. Philippo, Proconſuli, ſcribit Cicero epiſtolarum 13.

Martius Philippus, Tribunus pl. initio belli ciuilis Pompeiani, quo minus Fauſtus Sylla in Mauritaniam ad regē Iubam mitteretur, impediuit. Cæſar eius belli Com. 1.

¶ Q. Martius Q. F. Q. N. Tremulus, Cōſul an. V. C. CCCCXLIIX. Samnites bis deuicit, captaque Anagnia, populum ſtipendio liberauit. Ob id ſtatua equeſtris togata illi ante ædem Caſtorum poſita fuit. Plin. 34. cap. 6. Liuius 9. Volunt eundē denuo Conſulatu functū an. 17. poſt an. V. C. CCCCLXV.

M. Martius, Rex ſacrorum, obiit belli Punici ſecundi anno 10. id eſt, V. C. DXLV.

¶ M. Martius Ralla, Prætor belli Punſecundi an. 15. vrbanā iuriſdictionē tenuit, vnus poſtea ex numero 10. legatorū, quorum cōſilio Scipio pacis conditiones Carthaginenſibus dedit. Liuius 29. & 30.

Q. Martius Ralla, Duumuir ædem Fortunæ primigeniæ in collo Quirinali dedicauit, Scipione Africano iterū Conſule, id eſt, anno V. C. DLX. Liuius 34.

¶ Q. Martius Sermo & Q. Martius Scylla, Tribuni pl. ann. V. C. DLXXX. Conſulibus mulctam ſe dicturos, ni in prouinciam exirent, denunciarunt. Liuius 42.

Martius, nobilis vates, memoratur Liuio.

L. Martius, Septimii F. Eques Rom. cæſis Scipionibus in Hiſpania, reliquias duorum exercituum nō modo incolumes præſtitit, ſed etiam die & nocte bina hoſtium caſtra expugnauit, ad 37. hominum milia cecidit. Itaque Scipio Africanus, patri patruoque ſuccedens, ſummo illum in honore apud ſe habuit. Liui. 25. Val. lib. 1. c. 6. lib. 2. c. 2. li. 8. c. 16. Plin. lib. 2. Cic. in Orat. pro L. Corn. Balb. primi pili Centurionem fuiſſe ſcribit.

¶ Q. Martius Rufus, legatus M. Craſſi in bello contra fugitiuos. Frontinus 2. cap. 4.

¶ Q. Martius Criſpus, Procōſul Syrię poſt cædem Cæſaris, exercitum Caſſio tradidit, eique adhæſit. Cicero Philipp. 11. & epiſtolarum 12. Hunc arbitramur eſſe, quem Cicero vna cum L. Flacco L. Piſonis in Macedonia legatum fuiſſe ſcribit, ſuumq; familiarē vocat, in oratione aduerſ' L. Piſon.

P. Martius, M. Martii F. militauit ſub Cęſare in Hiſpania, vt ex inſcriptione, quam C. Terentio patrueli, inibi extincto, poſuit, videre eſt. Extat ea inſcriptio apud Apianum pag. 11.

Q. Martius, Trib. mil. ſub Pompeio F. transfugit ad Cæſarem. Com. 6.

Martii Marcelli, vt amici ſui, crebro meminit Montanus Vatienus in ſcriptis ſuis. Vterque citatur Senecæ in fine 5. Suaſoriarum.

¶ Martius Macer, Othonianarum partium dux. Tacitus lib. 18.

¶ C. Martius C. F. Saluianus militauit ſub D. Traiano & D. Hadriano, Principibus, vt liquet ex inſcriptione, quæ extat apud Apianum pag. 298.

¶ Martius Liuianus Turbo, repreſſis Iudæis ab Hadriano, Mauritaniæ præfectus eſt, inde Daciæ Pannoniæque præpoſitus. Geſſit & præfecturam prætorii poſt Tatianum. Ad extremum tamen Hadriani gratiam

tiam amiſit, multis etiam inſectationibus ab eo petitus. Spartianus.

Martio Auito, Prætori, reſcripſit D. Antoninus Pand. de reſtit. in integrum.

¶ P. Martius Verus, ſub Marco Imp. dux fuit in bello Parthico, autore Capitolino. Hunc eſſe opinor Verum illum, qui collega fuit Commodi Imp. in ſecundo illius Conſulatu. Cooptatum etiam in collegiū neſcio quod indicat inſcriptio vetuſta apud Apianum pag. 320. Enconium eius habet Suidas Μάρκος Βῆρος.

¶ Martius Quartus, præfectus præt. diebus 5. ſub Commodo Imp. Lampridius.

¶ Martius Agrippa, præfectus claſſis ſub Ant. Caracalla. Spartianus.

¶ Q. Martio Barea T. Ruſtio Numio Coſs. Hæc inſcriptio adducitur a I. Lipſio comment. in lib. 12. Taciti.

¶ Martia, M. Reguli eius, qui bello Pun. captus eſt, vxor. Silius 6.

Martia, princeps Romanarū icta fulmine, cū eſſet grauida, partu exanimato, ipſa citra vllum aliud incommodum vixit. Plinius 2. capite 51.

Martia, Veſtalis, cum Licinia & Æmilia inceſti damnata. Liuius 63. Oroſius 5. capite 15.

Martia A. Cremutii Cordi F. mater Metilii adoleſcentis, cui ſuperſtes fuit. Conſolatur illam Seneca. Auus eius in alieni percuſſoris arbitrium venit, pater ſe inedia rebus humanis exemit. Coluit & hæc Martia Liuiam. Seneca. Meminit huius Martię & Dion 57.

Martia, libertini generis, amaſia Commodi Imper. a qua & veneno ſublatus eſt. Lampridius.

Martia Otacilia Seuera Aug. in antiquo numo legitur. Fuit autem vxor Seueri Imper. Spartianus.

Martia L. F. cum Claudio Eumelo coniuge, & Martia Electra, referuntur Apiano, illa pag. 312. hæc 292.

Martiæ reſcribitur a Diocletiano & Max. AA. 2. Cod. de tranſactionibus & 5. Cod. titul. 18.

Martiæ item reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. titul. 25. Item a Gord. A. 8. Cod. titul. 48.

Martiæ duæ, Martyres referuntur Volaterrano in anthropol.

Martię reſcribit Antonin' A. 8. C. tit. 16.

Martia Veneria quæratur in Centeniis.

Martio Auito, Prætori, reſcribit D. Antoninus Pandect. 4. de reſtitutione in integrum.

Martiani, ſeparatim poſiti.

Martiani, vt ſynchroni, meminit Cicero ad Atticum 12. Martianus ad me ſcripſit.

Martianus ſub Auguſto, ad ipſum accedens, cum miles quidam impudenter peteret, princeps, qui Martianum quoque petiturum aliquid ſuſpicaretur: *Non magis*, inquit, *faciam commilito, quod petis, quā quod Martianus a me petiturus eſt.* Macrobius 2.

Martiano ſcribit Martialis epigrammatum 6.

Martiana Auguſta & Felicitas ſeculi, in numo apud Manutium in Orthographia, in voce Felix.

Martianos duos quorum alter ſub Traiano damnatus, alter, vt opinor, ſub Alexādro floruit. pete ex Flauiis.

Ælius Martianus I. C. a Didio Iuliano occidi iuſſus.

Martianus Capella, quæratur in Felicibus.

Martianus hæreticus, refertur Euſebio.

Martianæ reſcribitur a Diocletiano & Max. AA. 2. Cod. de tranſactionibus & 3. Cod. tit. 19. & 4. Cod. tit. 44.

Martianus, vir clarus ſub Valente, poſt Nouatianæ Eccleſiæ presbyter, item alius ſub Zenone. De vtroque Suidas.

Martiano reſcribitur 3. Cod. tit. 10. & 4. Cod. de rebus creditis.

Martianus præſes, qui ſæuiit in Brutiū Epiſcopum & Confeſſorem, noctu terræmotu oppreſſus eſt. Vide Martyrolog. 8. Iulii.

Martianus Imp. (Pomponius Fl. Valerium Martianum vocat) ſucceſſit Theodoſio iuniori, fauēte Arcadii F. Pulcheria, qui licet humili loco natus & ſenex eſſet, tamē rebus geſtis & arte militari clarus, per annos fere 7. imperium orientis tranquilliſſime gubernauit. Dicere ſolitus erat, *dum pax conſtare poſſet, arma non ſumenda.*

Martianus, Anthemii Imp. F. Leonis Auguſti filiam alteram, Leontiam, vxorē duxit, cum alteram, Ariadnen, Zeno, qui poſt imperauit, coniugem haberet. Conſulatū geſſit cum eodem Zenone, patre & ſocero AA. imperantibus, anno V. C. MCCXXII.

MARTIALES.

Martialis, Poeta, refertur inter Valerios.

Martialis, Eques Rom. ob fratrem inter-

emtum Antoninum Caracallam Imp. occidit. Herodianus.

Martiali cuidam reſcribitur a Diocletiano & Max. A A. a Cōſt. & Max. CC. 1. Cod. de iuris & facti ignorãtia, & 4. Cod. tit. 37.

Martialis, vnus ex 18. Martyribus Cæſarauguſtanis Prudentio.

Martiali reſcribit Alexand. Imp. 9. Cod. titul. 23.

¶ MARTINO reſcribit Gordianus A. 4. Cod. tit. 57.

¶ MARTYRIVS & Syluia coniuges cum Galba F. referuntur in inſcript. vetuſta apud Apianum pag. 487. qui eã extare ſcribit in Treuiris apud S. Paulinum.

Martyrius, Martianopolitanus Epiſcopus, memoratur Nicephoro lib. 12.

MARVLLI.

Marulli aliquot reperiuntur in Epidiis & Metiis. Præter eos duximus hîc adiiciẽdos, quorum familias nondum inuenire potuimus.

M. Marullus, Poeta mimographus ſub Antonino Philoſopho, ipſum etiam Imperatorẽ inceſſere ſolitus. Huius eſt illud: *Tu, vt Hector ab Ilio, nunquam recedis.* Meminit huius Hieronymus contra Rufinũ, & Galenus, qui ſe filium eius, grauiſſimo laborantem morbo, curaſſe ſcribit.

Marullus Calaber, Poeta, cum Attilam, regem Hunorum, per adulationẽ Deum, & diuinæ ſtirpis prolem, nominaſſet, propemodum viuus ab ipſo, vna cum carmine exuſtus eſt. P. Callimachus in Attila.

¶ Marullus, ætate patrum noſtrorum, Conſtantinopolitanus, & Pontani diſcipulus, vir acris cum ingenii tum iudicii, & qui plus noſtræ quã paternæ linguæ vacauerit. Scripſit epigrammata & hymnos, ſubmerſus tandem in amne Cæcina. Hæc Volaterranus.

Marullus Rhetor, a Seneca Controuerſiarum 1. pro præceptore agnoſcitur. Sic enim in præfatione: Cum eſſemus, inquit, condiſcipuli apud Marullum Rhetorem, hominem ſatis aridũ, pauciſſima belle ſed vulgato genere dicentem: cum ille exilitatem orationis ſuæ imputaret controuerſiæ, ac diceret; *Neceſſe eſt, me per ſpinoſum locum ambulantem ſuſpenſos pedes habere*, aiebat Latro: Non mehercules, tui pedes ſpinas calcant, ſed habent, &c.

¶ MASCVLO reſcribit Alexander A. 6. Cod. tit. 42.

Maſculino Vero 7. Cod. tit. 36. niſi tamen ſit idem, alterius loc modico vitio.

Maſculinus, Confeſſor in Africa, refertur Victori, Epiſcopo Vritenſi.

¶ MASTICHIANO, pręf. annonæ, reſcribit Conſtantius 6. Cod. tit. 61.

MASVRII.

Maſurius Sabinus, Eques Rom. I. C. auditor & ſucceſſor Attei Capitonis. Meminit illius Perſius, ſimiliter Pomponius Pãdect. de origin. iuris. Citatur ſubinde ab A. Gellio. Scripſit Faſtorum & rerum memorabilium libros, commẽtarios de indigenis, de iure ciuili, de furtis. Porro iam quinquagenarius cum inopia magna laboraret, ab auditorib⁹ ſuſtẽtatus eſt. Floruit ſub Tiberio, a quo vt ſibi de iure reſpondere liceret, obtinuit. Athenæus lib. 14. Dipnoſoph. hæc de eo habet: Μασύριος ὁ πάντα ἄριστος καὶ σοφὸς, καὶ γὰρ νόμων ἐξηγητὴς οὐδενὸς δεύτερος.

Maſurius Sabinus, alius a ſuperiore eſt, cui Paulus aliquot libros ſcripſit. 2. Inſtitut. 14.

MATERNI.

Maternus I C. & municeps Martialis. Vide libro 10.

Materno reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 30.

Materno Conſtant. 7. Cod. tit. 32.

Maternæ A A. & CC. 5. Cod. tit. 16.

Maternus miles, factus perditorum hominum dux, Commodo principi inſidias tendens, capite pœnas dedit. Herodianus.

¶ MATERNII, Pardus & Perletus, milites leguntur in memoriis Moguntinis apud Apianum pag. 468. & 477.

Maternius Nemauſus ſtrator Coſ. Ibid. pag. 472. cum vxore Comitilla.

¶ MATERNIANVS, procurator rerum in vrbe ſub Caracalla, ipſo abſente. Herodianus 4.

¶ MATERNVS, Sophiſta, cæſus eſt a Domitiano, quod exercendi ſui cauſa declamaſſet in Tyrannos. Dion.

MATIENI.

P. Matienus, Trib. mil. cum M. Sergio, & ipſo Trib. ac tribus millibus militũ miſſus a Scipione Coſ. Locros, ad id oppidum recipiendum. Liuius 29.

C. Matienus, Duũuir naualis creatus cũ C. Lucretio, an. V. C. DLXXIII. accepta ad ſinum Gallicũ prouincia, in ora Liguſtica 32. naues Ligurũ cepit, quo tempore L. Æmilius

milius Coſ. cæſis 15. millibus, captis 2. millibus & 500. reliquos Ligures in deditionẽ accepit. Liuius 40.

M. Maticns, Prætor anno vrbis cond. DLXXXI. Hiſpaniam vlteriorem ſortitus, prouinciam auare & crudeliter habuit: vnde biennio poſt accuſatus ab Hiſpanis, Tibur exulatum conceſſit. Liuius initio 42. & 43.

C. Matienus, P. Corn. Naſica & D. Iunio Bruto Coſs. delectum habentibus, in conſpectu tironum, id quod ſaluberrimi exempli fuit, accuſatus apud Trib. pl. quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet, damnatuſq; ſub furca diu virgis cęſus eſt, & ſeſtertio numo veniit. Liuius ſiue Florus 55.

MATII.

C. Matius, amicus & familiaris Cæſaris Dictatoris, nec alienus ab amicitia Ciceronis, vt indicant illorum epiſtolę lib. familiarium 11. Meminit eius & Cicero libro nono ad Atticum, epiſtola cuius initium eſt: *Nihil habebam*, & Suetonius in Cæſare cap. 52. vbi tamen mendoſe Martius legitur. C. Plinius 12. cap. 2. equeſtris ordinis virum, ac Diui Auguſti amicum fuiſſe, nemoraq; tonſilia inueniſſe ſcribit. Gyraldus, neſcio quibus rationibus ductus, nõ Matium, ſed Marium vocat: deinde Auguſti amicum Cn. Matium appellat.

Cn. Matius, mimorum ſcriptor, citatur a Gellio 21. Iliados eius lib. 9. cap. 14. Citatur & a Varrone & Terentiano, item a Macrobio. ¶ Variat Ioſephus Scaliger in Varronem coniectaneis pag. 184. & ſeq. & de auctoris huius monumẽtis diſertius & caſtigatius explicat.

MATRINII.

C. Matrinius, Eques Rom. Cicero in Verr.

D. Matrinius, ſcriba Ædilitius, defenſus a Cicerone. Cicero pro Cluentio.

Matriniam anum notat Martialis 5.

MATRONII.

Matronia, citatur in memoriis antiquis pag. 76.

Matronio reſcribunt Valerianus & Gall. AA. & Val. Cæſar 4. Cod. tit. 26.

Matroniæ AA. & CC. 6. Cod. tit. 23. & 9. Cod. tit. 45.

Sex. Matronius Succeſſus. Inſcript. ant. pag. 317.

¶ MATRONIANO, Præfecto prætor. reſcribit Anaſtaſius Imp. 1. Cod. tit. 25. & 7. Cod. titul. 39.

Matroniano, duci & præſidi Iſauriæ, reſcribũt Gratianus, Valentinian. & Theod. 9. Cod. tit. 26.

¶ MAVCALIAE reſcribunt AA. & CC. 5. Cod. tit. 16. l. 21.

¶ MAVORTIVS Lollianus, præfectus & rector Orientis ſub Conſtantio, Conſulatũ geſſit cum Arbetione ann. V. C. MCVIII. Huic iunior Firmicus Maternus Siculus dedicauit 8. libros aſtronomicõn. Geſſit & præfecturam vrbis an. MXCII.

MAVRI.

Mauro reſcribit Alexand. Imp. 7. Cod. titul. 32.

Maurus & Montanus, aulici fuere ſub Gordiano principe.

Mauro alii reſcribit Carius Imp. 7. Cod. titul. 2.

Maurus Terentianus, patria Carthaginenſis, a Gyraldo inter Lyricos Poetas reponitur. Filium habuit Baſſianum, & Nouatum generum.

MAVRICII.

Mauricio reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 10. Neſcio an & 11. & rurſum 8. Cod. tit. 14.

Mauricius, Trib. ſub Iouiniano Imp. memoratur Amm. Marcellino.

MAVRICIVS Imp. Tiberii gener, præfuit rebus annis 20. ¶ Encomium eius habet Suidas.

MAXIMI, quorum familiæ ignorantur.

Maximus, Senator, vir grauis, & Orator inter Romanos primus. Ariſtides orat. Platon. 3. Tom. 3.

Maximus, Conſul anno V. C. DCCCCLIX. ſub Seuero A. & iterum ſub Alexandro.

Maximus, Cõſul an. V. C. DCCCCLXXXIIII. & iterum ac tertio. Horum alteri vel vtriq; reſcribit Alexand. Imp. 5. Cod. tit. 4. & 62.

Maximus IC. ſcripſit ad legem Falcidiam, horum an ſuperiorum temporum, incertum.

MAXIMVS, Tyrannus, qui Gratianum extinxit, viciſſim a Theodoſio cũ Victore F. apud Aquileiam extinctus eſt. ¶ Vide Carolum Sigonium de Imperio occidentali, & Onuphrium Panuinium.

Maximus, Conſul ſub Honorio ann. V. C. MCLXXII.

MAXIMVS, homo potens & patricius, cum Valentianum III. ad cædem Aetii, & Traſilam, Aetii militem, viciſſim ad occidendum Valentinianum impuliſſet, voti compos ſumſit imperium, relictamq; Valentiniani coniugem, Eudoxiam, inuitã & renitentem ſibi copulauit. Quamobrem euocatis ab illa Vandalis, mox ſcelerũ pœnas dedit, ab Vrſo, milite Romano, confoſſus. ¶ De hoc Sigonius & Onuphrius ibid.

Maximus, ſuperioris pronepos, Conſul anno vrbis conditæ MCCLXXVI. in exilium actus eſt, quod cum Gotthis, vrbem obſidentibus, ſentire videretur. Auentinus 3. pag. 267.

Maximus & Priſcus, Philoſophi, comites Iuliani in expeditione Perſica, quorum Maximus poſtea ſub Valente Epheſi in patria capite truncatus eſt. Amm. Marcellin⁹.

Maximi duo, ambo Philoſophi, alter Tyrius, alter Epirota, memorantur a Suida. Tyrii ſermones etiamnum extant.

¶ MAXIMINO reſpondet Vlpianus Pand. 17. pro ſocio l. 71.

Maximinus hæreticus, contra quẽ ſcripſit D. Auguſtinus.

¶ MAXIMIANO reſcribit Alexander A. 5. Cod. tit. 62.

Maximiano, præſidi prouinciæ, reſcribit Conſtantinus C. de off. rect. prouinciæ.

Maximianus, præfectus annonæ ſeu vicariæ ſub Valentiniano I. homo crudelis & rapax, tandem vt meruit, iugulatus. Filius illi fuit Marcellinus. Amm. Marcellinus & Tripartita, quæ illius vt præfecti vrbis meminit lib. 8. cap. 10.

¶ *M. MECIO, Memmio, Furio, Dalburio, Cæciliano, Placido, &c. Pontifici maiori Augури publico P. R. Quiritium X. viro ſacris faciundis.* Hæc inſcriptio legitur in Orthographia Pauli Manutii.

¶ MEGILLA Opuntia, memoratur Horatio cum fratre 1. Carminum Ode 26.

¶ M. MEGONII, M. F. teſtamentũ extat in Antiquitatibus Fabricii.

¶ MEGVLLA, quia cum quingentis millibus æris mariti domum intrauit, dotatæ cognomen inuenit. Valerius lib. 4. cap. 4.

¶ MEIA *fui felix ſeptem circumdata natis, Dum vixi,* &c. Vide eaſdem Fabricii Antiquitates pag. 79.

¶ MELANIA, nobiliſſima mulierum Rom. & Marcellini, quondam Conſulis F. vnico filio, tunc Prætore vrbano, relicto, Hieroſolymam nauigauit: vbi tanto virtutum, præcipue vero humilitatis, fuit miraculo, vt Teclæ nomẽ acceperit. Hieronym.

¶ MELANDRO reſcribunt A A. & C C. 7. Cod. tit. 14.

MELII, qui partim paricii, partim plebeii fuer.

Sp. MELIVS, vir equeſtris ordinis, & prædiues, largitione frumenti delenito populo, cum conſilia regni agitaret, vocatus a Dictatore L. Quintio Cincinnato, quod ad illum venire nollet, opem plebis inuocans, a C. Seruilio Ahala, M. Equitum, interemtus eſt, anno vrbis cond. CCCXIIII. bona publicata, domu diruta, & area Æquimelium appellata. Varro lib. 4. de ling. Latin. Liuius 4. Cicero pro domo ſua, Valerius 6. capite tertio Plinius de viris illuſtribus.

Sp. Melius, ſuperioris cõſanguineus, fauore nominis ſe aliquid moturum ratus, præſertim Trib. pl. rogationem de publicandis bonis Seruilii tulit anno vrb. cond. CCCXVII. Sed vanus ad populũ apparuit. Idem quartum Trib. pl. creatus eſt anno CCCXXXVII. Liuius 4.

P. Melius Sp. F. C. N. Capitolinus, Trib. mil. Conſ. poteſtate creatus eſt ann. V. C. CCCLIII. quippe patricius: quod alioqui illi non contigiſſet. Liuius 5.

Q. Melius & L. Liuius, Tribuni pl. Samnitibus cum Poſthumio & Veturio deditiſunt, ann. V. C. CCCCXXXIII. Liuius 9.

L. Melius Lithamyrus ſibi & Durdenæ Cytheridi, & L. Melio F. &c. Hæc inſcriptio reperitur Romæ in æde S. Chryſogoni, & extat apud Apianum pag. 300.

MEMMII.

Memmios Virgilius lib. 5. a Mneſtheo Troiano, comite & ſocio Aeneæ, genus & nomen ducere ſcribit.

¶ De Mẽmia familia erudite cõmentatur in Lucretium ſuũ [illegible] Obertus Giſanius, quæ cõmentario cũ authoris noſtri Sylua recte cõmiſcebitur.

C. & T. Memmii, referuntur Liuio vt legati P. Rom. ille anno V. C. DLXXX. hic DLXXXIIII. lib. 41.

Q. Memmius, legatus cum T. Manilio apud Antiochum Eupatorem, ſcripſit Iudæis, quemadmodum habet Macchabæorum 2. cap. 11. Idem, opinor, in Oratione pro ſe: *P.* inquit, *Africanus, qui a Terentio perſonam mutuatus, quæ domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit.* Donatus in vita Terentii.

C. Mem-

C.Memmius,Trib.mil. in exercitu Scipionis apud Numantiam,cum delicatius ageret: Mihi,inquit Scipio, pauliſper:tibi & reipub.ſemper neceſſarius nequaquã eris. Frontinus 4.cap.1.

C. & L. Memmii,fratres,Oratores mediocres, accuſatores acres atque acerbi, in iudicium capitis multos vocauerunt.Cicero in Bruto. De C.puto loqui Valerium lib. 8.c.5.item Saluſtium,qui ſumtis armis cõtra Iugurtham,Trib.pl. fuiſſe ſcribit multæ libertatis in dicendo, & potentiæ nobilitatis infeſtũ. Huius etiã arbitror illud eſſe in Scaurũ: *Vide Scaure,mortuus effertur,ſi potes eſſe poſſeſſor.* Fors idẽ ipſe eſt, quẽ petitorem Conſulatus Apuleius Saturninus Trib. pl. & Glaucia peremerunt,actionibus ſuis aduerſarium fore metuentes. Auctores ſunt Appianus lib.1.de bellis ciuil. Liuius in epitom.lib.69.Plinius in viris illuſtrib. Florus lib.3.cap.16.In L. Memmium extat iocus ille L. Craſſi , deſcriptas in pariete litteras LLL.M.M.interpretantis: Lacerat lacertũ Largii mordax Memmius. Itẽ illud, deſcẽdentem in forum Memmium ita ſibi magnum videri , vt ad Fabii fornicẽ caput demitteret.Vide Ciceronem de Orat.2.

C.Memmius L.F.perfectus litteris Græcis,faſtidioſus Latinarum,argutus Orator, verbiſq; dulcis, ſed fugiens non modo dicendi,verum etiam cogitandi laborem,tãtum ſibi de facultate detraxit, quãtum imminuit induſtriæ. Cicero in Bruto. Huic dedicaſſe creditur Lucretius opus ſuum de rerum natura.

C.Memmius, affinis Pompeii (namq; ſororẽ eius coniugem habebat)traiecturo illo in Africã contra Domitiũ, Siciliæ præfect⁹ eſt. Inde Quæſtor Pompeii in Hiſpaniis, a Q.Sertorio cæſus eſt.Plutarchus in Põpeio & Sertorio,Eutropius 6.Oroſius 5.cap.23.

¶C.MEMMIVS cognomẽto GEMELLVS, Trib.pl.M.Lucullum reum fecit, & cũ ille iudicium id euaſiſſet, cõuertit accuſationẽ in L.Lucullum fratrem : verum is conſpiratione nobilium defenſus eſt. Ædilis non admodum continenter in munere ſuo ſe geſſit,vitiata M.Luculli coniuge,quod Cicero ad Atticum 1.epiſt.13.ſalſe tecteq; innuens,initiatam ab illo in ſuis ſacris ſcribit. Marcus id ægerrime paſſus , cum vxore diuortium fecit.Mordax in omnes,M.Catonem totas noctes ebrium eſſe dixit.Iulium Cæſarẽ aſperrimis orationibus inſectat⁹ eſt, nec minori tamẽ acerbitate ab illo repreſſus. Eundẽ, Conſulatu iam functũ , Prætor ipſe ad reddendam ſuperioris anni rationẽ in Senatu poſtulauit.Ex Prætura profectus in Bithyniam, Catullum Poetã ſecũ duxit, ſed parum pudice habitum,quemadmodũ indicat quodam epigrammate. Scripſit & ipſe epigrãmata,quæ citantur Ouidio Triſtium 2. dura tamẽ,quomodo viſum eſt A. Gellio. Candidatum Conſulatus agens cũ Domitio , Meſſala & Scauro , iam Cæſari reconciliatus, & ipſius ſuffragiis ac militib⁹ adiutus,honore concupito præter ſpem excidit. Accuſatus enim a Q.Curtio,bono & erudito adoleſcente,quanquam Cicerone defendente,condemnatus eſt, eaq; de cauſa in Græciam exulatum conceſſit. Extant eodem ad illum ſcriptæ epiſtolæ familiariũ 13.Curionem aliquando de eo reſtituẽdo cogitaſſe, comperimus apud Ciceronẽ ad Atticum 6. epiſtola 1. Ex Fauſta,Syllæ Dictatoris filia,quam poſt Q. Pomp. Rufum vxorem habuit, C. Memmium filiũ ſuperſtitem reliquit.Sed & Lyſonis filium legib. Patrenſium ab eo adoptatum, docet Cicero lib.13.epiſt.20.

C.Memmius C.& Fauſtæ F.M.Scauro in iudicio adfuit.Trib.pl.A.Gabiniũ,ex Syria reuerſum,accuſauit. Valer.lib.8.cap.1. Cicero ad Atticum 4.ad Q.fr.3.epiſtola 1. Sunt qui Ædilem factum primũ omnium Cerealia feciſſe putẽt,hac inſcriptione moti, quæ extat in Orthographia Manutii, in veteribus numis reperta; *C.Memmius C.F. Quirin. AEdilis Cerealia primus fecit.* Mihi, tam recentia fuiſſe Cerealia,perſuaderi nõ poteſt,etſi Cereales Ædiles a Iulio Cæſ. iã rerum potito inſtitutos,non negem.

L.Memmius Galen. Et hęc inſcriptio in numis obſeruata,quem potiſſimum denotet,incertum.

P.Memmii, & fratris eius,ſed abſq; nomine,meminit Cicero pro A.Cæcina.

¶C.Memmius Regulus, Cõſul ſub Tiberio,ſuffectus in illius quinto Conſulatu, cõiugem habebat Lolliam Paulinam , quã euocatam ex prouincia , cui maritus præerat,& ab eodem perductam , C. Cæſar ſibi cõiunxit.Tacitus 5.& 12. Deceſſit ſub Nerone anno principatus eius 7. auctoritate, conſtantia & fama clarus. Tacitus 14.qui & honorificum ibidem Neronis de illo iudicium ſubiicit.

L.Memmius Regulus,Conſul an. V.C. DCCCXV.imperii Neronis 9. ¶ Veteris lapidis inſcriptione,quã adducit I. Lipſius cõ-

ment. in lib. 15. Taciti, prænomen ei C. collegæ Virginio L. tribuitur.

¶ Memmius Pollio, Conſul deſignatus ſub Claudio, promiſſis ingentibus inductus eſt ad promittendum, vt Octauia deſponderetur Domitio, idque obtinuit. Tacitus 12.

¶ Memmius Percennius Nolanus, quomodo cupreſſa ta ſeri oporteat, monſtrauit. M. Cato de re ruſtica cap. 151.

¶ Memmius Rufinus, cæſus a Seuero A. Spartianus.

¶ MEMMIA SVLPITIA, Conſularis viri F. Catuli neptis, coniunx fuit Alexandri Imp. quam ille duxit, abiecta Martiani filia, cum eius perfidiam & conſpirationem intellexiſſet.

¶ Memmius Fuſcus, Conſul ordinarius ſub Valeriano. Vopiſcus in Aureliano.

P. Memmio Lyæo, Aufidia Tertia, coniugi ſuo cariſſimo, & Aufidia Reſtituta F. patri ſuo piiſſimo. Apud Apianum pagina 294.

MENII.

¶ Manutius ſcribit Mænios, & Fuluius Vrſinus eoſdem cum Maniis & Mænanis eſſe putat.

C. Menius P. F. P. N. Conſul anno vrb. cond. CCCCXVII. Aricinos, Lanuuinoſq; & Veliternos, Antiatibus Volſcis ſe coniũgentes, ex improuiſo ador us fudit, deque iis triumphauit. Florus captarum ab Antiatibus nauium roſtris forum ornaſſe ſcribit, vnde poſtea Roſtris nomen. Plinius autor eſt 34. cap. 5. etiam columnam illi in eodem Conſulatu in foro poſitam. Idem Menius aliquanto poſt factus eſt Dictator exercendis quæſtionibus, ob occultas Cãpanorum in Romanos conſpirationes. Liuius 8. & 9. Apud Florum primo cap. 11. vt hoc obiter admoneam, mendoſe pro Menius Menibilus legitur. quod equidem miror Cuſpinianum, cum Flori verba citat, non animaduertiſſe.

C. Menius L. Octauium, in adulterio deprehenſum, neruis contudit. Valerius lib. 6. cap. 1.

M. Menius, Trib. mil. cæſus in pugna contra Magonem, Hannibalis fratrem. Liuius 30.

T. C. Q. Menii, Prætores, T. anno vrbis conditæ DLXVII. vrbanam, C. ſexto anno poſt Sardiniam, Q. ann. DLXXXIII. vrbanam iuriſdictionem tenuere. Liuius 39. 40. & 43.

Menius quidam, alius a ſuperioribus, cũ domum ſuam Flacco & Catoni Cenſoribus venderet, vt ibi Baſilica ædificaretur, excepit ius vnius columnæ, vt inde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent. Inde columna Menia & Meniana ædificia appellata. Aſconius Pedianus pag. 12. Variat Sex. Pompeius in voce Mœniana. Meminit Nonius Marcellus.

Meniæ legis meminit Cicero in Bruto. Vide leges a nobis collectas. Legem Meniam, ab illa diuerſam, ſuaſit M. Cato. Citatur enim eius oratio Priſciano lib. 12. Menius apud Horatium in epiſtolis vt gulo ſus & decoctor notatur.

Menius Rufus, Medicus citatur Galeno.

MENENII patricii.

Menenii patricii, cognomento Lanati dicti ſunt, quaſi lana obducti & hirſuti, vel certe a candore & mollicie carnis, quomodo & luporum piſcium laudatiſſimi, teſte Plinio lib. 9. cap. 17.

AGRIPPA MENENIVS C. F. Lanatus, Conſul anno vrbis conditæ CCL. de Auruncis triumphauit: plebem, cum in montẽ ſacrum ſeceſſiſſet, patribus reconciliauit. Liuius 2. Dionyſius 6. Valerius 4. capite 4. & ſcriptor virorum illuſtrium.

T. Menenius, Agrippæ F. C. N. Lanatus, Conſul anno vrbis cõditæ CCLXXVI. quod eius culpa Cremeræ præſidium amiſſum foret, duum millium æris a populo damnatus eſt. Vnde ægritudine & morbo confectus, interiit. Liuius 2.

T. L. & Agrippa, Menenii, T. filii, Agripp. nep. Lanati, Conſulatum omnes ordine geſſere, anno vrbis conditæ CCCI. CCCXIII. & CCCXIIII. Agrippa etiam Triumuir coloniæ Ardeam deducendæ, & Tribunus mil. Conſulari poteſtate ſemel atque iterum enituit. Liuius 4.

L. Menenius Lanatus, & ipſe duos Tribunatus mil. Cõſulari poteſtate obiuit. Liuius etiam tertium Tribunatum illi tribuit, ſed male.

L. Menenius Agrippa, memoratur Valerio lib. 7. cap. 8.

MENENII plebeii.

Menenius, Trib. pl. anno vrbis conditæ CCCXLIII. legem Agrariã tulit. Liuius 4.

M. Menenius, Trib. pl. præfuit, cum deiectus eſt ſaxo Tarpeio Manlius, anno V. C. CCCLXX. Liuius 6.

L. Menenius, Trib. pl. anno vrbis conditæ CCCXCVI. cum Duillio collega de fœnore

nore vnciario rogationem pertulit. Liuius 7.

Menenius, proſcriptus a Triumuiris, opera ſerui, qui ſe heri loco cædi ſuſtinuit, in Siciliam euaſit. Appianus 4.

¶ MENANDRO reſcribunt A A. & CC. 9. Cod. tit. 19.

¶ MENNAS, præfect. præt. Iuſtiniani principis, cui Codicem a ſe confectum per omnes imperii fines vulgandum miſit.

¶ MENOPHILO reſcribunt A A. & CC. 4. Cod. tit. 34. Quæratur in Aureliis.

¶ MERCVRIALI reſcribit Alexander Imp. 7. Cod. tit. 10. Similiter Valerianus & Gall. 7. Cod. tit. 4.

¶ L. MERCVLIVS Italicenſis, miles C. Cæſaris in Hiſpania ſub Q. Caſſio memoratur Hirtio comment. 4.

MESSII.

Meſſius Vectius, homo Volſcus, fortitudine & audacia clarus. Vide Liuium lib. 4.

C. Meſſius, Aedilis, quo faciente ludos Florales, populus, vt nudarentur Mimæ præſente Catone, flagitare erubuit. Valerius 2. capite 5. Idem bello ciuili Cæſaris partium in Africa cum cohortibus Acyllam miſſus, eam aduerſus Pompeium tutatus eſt. Comment. 5.

C. Meſſius, Aedilis, Auguſto quintum Conſule. Inſcript. ant. pag. 315.

¶ Meſſius Gallicanus, Præfectus prætorio cum Tacitus Imp. recens lectus ad exercitus venit. Vopiſcus.

¶ Meſſius Ruſticus, curator aluei & riparum Tiberis, & cloacarum vrbis ſub Hadriano. Ex Inſcript. ant.

T. Meſſius Licinianus, legitur in monumentis Brixianorum.

L. Meſſius Geminius, curator ærarii Mediolanenſis, Inſcript. ant. pag. 30.

L. Meſſius, ſpeculator Antonii, captus in bello Actiaco ab Auguſto, & dimiſſus eſt, homo Senatorii ordinis. Dion lib. 50.

Meſſio Maximo ſcribit Plinius epiſt. 4.

¶ MESSIANVS, Patricius ſub Auito Imp. ipſo capto occiſus eſt.

Meſſiano, Comiti rerum priuatarum, reſcripſere Valentin. Theod. & Arcad. 8. Cod. tit. 4. Hic puto eſt, quem Proconſulem, poſt Bautonis Conſulatum, Manichæos audiſſe ſcribit Auguſtinus libro 3. contra litteras Petiliani cap. 25.

¶ MESSIDIVS, memoratur in epiſt. Cic. ad Q. fratrem lib. 3. epiſt. 1.

MESSINII.

P. Meſſinius, Eques Rom. refertur mentione Ciceronis epiſt. 13.

C. Meſſinius, memoratur Ciceroni in oratione quam habuit poſt reditum in Senatu.

¶ L. Meſſinius Rufus, Quæſtor Ciceronis, frater M. Mindii, cōmendatur Ser. Sulpitio epiſtolarum 13. Eundem exulantem ſub Cæſare Cicero conſolatur epiſtolarum 5. Fuſius de eo egimus annotationibus in epiſtolas Ciceronis. ¶ Vide Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 87. 115. 124. 224.

¶ Meſſinio Frontoni reſcripſerunt Seuerus & Anton. Pand. 40. de manumiſſis teſtamento.

¶ L. MOESIO *L. F. Pol. Rufo Procons. Aug. Trib mil. leg. xv. Apollinaris Trib. coh. mil. Ital. volunt quæſt. in Syria præf. fabrum.* Manutius in Orthographia.

METII.

Metius Curtius, Sabinorum dux, contra Romulum, ob raptas Sabinas, acriter pugnauit. Liuius 1.

¶ Metius Tullus, Albanorum dux, ob perfidiam ab Hoſtilio Tullo rege quadrigis diſtractus. Liuius 1.

¶ Metius Geminius, dux Tuſculanorum, victus & cæſus ſingulari certamine a Manlio Torquato adoleſcente bello Latino. Liuius lib. 8.

P. Metius, ſatelles Saturnini, Trib. pleb. per quem Memmium, virum acrem & integrum, fuſte percuſſum interemit. Eutropius 5.

C. Metius tempore Ciceronis, de quo ipſe ad Attic. lib. 16. pag. 595. De C. Metio, inquit, non credo &c.

¶ P. Metius Tarpa, ea quæ in ſcena recitanda erant, prius indicabat. Meminit eius Horatius in arte Poetica & Satyra 10. Sic Paulus Manutius.

¶ METIVS POMPOSIANVS, quem Veſpaſianus Conſulem fecit, authore Victore. De hoc dicere ſolitus eſt Domitianus: *Vellem*, inquit, *tam formoſus eſſe*, *quam ſibi Metius videtur.* Relegatus primū in Cyrnum eſt, deinde cæſus ab eodem Domitiano, quod habere imperatoriam geneſin vulgo ferebatur, & quod depictū orbem terræ in membranis, concioneſq; regum ac ducum ex Liuio circumferret, quodque ſeruis nomina Magonis & Han-

nibalis indidiſſet. Suetonius in Domitiano, Dion itidem in Domitiano.

Metius Celer, ſub Domitiano, quem euntem in Syriam ad legionem, ab Imperatore promiſſam, proſequitur carmine Statius Papinius Syluarum 3.

¶ Metius Carus, delator ſub Domitiano. Meminit eius Tacitus in vita Agricolæ ſub finem, Plinius epiſt. 1. ad Voconium & 6. ad Hiſpanum, item Iuuenalis.

¶ M. Metius Rufus, Conſul ſub Seuero principe, cum L. Turpilio Dextro an. V.C. DCCCCXLIIX. Vide Inſcript. ant. pag. 114.

¶ Metius Marullus, vir Conſularis, patre item & auo Conſularibus, pater fuit Gordiani ſenioris Auguſti ex Vlpia Gordiana. Capitolinus.

¶ Stemma petatur ex Onuphrio Panuinio pag. 56.

Metia Fauſtina, Gordiani ſenioris F. nupta Iunio Balbo, viro Conſulari. Capitolin.

¶ Metius Gordianus, conſanguineus Gordiani Imp. qui in Perſide periit, præfectus illius. Capitolinus.

¶ Metius Falconius Nicomachus, Senator Conſularis, cum lectus eſt Tacitus princeps. Vopiſcus.

Metius Zetus. Inſcript. ant. pag. 174.

¶ METIANVS, affinis Proculi Tyranni ſub Probo. Vopiſcus.

Sthenius Metius, Samnitum princeps, citatur Pompeio Feſto in voce Mamers.

METILII.

L. Metilius, Trib. pl. anno vrbis cond. CCLXXXIII. Liuius 2.

M. Metilius, tertium Trib. pl. ann. V. C. CCCXXXIX. & quartum an. CCCLIIII.

M. Metilius, emiſſus legatus a Fuluio & Claudio Coſs. ad Senatum an. V.C. DXLII.

¶ T. Metilius Croto, refertur Liuio Decad. 3. lib. 3.

M. Metilius Aedilis cum L. Anneio Auguſto III Cos. Inſcript. ant. pag. 315.

¶ Metilius Bradua, Conſul ſub Traiano anno V. C. DCCCLX.

Metilius Bradua, Conſul ſub finem & exitum Pii, ann. V. C. DCCCCXII. Hic eſt, cui reſcripſit Pius. Vide Pand. de quæſtionibus. Opinor eundem eſſe, qui & Bradeas vocatur, cuiusq; ſororem Rhegillam Herodes Atticus vxorem habuit: Quam grauidam cum ob leue peccatum a liberto Alcimedonte cædi iuſſiſſet, mulier iniuriæ vim non ſuſtinens, immaturo partu naturæ conceſſit. Eo nomine poſtulauit cædis Herodem vxoris frater Bradeas apud Senatum Romanum, cumq; multa de maiorum ſuorum claritate dixiſſet, ſcommate illũ excepit Herodes: *Tu*, inquiens, *in aſtragalis nobilitatem geſtas.* Hæc Cœlius Rhodiginus lib. 20. cap. 27. fors ex Philoſtrato.

Metilius Bradua, Conſul ſub Commodo an. V. C. DCCCCXLIII. & ante anno DCCCCXXXVII. Neſcio eidem, an fors fratri, alteri certe eorũ, Marco videlicet Braduæ, Proconſuli Africæ, reſcripſit Anton. Imp. cum Diuo Seuero Pand. 26. tit. 10. de ſuſpectis tutor. leg. 1.

Metilius, Hieroſolymis Rom. præf. quẽ cæſis ipſius militibus, contra pactum & iusiurandum deprecantẽ, & vſq; ad circũciſionem iudaizare ſe promittentem, Iudæi ſeruarũt. Ioſeph. belli Iudaici 2. cap. 18.

Metilius Hilarianus, præfectus vrbis ſub Conſtantino.

¶ METRODORO reſcribunt Seuerus & Ant. 5. Cod. tit. 3.

MEVII.

P. Meuius in libertum, quanquam gratum ſibi, quod nubili filiæ dediſſet oſculũ, animaduertit. Valerius 6. cap. 1.

Meuius, cum bello Actiaco fratrẽ occidiſſet, & ſpolia eius legens recognouiſſet, mox ſuo ſe gladio transadigit. ¶ Vide elegantiſſimũ epigrãma, quod a I. Lipſio cõment. in 19. Taciti adductũ, is Scaligero deberi affirmat. Et nota ſimilis caſus exẽpla e Liuii epit. 79. Valerio li. 5. ca 5. Tacito li. 19.

¶ Meuia Galla, vxor Planci, in qua male audiebat: nam rogatus ab illo ſutor in iudicio, quo ſe artificio tueretur, Gallam ſe ſubigere reſpondit. Macrobius Saturn. 2.

C. Meuius, Centurio Auguſti Cæſaris. Vide Valerium 3. cap. 8.

Meuius, Poeta malus, infeſtus Virgilio & Horatio. Meminit illius vterque; hic in Odis, ille in Bucolicis.

Meuio Probo, præſidi prouinciæ Hiſpaniæ, reſcripſit Imp. Antoninus cum D. fratre ſuo Pand 48. de interdictis & relegatis & deportatis.

¶ M. MILITIVS, Triumuir, quod ad incendium, ortum in ſacra via, extinguendum tardius veniſſet, die dicta a Trib. pl ad populum, damnatus eſt. Valerius 8. cap. 1.

MILONII.

Milonius, Lanuuinorum Prætor, cum tantũ portis egreſſi eſſent, Latinis ſuppetias laturi, allato de clade illorum nuncio; Pro paulula, inquit, via magnam mercedem Romanis ſoluemus.

C. Milo-

C. Milonius, partium C. Marii & Cinnæ. App. 1.

Milonia Cæsonia, C. Caligulæ coniunx: ſic enim vocatur Dioni. Vide ſupra in Cæſoniis.

¶ Milvius Gallicanus, præfectus præt. Valeriani. Vopiſcus in Probo.

Milio reſcribũt AA. & CC. 7. Cod. ti. 10.

¶ Mimisius C. F. Sardus &c. Inſct. ant. pag. 186.

C. Mimiſius C. L. Ianuarius, & C. Mimiſius Draconia. Ibidem pag. 382.

MINDII.

M. Mindius, fr. L. Meſſinii Rufi. Cicero epiſtolarũ 5. epiſtola 20. & 13. Vxorem habuit Oppiam nomine. Ibidem lib. 13. epiſt. 27. & 29.

P. Mindius, Auguſto ſuam operam cum aliis præſtitit in apparandis tormentis. Vitruuius in pręfatione primi. apud quem tamen perperam puto legi Minidius.

Mindia Spes mater. Mindius Onomaſtus F. Inſcript. ant. pag. 250.

¶ Mindii Marcelli meminit Cicero epiſt. 17. lib. 15. quem arbitror alium eſſe a M. Mindio, L. Meſſinii fratre.

Mindius Marcellus, amicus & neceſſarius Cæſaris Octauiani, cui Menedorus de ſuo a Pompeio ad Cæſarem transfugio conſilium apetuit. Appianus lib. 5.

Mindius declamator, citatur Senecæ lib. 9. declamat. 2.

Mindius Alexander, citatur a Plutarcho in Mario.

MINERVII.

Minetuius Burdegalenſis, Rhetor, Romæ florentiſſime docuit ſub Conſtantio. Hieronymus.

Mineruius, vir Conſularis ſub Valentiniano I. Meminit illius Ammian. lib. 28.

Mineruio, Comiti terum priuatarum, reſctibitur ab Arcad. & Hon. 1. Cod. de off. Comitis retum priuatarum.

¶ Minnivs noſter, inquit Cicero ad Atticum lib. 10. epiſt. penultima.

MINVTII.

C. Minutius, in concione Brutum Cos. admonuit, non eſſe ſequendam Collatini collegæ ſententiã de reddendis bonis, quæ Tarquinii per legatos petebãt, ne cõtra patriã his vterẽtur, nec eũ ſuſpicione vacare, q; ppinquus illorũ eſſet. Plut. in Publicola.

M. Minutius Augurinus, Conſul anno V. C ccLvii. & iterum ccLxiii.

P. Minutius Augurinus, fors frater, Conſul ann. V. C. ccLxii.

L. Minvtivs Avgvrinvs, Conſul an. V. C. ccxcvi. contra Aequos miſſus, paſſus eſt ſe ab iis circumuallari. Ereptus autem opera L. Quintii Cincinnati, Cõſulatum coactus eſt deponere, & legati loco exercitui præeſſe. Liuius 3. Dionyſius 10. Idem pręfectus poſtea annonæ creatus an. cccxv. Sp. Melii nefaria conſilia aperuit, donatus ob id boue aurato extra portã trigeminam. Liuius 4. Plinius ſcribit, illum farris precium in trinis nundinis ad aſſem redegiſſe vndecimum plebei Tribunum: qua de cauſa ſtatua illi extra portam trigeminam a populo, ſtipe collata, ſtatuta ſit, lib. 18. cap. 3.

Q. Minutius Augurinus, Conſul anno V. C. ccxcvii.

L. Minutius Augurinus, alius a ſuperiore L. x. vir pulſus cum aliis in exilium an. V. C. cccv.

Minutia, Veſtalis, viua defoſſa an. V. C. ccccxvii. Liuius 8.

T. Minutius Augurinus, Conſul anno V. C. ccccxLix. triumphauit de Samnitib. etſi quidã occiſum in acie ſcribant. Liu. 9.

¶ M. Minutius Feſſus (ita eſt in Liuio, vbi tamen Rufus legendum puto) primus cum aliquot aliis lectus Augur ex plebe, ann. V. C. ccccLiii.

¶ M. Minutius Rufus, Conſul an. V. C. Dxxxiii. Idẽ puto fuit, qui Mag. Equitum Dictatori Fabio Max. in imperio æquatus eſt, an. Dxxxvii. Liuius 22. Plutarchus in Fabio. Valerius Max. lib. 3. cap. 8. lib. 5. cap. 2. Plinius de viris illuſtr.

Q. Minutius Rufus, Prætor anno V. C. DLiiii. Conſul an. DLvii. triumphauit de Ligutibus in monte Albano. Liuius Decad. 4. lib. 3.

M. Minutius Rufus, Prætor ann. V. C. DLvii. quo tempore primum 6. Prætores creati ſunt.

M. Minutius Rufus Conſul anno V. C. DcxLiiii. Proconſ. cõtra Thraces feliciter pugnauit. Liu. ſeu Flor. 65. In Salluſt. eſt Q. Minutius Rufus, bello ciuili dux Pompeianus (Cæſar Comm. 2.) iuſſu D. Lælii Aſiaticis nauib. 18. Orici præfuit cum Lucretio. Comment. 3. Appianus 2.

Minutius, Dictator, cum C. Flaminium M. equitum dixiſſet, ſtridore ſoricis conſecuto, vterque dignitate iuſſus eſt abire. Plutarchus in Marcello. In Valerio Max.

non Minutius Dictator, ſed Fabius Maximus fuiſſe legitur.

¶ Q. Minvtivs Thermvs, Trib. pl. ann. V. C. dlii. Aedilis cur. ann. dlvi. Prætor ann. dlviii. triumphauit de Hiſpanis, 12. millibus illorum cæſis. Liuius 33. & 34. Conſul dlxl Ligures vicit, interfectis ex iis 9. millibus. Triumphus illi tum negatus, longius opinione ducto bello. Idem legatus Cn. Manlii Conſulis, in exercitu illius pugnando interfectus eſt. Liuius 38. Huius puto F. fuit Q. qui ſequitur.

Q. Minutius Thermus, accuſatus a M. Catone Cenſorio, quod 10. liberos homines eodem tempore interfeciſſet. Gellius 10. cap. 3. & 13 cap. 23. ¶ Catonis oratio iſta, & altera in eundem hunc Thermum de ſuis virtutibus, citatur creberrime in Fragmento Sex. Pompeii.

M. Minutius Thermus, Prætor Aſiæ a quo corona ciuica donatus eſt Iulius Cæſ. in expugnatione Mitylenarum. Suetonius.

Q. Minutius Thermus, Proprætor in Aſia, cum Cicero peteret Ciliciam Proconſul. Cicero epiſt. 13.

Minutius Thermus, profugit a Pompeio ad Antonium. Appianus 5.

Minutius Thermus, Prætorius, ſub Nerone in gratiam Tigillini occiſus. Tacit. 16.

. A. Thermus (puto eſſe Minutium) bis defendente Cicerone abſolutus. Cicero pro L. Val. Flacco.

¶ T. Minutius Melliculus, moritur in Prætura, an. V. C. dlxxiiii.

¶ L. Minutius Myrtilus, deditus Carthaginenſibus, ob legatos illorum violatos, an. V. C. dlxvi.

¶ L. Minutius Baſilius, homo locuples, cui in Græcia decedẽti falſum teſtamentũ ſubiectũ eſt, defenſumq; per M Craſſum & Q. Hortenſiũ, Valer. 9. cap. 4. Cic. off. 3. cum ille ſororis filiũ, M. Satyrium, hæredẽ inſtituiſſet, & nomen ſuum ferre iuſſiſſet.

L. Minvtivs Basilivs, legatus ſub Cæſare in Galliis. Hunc eſſe puto, qui poſtea cum aliis in Cæſarem coniurauit. Bello ciuili ab Octauio & Libone cum Salluſtio victus eſt. Eutropius 6. Periit non multo poſt Cæſarem, ſeruorum manu necatus. Eutropius 7.

Minutium præfuiſſe caſtello, vbi Pompeius erumpens Cæſaris munitiones aggreſſus eſt, apud Dyrrhachium, indicat Appianus 2. & ſimiliter Lucanus 6.

Opportuna tamen valli pars viſa propinqui,
Quam Minuti caſtella vocant &c.

Fors cum ſuperiore idem eſt.

L. Minutius Baſilius, militauit ſub Sylla, a quo miſſus eſt ad occupandã vrbis portã, cũ veniret aduerſus Mariũ. Plutar. in Sylla.

Buſti Baſilii meminit Cicero ad Atticum 7. epiſt. 8.

M. Baſilius (opinor ex Minutiis eſſe) citatur Ciceroni inter graues iudices pro A. Cluentio.

Q. Minutius, Eques Rom. honeſtiſſimus. Cic. in Verrinis.

¶ L. Minutius Natalis, Conſul, Augur, Proconſul Libyæ, legatus Auguſti, Proprætor prouinciæ inferioris Mœſiæ votis V. S. C. Hæc inſcriptio extat apud Volaterranum Latine & Græce. Eadem extat Græce in mon. Rom. pag. 276. ſed aliquanto diuerſior, nec L. ſed A. prænomine: Latine autem pag. 186.

Ad Minutium Natalem ſcripſit libros 6. Saluius Iulianus Iuriſconſultus.

Minutio Natali reſcribitur Pand. 2. de feriis.

¶ Minutius Fundanus, vir doctus & ſapiẽs, Proconſ. Africæ fuit, Sereni Graniani ſucceſſor, quem Hadrian. ex reſcripto admonuit, ne ſine obiectu criminis in Chriſtianos ſæuiret. Euſeb. & Oroſ. Plinius iunior huic alicubi Conſulatum auguratur.

¶ Minutius Acilianus, patre natus Minutio Macrino, Equite Romano, ſed a Veſpaſiano inter Prætorios allecto, auiam, maternam habens Serranam Proculam, auũculum P. Acilium, quem Plinius in epiſt. libro 1. Aruleni Ruſtici filiæ maritum ſe proſpexiſſe ſcribit.

¶ Minutius Iuſtus, de quo Tacitus li. 19.

¶ Minutio Macrino inſcripſit Perſius ſuam Satyram.

Macrinum, virum Prætorium, refert Plinius libro 11. ſtatuto tempore paſſum profluuium ſanguinis per os.

Minutius, Prætor, proſcriptus a Triumuiris, cum mutata veſte in taberna latitaret, a lictoribus; pudore & miſericordia ſubſiſtentibus, deprehenſus & cæſus eſt. Appianus 4.

¶ Minutius Felix, nobilis cauſidicus Romæ ſub Heliogabalo, ſcripſit dialogũ Chriſtiani & Ethnici, diſputantium. Hieronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & Lactantius lib. 5. cap. 1. qui notum illum ſibi fuiſſe ſcribit. Meminit idem Hieronymus epiſtola

epiſtola ad Magnum, Oratorem Rom. *Minutius Felix*, inquit, *cauſidicus Romani fori, in libro, cui titulus, Octauius eſt, & in altero contra Mathematicos, ſi tamen inſcriptio non mentitur auctorem, quid gentilium ſcripturarum dimiſit intactum?* &c.

¶ Minutius Pacatus Alexandrinus, Grammaticus, ſcripſit de lingua Alexandrinorum, vel de Græciſmo libros 7. ex ordine litterarum, de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ. Suidas Πάκατος.

Minutia Rufina. Inſcript. ant. pag. 50.

M. Minutius, Iuliæ, ſororis C. principis, maritus. Ioſephus, ſi tamen locus corruptus non eſt.

Minutius Fuſcus, maritus Corelliæ, ſororis Corellii Rufi. Plinius epiſt. 7.

¶ M. MINVTIANVS, conſanguineus C. Caligulæ, coniurauit ſimul in Caium, vt amici Lepidi necem vlciſceretur. Ioſeph. lib. 19. cap. 1. qui tamen ſcriptoris locus, vt alia multa, corruptelis non caret.

Minutiano reſcribunt AA. & CC. 3. Cod. tit. 10.

Minutiano alii Antoninus A. 5. Cod. tit. 71.

¶ L. MIRIVS Oceaneolus Maximillus, memoratur Inſcript. ant. pag. 441.

C. Mirius. Ibidem pag. 324. & 331.

¶ MIRONIA L. F. Iuſta. 175.

¶ MISSITIVS, Prætorianus, agnouit & ſalutauit fugientē Neronem. Suetonius.

¶ MITHRADATI reſcribunt Valerianus & Gall. 5. Cod. tit. 71.

¶ MNASEÆ AA. & CC. 4. Cod. de condictione indebiti. Extat id cognomentum in Septimiis.

MODII.

Gellius 14. cap. 5. inter propria nomina Cælii, Tertii, Accii, Titii, citat & Modii.

C. Modius Equiculus, vir fortiſſimus patre etiam militari, citatur Varroni rei ruſt. 2. cap. 7. ſed mendoſe, opinor, Commodius pro C. Modius ſcriptum.

M. Modius, Eques Rom. Cicero in Verrinis.

C. Modius, refertur Inſcript. ant. pagina 361.

Modiæ, vt diuitis matronæ, meminit Iuuenalis Satyra 3.

Modianus, inter Epiſcopos Africæ refertur a Cypriano epiſt. 12.

¶ C. Modeſtius Macedo, cuius & pater Macedo, cōiūx Fortunata. Inſcr. ant. p. 320.

M. Modeſtius Repentinus. Ibidem pag. 405. Extat eadem inſcriptio apud Petrum Victorium in annotationibus ſuper librum 8. epiſt. Ciceronis 845.

¶ MODESTO Taurino reſcripſit D. Pius Pand. 48. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt.

Modeſto alii AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

Modeſto Cos. reſcribit Libanius Sophiſta in epiſtolis.

Modeſtus, ſcripſit de re militari ad Theodoſium Imp.

¶ MONACHO, Præfecto præt. reſcribunt Honorius & Theod. 1. Cod.

¶ MONTANVS Traulus, Eques Rom. modeſta iuuenta & corpore inſigni, accitus vltro a Meſſalina, cum vna nocte libidinem eius expleſſet, a Claudio occiſus eſt. Tacitus in fine 11.

¶ MVCOTRAVLO reſcribit Antoninus A. 2. Cod. de pactis.

MVMMII.

P. Mummius, dexteritate morum valde cōmendatus eſt, quem C. Publicius ob id dicere ſolebat, cuiuis tempori hominem eſſe. Refert id apud Ciceronem de Oratore 2. Cæſar. Vbi quod adiicit ſumtum ex Catone, priorem illo vel certe ſynchronum fuiſſe, arguit.

L. Mummius, Prætor an. V. C. DLXXVII. Sardiniam ſortitus eſt. Sed ea prouincia propter belli magnitudinem Conſularis facta, ceſſit P. Sempronio Graccho Cos. Mummio vero Prætori quæſtio decreta eſt in eos, qui ſocii ac nominis Latini, ipſi maioresve eorum, M. Claudio P. Quintio Cenſoribus, poſtquam ea apud ſocios Latini nominis cenſi eſſent, in ſuam quisque ciuitatem ex lege & edicto C. Claudii Conſulis, ante Calendas Nouembres non rediſſent. Liuius 41.

L. MVMMIVS, homo nouus, & ad Conſulatum euectus, contra Achæos, iam a Q. Metello ad Thermopylas victos, miſſus eſt. Cum quib. duce Diæo, motus eius & belli autore, ad Iſthmon conflixit, vicitque. Mox omni Achaia in deditionem acceptā, Corinthum ex S. C. diruit, quoniā legatos P. R. violaſſent. Thebæ quoq; & Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ ſunt. Ipſe Mummius ſe abſtinentiſſimum virum geſſit, nec quicquam ex iis opibus ornamentisq;, quæ prædiues Corinthus habuit, in domum eius peruenit. Sic fere Liuius

lib. 51. item Plinius de viris illuſtrib. Acto triumpho, qui lignis & picturis variis ſpectatiſſimus fuit, Achaici nomen tulit. Geſſit poſtea & Cenſuram cum P. Scipione Æmiliano: in quo honore cum lenior viſus eſſet, non dubitauit Scipio pro Roſtris dicere, ſe omnia ex maieſtate reipublicæ geſturum fuiſſe, ſi ſibi ciues vel collegam dediſſent, vel non dediſſent. Valerius lib. 6. cap. 4. ¶ Fragmentum Sex. Pompeii pag. 95. Paterculus tam rudem & indoctū fuiſſe tradit, vt capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac ſtatuas in Italiam portandas locaret, iuberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, nouas eos reddituros. Addit tamen idem autor, magis pro repub. fore, ſi maneret adhuc rudis Corinthiorum intellectus, & hanc imprudentiam decori publico fuiſſe conuenientiorem, ſui temporis prudentia. Scitum eſt, quod ſcriptum reliquit Strabo Geographiæ lib. 8. Lucullum; cum ædem Fortunæ conſtruxiſſet, atq; itē porticum quandam, ſtatuas, quas Mummius complures habebat, petiuiſſe in eum vſum, vt ædem ornaret ad oſtētationem, mox eaſdem redditurus. Nihil minus autem cogitantem ſtatuas omnes Deæ conſecraſſe, quod ſciret tum auferri non licere, & tamen miniſtris repetentib. vt inde tollerent, iuſſiſſe, adiecto, etiam ſibi iam nullum illarum vſum eſſe. Quam illius improbitatem & ſtropham cum Mummius æquo animo ferret, omni prorſus amiſſarum ſtatuarum abiecta cura, populū longe maiore laude & gloria Mummium, quam, qui eos Deæ poſuerat, Lucullū celebraſſe. Deceſſit, cum ære Corinthio & ſignis vrbem repleuiſſet, non relicta dote filiæ, quomodo teſtatur Plinius libro 34. cap. 7. Petrus Crinitus, neſcio quibus intemperiis affectus, huius L. Mummii filio Lucretium ſuum poema dedicaſſe ſcribit, eumque C. Memmium vocat, quomodo & patrem L. Memmium, diuerſiſſimas familias inſcitiſſime commiſcens. Nec hoc contentus, ſi ſuperis placet, parum diligenter temporum rationem obſeruare, facileque refelli poſſe, qui ab ipſo diſſentiat, velut ex tripode pronunciat. Dicas, cum hæc in litteras mitteret, parum mente conſtitiſſe.

Sp. Mummius, L. Mummii fratris legatus ad Corinthum fuit, quemadmodum vult Cicero ad Atticum 13. Idem Sp. Mummius cum Scipione Æmiliano & L. Metello legatus ad inſpicienda ſociorum regna miſſus eſt. Iuſtinus 38. Adhæc epiſtolas facetis verſiculis Corintho familiaribus in vrbem miſit. Cicero ad Atticum lib. 13. epiſt. 4.

Mummia Achaica, neptis Q. Catuli, proneptisque L. Mummii Achaici, Galbæ Imp. mater extitit.

Q. Mummius, ſubrogatus Trib. pleb. in locum M. Octauii, cui Tib. Gracchus magiſtratum abrogauerat. Appianus 1.

L. & Sp. Mummii fratres, quorum extant amborum orationes: ſimplex quidem L. & antiquus, Sp. nihilo quidem ornatior, ſed tamen aſtrictior. Fuit enim doctus ex diſciplina Stoicorum. Cicero in Bruto.

M. Mummius, Prætor, Pompeio primum Conſule.

Mummius, legatus M. Craſſi, victus a Spartaco. Plutarchus in Craſſo.

Mummius, ab Equitibus Romanis iniquo iudicio circumuentus, aufugit, & in Delo vitam egit. Appian. bellorum ciuil. 1.

Mummium, neſcio quem, Macrobius poſt Nonium & Pomponium diu iacentem artem Atellanam ſuſcitaſſe ſcribit Saturnal. lib. 1. cap. 10. quem locum Petrus Crinitus in Q. Nonio citans, Macrobii verborum ordinem ac ſententiam, quod miror, totam inuertit, Nonio Pomponium tempore poſteriorem faciens aduerſus notam hiſtoriæ veritatem.

¶ Mummius Rufinus, citatur Plinio naturalis hiſtoriæ primo.

¶ Mummius Secundinus, occiditur a Seuero Imp. Spartianus.

Mummius Albinus, præfectus vrbis ſub Valeriano, & iterum ſub Gallieno.

Mummii Celeres, Sthenius & Pacuuius, nobiles Campani, memorantur Liuio 23.

Mummius Lollianus, cui reſcripſiſſe legitur Traianus Pand. lib. 48. tit. 18. l. 1.

MVNATII.

C. Munatius x. vir creatus ad partem agri Liguſtini & Gallici viritim diuidendam, anno V. C. DLXXXI. Liuius Decad. 5. lib. 2.

P. Munatius, cum demtam Marſyæ coronam e floribus capiti ſuo impoſuiſſet, duci in vincula a Triumuiris iuſſus eſt. Plinius 21. cap. 2.

¶ Muna-

¶ Munatius Rufus, comes M. Catonis in expeditione Cypriaca, librum de Catone ſcriptum reliquit. Valerius 4. cap. 3. Plutarchus in Catone.

¶ L. Munatius Plancus, patrem, auum & proauum eodem prænomine habuit, Orator ac diſcipulus Ciceronis. Militauit ſub Cæſare in Galliis, cui & in bello ciuili cum adhæſiſſet, poſt Præturam deſignatus ab illo Conſul cum D. Bruto, Galliam comatã adminiſtrauit. Bello Mutinenſi ſumma de ſe reipubl. & Ciceroni pollicitus, ad extremum iis deſertis, cum Antonio & Lepido ſe coniunxit, quoque magis eiſdem & Cæſari gratificaretur, fratrem proſcribi paſſus eſt, Lepidi, qui & ipſe fratrem prodiderat, ſtudioſus imitator. Vnde mox illis triumphantibus, milites per iocum hunc verſum iactarunt:

De Germanis non de Gallis ambo triumphant Conſules.

Poſt bellum Peruſinum profectus ad Antonium, cum diu illi & reginæ Cleopatræ ſeruilib. obſequiis & aſſentationibus ſe cõprobaſſet, inter apparatũ Actiaci belli trãsfugit ad Cæſarem, a quo poſt aliquot annos ad Cenſuram euectus eſt, pluribus etiã honoribus decoratus, quemadmodum vetus indicat Inſcriptio hæc: *L. Munatius L. F. L N. L. pron. Plancus Cos. Cens. Imp. iter. VII. vir epulonum, triumphalis ex Rhetis ædem Saturni fecit de manubiis, agros diuiſit in Italia Beneuenti, in Galliã colonias deduxit Lugdunum & Rauracam.* Cæterum Plancus idem aliquando in Meuia Galla nupta male audiuit. Vnde ſutor rogatus ab illo in iudicio, quo ſe artificio tueretur, vrbane reſpondit, Galiam ſe ſubigere, adulteriũ per ambiguitatem exprobrans. Illud ſcitum eſt, quod refert Plinius in præfatione: cum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, ſed poſt mortem primum edendas, ne reſpondere poſſet, dixiſſe Plancum: *cum mortuis non niſi laruas luctari*, quo dicto ſic repercuſſit aduerſarios, vt apud eruditos nihil impudentius iudicaretur.

¶ Fabricius in Antiquitatib. pag. 52

¶ Macrobius lib. 2. Sat. cap. 2.

L. Munatius Plancus, haud dubie Planci, Cenſorii viri F. Conſulatum geſſit ann. V. C. DCCLXV. ſub finem vitæ Auguſti. Miſſus legatus ad Germanicum, pene a militibus, ſeditionem agitantibus, occiſus eſt. Tacitus I.

C. Plotius Plancus L. fr. a Triumuiris proſcriptus, cum in regione Salernitana lateret, odore vnguenti proditus eſt. Quanquam autem adhuc fallere poſſet, ſeruis, vbi dominus eſſet, in ſummis tormentis ſe ſcire, negantibus, non ſuſtinens tam fideles diutius excruciari, in medium proceſſit, militumque gladiis iugulum præbuit. Plinius 13. capite 3. Valerius Max. 6. cap. 8.

T. Munatius Plancus Burſa, & ipſe L. Oratoris & C. frater, Tribunus pleb. cum Q. Pompeio Rufo, Miloni in cauſa cædis Clodianæ valde aduerſarius eſt, Ciceroni etiam ob id infeſtus, etſi antea ab illo pro tribunali iudicum defenſus erat. Quod beneficium non agnoſcenti quandoque illi, cum inſuper amicum Ciceronis Sabinum reum feciſſet, indignabundus Cicero, *An tu*, inquit, *Munati. illud indicium tua opera effugiſti, vel potius mea, qui multum caliginis tribunalibus offudi?* In funere Clodii curiam incendit. Vnde mox ex condemnatione maximo populi plauſu pulſus vrbe, quadriennio poſt a Cæſare rerum potiente reſtitutus eſt. Meminit huius Planci Burſæ Cicero Epiſtolarum ſeptimo & duodecimo, item Philippicarum vndecima, & decimatertia. Vbi prouerbio de illo dici ſolitum ſcribit, perire eum non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent. Et ſubiicit, Fracta ſunt, & tamen viuit. ſed hoc, vt multa alia, Aquilæ acceptum fertur.

Munatia Plancina, Cnei Piſonis vxor, ſub Tiberio periit. Vide Tacitum libro ſecundo & quinto, Dionem quinquageſimo ſeptimo. Fuit L. Munatii Planci F. vel certe neptis. Extat Romæ in ædibus Cæſiis talis de ea inſcriptio: DIS MANIBVS L. MVNATI PLANCINÆ L. POLYCLITI.

C. Munatius C. F. ad quem ſcribit Cicero epiſt. 13. Fors idem, qui in Hiſpania conſpirauit in Q. Caſſium, vt habet belli ciuilis commentarius 4.

¶ Munatius Flaccus, Pompeianus, bello Hiſpanienſi, Cæſare Ateguam obſidente, miſſus a Pompeio, per Cæſaris munitiones, cum teſſeram didiciſſet, ad oppidum penetrauit, præſidiumque induxit. Indicant id verius quam narrant Commentarius belli ciuilis ſextus, & Frontinus lib. 3. capite decimoquarto, hoc loco miſere dedepiauati. Luculentius vero Dion lib. 43. Idẽ ibi obſeſſus, omnes eius oppidi ciues, quos Cæſaris eſſe ſtudioſos ſenſit, iugulatos

muris præcipitauit: fœminas quoque, citatis nominibus virorum, qui in contrariis caſtris erant, vt cædes coniugum ſuarum cernerent, & maternis gremiis ſuperpoſitos libetos trucidauit, aliaque multa, quæ auditu horrenda ſunt, perpetrauit, homo Rom. ſed omnibus Scythis & Getis immanior. Vide Valerium Max. lib. 9. cap. 2.

Plancus, ſummus declamator, nominatur Senecæ in fine 2. Controuerſiarum, contemporaneus Porcii Latronis.

L. Munatio Concelliano ſtatuam ponendam Herculanenſium reſpubl. decreuit. Vide Antiquitates Fabricii pag. 43.

Cn. Munatius M. F. Pal. Aurelius Baſſus Proc. Aug. &c. quæratur in Orthographia Manutii in voce Britannia.

¶ M V S A, citatur Senecæ inter Declamatores ſui ſeculi. Multum habuit ingenii, minus cordis, omnia vſque ad vltimum tumorem perducta, vt non extra ſanitatem, ſed extra naturam eſſet. Plura idem Seneca initio 10. Controuerſiarum.

Muſæ reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 28.

M V S Æ O ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 54.

M V S O N I I.

C. Muſonius Rufus, refertur apud Corn. Tacitum lib. 14. 15. 19. & ſeq. Philoſophus fuit, ordinis tamen equeſtris, reuocatus ab exilio per Titum, teſte Euſebio. Agit de eodem Dion in Nerone, & iterum in Veſpaſiano, ſed vt variare aliquantum videatur. Craſſius etiam hallucinatur Suidas Μουσώνιος & Κορνοῦτος, vbi cæſum a Nerone affirmat. Adde inſuper quæ de eodem habent Plinius lib. 3. epiſt. ad Iulium Genitorem, Philoſtratus lib. 7.

Muſonius Baſſus, ciuis grauiſſimus, de cuius vita ſcripſit librum Claudius Pollio, teſte Plinio epiſtola 7. ad Cornutum.

Muſonio ſcribit in epiſtolis Libanius Sophiſta.

Muſonius Pamphylius, cum honeſtatis & bonorum virorum amans eſſet, vndecunque vt magnes ferrum, ſic ipſe homines ad ſe attrahebat. Nec quærebatur, qualis eſſet aliquis: ſed ſi auditum eſſet, Muſonii amicum eſſe, bonum eſſe virum conſtabat. Suidas Μαρκιανός. Forſan autem idem eſt, cuius dicta & facta memorabilia ſcripſit Aſinius Pollio Trallianus, teſte Suida Πωλίων. Crediderim etiam ἀπομνημονευμάτων eius eſſe, de quo Gellius lib. 17. cap. 1.

Muſonius alius ſub Iouiniano Imp. & ipſe exquiſito Suidæ encomio celebratus.

¶ M V S O N I A N V S, antea dictus Stragius, vtriuſque linguæ facundia clarus, ſucceſſit Domitiano in præfectura orientis prætoriana ſub Conſtantio. Ammianus lib. 15.

¶ M V S T E L Æ meminit Cicero ad Atticum 12. epiſt. 3. Idem Ciceronis ſtudioſus iam inde a Pontiano pag. 474. & lib. 13. pag. 482.

M V S T I I.

C. Muſtius, Eques Romanus, defenſus in iudicio per Ciceronem. Meminit illius Verrinarum 3.

Muſtiæ reſcribunt AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

Muſtius Fabianus, occiſus a Seuero. Spartianus.

M V T I I.

¶ Nomen Mucii in antiquis libris & Græcis exemplaribus ſemper per C. ſcriptum legitur. Victorius in 6. Ciceronis ad Atticum.

Mutiæ Scæuolarum genti quaſi propria fuit Iuris profeſſio. Ad hæc neminem ex ea familia Cenſuram vnquam petiuiſſe, teſtis eſt Cicero in Bruto.

C. M V T I V S, Ingreſſus caſtra Porſenæ, Romam vrbem obſidentis, per errorem ſcribam occidit, eum regem vellet. Quare dextra foco iniecta, cum ob admirationem virtutis ab hoſte dimiſſus eſſet incolumis, ab vſu ſiniſtræ manus dictus eſt Scæuola, quod cognomentum ad poſteritatem cum multa celebritate propagatum eſt. Athenodotus Sando apud Plutarchum in Publicola etiam Cordum (id enim eſt Græcis ὀψίγονος) vocatum tradit. Idem memorat & Dionyſius, item Plinius de viris illuſt.

¶ Mutius Scæuola. Fragment. Sex. Pompeii pag. 23.

Q. Mutius Scæuola, Prætor belli Punici ſecundi anno quarto, id eſt, V. C. DXXXIX. Sardiniam prouinciã obtinuit. Fuit idem & Decemuir ſacrorum. Obiit eius belli anno 10. Liuius 23. & 27.

P. Mutius Q. F. P. N. Scæuola, & Q. Mutius Q. F. P. N. Scæuola, Prætores ſimul anno V. C. DLXXV. Q. Siciliam adeptus eſt, P. præturam vrbanam, & vt ſimul de veneficiis quæreret in vrbe & propius vrbem 10. millia paſſ. Deinde Conſules ordine

ordine fuere, Q. anno quarto poſt, P. quinto. Geſſit autẽ eas res Q. Mutius cum collega M Lepido in Gallia & Liguribus, vt Senatus in triduum ſupplicationes fieri, & 40. hoſtiis ſacrificari iuſſerit. Liuius 40. & 41.

P. Mutius P. F. Q. N. Scæuola, Conſul fuit ann. V. C. DCXXI. quo tempore cæſus eſt a P. Naſica Tib. Gracchus. Cicero de Oratore 1. pag. 30. Huius frater fuit P. Craſſus Mutianus, Conſul an. DCXXIII. & Pontifex Maximus. Poſt cuius mortem & ipſe P. Mutius Pontificatum maximum aſſecutus eſt, vt liquet ex 2. de Orat. Ciceronis, & ex oratione eius pro domo ad Pontifices dicta, vbi agitur de C. Liciniæ facto. Sed & 2. legum Cicero duos Mutios Scæuolas Pontifices fuiſſe Maximos oſtendit. Egnatius Venetus horum fratrum patrem apud Ciceronem intelligi vult, quod libenter ſequerer, ſi de illius Pontificatu quicquam alibi teſtimonii extaret. Plura de hoc P. Mutio Rutilius.

Q. Mutius Scæuola Q. F. Q. N. cognomento ob ſacerdotium dictus Augur, gener C. Lælii Sapientis, Conſulatum geſſit ann. V. C. DCXXXVII. Filium habuit Q. & filias duas, quarum altera L. Licinio Craſſo collocata fuit. Cicero in Bruto. Pila optime luſit, vacauit & alex nonnunquam & calculis, vt eſt apud Valerium Maximum lib. 8. cap. 8. Cicero id primo de Oratore P. Mutio Pontifici tribuit. Idem Cicero 1. Offic. hunc ſe audiuiſſe ſcribit, eoque mortuo, ſe ad Pontificem contuliſſe. Idem hic inducitur apud Ciceronem primo de Oratore cum L. Craſſo & M. Antonio colloquens. Celebratur & eius dictum ad L. Syllam pro C. Mario, & aliud, quo in reum ab ſe dictum teſtimonium temperauit, apud Valerium lib. 3. cap. 8. lib. 4. cap. 1. Cauſam dixit de pecuniis repetundis contra T. Albutium. Cicero in Bruto. Plura Rutilius.

Q. MVTIVS SCÆVOLA P. F. eius inquam, qui P. Craſſum Mutianum fratrem habuit, vt Cicero 1. de Oratore, cognomentô Pontifex (fuit enim P. M.) Conſul fuit anno V. C. DCLIX. collega L. Craſſo, quem præterquam in Tribunatu & Cenſura, quam nemo Scæuolarum petiuit, in omnibus magiſtratibus collegam habuit. Aſiam ex Conſulatu tam ſancte, tam fortiter obtinuit, vt Senatus deinceps in eam prouinciam ituris magiſtratibus, exemplum atque formam officii Scæuolam decreto ſuo propoſuerit, teſte Valerio Max. lib. 8. cap. 1. item dies ei feſtus (Mutia vocarunt) ibi inſtitutus ſit. Hunc Cicero Iuriſcõſultorum diſertiſſimum vocat. Cæſus eſt in diſſentione ciuili a L. Damaſippo Prætore, auctorib. Liuio, Paterculo, Floro & Appiano.

Q. Mutius Scæuola, & ipſe dictus Augur, periti ſſimus iuris & percomis habitus, Pontifice aliquanto poſterior. Opinor Q. Auguris filium fuiſſe.

Mutia, altera Q. Scæuolæ Auguris F. C. Marii iunioris vxor.

P. Scæuola Pontifex tempore Q. Metelli Pii, Pont. Max. Macrobius 3. cap. 13.

MVTIA, Pompeii Magni coniunx, ob impudicitiam ab illo dimiſſa, & a Scauro ducta. De hac Plutarchus in Pompeio, Dion libro 48. & 51. Aſconius in oration. pro M. Scauro, Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.

Q. Mutius Scæuola I. C. auditor L. Voluſii Metiani, floruit ſub M. Antonino Philoſopho, qui eius opera præcipue vſus eſt. Capitolinus in Marco, & Pomponius in Pand. de origine iuris.

¶ P. Mutius, Trib. pl. collegas ſuos omnes, quod id egerant duce Sp. Caſſio, vt magiſtratibus non ſubrogatis communis libertas in dubium vocaretur, viuos cremauit. Valerius 6. cap. 3.

C. Mutius, ædes Virtutis & Honoris Marianæ cellæ architectatus eſt. Laudatur id opus impenſe a M. Vitruuio in prologo ſeptimi. Meminit etiam operis lib. 3. cap. 1.

Mutius, Tib. Gracchi cliens, in locum Octauii, Tribunatu deiecti, ab ipſo Graccho Trib. pl. factus eſt. Plutarchus.

¶ Q. Mutius Horeſtinus, ne lex ambitus a C. Piſone Cos. (an. V. C. DCLXXXVII.) ferretur, interceſſit. Accuſatus dein furti a L. Fuſio Caleno, defenſus eſt a Cicerone. Aſconius Ped. Cicero in oratione contra C. Antonium & L. Catilinam hoc beneficium vt homini ingrato exprobrãs: *Te tamen*, inquit, *Q. Muti tam male de repub. exiſtimare moleſte fero, qui heſterna die me eſſe dignum Conſulatu negabas. Quid? P. R. minus diligenter ſibi defenſorem conſtitueret, quam tu tibi. Cum te furti Lucius Calenus ageret, me potiſſimum fortunarum tuarum patronum eſſe voluiſti, cuius tu & conſilium in tua turpiſſima cauſa delegiſti.*

Hunc honeſtiſsimarum rerum defenſorem P.R. authore te repudiare poteſt? &c.

Q. Mutius, alius haud dubie, Trib. pl. Pontinio triumphare volenti obuiam iuit cum Seruilio Prætore & Catone, Pompeio & Craſſo II. Coſſ. Hunc eſſe arbitror, cuius meminit Cicero in epiſtolis ad M. Marcellum lib. famil. 4.

Mutia, impudica, de qua Valerius lib. 9. cap. 1.

¶ M. Mutius M. F. Calenus, citatur a Plinio lib. 7. cap. 49.

¶ Mutius Lupercus, legatus legionis aduerſus Ciuilem, inclytus fama. Tacitus lib. 20. Extant ad hunc, opinor, epiſtolæ Plinii. In Tacito eſt Mumius.

C. Mutius C. F. ſibi & Pontiæ M. F. Secundæ. Hæc inſcriptio extat Venetiis. Inſcr. ant. pag. 324 Liber habet Murius.

T. Mutius T. F. Gracilis præfectus fabr. IIII. vir. Ibidem pagina 336.

Murius quidam refertur a Macrobio, homo cum primis maleuolus, in quem iocatus ſit Publius, cum illum ſolito triſtiorẽ vidiſſet: *Aut*, inquiens, *Mutio neſcio quid incommodi acceſsit, aut neſcio cui aliquid boni.* Saturnalium 2. cap. 2.

¶ MVTIANO reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 49.

Mutiano alii Gordianus A. 5. Cod. titulo 53.

Mutiano alii Ant. A. 5. Cod. tit. 75. & 4. Cod. de condictione indebiti.

¶ MYGDONIO reſcribit Conſtantinus A. 10. Cod. tit. 14.

¶ MYRTILVS, refertur Ciceroni ad Atticum pag. 577. & in epitaphio apud Victorium in annotationibus ſuper 16. Ciceronis epiſt. famil. Myrtili cognomen extat in Minutiis.

N.

NAEVII.

NÆuii (ναίβιοι) videntur habere nomen a Næuo. Næuiana pira memorãtur Macrobio lib. 3. cap. 19. ¶ Fragment Sex. Pompeii pag. 18. & ſequ. Næuiam ſyluam vocitatam extra vrbẽ ad milliarium quartum, quod Næuii cuiuſdam ibi domus fuerit, a quo nemora Næuia etiam appellata fuiſſe, Verrius ait: quam opprobrii loco obiici ab antiquis ſolere, quod in ea morari adſueſſent perditi ac nequam homines, teſtis eſt M. Cato, &c.

¶ Næuius Criſpus, vir integer & militiæ peritus, præfectus ſociũm ſub M. Valerio Leuino. Miſſus ab eodem Oricum tenente Apolloniam, caſtra Philippi, Macedonum regis, noctu inuadens, multis cæſis regem in turpem fugam coniecit, belli Pun. ſecundi anno quinto. Liuius 24.

Q. Næuius, Triumuir coloniam deduxit in Brutios, cum id ex S C. tuliſſet ad plebem Q. Ælius Tubero, Tribunus, plebsq; ſciuiſſet, an. V. C. DLX. P. Africano II. T. Sempronio Longo Coſſ. Liuius 34.

¶ Q. Næuius Matho, Prætor creatus, prouinciam Sardiniam ſortitus eſt, & vt de veneficiis quæreret: quæ quidem quæſtio quatuor non minus eũ menſes, priuſquam in Sardiniam iret, tenuit. Duo hominum millia, quemadmodũ Antias Val. prodidit, ab eo damnata. Liuius 39.

M. Næuius, Trib. pl. ann. V. C. DLXX. P. Claudio L. Porcio Coſſ. ſed quem honorem Conſulibus ſuperiorib. App. Claudio & M. Sẽpronio iniit. Ab hoc dies dicta eſt P. Scipioni Africano, aduerſus quẽ eiuſdem Africani nomine inſcripta eſt oratio. Liu. 39. Val. Max. li. 3. c. 7. Gellius li. 4. c. 18.

¶ L. Næuius Balbus, V. vir ad cognoſcẽdum cum aliis miſſus, cum de finibus inter ſe Piſani & Lunenſes diſceptarent, anno V. C. DLXXXVI. Liuius 45.

¶ P. Næuius Turpio, homo improbus, & C. Verris emiſſarius. Cic. Verrin. 4. & 5.

Cn. Næuius, vir prudens, & iudex integer. Cicero pro A. Cluentio.

Ser. Næuius, pro quo contra Ciceronem C. Curio dicens, ſubito totam cauſam oblitus eſt. Cicero in Bruto.

Sex. Næuius, accuſauit P. Quintium, quem Cicero defendit. Eundem Næuium Cicero facetum ſcurram vocat.

¶ T. Næuius Diadumenus, refertur Inſcript. ant. pag. 245.

C. Næuius Ɔ. L. Dromo & Næuia Ɔ. L. Philumena dũ licuit ſuauiter fructi ſunt annos LV. M.H.N.S. ne quis eo poſtea inferatur. Apud Manutium in Orthograph. in voce, hæres.

¶Næuius Pollio, homo miræ magnitudinis, qui quod populi concurſu pene intereptus eſſet, prodigii vice habitũ, annales tradunt. Plinius 7.ca.16. Columella ſcribit M.Tulliũ Ciceronẽ, teſtẽ, Rom. ciuem fuiſſe Næuium Pollionem pede longiorẽ, quã quenq; longiſſimum, de re ruſt. lib. 3.ca.8.

Cn. Nævius, Campanus, inter Comicos Poetas tertio loco repoſitus a Volcatio Sedigito. Scripſit etiam Tragœdias & bellũ Pun. valde maledicus in proceres ciuitatis, vnde & aliquãdo in carcerẽ coniectus eſt. Verſus eius in Scipionem Africanum ſunt:

Etiã qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſe,
Cuius facta viua nũc vigẽt, qui apud gẽtes ſolus
Præſtat, eum ſuus pater cũ pallio vno ab amica (*abduxit.*

Et in Metellum:

Fato Romæ Metelli fiunt Conſules.

Cui quidẽ ſenario Metellus minaciter reſpondit: *Dabunt malũ Metelli Næuio Poetæ.* Vide Gellium 1.cap.24. 3.cap.3. 6.cap.8. apud quem extat epitaphiũ, ab ipſo ſibi ipſi ſcriptũ, & Varronem, qui in de Poetis Latinis Pun. bello 1. militaſſe illum ſcribit, itẽ Crinitum de Poetis Latinis. Citatur apud Nonium Marcellũ in bello Pun. Lycurgo, Gymnaſtico, Proteſilao, Aulularia, Aſſitogiola, Vindemiatorib. Tabellaria, Sanniobus, Militibus &c. apud Sex. Pompeiũ in Tunicularia, Hariolo, Perſonata, Nautis, Epitome, & hoc dictum in Lycurgo: Male parta, male dilabuntur. Euſebius autor eſt, illum pulſum Roma factione nobilium, ac præcipue Metelli, Vticæ in Africa mortuũ. Vide Chronicon. ¶ Fragmenta eius, exquiſito ſtudio a Roberto Stephano collecta, leguntur Henrici Stephani typis.

Q. Næuius, Centurio bello Pun. 2. autor peditum fuit equiti immiſcendorum, eoque Romani Campanorum equitũ vim cui numero pares non erant, repreſſerunt, Fuluio Flacco tum Conſule Capuam obſidente. Sic Valerius Max. 2.cap.1. In Liuii lib. 26. pro Næuio Nauius legitur.

¶ Næuius Arpinianus, pro quo cauſam dixit Quintilianus, in qua quæſitum fuit, præcipitata ne eſſet ab illo vxor, an ſe ipſa ſua ſponte ieciſſet: eamque actionem, iuuenili quadam gloriæ cupiditate ductus, primam emiſit.

M. Næuius M.F.Pal. Iuſtus Ædilis cur. memoratur Inſcript.ant. pag. 148.

Næuia Priſca. Ibidem pag. 174.

¶ Nannei, a L. Sylla proſcripti ſunt. Q. Cic. ad M. fratrẽ in de petendo Conſulatu.

NASENNII.

C. Naſennius, bello Cretenſi ſub Metello Imperatore ordines duxit. A cæde Cæſaris Ciceroni ſe coniunxit, cupiens aliquid autoritatis aſſumere, a quo commendationem ad Brutum impetrauit.

C. Naſennius C. L. Rufio ſibi & ſuis. Hæc inſcriptio extat in memoriis Italicis pag. 152.

Naſennius Apollinaris, ſcribit Iulio Paulo Pand. 42. de re iudicata, Pand. 27. de excuſat. tutelæ, & Pand. 35. ad legem Falcidiam.

NASIDII.

L. Naſidius, dux Pompeianus, Maſſilienſibus auxilio venit, miſſus a Pompeio. Idem, opinor, poſt bellũ Philippenſe a Sex. Pompeio tranſiuit ad Antonium. Appianus 5.

L. Naſidius, Eques Rom. Ciceronis ſtudioſus, laudatur ab illo Philippica 7. ſub finem.

Q. Naſidius, dux Antonianus bello Actiaco, pugna nauali ab Agrippa victus. Dion lib. 50.

¶ Naſidienus, vt Epicureus, & luxui deditus, notatur Horatio Sermonũ 2. Sat. 8.

¶ Nataliano reſcribit Alexander Imp. 7. Cod. tit. 11.

¶ Nattæ hominis ſordidi, Fuluii ne an Pinarii incertum, meminerunt Horatius Sermonum 1. Sat. 6. & Perſius. Malim autem Naccam dici: de qua voce ſupra in Fuluiis.

¶ Nauigius, frater D. Auguſtini, Confeſſion. lib. 9.

¶ Sex. Nauinius, Sex. lib. Apollonius Concor. ſibi & ſuis. Hæc inſcriptio refertur Apiano pag. 344.

NAVTII.

Nautiorum generis autor Nautius, comes Æneæ fuit, Palladis, cuſtodis vrbium, ſacerdos, qui transferens Deæ ſimulachrum attulit, quod & cæteri Nautiorum generis obſeruarunt, alii ab aliis accipientes. Dionyſius 6. Virgilius hunc Nautium Nautem vocat:

Tum ſenior Nautes, vnum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaq; inſignem reddidit arte,
Hæc reſponſa dabat. ¶ Vide quæ habet Fragmentum Sex. Pompeii pag. 15.

Sp. Nautius Rutilius, Conſul ann. V.C. CCLXVI. cum Martius Coriolanus patriæ bellum inferret. Liuius 2.

C. Nautius Rutilius, Conſul cum P. Valerio anno V. C. CCLXXIX. ac iterum CCLXXXXVI. cum L. Minutio, teſte Dionyſio. Cum Sabinis ad Eretum egregie pugnauit. Liuius hunc Minutii collegam Lucium vocat, illum C. vt duos fuiſſe intelligas, lib. 3.

Sp. Nautius, in legatione cum tribus aliis iuſſu Tolumnii, Veientium regis, a Fidenatibus cæſus, anno V. C. CCCXVI. Liuius 4.

Sp. Nautius Rutilius, Trib. Mil. Conſ. poteſt. an. V C. CCCXXXI. iterũ CCCXXXVI. tertium CCCXXXIX.

C. Nautius Rutilius, Conſul ann. V. C. CCCXLIIII.

Sp. Nautius Rutilius, Trib. mil. Conſ. pot. an. V. C. CCCLI. alius a ſuperiori Sp.

Sp. Nautius Rutilius, Conſul an. V. C. CCCCXXXVIII. Liuius 9.

Sp. Nautius, legatus & dux alarium cohortiũ ſub Papyrio Curſore iuniore, multum profuit ad victoriam, ideoq; ab imp. armillis & coronis aureis donatus, an. V. C. CCCCLX. Opinor ſuperioris F. fuiſſe.

C. Nautius Rutilius, Conſul ann. V. C. CCCCLXVI. Arbitror eſſe eundem cum ſuperiori, & erratum in prænomine.

¶ NAZARIVS, auctor Panegyrici ad Conſtantinum M. Imp. qui extat. Filia eius Eunomia, virgo Chriſtiana, celebratur ab Hieronymo in Chronico pag. 84.

¶ NEBRIDIVS, de ſorore genitus Auguſtæ, & Auguſtorum conſobrinus, cum iisdem erudiius, reliquit Nebridium F. & filiolam ex Saluina, Gildonis filia, ſibi ſuperſtite.

¶ NEMESIANVS, Poeta, quæratur in Olympiis.

Nemeſianus, inter Epiſcopos Africæ ſui temporis nominatur Cypriano epiſt. 12.

¶ NEOPHYTO reſcribunt AA. & CC. 5. Cod. tit. 61.

¶ NEPOTI Gordianus A. 8. Cod. tit. 29.

¶ NEPOTILLÆ Anton. A. 7. Cod. titulo 26.

¶ NEPOTIANÆ reſcribitur ab Antonino Caracalla 4. Cod. tit. 29.

Nepotiano ab Alexandro A. 5. Cod. ti. 16.

Nepotiano alii ab AA. & CC. 7. Cod. tit. 32.

NEPOTIANVS, vir Conſularis ſub Diocletiano, cuius fors filius fuit, qui Conſulatu geſto anno V. C. M. LXXXVIII. ſub Conſtantino Magno, poſt XVI. annos, vipote ſorore Conſtantini natus, Eutropia, Conſtante Imperatore occidentis perfidioſe cæſo, ſumſit imperium, ſed per factionem Magnentianam paulo poſt interemptus. Eutropius.

Nepotiano, Magiſtro militum Dalmatiæ, reſcribunt Leo & Anthemius AA. 6. Cod. tit. 60.

NERATII.

L. Neratius pro delectamento habebat, os hominis liberi verberare. Eum ſeruus ſequebatur, crumenam plenam aſſium geſtans. Quemcunq; itaq; depalmarat, ei numerari ſtatim ſecundum XII. tabulas 25. aſſes iubebat. Gellius ex commentariis Q. Labeonis, 20. cap. 1.

¶ NERATIVS PRISCVS IC. Celſo patri operam dedit, tanti nominis apud Traianum, vt illum aliquando imperii ſucceſſorem relinquere cogitarit, exceptaque ſit vox eius: *Commendo tibi prouincias, ſi quid mihi fatale contigerit.* Autor Spartianus. Vir fuit Cõſularis. Scæuola Pand. 48. ad legem Corn. de ſicariis & veneficiis, cum Annio Vero Conſulem fuiſſe tradit. Citantur illius volumina, membranarum libri 7. quæſtionum 3. reſponſorum 5. e Plautio 10. epiſtolarum 4. regularum 15. Vnus de nuptiis, cuius meminit Gellius lib. 4. cap. 4.

¶ Neratii Marcelli meminit Plinius epiſtolarum lib 3. Tranquillo ſcribens. Conſulatum geſſit an. V. C DCCCLXXXI.

¶ Neratius Appianus, celebratur ex reſcriptis Ariſtonis. Vide Pand. 40. de manumiſſis teſtamento.

¶ Neratius Cerealis, Præf. vrb. ſub Conſtantio. (tit. 49.

Neratio reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod.

NERII.

C. Nerius Pupinia (tribus id nomen eſt) Seſtium de ambitu poſtulauit. Cicero ad Q. fratrem 2. Apparet ibidem cognomento Indicem dici.

M. Nerius, Ædilis cum C. Meſſio, Cæſare Auguſto V. Conſule, vt indicat fragmẽtum vetuſtum de magiſtratibus apud Petrum Apianum pag. 315. Forſan ad eundem pertinet locus Horatii libro 2. Serm. Sat. 3.

¶ NERONI reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 65. & 5. Cod. tit. 18.

¶ NICANDRO reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 31.

¶ NICAE iidem 4. Cod. tit. 44.

¶ NICENO, præf. annonæ, Valentinianus, Theod. & Arcadius 1. Cod.

¶ NICETIVS, Conſularis ſub Diocletiano. Martyrologium 2. Auguſti.

¶ NICOLAO reſcribunt AA. & CC. 6. Cod. tit. 58.

NIGIDII.

P. NIGIDIVS FIGVLVS, vir Prætorius, non humanarum modo litterarum, ſed & Philoſophiæ & Aſtrologiæ & rei medicæ conſultiſſimus extitit, Ciceroni ſumma gratia iunctus, & honorificentiſſime ſemper ab illo habitus, quem & in libello de vniuerſitate ab ingenio & eruditione vehementer laudat, & exulantem ſub Cæſare diligenter conſolatus eſt, vt licet videre in familiarium 4. Laudat etiam impenſe Lucanus lib. 1.

At Figulus, cui cura, Deos ſecretaque mundi
Noſſe, fuit, quem non ſtellarum Ægyptia Memphis
Aequaret viſu, numeriſque monentibus aſtra.

A. Gellius Romanæ ciuitatis doctiſſimum vocat. Idem ætatem illā Ciceronis & Cæſaris multiformium doctrinarum, variarūque artium, quibus humanitas erudita eſt, culmina habuiſſe duo ſcribit, M. videlicet Varronem, & hunc P. Nigidium, cuius tamē lucubrationes non ita vt Varronis in omnium manibus frequentes fuiſſe oſtendit, quod propter obſcuritatem ſublimitatemque in vulgus non exirent. Citantur eius commentaria Grammaticorum libro 24. præterea de annalibus, de extis & ventis. Eius eſt illud apud eundem Gellium relatum: *Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur, prudens ne mendacium dicat.* Neutiquā vero prætereundum, Figuli cognomen inde adeptum, quod interroganti, vt Aſtrologiæ peritiſſimum, cur gemini diſpari cōditione naſcerentur? Commentū illud de rota figulari propoſuerit, quæ breui tēporis momento maxima ſpatia reuoluta percurrat. cuius reſponſi meminit D. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 5. c. 3. Illud ſingularem eius in diuinando felicitatem arguit, quod cū ageretur in Curia de coniuratione Catilinæ, & Octauius pater ob vxoris puerperium ſerius acceſſiſſet, P. Nigidius comperta moræ cauſa, vt horam quoque partus accepit, dominum terrarum Octauio natum affirmauit, vt eſt apud Suetoniū in Auguſto. Deceſſit in exilio, potiente rerū Cæſare, quomodo teſtatur Euſebius, & id ipſum indicat M. Cicero Philipp. 2.

Nigidius Capito, Toriæ Agrippinæ maritus, refertur Apiano in memoriis antiq.

Cn. Nigidius Cn. F. Marcellinus, memoratur eidem pag. 289.

NYMPHIDIVS Sabinus, matre libertina, & quæ ſe omnibus vulgaret, natus, C. Cæſare ſe genitum ferebat, quoniam forte quodam habitu procerus, & toruo vultu erat. Sub Nerone Præf. cohortium vrbanarum, poſteaquam coniuratio Piſoniana cōpreſſa eſt, Conſularibus ornamentis a principe donatur. Extincto Nerone, cum ſub aduentum Galbæ ſibi pararet imperium, in ipſo conatu periit, confoſſus a militibus Prætorianis, auctore Antonio Honorato, Tribuno, Galbæ fido. Tacitus 15. & 17. Plutarchus in Galba.

Nymphidius Lupus, commilito Plinii, & filius eius, vt præfectus Iulii Ferocis & Fuſci Salinatoris, clariſſimorum virorum, commendantur Traiano Imp. lib. 10.

¶ NOCTVRNO reſcribit Gordianus A. 2. Cod.

NONII.

Nonius quidā, Syllæ propinquus, a populo, propter odium in Syllam, in petitione magiſtratus repulſus eſt. Plutarch. in Sylla.

Nonius alius, a pugna Pharſalica, quum fugiſſet Pompeius, hortabatur ad bene ſperandum, ſeptem adhuc aquilas ſupereſſe dictitans. Cui Cicero: *Recte, inquit, ſi quidē nobis cum graculis bellum eſſet.*

Nonius, Senator, proſcriptus ob gemmā ab Antonio, filius Nonii Strumæ, eius, quem Catullus Poeta in ſella curuli viſum, indigne tulit. Idem auus Seruilii Noniani fuit, quem Plinius Conſulem ſe vidiſſe ſcribit lib. 37. cap. 6.

Nonius, turmarum dux apud Cæſarem Octauianum, cæſus a militibus. Appia. 5.

¶ Nonius Apronianus (ſic enim legendum) memoratur Quintiliano libro 7. capite 3.

¶ Nonius Aſprenas, Proconſul ſub Cæſare, interfuit rebus Africanis, relictus præſidio caſtris cum duabus legionibus, cum Cæſar aduerſus Scipionē pugnaturus exiſſet. Hirtius eius belli Com. 5.

C. Nonius Aſprenas, lapſu debilitatus in ludicro Troiæ ſub Auguſto, fors ſuperioris nepos.

L. Nonius Aſprenas, legatus auunculi

ſui, Quintilii Vari in Germania, Proconſul Africæ ſub Tiberio, teſte Tacito 1. & 3.

Sex. Nonius Quintilianus C. F. Conſulatum geſſit ſub Auguſto anno vrbis cond. DCCLX.

L. Nonius Aſprenas, Conſul ſub Caio anno V. C. DCCXCI. cum eodem interiit. Nam a Germanis, tãquam vnus ex coniuratis & percuſſoribus illius, cæſus eſt cum aliquot aliis. Ioſephus antiq. 19. capite 3. & Suetonius in Caio. Dion M. F. vocat.

Nonius Aſprenas, Coſ. ſub Domitiano anno V. C. DCCCXLVI.

¶ Nonius Balbus, Trib. pl. ſub bellum Actiacum. Dion 50.

¶ Nonia Celſa, vxor Macrini Imperat. Lampridius.

Q. Noniæ Rufæ & Noniæ Q. F. Quintulæ. Citatur a Carolo Sigonio in De nominibus.

¶ Nonius Gallus, ſub Auguſto Treuiros vicit. Dion 50.

¶ Nonius Gracchus, occiſus a Seuero. Spartianus.

¶ Nonio Haſtæ reſcribit Hadrianus Pand. 48. ad legẽ Corneliam de ſicariis l. 5.

¶ NONIVS MARCELLVS, ſcriptor Grãmaticus, floruit ſub Theodoſio, quemadmodum annotauit Sigiſmundus Gelenius in 19. Plinii.

T. Nonius Marcellus V. C. Conſul, refertur in antiquis inſcriptionibus Apiano pag. 101.

¶ Nonius Murcus, vir militaris, imperante Commodo. Capitolinus in Clodio Albino.

¶ M. Nonius Mutianus, Conſul ſub Seuero anno V. C. DCCCCLIII. De hoc accipio inſcriptionem, quæ extat apud Apianum pag. 329.

¶ M. Nonius Placidus ab anno ætatis ſuæ 12. oculis patentib. nihil vidit. Quære inſcriptionem pag. 225. & 281.

C. Nonius Iuſtinus, cum C. Nonia, Vrſi ſacerdotis F. alumna ſua, refertur pagina 300.

Nonio reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 55.

Noniæ reſcribunt A A. & C C. 8. Cod. titul. 29.

Nonio, Comiti & magiſtro off. reſcribitur a Theodoſio & Valent. A A. Cod. 1.

Nonius, Conſul Romæ, an. MCLXXXXVII. collega Valentiniani III. in ſexto illius Conſulatu.

NORBANI.

C. Norbanus, Prætor Siciliæ bello fugitiuorum. Cicero Verrinarum 7.

C. Norbanus, homo improbus & ſeditioſus, autor calamitatis Q. Cæpioni, accuſatus a Sulpitio, defenſus eſt a M. Antonio, cuius Quæſtor fuerat. Vide Ciceronem in Dialogis de Oratore. Forſan idem, de quo Valerius lib. 8. cap. 8.

¶ C. Norbanus Bulbus, Conſul anno DCLXXI. Marianæ factionis, victus a Syllæ partibus, Rhodi ſe in medio foro peremit Appianus 1.

Bulbi, vt viri improbi, & venalis in iudiciis, meminit Cicero pro A. Cluentio. Cõdemnatus eſt ambitus & maieſtatis, propter alia crimina legionem ab eo ſollicitatã eſſe in Illyrico, C. Coſconii litteris & multorũ teſtimoniis planũ factũ eſſet. Ibid.

¶ C. Norbanus Flaccus C. F. teſte Dione, legatus M. Antonii bello Philippenſi, nõ multo poſt Conſulatu potitus eſt, an. V. C. DCCXVI. & forte iterũ ann. DCCXXX. Triumphauit ex Hiſpania an. DCCXIX. De hoc Cicero lib. 5. in Verrem, Dion lib. 47. Appianus bell. ciuil. lib. 4. & tabul. Capitol.

C. Norbanus C. F. Flaccus, Conſul ſub Tiberio, Druſi Cæſaris collega ann. V. C. DCCLXVII.

L. Norbanus Flaccus C. F. Cõſul & ipſe ſub Tiberio, anno principatus eius quinto V. C. DCCLXXI. interemtus a Germanis, cæſo Caligula. Ioſephus 19. cap. 1. etſi ibi mẽdoſe Barbarus vocatur, pro Balbus: nam & Dion de cognomento variat.

Appius Norbanꝰ, ſub Domitiano L. Antoniũ acie vicit, vt eſt apud Sex. Aureliũ Victorẽ. Laudatur hoc nomine Martiali li. 9.

Dum tua ſacrilegos contra, Norbane, furores
Staret pro domino Cæſare ſancta fides, &c.

Norbanus, Præf. prætorio, in necem Domitiani coniurauit.

Norbanꝰ Licinianus, homo flagitioſus, & Domitiani temporibus abuſus, damnatus ſub Traiano, & in inſulã relegatus. Plinius epiſtolarum 3 ad Minutianum.

Norbanus & Norbana cæſi a Commodo. Spartianus.

¶ L. NOSTIVS Zoilus, hæres patroni ſui L. Noſtii, cohæres Ciceronis, commẽdatur ab illo Apuleio Proquæſtori lib. 13. epiſt. 47.

¶ P. NOVANIVS Gallio, vixit ſub Auguſto, ac videtur fuiſſe aduerſarius Liburniæ, pro qua dixit Aſinius.

NOVELLII.

Nouellius Torquatus Mediolanenſis, tres congios vini epotauit vno impetu, ſpectante miraculi gratia Tiberio principe, vnde Tricongius dictus eſt, & a Prætura ad Conſulatum aſcendit. Plinius libro 14. capite 22.

Nouellius, vt curator citatur Scæuolæ Pand. 26. tit. 8. de auctoritate & conſenſu tutorum & curatorum l. 21.

Nouellia Prima, M. Mecelii coniunx, refertur in memoriis antiquis apud Apianum pag. 322.

Nouellius Vetus, ciuis Mediolan. Ibid. pag. 32.

Nouellius Æqualis cum Secundo, Maturo, Meſſala, Succeſſore, Modeſto, libertis ſuis. Ibidem pag. 36.

NOVII.

Q. Nouius, Poeta, ſcriptor Atellanarũ non ignobilis fuit, quo nomine commendatur a Macrobio, qui illum Saturnalium 1. capite 10. in eo argumenti genere probatiſſimum vocat. Complures eum fabulas reliquiſſe, colligimus ex Nonio Marcello, apud quem citatur in Gallinaria, Fullonico, Exodio, Decuma, Virgine prægnante, Mania, Pappo, Bubulco, Optione, Agricola Macchoco, Tripertita, Mania medica, &c. Nec me clam eſt, in exemplaribus Nonianis Nouii & Næuii nomina ſæpe confundi, quo fit, vt de Lycurgo, Colace, Militibus, deque pluribus fabulis, vtri verius attribuendæ ſint, a multis dubitetur. Præterea a Sex. Pompeio nominatur in Togularia, Pico, Lupo, Phoeniſſis, Doſſenis, Funere, Surdo, &c.

¶ Nouius Niger, Quæſtor a C. Cæſare Prætore in carcerem coniectus eſt, quod compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet. Suetonius.

L. Nouius, Trib. pl. collega Clodii, refertur ab Aſconio Pediano, ſcribente in oratione Ciceronis pro Milone, vbi & formulam interceſſionis Tribunitię ſubiicit.

Cn. Nouius, Eques Rom. inſidiarum nomine a Claudio Imperatore occiſus. Tacitus 11.

¶ Sex. Nouius Celer, Conſul cum Iunio Quintiliano, teſte Frontino, fors ſub Claudio.

Nouius Celer, alius a ſuperiori, forte filius, cui Fabius Quintilianus filiam collocauit.

¶ Nouius Priſcus, pulſus in exilium per Neronem, coniugem Antoniam Flacillam comitem habuit. Corn. Tacitus 15.

Nouius quidam, vt captator & auarus mordetur a Iuuenale Satyra 12.

¶ Nouius Rufus, interemtus eſt a Seuero. Fit eius mentio, vt heredis a Pactuleio Androſthene ſcripti, Pand. 28. tit. de hæredibus inſtituendis.

NVMATII.

Numatius Gallus, vir priſcæ ſimplicitatis, & bonitate par Socrati. Martialis 10.

Mercurio cœleſti fatali Q. Numatius Prochorus ex voto ſoluit. Votum Numatiorum. Inſcript. ant. pag. 292.

NVMERII.

C. Numerius, vnus ex iis, qui ad Ptolemæum regem miſſi, munera ab eo data prius in ærarium, quam legationem ad Senatum, retulere. Valerius 4. cap. 3. Liuius ſocietatis cum Ptolemæo initæ meminit. Variat etiam nonnihil Iuſtinus 18.

Numerius, amicus C. Marii, fugienti ipſi apud Hoſtienſes nauim inſtruxit. Plutarchus.

Numerius quidam notatur apud Afranium in Prodigo his verbis: *Nam me pudet, vbi mecum loquitur Numerius, aliquid ſuffero, grace irridet me illico.* Citantur hæc a Nonio.

¶ Numerius Numeſticus, commendate Attico, receptus eſt a Cicerone in amicitiam. Cicero ad Atticum 2.

Q. Numerius, Trib. pl. cum exularet Cicero. Meminit eius, vt ab inimicis empti, & qui in luctu ab irridentibus Gracchus dictus ſit, pro P. Seſtio. Eundem & Sex. Attilium, ſimul Tribunos, in oratione contra Piſonem de lapide emptos ſcribit.

¶ Numerius Atticus, Senator & vir Prætorius, gratificaturus Liuiæ, iurauit ſe vidiſſe Auguſtum aſcendentem in cœlum, & ab ipſa 25. myriadas dono tulit. Dion in fine 56.

Cn. Numerius Cn. F. Vol. Fronto, &c. Hæc inſcriptio extat Venetiis in turri S. Vitalis, teſte P. Manutio in Orthographia, in voce Felix.

NVMII.

Q. & L. Numii, Tribuni pl. Petiliorum rogationi de quærenda pecunia, quæ capta & ablata eſſet a rege Antiocho, interceſſe-

runt, quos tum Cato deterritos auctoritate, interceſſionem remittere coegit. Vide Liuium 38.

A. Numius, competitor Tribunatus pl. a Saturnino occiſus eſt. Liuius 69. Valerius libri noni capite 7. Florus 3. capite 16. Eutropius 5. Plutarcho & Appiano Nonius vocatur.

¶ L. Numius Quadratus, Trib. pl. cauſam Ciceronis enixe iuuit contra furorem Clodii. Meminit eius Cicero ad Attic. 3. epiſtola 23. & 10. epiſtola 13. præterea in oratione pro Seſtio & domo ſua, vbi mendoſe Munius vocatur, quomodo & apud Dionem libro trigeſimooctauo Αὖλος Νούμιος Κυάδρατος.

¶ M. Numius Ceionius Annius Albinus pr. vrb. refertur Inſcript. ant. pag. 216. *Ioui Sereno Numius Albinus ex voto.* Ibidem pag. 221.

Numius Albinus & Numia Varia. Ibid. pagina 66.

¶ Numio Iuliano, ſeu vt quidam legũt, Lolliano reſcripſit Hadrianus Imp. Pand. de quæſtionibus.

Numius Thuſcus p. ç. vrb. ſub Diocletiano.

Numia Reſtituta mater, cum Plotia Plotilla filia refertur Inſcriptionũ antiquarum pagina 292.

¶ Numius Craſſus, mediocris ingenii Poeta, ſcripſit Iliada, cuius 23. librum citat Priſcianus.

NVMIDII.

T. Numidius Quadratus, præſes Syriæ, & ſucceſſor Caſſii Longini, apud Tacitum 12. & Ioſephum 20. cap. 8 Huius arbitror ſororem fuiſſe, Numidiam Quadratillam, cuius meminit Plinius epiſtolarum 7. quæ paulo minus 80. ætatis anno deceſſit, nepote Quadrato ex beſſe, nepte ex tertia parte hæredibus relictis.

T. Numidius Quadratus, Conſulatum geſſit ſub Traiano cum Iulio Veſpronio Caudino, quem, teſte Spartiano, grauiter poſtea perſecutus eſt Hadrianus.

Numidius Quadratus, Cõſulatum obiuit ſub Marco an. V. C. DCCCCXIX. Huius, puto, filius fuit, quem ob coniurationem occidit Cõmodus, vt eſt apud Herodianũ.

Numidio reſcribit Alexander Imp. 2. Cod. de tranſactionibus.

Numidio, rectori Italiæ, AA. & CC. 7. Cod. tit. 35.

Numidii Quadrati, Hiſtorici, & ſcriptoris belli Parthici, meminerunt Dion, Capitolinus & Volcatius. ¶ De eodem plenius Suidas Κοδράτος.

D. M. Numidia Cala Felicio pater Cala mater Myrtilus tata; & Eris coniunx fecer. Vix. A. 16. M. 8. dies 8. Citatur apud Petrum Victorium in epiſtolas Ciceronis ad Tironem pag. 930.

NVMISII.

C. Numiſius, Prætor an. V. C. DLXXVII. Siciliam tenuit. Liuius 41.

T. Numiſius Tarquinienſis, vnus ex 10. legatis, qui miſſi ſunt in Macedoniam, poſteaquam ab Æmilio captus eſt rex Perſes. Liuius 45.

Numiſius Lupus, legatus legionis in Mœſia ſub Othone, Conſularibus ornamentis donatur. Cornelius Tacitus 17.

L. Numiſius L. F. Pal. Montanus Tarrac. memoratur in mem. antiquis Hiſpaniæ, vt qui honoribus omnibus in repub. ſua fructus ſit.

Numiſia Maximilla V. V. Maxima ſub Seuero principe, refertur & ipſa in antiquis inſcriptionibus.

Numiſius Tiro Antonianus, memoratur Ciceroni Philippica 2. & ſequentibus.

NVMITII.

T. Numitius Priſcus, Conſul ann. V. C. CCLXXXV. Volſcos prælio fudit. Antium oppidum oppugnare non auſus, Cenonem, aliud oppidum minus opulentum, ab Antiatibus cepit. Liuius in fine 2.

L. Numitius Circeienſis, Prætor Latinorum anno V. C. CCCCXV. cum eſt propoſitum a Latinis S. P. Q. R. vti Conſulem alterum a Latinis acciperent. Liuius initio octaui.

Porticus Numitiæ meminit Cicero Philipp. 2.

T. Numitius, Trib. pl. cum Q. Æmilio collega Samnitibus deditus eſt, quod illorum auctoritate pax ad furcas Caudinas cum Samnitibus facta eſſet. Cicero officiorum tertio.

Numitius, celebris & notus ex epiſtolarum primo Horatii.

NVMITORII.

L. Numitorius, Trib. pl. anno vrb. cond. CCLXXXIII. cum primum 5. Tribuni tributis comitiis creati ſunt. Piſo apud Liuium in fine 2.

P. Nu-

P. Numitorius, auunculus Virginiæ, quã ne Appii Decemuiri libidini obnoxia fieret, pater Virginius occidit, creatur Trib. pl. mox poſt abrogatum Decemuiris imperium. Liuius 3.

C. Numitorius, cæſus a Mario & Cinna. Appianus primo. L. Florus vnco tractum ſcribit.

P. Numitorius, Eques Rom. Ciceroni in Verrinis.

Q. Numitorius Pullus, quod ſemper animo bono in P.R. fuiſſet, ob poſterius beneficium veniã a L. Opimio impetrauit, vt eſt apud Ciceronem 2. de Inuentione. Opinor hunc Fregellas prodidiſſe, ac illius fuiſſe filiam Numitoriam, quam Cicero Philippica 3. ab Antonii patre ductam vxorem ſcribit.

¶ NVMONIVS VALA, legatus Varii in Germania. De hoc Velleius volum. poſter. vbi tamẽ vulgata lectio habet Volumnius. Probatior illa, a nobis poſita, debetur Fuluio Vrſino. Idem Valæ cognomen reſtituit in Horatio lib. 1. epiſtol. 15.

¶ Q. NVNNIVS, refertur Inſcriptionum antiq. pag. 247.

O.

OBSIDII.

OBſidius, in Æthiopia lapillum nigerrimi coloris inuenit, qui ab ipſo dictus Obſidianus: quanquam & in Samnio Obſidianus naſcitur, a quo & Obſidianum vitrum eiuſdem coloris. Plinius 36. cap. 26.

Fortunæ ſacrum. P. Obſidius P. F. Rufus IIII. vir Trib. mil. leg. 4. Scythic. Præf. fabr. Extat in agro Patauino, citatum a Scardeonio.

¶ OCCIA Veſtalis, per annos 57. Veſtalibus ſacris adminiſtratis, deceſſit ſub Tiberio: in cuius locum capta eſt Com. Pollionis filia. Cornelius Tacitus lib. 2.

¶ OCEANVS, notus ex epiſtolis D. Hieronymi.

¶ L. OCEANEOLVS Maximillus Myrius. Inſcript. ant. pag. 441.

¶ OCELLATAE ſorores, Veſtales, libero mortis arbitrio ſub Domitiano punitæ. Suetonius.

OCTAVII.

Octauiorum familia Velitris præcipua fuit. A Tarquinio Priſco inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox a Seruio Tullio in Patricios tranſducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit, ac rurſus magna vi per D. Iulium in patriciatum rediit. Primus ex hac magiſtratum populi ſuffragio cepit Caius Octauius Rufus. Is Quæſtorius Cn. & C. procreauit, a quibus duplex Octauiorum familia defluxit, conditione diuerſa. Siquidem Cn. & deinceps ab eo reliqui omnes ſummis functi ſunt honoribus. At C. eiuſque poſteri ſeu fortuna ſeu voluntate in equeſtri ordine conſiſtere, vſque ad Auguſti patrem, quemadmodum eſt autor Suetonius.

Cn. Octauius, cum fuiſſet Ædilis pl. anno vrbis conditæ DXLIII. L. Veturio Q. Cæcilio Coſſ. ſequenti Prætor Sardiniam prouinciam adeptus eſt, circa quam naues Pœnorũ 8. cepit. Expleto annuo imperio, cum prouinciam ſucceſſori tradidiſſet, nauibus longis 40. maritimam orã tutari iuſſus, ad Scipionem in Africam 200. onerariis, 30. longis nauibus ex Sicilia traiiciens, ipſe cum roſtratis promontoriũ Apollinis tenuit, reliqua claſſis diſiecta vento in Carthaginenſium poteſtatem venit. Liuius 28. 29. & 30.

CN. OCTAVIVS, Cn. F. Cn. N. lectus Decemuir ſacrorum in locum M. Marcelli anno V.C. DLXXXV. Q. Martio Philippo Q. Seruilio Cæpione Coſſ. Proximo Prætor claſſem ſortitus, cum Æmilio Paulo in Macedoniam contra Perſen regem profectus eſt. Quo capto, & a Paulo in triumphum ducto, ipſe de eodem Calendis Decembribus triumphum naualem egit. Adſecutus eſt & Conſulatum a Prætura anno tertio, eumque cum T. Manlio Torquato geſſit. ad quem honorem comparandum, homini nouo, & qui primus ex ea familia Conſul factus ſit, Cicero nouam & præclaram domum, quam plenam dignitatis in Palatio ædificaſſet, ſuffragatam ſcribit. De hoc enim loqui Ciceronem in officiis, arbitror. Idem Philippica 9. fungentẽ legatione ad

Antiochum regem Laodiceæ in gymnaſio occiſum ſcribit. Meminit Iul. Obſequens pag.499 item Sex. Pompeius lib. 13.

Cn. Octauius, Conſul cum T. Annio Rufo anno V. C. DCXXVI. proximo quam diem ſuum obiit P. Scipio Africanus. Huius vt eloquentis viri, & cauſarum patroni, ſed parum in ciuili iure verſati, meminit Cicero de Oratore. 1.

Cn. Octavivs, Conſul anno vrbis cōditæ DCLXVII. L. Cinnam collegam, quod pernicioſas leges per vim ferret, vrbe expulit, a quo vna cum C. Mario, armis in vrbem regreſſo, ipſe cum magna nobilitatis parte in magiſtratu cæſus eſt. Huius eloquentiam ante Conſulatum ignoratam, & in Conſulatu multis concionibus vehementer probatam, ſcribit Cicero in Bruto.

Quos hactenus recenſui, exiſtimo recto ſtemmate a Cneo, C. Octauii Rufi filio, deſcendere. Nunc ad C. poſteritatem veniamus. Ex hac C. Octauius, proauus Auguſti, ſtipendia tribunus militū feciſſe traditur in Sicilia ſub Æmilio Pappo imp. bello Pun. ſecundo.

C. Octauius, auus, municipalibus magiſteriis contentus, abundante patrimonio tranquilliſſime ſenuit.

C. Octauius, pater, primus ex ea domo Senator & Prætor, ſortitus ex eo magiſtratu Macedoniam, fugitiuos, reſiduam Spartaci manum, in itinere deleuit, prouinciam non minore iuſticia, quam fortitudine rexit. Nam Beſſis & Thracibus magno prælio fuſis, ita ſocios tractauit, vt in epiſtolis ſuis Cicero Quintū fratrem, eodē tempore parum ſecunda fama proconſulatum Aſiæ adminiſtrantem, hortetur & moneat, imitetur in promerendis ſociis vicinum ſuum Octauium. Decedens Macedonia, priuſquam ſe confiteri candidatum Conſulatus poſſet, repentina morte vitam finiuit, ſuperſtitibus liberis, Octauia maiore, quam ex Ancharia, & Octauia minore, itē Auguſto, quos ex Accia, genita M. Accio, viro Prætorio, & ſorore C. Iulii Cæſaris, Iulia, tulerat. ¶ Notabilis eſt de hoc Octauio inſcriptio vetus, quā habent Fuluii Vrſini Notæ in opera Ciceronis pagina 151. & ſequent.

C. Octavivs F. omnium ſuæ gentis, atque adeo totius nobilitatis Romanæ, luminibus obſtruxit rerum geſtarum & felicitatis magnitudine. Qui per adoptionem C. Cæſaris, maioris auunculi, in gentem Iuliam adſcitus, primum ipſius nomen, deinde Auguſti appellationem ex ſententia Senatus aſſumſit. De hoc quando certatim multi multa memoriæ prodiderunt, eiuſque vita per Suetonium diligentiſſime conſcripta, in omnium manibus verſatur, plura hoc loco dicenda eſſe non arbitror: cum præſertim ſobolem eius, & cum clariſſimis familiis contractam cognationem, ſupra in gente Iulia velut in tabula deſcripſerimus.

Qui ſequuntur, diuerſi opinor generis, & plebeii fuere, quoniam diu non niſi plebeios honores geſſerunt.

M. Octauius, Tribunatu plebis deiectus D C.
per Tib. Gracchum, quod illius actionibus reluctaretur. Meminerunt eius Cicero Officiorum 2. Liuius 58. Appianus 1. Plinius de viris illuſtr. Laudat etiam genus eius dicendi Cicero in Bruto. Qui, inquit, iniuria accepta, fregit Tiberium Gracchum patientia, ciuis in rebus optimis conſtantiſſimus.

M. Octauius Cn. F. tantum auctoritate, dicendoque valuit, vt legem Semproniam frumentariam populi frequentis ſuffragiis abrogauerit. Cicero in Bruto.

Cn. Octauius, Conſul cum C. Scribonio Curione, anno V. C. DCLXXVIII. Hūc opinor eſſe, quem Cicero in Bruto Catoni patri & Catulo filio adiungens, M. filium vocat. De hoc etiam arbitror loqui eundē Finium 2. vbi itidem M. filium & familiarem ſuum appellat, cuius artus, cum magnis cruciatibus obnoxius eſſet, ſæpe quaſi ardentes ſpectarit.

M. Octauius bello ciuili a Pompeio Achaicæ claſſi præpoſitus. Cæſar Commentario 2. Hunc eſſe reor, quem Cicero Appii Pulchri, credo, legatum, Cn. filium vocat, epiſtola ad Appium 4. Bello ciuili C. Antonium, eiuſq; cohortes 15. ad deditionem compulit. Salonas oppugnare conatus, omnes pene copias, quas duxit, amiſit. Oroſius lib. 6. cap. 15. & Cæſar ipſe Commentario 3. Idem bello Africano interfuit, vt habet commentarius 5. Meminit etiam illius commentarius 4. Victo Scipione, poſitis non procul ab Vrica caſtris, a Catone poſtulauit, vt de finibus prouinciæ ſecum conſtitueret. Cui Cato nihil reſpondit, ſed

ad

ad amicos conuerſus: *Quis meretur*, inquit, *rem male geſtam eſſe, cum in ipſa morte cupiditatem dominandi in noſtris hominibus cernitis*. Plutarchus in Catone.

M. Octauius, diuerſus ab illo, refertur a Plutarcho inter duces Antonianos, cum pugnaretur ad Actium.

Octauius, vnus ex ducibus (ita opinor) M. Craſſi, cum quo cæſus eſt. Plutarchus in Craſſo.

¶ L. Octauius Balbus I C. geſſit Conſulatum cum C. Aurelio Cotta anno vrbis conditæ DCLXXIX. vbi a Glareano in eius locum male reponitur L. Torquatus. Laudatur a Cicerone in Oratione pro A. Cluentio dicta. Eundem inducit Cicero in libris de natura Deorum contra Cottam & Velleium Stoicorum partes defendentem. Fit & eius mentio in Verrin. 4.

Octauius Balbus, haud dubie alius, proſcriptus a Triumuiris, dum filium trucidari non ſuſtinet, ipſe cæſus eſt. Valerius 5. capite 7.

L. Octauius quidam, legatus Pompeii bello Piratico. Vide Plutarchum.

M. & L. Octauii, fratres, cognomento Ligures, memorantur Ciceroni in Verrinis.

¶ L. Octauio Naſoni hæres fuit L. Flauius, Prætor. Cicero ad Q. fratrem libro primo.

L. Octauius, deprehenſus in adulterio a C. Menio, neruis contuſus eſt. Valerius 6. capite 1.

P. Octauius, inter proceres gulæ maxime inſignis, ipſo Apitio in licitatione mulli, quem Tiberius Cæſ. vendi iuſſerat, ſuperior. Vide Senecam epiſtolarum 15. Cælium 9. capite 11.

¶ C. Octauius Lænas, curator aquarum ſub Tiberio & Caio quadriennio tantum. Frontinus.

M. Octauius Cn. F. Ædilitatem cum M. Cælio petiit.

¶ Cn. Octauius Ruſo, Prætor ſub C. Mario in Numidia bello Iugurthino, anno V. C. DCXLVII. Saluſtius.

¶ Octauius Sagitta, Trib. pl. Pontiæ amore vecors, ſed tandem ſpretus, eandem ferro tranſuerberat, condemnatus ob id flagitium lege Cornelia de ſicariis. Tacitus libro 13.

¶ Octauius Græcinus, dux Sertorii apud Lauronem. Vide Frontinum libro 2. capite 5.

C. Octauius C. F. Græcinus. Inſcript. antiq. pag. 188.

¶ M. Octauius Marſus, Senator, legatus P. Dolabella Conſulis, ab illo cum legione præmiſſus, quem Cicero Philipp. 11. ſceleratum latronem atque egentem vocat. Periit vna cum Dolabella ſua ipſius manu. Dion 47. Appianus.

¶ M. Octauius Herennius, tibicen primum, inde mercator, Herculis ope, cui decimam vouerat, ditatus, & a prædonibus liberatus, ædem & ſignum Herculi victori ſtatuit. Vide Macrobium Saturnalium 3. capite 6.

Octauius Herſenius, cuius eſt liber de ſacris ſaliaribus Tiburtium. Macrobius Saturnalium 3. capite 12.

¶ C. Octauius Lampadio, Grammaticus, Næuii bellum Punicum, vnico & cõtinenti volumine expoſitum, in 7. libros diuiſit. Tranquillus.

¶ Q. Octauius Auitus, Vergilii furta adnotauit, id quod & Perilius Fauſtinus & Macrobius fecere. Autor Seruius.

¶ Octauius Teucer, Grammaticus. Suetonius.

¶ Q. Octauius Q. F. O. V. F. Victor cũ Sulpitia P. F. Sabina vxore VI. vir. Inſcript. ant. pagina 28.

L. Octauius L. F. Vitulus IIII. vir. Ibid. pagina 189.

M. Octauius Catullus, cum coniuge Domitia Fortunata. pag. 372.

L. Octauius Celer præf. coh. VII. pagina 484. & 465

L. Octauius L. F. Seuerianus. 330.

Octauia Venuſta cum T. Octauio T. L. Læto. 345.

Cn. Octauius Coſmus 324.

C. Octauius Clytus cum vxore Iulia Fort. 282.

L. Octauius Trebeſius Max. 166.

P. Octauius Euprepes. 306.

Octauius præf. claſſis quis? vide Macrobium pag. 197.

Octauius Terminalis. Octauius Felix. Domitius Felix. Pandect. libro decimoquarto titul. 3. l. vlt.

Octauia Quinta. Octauia Iucunda. Inſcript. antiq. pagina centeſima vigeſima quarta.

Octauio reſcribit Philippus A. quinti Codic. titulo ſexageſimotertio, & eidem, vt arbitror, Alexander A. 8. Codic. titulo quadrageſimoquinto.

Octauia Q. F. Secunda, ſibi & Octauia T. F. Gracillæ & Octauiæ Sex. F. Caſinæ nepti Q. Octauio patri æd. II. viro III. Quintia Veltiſæ matri T. Octauio Sex. F. Gracili viro æd. Decemuiro pontif. C. Octauio Rufo fratri æd. II. viro Pont. Sex. Octauio Sex. F. Celſo genero. Citatur Scardeonio pag. 85.

¶ Octavianvs, a Iuliano Imp. Proconſul Africæ factus, cum ad ipſum legatus miſſus eſſet. Ammianus 23.

Octauiana Stratonice, refertur eum Octauiano Alexandro marito Pandect. 30. de legatis & fideicommiſſ. lege trigeſimaquinta.

Octauianæ reſcribunt A A. & CC. 5. Cod. tit. 16.

Octauianæ alii Gordianus Imp. 5. Cod. titulo 37.

¶ Ofellivs, ob frugalitatem, & æquanimitatem in vtraque fortuna, celebratus ab Horatio Serm. 2. Satyr. 2. Meminit Arrianus libro 3. de diſputationibus Epicteti cap. 22.

¶ M. Officialivs, Comœdiarum hiſtrio, cum in ſcena calidiorem potionem in pultario popoſciſſet, repente expirauit, nullo ſentiente rigens, donec accubantium proximus potionem tepeſcere admoneret.

OFFILII.

A. Offilius I. C. auditor Ser. Sulpitii, docuit Q. Ælium Tuberonem. Pomponius Pandect. de orig. iuris. Meminit illius Cicero epiſtolarum decimoſexto, & ad Atticum 13.

Offilius, Trib. mil. promittente in ſeditione militari Cæſare Octauiano coronarum & purpureæ veſtis honores; puerorum ea delinimenta eſſe reſpondit, exercitui agris & pecuniis opus eſſe, non ludicris. Appianus 5.

OGVLINI.

¶ Aliis dicũtur Ogulnii.

Q. & Cn. Ogulini, Trib. pl. anno vrbis conditæ CCCCLIII. rogationem promulgarunt, vt ad 4. Augures, & 5. Pontifices, qui ea tempeſtate erant, 4. Pontifices & 5. Augures ex plebe allegerentur. Liuius lib. decimo. Q. etiam legatus miſſus eſt ad acceſſendum ex Epidauro Æſculapium: in cuius tabernaculum Deus in imagine ſerpentis conſcendit, vt eſt apud Valerium Maximum libri primi capite octauo. Oroſius tradit, id biennio ante Q. Fabium Gurgitem Conſulem, id eſt, an. vrb. cond. CCCCLXI. accidiſſe. Plinio de viris illuſtr. perperam Q. Volumnius dicitur.

Q. Ogulinus, alius ne a ſuperiori, an idem, incertum, miſſus eſt cum aliis quibuſdam ad Ptolemæum regem, idque per tēpus belli Tarentini. Liuius 14. Iuſtinus 18. Valerius lib. 4. capite 3.

M. Ogulinus, legatus anno vrbis conditæ DXLIIII. cum P. Aquilio in Hetturiam ad frumentum coemendum, quod Tarentum portaretur. Liuius 27.

M. Ogulinus Gallus, Prætor ann. V. C. DLXXII. iuriſdictionem vrbanam ſortitus eſt. Liuius initio 40.

¶ Olennivs, Friſiis impoſitus a Tiberio. Comm. Tacitus 4.

M. Olenus Curtianus, adfuit M. Scauro. Aſcon. Pedianus.

OLLII.

Ollii, vt viri docti, meminit Cicero ad Att. 13. epiſt. a fine 3.

T. Ollius, Poppææ Sabinæ pater, amicitia Seiani concidit ſub Tiberio. Tacitus decimotertio.

P. Ollius Tertullianus cum Ollia Tertullia F. memoratur Inſcript. antiquarum pag. 138.

OLYBRII.

Olybrius, præf. vrb. ſub Valentiniano principe, grauiſſimum ſe virum, & calumniarum inſectatorem præſtitit, quemadmodum ſcribit Marcellinus lib. 28. Geſſit & poſtea Conſulatum vna cum D. Auſonio ſub Gratiano Auguſto, anno V. C. MCXXXII. Liberos ex Proba coniuge reliquit, Olybrium, Probum & Probinum, teſte D. Hieronymo.

Olybrius & Probinus, fratres ſimul Cōſulatum geſſerunt, anno vrbis conditæ MCXLVIII. Vxor Olybrio fuit Iuliana, ex qua filiam, Demetriadem nomine, ſuſtulit, ad quam extat epiſtola D. Hieronymi de cuſtodienda virginitate, in qua generis nobilitatem & honores ſic extulit: *Nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda ſunt nomina, & illuſtris Anicii ſanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus eſt, qui non meruerit Conſulatum.* De Olybrio deinde ſubiungens: *Proferendus*, inquit, *Olybrius, virginis noſtræ pater, quem immatura morte ſubtractum Roma congemuit, pius filius, vir amabilis, clemens dominus,* ciuis

ciuis affabilis, Conſul quidem in pueritia, ſed morum bonitate Senator illuſtris. Felix morte ſua, qui non vidit patriam corruentem, imo felicior ſobole, qua Demetriadis proauia nobilitatem inſigniorem reddidit. Hactenus Hieronymus. Extant ad Olybrium & Probinum epiſtolæ Symmachi, commendantis in vtroque liberalium artium & venationis ſtudium. Pomponius Lætus patrem Olybrium & filium confudit, vnum exiſtimans, cui & duos Conſulatus tribuit, ſed manifeſtario errore, vt liquet ex Hieronymo. Cæterum Olybrii & Probini frater, Probus, & ipſe Conſulatu potitus eſt anno V.C. MCLIX. Arcadii principis in eo honore iam VI. repetito collega.

OLYBRIVS, ſuperioris ne an fratrum ipſius nepos, incertum, Conſulatum obiuit vna cum Ruſticio ſub Leone & Seuero AA. anno V.C. MCCXVII. Exactis autem annis 7. etiam imperium obtinuit. Genſerichus enim, Vandalorum rex, cum ſibi a Leone & Anthemio, rerum tunc potientibus, metueret, Olybrio eo tempore potentiſſimo pollicetur, ſi vna conſpiret, imperiũ occidentis & ſimul Placidiam, Valentiniani F. ſe ei daturum. Quod ille ſuſcipiens, tractato ad partes Richimere, apud Leonem perfecit, vt pro Anthemio crearetur Imp. Ita per Richimerem interemto Anthemio, ſuccedit Olybrius. Sed refragante conatibus ipſius diuino numine, 7. imperii mẽſe ex hac vita deceſſit. ¶ Vide Carolum Sigonium de imperio occidentali & Onuphrium Panuinium.

Olybrius iunior, vir clariſſimus, Conſulatum geſſit, & quidem ſolus, anno V.C. MCCXLIIII.

Olybrius, itidem V.C. & ipſe ſolus Cõſulatum adminiſtrauit anno vrbis conditæ MCCLXXIX.

Olybrius Hermogenianus, Conſul ordinarius, & Antia Iuliana, apud Manutium in Orthographia in voce, Fœmina.

Olybrii præfecti mentio fit in agonibus Reginæ & Margaretæ: præterea Olybrii Maximi Inſcript. veterum pag. 337.

¶ Aur. OLYMPIVS Numeſianus, Poeta, gente Afer, patria Carthaginenſis, ſcripſit Bucolica, quæ extant, item Cynegetica & Halieutica, teſte Vopiſco. Plura de illo Petrus Crinitus.

Olympio reſcribunt AA. & CC. 7. Cod. titul. 16.

¶ OLYMPIANO iidem 4. Cod. titul. 52.

¶ ONERIVS Seuerianus, Conſul fuit cum T. Aufidio ſub Hadriano, teſte Vlpiano.

¶ ONESIMAE reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 25.

Oneſimo iidem 5. Cod. tit. 4.

Oneſimo alii Alexander Imp. 4. Cod. titul. 39.

¶ OPHELIVS, Medicus, citatur Plinio libro primo, in nomenclatura libri vigeſimioctaui.

¶ OPHONIVS TIGILLINVS, obſcuris parentibus ortus, fœda pueritia: per quæ vitia cum adoleuiſſet, commendatus Neroni, Præfecturam vigilũ & Prætorii obtinuit. Inde ad crudelitatem & auaritiam conuerſus, multa ſcelera exercuit, impulſo ad omne facinus Nerone. Poſtremo eiuſdem deſertor & proditor. ſub Galba T. Iunii potentia defenſus, cuius filiam ſeruarat, vbi Otho imperium corripuit, flagitatus ad pœnam a populo, cum ſupremæ neceſſitatis nuncium accepiſſet, inter ſtupra concubinarum, ſectis nauacula faucibus, infamem vitam exitu ſero & inhoneſto terminauit. Tacitus decimoſeptimo, Dion Σωφίνιον vocat, opinor mendoſe, & ſub Caio ſtupratam ab illo Agrippinam, ideoq; exilio plexum, ſcribit.

OPILII.

OPILIVS MACRINVS, genere Mauritiſius, homo ſanguinarius & crudelis, primum Præf. præt. fuit Antonini Caracallæ, dein per fraudem illo cæſo, imperium aſſecutus eſt. Sed mox ab Heliogabalo victus acie, cum fugiſſet ad oppidum Bithyniæ Chalcedona, ab inſecutoribus interfectus eſt vna cum Diadumeno F. anno tantum & duobus menſibus rerum potitus. Fit eius mentio cum Præfectis aliis, 9. Cod. tit. 51. Sed & 4. Cod. titulo 28. reſcribitur illĩ vt præf. præt. a Seuero & Antonino principibus.

Opilius Vlpianus, legatus Antonini Auguſti, vt liquet ex 9. Cod. tit. 51.

Opilius. Conſul ſub Valentiniano III. ann. V.C. MCCVI.

Opilius alius, ſub Iuſtino Conſul anno V.C. MCCLXXVII.

OPIMII.

L. Opimius, Quæſtor ſub Attilio Regulo Coſ. anno vrbis conditæ CCCCLIX. cæſus a Samnitibus, cum caſtra per nebulam inuaderent.

Opimia, Veſtalis, ſtupri comperta, viua defoſſa eſt. Liuius 22.

Q Opimius, Conſul ann. V.C. DC. ſubegit tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium oppida, Antipolin & Nicæam, vaſtabant. Liuius 47. Huius Opimii meminit Cic. 2. de Oratore.

L. OPIMIVS, in Prætura Fregellas cepit, quo facto viſus eſt cæteros quoq; Latini nominis ſocios male animatos repreſſiſſe. Idem Conſul poſt repulſam (nam ſuperiori anno Fannius illi per gratiam & commēdationem C. Gracchi prælatus eſt, teſte Plutarcho) an. V.C. DCXXXIII. Fuluiũ Flaccum Conſulatē & C. Gracchũ Tribunitiũ oppreſſit. Ob quam inuidiā poſtea iudicio circumuentus eſt, & in exilium actus. Pedianus ſuper orationem in Piſonem. Non diſſentit his Cicero in Bruto, qui a Gracchanis ducib⁹ lege Manilia ſublatũ ſcribit, cũ antea ſemel a populo abſolutus eſſet, vt eſt apud Liuium lib. 61. Eius monumentũ celeberrimũ in foro, ſepulchrum deſertiſſimũ eſt in littore Dyrrachino, quem virum iniqua iudicii procella peruertit. Cicero pro Seſtio, & in Catilinam. Meminit Valerius lib. 2. c. 3. Saluſtius in Iugurth. De vino Opimiano Velleius volum. priori, Plinius libro 13. c. 4. Petronius Arbiter Satyrico.

Q. Opimius, Senator, damnatus, ac improbe bonis omnibus mulctatus a C. Verre Prætore. Verrinarum 3.

M. Opimius, præfectus equitum Scipionis apud Pompeium, captus a Cæſare. Cæſ. Comm. 3.

Q Opimius, Conſularis (opinor eundē eſſe, qui fuit Conſul ann. V.C. DC.) cum adoleſcens male audiſſet, & feſtiuo homini Egilio, qui videbatur mollior, nec erat, dixiſſet: *Quid tu, Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu & lana? Non pol* (inquit ille) *audeo; nam me ad famoſos vetuit mater accedere*. M. Cicero 2. de Oratore. In hunc haud dubie ſcripti ſunt a Lucilio verſus iſti, quos citat Nonius Marcellus:

Quint⁹ Opimius ille Iugurthini pater huius,
Et formoſus homo fuit, & famoſus vtrumq;
Primo adoleſcēs, poſterius directius ſeſe, &c.

Opimius pauper. Horatius Sermon. 2. Sat. 3.

¶ OPIMIANO reſcribunt AA. & CC. titul. 62.

OPPII.

Oppiorum familia plebeia fuit, & tribus Terentinæ.

¶ Sp. Oppius Cornicē, homo ex plebe, qui Decēuir in carcere obiit, quod Appio Claudio collegæ, liberam puellam in ſeruitutem aſſerenti, opem ferre voluiſſet. Liuius 3. Dionyſius 10.

M. Oppius, dux militum in Auentino monte, cum Decemuirorum tyrannidem abrogatam populus vellet. Dionyſius 11.

C. Oppius, Trib. pl. mox ab abrogato Decemuiratu. Liuius 3.

C. Oppius, alius ab hoc, quippe Trib. pl. anno V. C. DXLI. tulit legem Oppiam in medio ardore belli Pun. ſecundi, ne qua mulier plus ſemiũcia auri haberet, neu veſtimento verſicolore vteretur in vrbe oppidove, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa veheretur. Hæc tandem bello confecto abrogata eſt vigeſimo anno poſtquam lata eſt, cum eam magna contentione tueretur Cato contra L. Valerium Tribunum pleb. Extat vtriuſque oratio apud Liuium Decadis 4. libro 3.

L. Oppius Trib. pl. anno V. C. DLVI. Fors idem eſt, qui Ædilis plebis extitit anno DLXI. Deinde claſſe 30. nauium in Siciliā ducta, factus eſt Prætor in annum DLXIII. tenuitque Sardiniam. Liuius 35. & 36. Sed hunc Liuius Salinatorem vocat.

Oppius Gallos cepit, inquit Euſebius, vbi Carthaginis excidium tradit.

Q. Oppius, Proconſul Aſiæ, coniectus in vincula a Mithradate, rege Ponti, cũ Aquilio legato. Liuius lib. 78. Appianus in Mithradatic.

Cn. Oppius, ſocer Sex. Attilii Serani, qui ad generi pedes ſe abiecit, vt Trib. pl. Ciceronis reuocationem non moraretur. Cicero ad Quirites poſt reditum & pro P. Seſtio.

M. Oppius Pompeianus. Cicero ad Att. 8. Fors idem eſt cum ſeq.

M. Oppius M. F. Terentina, citatur a Cœlio ad Ciceronem Epiſtolarum 8. Vbi Oppiorum tribum Terentinam fuiſſe, indicatur. Hunc defenſum a Cicerone cōtra auctoritatem M. Cottæ, tradit Quintilian⁹ lib. 5. cap. 10. & 13. Obiectum eſt illi, quod de militum cibariis detraxiſſet, quod Cottā dolo appetiuiſſet, quod largiendo corrumpere exercitum voluiſſet. Dion lib. 36. ſcribit, illũ M. Cottæ Quæſtorem fuiſſe. Meminit huius M. Oppii, & fratris, ac vtriuſq; Cicero in oratione, dicta in Senatu poſt reditum, vbi M. Oppium Tribunum plebis fuiſſe

fuiſſe docet, cũ ipſe ab exilio reuocaretur, & quidem fauentem, quanquam offenſum in priuato iudicio.

P. Oppius de genere Lentulorum, cum aſſidue minores parentibus liberi eſſent: In naſcendo, inquit, interimuntur. Sic enim lego locum Fabii lib. 6. cap. 4.

C. Oppivs, vnus ex præcipuis Cæſaris amicis, qui res illius domeſticas & vrbanas vna cum Cornelio Balbo curare ſolebat. Huic Cæſar aliquando ſubita valetudine correpto, cum vi tempeſtatis in cuiuſdam pauperculi caſam compulſus diuertiſſet, cubiculo, quod vnius tantum capax erat, ceſſit, ſimulque cum reliquis ante tugurii fores ſub dio quieuit. Authores Plutarchus & Suetonius. Sunt qui Cõmentarios Cæſaris de bello ciuili ab hoc continuatos velint. Certe Oppius Hiſtoricus etiã a Chariſio adducitur, ſed vt auctor de vita Scipionis & Caſſii.

L. Oppius M. F. commendatur a Cicerone Q. Gallo, Proconſuli Ciliciæ, epiſtolarum 13.

Oppium, ſenectute debilem, & proſcriptum a Triumuiris, M. filius vrbe humeris extulit, factus ob id poſtea Ædilis a populo. Eſtque illi tantum æris collatum ad muneris impẽſam, vt diriſſimus euaſerit, Appianus 4. tantumq; dilectus, vt in campo Martio ſepultus ſit, Dion lib. 48.

¶ Oppius Gallus, cum M. Popiliũ, ſenatorii ordinis virũ, ſummopere ſemper coluiſſet, ab eodem iam morituro ſcurriliter deluſus eſt, præter oſculum & amplexum acceptis anulis, quos hæredibus ipſe præter omnem opinionem exhæres traderet. Vide Valerium Maximum lib. 7. cap. 9.

¶ *C. Oppius Verus, L. Turpilius Priſcus F. Triumuir iuri dicendo, aquam cæleſtem, dilabentem montibus, collectã interciſo aggere per formam, ſua cura factã, in piſcinis repurgatis, longo tempore ceſſantibus, P. R. perduxerunt, Bene L. merentibus* T. Hanc inſcriptionem Volaterranus legi ſcribit apud caſtrum Coræ in Latio.

¶ C. Oppius Capito, Cæſarianus. Neſcio an hic fuerit Caius ille Cæſaris amicus intimus. Scribit Cicero Capitoni & Planco in cauſa Buthrotiorum, quæ epiſtolæ adiunctæ ſunt epiſtolis ad Atticum in calce. De his ipſis Cicero libro 16. ad Att. *Planco & Oppio ſcripſi equidem, quoniam rogaras, ſed ſi tibi videbitur, neceſſe habueris reddere. Cum enim tua cauſa facerent omnia, vereor ne meas literas ſuperuacaneas arbitrentur. Oppio quidem vtique, quem tibi amiciſſimum cognoui. Verum vt voles tu.*

Oppius Capito, vir Prætorius, cui ſcirrus in ventre genitus eſt. Plinius ſeptimi capite 15.

M. Oppius Capito ſub Antonino. Inſcript. ant. pagina 55. & apud Sigonium pagina 147.

Oppius Cares, Grammaticus, docuit ad vltimam ætatem vſque, & cum iam non modo greſſu deficeret, ſed & viſu. Suetonius.

Oppii Velinenſes memorãtur Ciceroni ad Attic. 10. epiſtola 5.

Oppia, virgo Veſtalis, inceſti damnata, viua defoſſa eſt. Liuius 2. Dionyſius in fine 8.

¶ Veſtia Oppia Atellana, Capuæ habitãs, quotidie pro ſalute & victoria P. R. bello Pun. ſecundo ſacrificabat. Liuius 26.

Oppia, M. Mindii vxor. Cicero epiſtolarum decimotertio.

¶ *C. Oppio C. F. Vel. Sabino*, &c. *cur. Viar. Clodiæ, Anniæ, Caſſiæ, Ciminæ, trium Traianarum & Amerinæ*, &c. Georgius Fabr. in ſua Roma, & Inſcript. ant. pagina 154.

Oppius Sabinus, Conſularis, dux Domitiani, a Dacis oppreſſus. Apud Eutropium 9.

C. Oppius C. F. Baſſus, refertur cum honoribus geſtis Inſcript. ant. pag. 153.

C. Oppius, C. libertus Leonas. Ibidem pag. 154. & 156.

Oppia Valeriana. Q. Oppius Conſt. pagina 35.

Oppia C. F. Vera 48.

Oppia Progne. 99.

Saluſtius hiſtoriarum 3. *At Oppius, poſtquam orans nihil proficiebat, timide veſte tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vulſcioque impeditur.* Apud Nonium in voce Pugio. Puto locum pertinere ad Oppium illum, pro quo dixit Cicero.

Citatur Oppii, viri docti, liber dè ſyluęſtribus arboribus apud Macrobium lib. 3. capite 12.

C. Oppio C. F. patri, Rutiliæ Primæ matri. Caßiæ L. F. ſecund. vxori, C. Oppius C. F. T. F. L. P. Oppius C. F. Pollio frater faciund. curauit. Extat Patauii, teſte Scardeo 110.

¶ Oppianvs, ad quem ſcripſit M. Varro. Gellius eius meminit 14. cap. 7.

Oppiani, pater & F. Cilices, Poetæ ambo ſub Seuero & Antonino principibus. Vide Volaterranum. ¶Suidas hæc de Oppiano habet: *Oppianus Cilix, ex vrbe Coryco, Grammaticus & Poeta fuit ſub M. Antonino Imp. Scripſit piſcatoria libris 5. Venatoria libris 4. de Aucupio libros 2. Cuius poemata cum apud Imperatorem recitata eſſent, donatus eſt in ſingulos verſus aureo ſtatere: vt viginti millia aureorum pro omnibus acciperet.* De eodem Sozomenus in præfatione Hiſtor. tripartit. ſed pro Antonino Imp. nominat Seuerum: *Seuerus*, inquit, *pro metrico poemate per verſum aureo vno donans Oppianum, tantum præbuit de largitate miraculum, vt* AVREA CARMINA *Oppiani hactenus apud plurimos nominentur.*

¶C. OPPIANICVS, Eques Rom. municipii Larinatis, homo nefarius & deteſtabilis, fratrem C. Oppianicū, & ſuos ipſius liberos interfecit, venenum cum ſuo priuigno, A. Cluentio, quęreret, deprehenſus, & accuſatus iudici, ad corrumpendum iudicium pecuniam dedit. Vide Ciceronem pro A. Cluentio.

¶Ser. OPPIDIVS, notatur Horatio Sermon. 2. Sat. 3.

¶L. Opiternius Faliſcus, memoratur Liuio lib. 39. vt particeps & auctor coniurationis nefariæ ſub ſpecie ſacrorum Bacchi.

¶OPTATVS, libertus Cæſaris, præfectus claſſis ſub Tib. Claudio principe, ſcaros e Carpathio mari aduectos, inter Oſtieſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit. Ab eo tempore frequentes in Italiæ littore inueniuntur, non ante ibi capti. Plinius 9. capite 17.

Optatus, Martyr vnus ex 18. Cæſarauguſtanis Prudentio.

Optatus, Præf. vrb. Conſtantinopoli paganus ſub Arcadio, Hiſtoriæ Tripartitæ libro 10. cap. 17. crudelis in ſtudioſos Chryſoſtomi, Nicephorus lib. 13. capite 24.

Optatus, tempore Auguſtini, de quo libro primo contra litteras Petiliani: *Omitto*, inquit, *& ſub vno Optato Gildoniano decennalem totius Africæ gemitum*, &c. Videtur fuiſſe Donatiſta, Gildoni deditus.

Optato reſcribit Antoninus A. 8. Cod. titul. 17.

¶P. ORBIVS, æqualis Ciceronis, auditor in iure T. Iuuentii, magiſtro non inferior. Cicero in Bruto. Meminit eiuſdem pro L. Flacco, vt aliquando Prætoris Aſiæ.

¶ORBILIVS Beneuentanus, Grammaticus eximius, diu profeſſus eſt in patria. Quinquageſimo demum anno in vrbem ſe contulit, docuitque magna nominis ſui fama, homo acerbus & plagoſus, vt vocat eum Horatius aliquando ipſius auditor. Nec principum quidem virorum inſectatione abſtinuit. Nam ignotus adhuc cum in frequenti iudicio teſtimonium diceret, interrogatus a Varrone Muræna, diuerſæ partis aduocato, quidnam ageret, & quo artificio vteretur? gibberoſos ſe de ſole in vmbram transferre dixit, Murænam vt gibberem notans. Vixit prope ad centeſimum ætatis annum, amiſſa iam pridem memoria. Reliquit filium Orbilium, & ipſum profeſſorem Grammaticum. Hæc & plura Suetonius Tranquillus. Meminit Macrobius lib. 2. Saturnal. ſed vt pro Varrone Muræna notato nominet Galbam.

¶C. ORCHIVS, Trib. pl. tertio ante anno, quam Cato Cenſor fieret, legem tulit de Senatus ſententia, quæ dicta eſt Orchia, qua præſcribebatur numerus conuiuarū. Macrobius lib. Saturnalium 3.

¶C. Orchinius, collega Ciceronis in Tribunatu plebis, teſte Cicerone ipſo in oratione pro Cluentio, vbi meminit & legis de peculatu, ab eodem latæ.

¶M. ORFIVS, Eques Rom. & in exercitu Tribunus mil. Cicero ad Q. fratrem libro 2. epiſtola antepenultima.

¶ORIGENI reſcribit Gordianus Imp. 5. Cod. tit. 16.

¶ORPHIDIVS Benignus, legatus Othonis Imp. cæſus eſt in pugna Bebriacēſi. Cornelius Tacitus lib. 18.

¶ORPHITO reſcribit Conſtantinus 7. Cod. tit. 37.

¶OSCVS, citatur Senecæ inter declamatores ſui ſeculi. Solitus erat non incommode dicere, ſed ſibi nocebat, cum nihil ſine ſchemate dicere vellet. Itaque non inurbane Pacatus Rhetor, cū illi Maſſiliæ mane occurriſſet, ſchemate illum ſalutauit: *poteram*, inquit, *dicere Aue Oſce*. Seneca procœmio lib. 10. Controuerſiarum.

Oſcus, libertus Othonis Imp. Tacitus 18.

¶OTHONIS, neſcio cuius familiæ, meminit Cicero ad Att. 12.

OTACILII.

M. Otacilius Craſſus, Conſul an. V. C. CCCCLXXXX. cum M. Valerio collega, res magnas

magnas in Sicilia contra Carthaginenſes geſſit. Potitus eſt eodem magiſtratu an. 17. poſt, teſte A. Gellio & tabulis Capitolinis.

T. Otacilius Craſſus, Conſulatum adminiſtrauit cum L. Valerio anno V. C. CCCCXCII. autore Polybio.

T. OTACILIVS CRASSVS, Prætor & Proprætor bello Pun. 2. per complures annos non malam operã reipub. nauauit, aliquoties in Africam claſſe transuectus, multaq; cum præda, facta agrorum populatione, reuerſus. In petitione tamen Conſulatus Q. Fab. Maximus minorẽ habuit, quam cui in tanto ardore belli tuto reſpub. committi poſſet. Quamobrem honore, quem iam illi iuniorum prærogatiua decreuerat, deiectus eſt. Extat oratio diſſuadentis Fabii apud Liuium 24. Interiecto quadriennio Conſul iterum a iunioribus nominatus, interpellante comitia Manlio, qui vna lectus erat, ſimilem repulſam paſſus eſt, ſed abſens & ignarus ac perfectis quidem comitiis, mortuum eum in Sicilia nunciatum eſt. Idem cum Fabio Max. cuius ſororis filiam vxorem habebat, aliquando Duumuir creatus, Menti ædem dedicauit, vti Fabius Erycinæ Veneri. Habebat & Pontificatus ſacerdotium. Deceſſit belli Pun. 2. anno 9. Hæc Liuius eius belli lib. 2. 3. 4. 5. & 6.

Otacilius Craſſus, dux Pompeianus in bello ciuili, Lyſſi præfuit: vbi deditos ſibi 200. tirones Cæſaris, contra datam fidem iugulauit omnes. Cæſar cõment. 3. Hunc eſſe reor Craſſum illum, cuius meminit Plutarchus in vita Catonis, vtpote fugientis ex Africa, victo Scipione.

¶ Otacilia Laterenſis, priuato iudicio calumniæ damnata a C. Aquilio Iuriſconſulto. Valerius Max. 8. cap. 2.

¶ Cn. Otacilius Naſo, familiaris Ciceronis, commendatur ab eo Acilio Proconſuli, epiſtolarum 13.

¶ M. OTACILIVS PITHOLAVS, maledicis carminib. C. Cæſarem inſectatus eſt, quod ille ciuili animo tulit. Meminit eius iocorum Macrobius. Tranquillus in de claris Rhetorib. L. Otacilium Pilitũ vocat, ac ſeruum fuiſſe, deinde ob ingeniũ manumiſſum ſcribit. Docuit Pomp. Magnum, ac primus libertinorũ, teſte Corn. Nepote, hiſtoriã ſcribere exorſus eſt, non niſi ab honeſtiſſimo quoq; ſcribi ante ſolitam, vt Suetonius ibidem. Meminit Chronol. Euſebii ad Olympiad. 174.

Otacilium notat Martialis 10.

¶ M. Otacilius Fortunatus, cum Otacilia coniuge, refertur in mem. Helueticis apud Ioannem Stumpfium in opere Chronico, noſtratum inſcript. pag. 529.

L. Otacilius Fortunatus, cum Otacilia coniuge, memoratur antiquitatũ Rom. pag. 247.

¶ Otacilius Catullus, nominatur a Celſo Pand. 31. de legat. & fideicommiſſis.

Otaciliæ reſcribit Alexand. Imp. 5. Cod. tit. 31.

¶ OVIVS, ſynchronus Ciceronis memoratur illi epiſtolarum ad Att. lib. 16. ¶ Ouii ab oue dicti.

Ouia vxor, vt opinor, C. Lollii, refertur Ciceroni ad Att. 12. *Ouiæ C. Lollii curanda ſunt HS. C. Negat Eros, poſſe ſine me‿. Credo* &c.

OVIDII.

P. OVIDIVS NASO, Poeta, Sulmonenſis patria, vt ipſe de ſe teſtatur, & Eques Rom. natus eſt Hirtio & Panſa Coſſ. Inſtitutus Latinis literis, patris iuſſu, ad Oratoriam facultatem ſe dedit, a quo tamen inſtituto, poſtea, factus arbitrii ſui, reſiluit, totoque pectore Poeticam, cui natus videbatur, amplexus eſt. Scripſit complura poemata vulgo nota, ex quibus dolendum eſt interiiſſe opus Halienticõn, Medeam, & 6. libros Faſtorum poſteriores. Vxorem habuit, poſt vnam & alteram repudiatam, Fabiam Petillam, forma & integritate morum præſtantem. Suſtulit & filiam, ex qua bis auus factus eſt. Relegatus demum ab Auguſto Cæſare Tomos in Pontum, ibidem deceſſit anno principatus Tiberii 5. exilii ſui 9. in quem annum ſcriptores & Liuii & Germanici Cæſaris obitum conferunt. Seneca declam. libro 2. declam. 2. ſcribit, ſe vidiſſe Ouidium declamantem apud Rhetorem Arellium Fuſcum, cuius auditor fuerit, vt Latronis admirator, habitumq; declamatorẽ bonum, verbis minime licenter vſum, niſi in carmine, in quo non ignorarit vitia ſua, ſed amarit. Rogatum enim aliquando ab amicis, vt tolleret tres verſus, illo contra tres excipiente, cum vtrique ſuos deſcripſiſſent, repertos eſſe eoſdem. Ex quo apparuit, vt inquit idem Seneca, ſummi ingenii viro iudicium non defuiſſe ad compeſcendam licentiam carminum ſuorum, ſed animum, cum interim & hoc dictum vſurparet, decentiorem faciem eſſe, in qua næuus aliquis eſſet.

Generum reliquit Cornelium Fidum.

¶ Monumentum Ouidii etiamnum extare legimus in recenti Laurentii Mulleri hiſtoria. Verſus epitaphii ita ſe habent:

Hic ſitus eſt vates, quem diui Cæſaris ira
Auguſti Latia cedere juſſit humo.
Sæpe miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtra: hunc illi fata dedêre locum.

Natalem Ouidii celebrat Martialis lib. 9.

Q. Ouidius, apud Martialem celebratur lib. 7. & 10. vt amicus Cæſonii Maximi, & in amicitia fidus & conſtans. Celebratur & illius natalis, quæ Calendæ Apriles fuere, lib. 1.

Ouidius, cum Valeriana F. & Antiocho actore, ſeu villico ſuo refertur Paulo IC. Pand. 32. de legatis & fideicommiſſis l. 95.

OVINII.

¶ Ouinia lege ſancitum eſt, vt Cenſores ex omni ordine optimum quenq; curiatim in Senatum legerent. Quo factum eſt, vt qui præteriti eſſent, & loco moti, haberẽtur ignominioſi. Nam antea præteriti Senatores in opprobrio non erant, cum vt ante Reges ſibi legebant ſublegebantque, quos in conſilio publico haberent, ita poſt exactos eos Conſules quoq; & Trib. mil. conſulari poteſtate coniunctiſſimos ſibi quosq; Patriciorum & deinde plebeiorũ legebant Fragmentum Sex. Pompeii pag. 56. & Pauli epitome lib. 14.

Q. Ouinius, quod lanificio textrinæq; reginæ Cleopatræ Senator P.R. præeſſe non erubuiſſet, ab Auguſto Cæſ punitus eſt. Oroſius 6. cap. 19. Eutrop. 7.

Ouinio reſcribunt Seuerus & Antoninus 8. Cod. tit. 51.

¶ Ouinius Camillus, Senator antiquæ familiæ ſub Alex. Imp. qui rebellionẽ moliẽti nõ modo pepercit, ſed gratias inſuper egit, quod curam reipub. quæ recuſantibus bonis imponeretur, ſponte reciperet. Hæc & plura de Alexandri erga Ouinium humanitate Lampridius.

¶ L. Ouinius L. F. Ruſticus Cornelianus, Conſul deſig. (quem tamen honorem morte præuẽtus, vt colligi datur, non iniit) refertur vna cũ filia Ruſtica Ouinia Corneliana in memoriis antiquis Hiſpaniæ Tarraconenſis pag. 14.

¶ Ouinius Paternus, Conſul & collega Claudii II. an. V.C. M.XXI. & iterum cum Probo anno 10. poſt. præf. item vrbi ſub eodem.

Ouinius Pacatianus, præfectus vrb. ſub Tacito & Probo.

¶ Ouinius Gallicanus, præfectus vrb. ſub Conſtantino, & Conſul ſub eodem anno V.C. M.LXIX.

Ouinius, Vatinii libertus, roganti Ciceroni de valetudine patroni, recte ne omnia? cum reſpondiſſet, Recte: tum Cicero, ergo mortuus, inquit. Quintilianus 6. cap. 4.

P.

PACATÆ reſcribit Alexander A. 8. Cod. tit. 28.

¶ PACATIANO Antoninus A. 7. Cod. tit. 52.

PACCII.

Paccius Orphitus, honore primi pili perfunctus, præſidiorum curam accepit a Corbulone in Syria. Tacitus 13. & 15.

¶ Paccius Africanus, proturbatus a Senatu poſt interitum Vitellii, tanquã Neroni Scribonianos fratres, concordia opibusq; inſignes, ad exitiũ monſtraſſet, eam inuidiam, cõuerſus in Vibium Criſpum, cuius interrogationib. fatigabatur, miſcẽdo quæ defendere nequibat, ſocietate culpæ declinauit. Cornelius Tacitus lib. 20.

Paccius, diues & orbus, citatur Iuuenali Satyra 12.

¶ *A. Paccio Ruſo Aed. Q. II. vir Scirtus Aug. lib ſodali ſuo F. homini ſanctiſſimo.* Hæc inſcriptio extat in muſeo Io. Franciſci Caraffæ, citante Fabricio in caſtigat. Terent.

Pacciæ Cæſiæ lib. benemerit. Paccia Floria. Hæc inſcriptio extat Iaderæ Inſcr. ant. pag. 262.

¶ Paccio Rogatiano epiſtolam ſcriptam a Q. Cæcilio Candido ſubiicit Scæuola Pand. 16. tit. depoſiti vel cõtra. In quibuſdã tamen libris legitur Pacatius Rogatianus.

¶ PACCIANVS, a Sylla in Africam miſſus contra Sertorium, ad liberandũ obſidione Aſcalium, a Sertorio victus & occiſus eſt. Plutar. in Sertorio, apud quem tamen legitur Πακκιανὸς, ſed opinor mendoſe.

C. Paccianus, captiuus ex M. Craſſi exercitu, quod ipſi Craſſo perſimilis foret, à Parthis ſub perſona Craſſi, velut Rom. Imperator, irriſus eſt. Plutar. in Craſſo.

¶ PACI-

¶ Pacidii fratres, Pompeianarum partium, in Africa ſub Scipione militarunt; quorum alter in eo bello apud Tegeam periit. Hirtius comm. 5.

PACONII.

T. Paconius, Eques Rom. citatur Ciceroni pro Milone.

Paconius quidam, vt imperitior in magnis ponderibus transferendis, notatur a Vitruuio lib. 10. cap. 6.

¶ Paconius Agrippinus, cuius pater M. Paconius, vt Tacitus lib. 3. Suetonius in Tiberio. innocens eiusdem Tiberii ſæuitia conciderat, ſub Nerone, vt paterni in principes odii hæres, & Thraſeæ familiaris, Italia pellitur. Tacitus 16. apud quem etiam Ragonius appellatur. ¶ De eodem Arrianus lib. 1. de Epicteti diſputationibus, item Stobæus, quem locum aſcribere placuit: *Agrippinus*, inquit, *ob hoc laude dignus eſt, quod cum vir eſſet præſtantiſſimus, nunquam ipſe ſeſe laudauit: ſed & cum ab alio laudabatur, erubeſcebat. Is vir talis erat, vt ſemper aduerſæ rei, quæ ipſi accidiſſet, laudationem conſcriberet* &c.

Paconio reſcribitur ab Alexandro A. 5. Cod. tit. 37.

Paconius quidam, a Cypriano pro fratre agnoſcitur epiſt. 11.

¶ Pactvleivs Magnus, vir Conſularis, occiſus ſub Commodo, teſte Lampridio. Filiam habuit Pactuleiam Magnam, vt liquet ex Pand. 28. de hæred. inſtituen. 92.

Pactuleius Androſthenes, haud dubie libertus Magni, citatur ibidem.

¶ Pactvmeio reſcribunt Valerian. & Gall. AA. & Val. Cæſ 2. Cod. de pactis.

Pactumeiæ AA. & CC. 4. Cod. de condictione indebiti.

PACVVII.

M. Pacvvivs, poeta Tragicus, natus ſorore Q. Ennii, floruit Romæ Scipionis Æmiliani temporibus, vbi & picturam exercuit, & fabulas docuit. Plinius pinxiſſe ædem Herculis in foro Boario tradit lib. 35. cap. 4. Fabulæ eius citantur multæ apud Nonium Marcellum, Sex. Pompeium & Petrum Crinitũ; nam Macrobius Medeæ tantum meminit. Deceſſit nonagenarius, cum Tarentum ſe recepiſſet, vt ſcribit Euſebius. Ipſe ſibi epitaphium condidit ſingularis verecundiæ & modeſtiæ. Id extat apud Gellium. Laudatur Pacuuius ab ingenio & doctrina, a dicendi genere, a grauitate ſententiarum, verborum pondere & auctoritate perſonarum, M. Varroni, Ciceroni, Horatio Poetæ & Quintiliano lib. 10. Fragmenta eius, e bonis auctorib. a Roberto Stephano excerpta, vulgauit Henricus Stephanus.

M. & Q. Pacuuii, fratres, ſubſcripſerunt in M. Æmilium Scaurum, defendente illum Cicerone. Aſcon. Pedianus.

¶ Sex. Pacuuius Taurus, Ædilis pl. memoratur a Plinio lib. 34. cap. 5.

Sex. Pacuuius Taurus, cum munus ab Auguſto peteret, diceretque, rumore ſparſum, pecuniam haud paruam ipſi a Cæſare datam; *Sed tu*, inquit Cæſar, *noli credere*. Idem Tribunus pl. tulit ad populum, vt menſis Sextilis Auguſtus vocaretur, eſtque eo nomine plebiſcitum factum; vt ſcribit Macrobius 1. cap. 11. Factum eius in adulando Auguſto, dum illi diuinos honores tribuens ſacrificat, & ſimul illum cum filio dicit hæredem ex æquo ſe relinquere, non quod quicquam haberet, ſed quod accipere vellet, pete ex Dionis lib. 53.

¶ Pacuuius Labeo, ad quem ſcripta epiſtola Aſinii Capitonis citatur apud A. Gellium in fine lib. 5.

Pacuuius, legatus Cn. Sentii in Syria, mortuo Germanico ſub Tiberio. De hoc arbitror loqui Senecam: *Pacuuius, qui Syriam vſu ſuam fecit, cum vino & illis funereis epulis ſe ſepeliſſet, quaſi ſibi parentauerit, ſic in cubiculum ferebatur a cœna, vt inter plauſus exoletorum hoc ad ſymphoniam caneretur: Βεβίωκε βεβίωκε, nullo non ſe die extulit.* Locus eſt epiſtola 12.

¶ Pacuuius Hiſter, vir improbus & libidinoſus, notatur Iuuenali Satyra 2. & 12. vt auarus captator.

¶ Pacuuius Clemens IC. cuius meminit Pomponius Pand. 40. de ſtatu liberis.

Pacuuiæ Licinianæ reſcripſit D. Pius Pand. 36. vt in poſ. leg. ſeu fideicom. &c.

Pacuuius Fronto, memoratur in antiquis inſcript. pag. 341.

¶ Palfvrivs Sura, cauſidicus & Orator, quod Vitellianus eſſet, a Domitiano Senatu motus eſt.

PALLADII.

Palladius, Conſul anno vrbis conditæ M. C L X I X. Theodoſii iunioris in ſeptimo Conſulatu collega Præfectus vrbis ſub eodem principe, deinde Præfectus præt. ſub Martiano & Valentiniano.

Palladio reſcribitur ab AA. & CC. 7. Cod. tir. 16.

Palladius, curſor velociſſimus, de quo eſt apophthegma, latiſſimā Romanorum rempubl. per illum modicam & paruam reddi. Hiſt. Trip. 11. cap. 5.

Palladius, Palladii F. Sophiſta, natus ſub Conſtantino Imp. ſcripſit de Romanorum feſtis, item diſputationes & orationes diuerſas. Suidas.

Palladius, diſcipulus Euagoræ, ſcripſit vitas Monachorum. Hiſt. Tripart. 8. cap. 1.

¶ Palmatius, Conſul, cum vxore & liberis memoratur inter ſanctos. Paſſus eſt ſub Alexandro Imp. 6. Idus Maii.

¶ PAMMACHIVS, Paulinæ, *Paulæ* F. maritus, vxore mortua, Monachi propoſitum ſuſcepit, iuuenis doctus & nobilis, vtpote pronepos Conſulum, & Furiani germinis decus. Hieronymus.

Pammachio, viro Senatorio, Præfecto in parte Numidiæ, ſcribit D. Auguſtinus.

¶ *PAMPHILO* reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. de condictione indebiti.

¶ *PAMPREPIVS*, heroici carminis *Poeta* temporibus Zenonis Imp. De hoc multa Suidas.

¶ *PANCRATIVS*, *Præfectus* vrbis ſub Valentiniano

Pancratius, Sophiſta, de quo Suidas.

¶ *PANHELLENIO*, Conſulari Libyæ, reſcribitur a Gratiano, Valentin. & Theodoſ. 10. Cod. tit. 11.

¶ M. *PANSIVS*, cum D. *Panſio* F. & vxore Iulia Decimina, & eiuſdem nominis filia, refertur Inſcript. ant. pag. 503.

¶ *PANTHAGATHVS*, refertur inter Conſulares ſub Valentiniano III.

¶ *PANTHERA*, familiaris C. Antonii, Ciceronis collegæ. Q. fr. in de petendo Conſulatu.

PAPII.

Papius, legem tulit de iis, qui ciuitatem vſurparent, cum ciues non eſſent, qua lege damnatus eſt pater M. *Perpennæ* eius, qui an. V. C. DCXXIII. Conſul fuit. Meminit eius legis Cicero in Corneliana, & Valerius lib. 3. cap. 4.

C. *Papius* Trib. pl. an. V. C. DCLXXXIX. biennio antequā Cicero Conſulatu fungeretur, legē tulit, ne quis peregrinus in vrbe eſſet. De hoc loquitur Cic. off. 3. & in orat. pro Archia, & in prima contra Rullum. Sic emendationum 1. Carolus Sigonius.

C. Papius C. F. qui & T. Annius Milo, Ciceroni amiciſſimus, dictus eſt in Anniis.

¶ C. *Papius* Mutilus, dux in bello ſociali contra Romanos. Appianus 1.

M. *Papius* Mutilus, Conſul ſuffectus cū Q. *Poppæo* Secundo an. V. C. DCCLXI. circa extrema tempora principatus Auguſti, qui in illorum magiſtratu legem tulit, quæ ab ipſis lex *Papia Poppæa* dicta eſt, incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario. Tacitus lib. 3. & Dion 56. qui tamen eo in loco modice mendoſus eſt, *Publium*, qui *Poppæus* eſt, vocans.

¶ *Papius* Fauſtus, occiſus a Seuero Imp. Spartianus.

L. *Papius* L. F. L. N. *Pollio*, refertur in vetuſta & eleganti inſcriptione pag. 105.

Papiæ reſcribitur ab Alexandro Imp. 4. Cod. tit. 55.

Papio ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 35.

PAPINII.

Sex. *Papinius* Allenius, nouiſſimis Auguſti temporibus primus in Italiam attulit tuberes & zizipha mala, ſed hæc ex Syria, illa ex Africa, teſte Plinio lib. 15. cap. 14. quem Conſulem ſe vidiſſe ſcribit. Fuit autem Conſul ſub Tiberio anno vrbis cond: DCCLXXXVIII. De hoc extat inſcriptio *Patauii* in monaſterio S. Iuſtinæ: *Sex. Papinio Q. F. Allenio Trib. mil. Q. leg. Tib. Cæſaris Aug. Tr. pl. pr. leg. Tib. Cæs. Aug. Propr. Cos.* XV. *vir. Sacr. fac.* DD. Inſcript. ant. pag. 336.

¶ Sex. *Papinio* Iſtro L. *Pediano* Coſſ. bubo Capitolii ſellam intrauit: propter quod eo anno vrbs luſtrata eſt. *Plinius* 10. cap. 12.

Sex. *Papinius*, Conſularis viri F. vna cum multis Equitibus Rom. & Senatoribus a C. Cæſare flagellis cæſus eſt, vt habet Seneca de ira lib. 3. Fors hic fuit præfectus ille ſtipatorum corporis ipſius, cuius meminit Ioſeph. lib. 19. cap. 1.

¶ STATIVS *PAPINIVS*, *Poeta*, *Papinio* patre, & ipſo *Poeta*, matre Agillina prognatus, Domitiano Imp. gratiſſimus fuit. *Plura* de illo Crinitus & Gyraldus.

¶ *PAPINIANVS* IC. Serbidium Scæuolam audiuit, ad id faſtigii in ea profeſſione euectus, vt iuris aſylum, & doctrinæ legalis theſaurus appellatus ſit. Seuerus princeps, quod ſummopere virum probaret, *Præfectum* præt. fecit, eique moriens liberos ſuos commendauit. Interemptus eſt ab Antonino Caracalla, quod parricidiū

ipſius excuſare nollet. Periit cum patre fi-
lius quoq;, qui Quęſtor ante triduum opu-
lentum munus ediderat, vt ſcribit Lampri-
dius. Libros reliquit quæſtionum 37. re-
ſponſionum 19. Definitionum 2. lib. ſin-
gulares de adulteriis & [illegible]. Romæ de
ipſo in vrna argentea hæc inſcriptio inuēta
eſt: *Aemilio Paulo Papiniano Præf. præt. Iu-
riſconſulto, qui vixit annis* XXXVI. *dies* X. M. 3.
*Papinianus Hoſtilius, Eugenia Gracilis, turba-
to ordine in ſenio heu parentes fecerunt filio
optimo.* Inſcript. ant. pag. 238. ¶ Fra-
gmento reſponſorum eius, quod debemus
Iac. Cuiacio, dicitur Papianus.

Papiniano reſcribitur ab AA. & CC. 4.
Cod. tit. 56.

PAPYRII.

Papyrii erant Patricii minorum gen-
tium, primum Papyſii dicti, vt docet Cice-
ro Epiſtolarum 9. Nomen per i Latinum
ſcribendum cenſet Manutius. ¶ De pro-
uerbio, Vapula Papyria, in eos, quorum
minæ contemnuntur, Fragment. Sex.
Pompeii pag. 194.

C. Papyrius, citatur Dionyſio vt Ponti-
fex, qui pulſis Regib. ſacra omnia inſtaura-
rit, lib. 3. Pedianus M. Papyrium vocat, Li-
uius libro 3. Q. Furium, alii Sextum, alii
Manium.

Sex. Papyrius, Iuriſperitus, leges regias
in vnum collegit, quod inde ius Papyrianū
vocatum eſt. Vixit ſub Tarquinio Super-
bo. *P*omponius *P*and. de orig. iuris. Rutilius
cum ſequente eundem facit.

Manius *P*apyrius, primus poſt exactos
reges rex ſacrificulus creatus eſt, vir ex *P*a-
triciis quietis ſtudioſus. Dionyſius initio 5.

311. & ¶ L. Papyrius Mugillanus, bis Conſul, &
325. Cenſor eo anno, quo primū is magiſtratus
¶Mugillani inſtitutus eſt, V. C. CCCXII. Fuit & Trib.
populi citi- militū Conſulati poteſtate an. CCCXXXIII.
tur Diony- Interrex *P*atres & Tribunos pleb. obiur-
ſio lib. 8. pa- gans, quod domi ſeditiones agitarent, pe-
gina 375. riclitante foris republica, contentiones
eorum ordinum & certamina diſcuſſit.
Vide Liuium lib. 4.

337. & M. *P*apyrius Mugillanus, fors fr. aut F.
339. Trib. mil. Conſul. poteſt. bis fuit, & Con-
ſul ann. CCCXLIIII. In Liuio non Mugilla-
ni, ſed Attatini cognomen eſt, ſed mendo-
ſe, vt arbitror.

¶ M. *P*apyrius Craſſus, Conſul an. V. C.
CCCXIIII. cū ludi a X. viris, per ſeceſſionē ple-
bis a *P*atrib. ex S. C. voti facti ſunt. Liuius 4.

L. *P*apyrius Craſſus, M. fortaſſe fr. Con-
ſul anno V. C. CCCXIX. & iterum CCCXXV.

M. *P*apyrius Craſſus, vrbe a Gallis capta,
cuidam ex barbaris, barbam ſuam permul-
centi, ſcipionem eburneum in caput illiſit, 365.
qua ex re mota ira, cædis ab illo initium fa-
ctum eſt. Liuius 5. Valerius hunc non *P*a-
pyrium ſed Atilium vocat.

C. *P*apyrius Craſſus, Tribunus mil. Con-
ſulati poteſt. quo anno M. Manlius e ſaxo
Tarpeio deiectus eſt. anno videlicet V. C.
CCCLXXI.

L. *P*apyrius Craſſus, Trib. mil. Conſula-
ri poteſtate, an. V. C. CCCLXXXVI.

M. *P*apyrius Craſſus, vnus ex V. viris
menſariis qui ob rem foenebrē creati ſunt,
anno vrbis cond. CCCCIII. Idem poſtea
Dictator anno CCCCXX. ob famam belli
Gallici dictus eſt. Liuius 8.

L. *P*apyrius Craſſus, primus *P*apyſius vo-
cari deſiit. Cicero epiſtolarum 9. *P*rætor
fuit ann. V. C. CCCCXV. Dictator eodem
tempore a Conſule Manlio ſalutatus, ob
Antiates, qui in agrū Hoſtienſem, Ardea-
tem, Solonium excurſiones fecerant, ipſe
M. equitū L. *P*apyrium Curſorē dixit. Ni-
hil tamē ab eo memorabile geſtū eſt, cum
aliquot menſes ſtatiua in agro Antiati ha-
buiſſet. Conſul an. V. C. CCCCXIX. Auſones
& Sidicinos prælio fudit. Iterum Cos. ann.
CCCCXXII. contra *P*riuernates bellū geſſit.
Demum ipſe vel ſane F. Mag. equ. dictus a
L. *P*apyrio Curſore Dictatore an. CCCCXXX.
cum ille Q. Fabium remouiſſet.

Sp. & L. *P*apyrii, Tribuni mil. Conſ. po-
teſt. anno V. C. CCCLXXII. Sp. etiam ite-
rum anno CCCLXXV. Etſi in Liuio *P.* præ-
nomen eſt.

¶ L. Papyrius Curſor, Trib. mil. Conſ.
poteſtate anno V. C. CCCLXVIII. & iterum
biennio poſt. Liuius 6. Hic autē pater fuit,
qui Cenſor, mortuo collega C. Iulio, ne
magiſtratu abiret, M. Cornelium Malu-
ginenſem ſubrogauit, quod poſtea reli-
gioni fuit, eo luſtro vrbe a Gallis capta. Li-
uius 5.

L. PAPYRIVS CVRSOR, ſuperioris,
vt opinor, F. M. equitum fuit Dictatori L.
*P*apyrio Craſſo, ann. V. C. CCCCXV. Inde
Conſulatus quinque, Dictaturas 2. geſſit.
Q. Fabium M. Equitum, quod contra im-
perium in hoſtem pugnaſſet, pene ſecuri
percuſſit. Ter Samnites vicit, ter de iiſdem
triumphauit: vir animi vigore & corporis
viribus excellens, cibi viniq; capaciſſimus,

præcipua pedum pernicitate, autoritatis in imperio tam apud ſocios, quam apud ciues ingentis. Prætorem Prænestinum, qui per timorem ſegnius ex ſubſidiis ſuos duxerat in primam aciem, cum ad ſe vocari iuſſiſſet, Age, inquit, lictor, ſecures expedi. Ad quam vocem exanimato Prætore, incommodam ambulantibus radicem exſcindi iuſſit, perfuſumque vltimi ſupplicii metu Prætorem multa dicta dimiſit. Liuius 8. & 9. Plinius de viris illuſtribus

L. Papyrius Curſor F. Conſul an. V. C. CCCCLX. Samnites inclyta pugna vicit, victoriamq; de iis quantam nemo ad eam diem præter patrem retulit. Triumphauit in magiſtratu. Proximo anno Prætor, & interiectis 20. annis iterum Conſul, eundem collegã habuit, quem in priori Conſulatu, Sp. Caruilium Maximum.

Sp. Papyrius, L. huius ex fratre nepos, armillis aureisq; coronis ab eodẽ imperatore donatus eſt, ob nauatam ſtrenue & in prælio, & in nocte, qua fugam hoſtibus infeſtam fecit, operam. Liuius in fine 10.

¶ L. Papyrius Maſſo, Ædilitius, a quo Maſſones. Cicero epiſtol. lib. 9.

C. Papyrius Maſſo C. F. Pontifex obiit anno belli Pun. ſecundi 6. V. C. DXLI. Conſul fuit ann. DXXIII. Liuius 5. Primus in Albano monte de Corſis triumphauit. Valerius 3. capite 6. Plinius decimiquinti capite 23.

Papyria, eius, qui in Albano monte triumphauit F. nupſit Æmilio Paulo, Africani mater, repudiata tamen a marito.

C. Papyrius Maſſo, Decemuir ſacrorum.

L. Papyrius Maſſo, Prætor ann. V. C. DLXXVIII. vrbanam prouinciam tenuit. Liuis Decadis 5. libro 1. Fortaſſis hic eſt, quem Maſurius ſcripſit, ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, cum mater partum ſe 13. menſibus tuliſſe, diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum ei videretur. Plinius 7. cap. 5. Gellius tertii capite 16.

¶ Papyrius, Prætextatus puer, matrem, curiæ ſecreta violentius percontantem, feſtiuo commento eluſit. Vide A. Gellium 1. cap. 23. & Macrob. 1.

L. Papyrius, fœnerator, cum C. Publilium, quem ob æs alienum paternum, nexum habebat, renuentem ſtuprum verberibus afficeret, iuuenis in publicum ſe proripiens, quiritatione tumultum exciuit, effecitque, vti Conſules ad populum ferrent, ne quis in poſterum ob creditam pecuniam necteretur. Liuius 8.

¶ C. Papyrius Balbus, conſul anno vrbis cond. DCXXXIIII.

Sex. Papyrius I. C. auditor Q. Mutij. Pan. de origine viris.

Q. Papyrius, Tribunus pl. legem tulit, quæ vetat, iniuſſu populi ædes, terram, aram conſecrare. Cicero pro domo ſua ad Pontifices.

L. Papyrius Eques Rom. Cicero in Verrinis.

M. Papyrius, quem lucem patriciæ dignitatis vocat Portius Latro in declamatione contra Catilinam, cæſus eſt a P. Clodio in via Appia. Cicero pro Milone. Opinor hunc eundem eſſe, quem in oratione pro domo ſua Sex. Clodiu fratrem vocat.

¶ P. Pætus (forte Papyrius) in Conſulatus petitione accuſatus a L. Torquato, eo honore excidit. Dion libro 36.

L. Papyrius Pætus, vir doctus & bonus, Ciceronis amans, ad quem extant epiſtolæ Ciceronis lib. 9.

¶ Papyrius Fabianus, Philoſophus, ſcripſit libros ciuilium. Citatur a Plinio 36. capite decimoquinto, vt naturæ rerum peritiſſimus & qui ipſa marmora in lapidicinis creſcere dixerit. Genus eius dicendi commendat Seneca epiſtola 101. qui ſe illum audiſſe ſcribit, & inter ſui temporis declamatores enumerat. Præceptores habuit Arellium Fuſcum & Blandum Rhetorem. Plura de hoc idem Seneca proœmio lib. 2.

Papyrius Fronto IC. 4. reſponſionum libros reliquit. Citatur Martiano Pan. 15. de peculio l. 40. & iterum lib. 30. de legatis & fideicommiſſ. l. III.

PAPYRII plebeii.

C. Papyrius Turdus, Tribunus pl. ann. V. C. DLXXVII. M. Iunio M. Manlio Volſone Coſſ. Liuius Dec. 5. lib. 1.

¶ C. Papyrius Carbo, Prætor an. V. C. DLXXXVI. Sardiniam prouinciam ſorte obtinuit. Liuius Decad. 5. lib. 4. Præterea inter peregrinos & ciues ius dixit: nam ea quoque ſors illi ceſſit. Liuius ibidem.

C. PAPYRIVS CARBO, Orator & Trib. pl. ſeditioſus, P. Africano vim attuliſſe

liſſe exiſtimatus eſt. Conſulatum geſſit cum C. Cæcilio Metello ann. V.C. DCXLI. De hoc Cic. in Bruto: *Vtinã in Tib. Graccho Caioq. Carbone talis mens ad rempub. bene gerendam fuiſſet, quale ingenium ad bene dicendum fuit. Profecto nemo his viris gloria præſtitiſſet. Sed eorum alter &c. alter (Carbo) propter perpetuam in populari ratione leuitatem morte voluntaria ſe a ſeueritate iudicum vindicauit. Sed fuit vterque ſummus orator, atq. hoc memoria patrum teſte dicimus. Nam & Carbonis & Gracchi habemus orationes nondum ſatis ſplendidas verbis, ſed acutas prudẽtiæque pleniſſimas* &c. *Carbo quoad vita ſuppeditauit, eſt in multis iudiciis cauſisq. cognitus. Hunc qui audiuerant prudentes homines, in quibus familiaris noſter L. Gellius, qui ſe illi contubernalẽ in Conſulatu fuiſſe narrabat, canorum oratorem, & volubilem, & ſatis acrem, atq. eundem & vehementẽ & valde dulcem & perfacetum fuiſſe dicebat. Addebat induſtriũ etiam, & diligentem, & in exercitationibus, commentationibusque multum operæ ſolitũ eſſe ponere. Hic optimus illis temporib. patronus eſt habitus, eoq. forum tenente, plura fieri iudicia cæperunt* &c. Hæc ille. Porro in epiſtolis, accuſante L. Craſſo, cantharides illũ ſumpſiſſe ſcribit. Plin. lib. 7. cum dentib. eundẽ natũ refert. De eodẽ Valer. lib. 6. ca. 2. & 5. Liuius lib. 59. & 63. Eſt enim ille ipſe, qui cum exercitu a Cimbris fuſus eſt.

P. & M. Papyrii Carbones, Oratoris fratres fuere, ex quibus P. accuſante Flacco, condemnatus, M. fugit ex Sicilia. Cicero in epiſt. ad Pætum.

C. Papyrius Carbo, illius eloquentiſſimi viri F. orator non ſatis acutus, ſed tamen orator numeratus. Erat in verbis grauitas, & facile dicebat, & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Hæc Cicero in Bruto. Huius Carbonis, vt obſeruantis accuſatorem patris, L. Craſſum, meminit Valerius 3. cap. 7.

Cn. Carbo, ter Conſul, dux Marianarum partium, cæſus eſt Lilybæi a Pompeio Magno. De hoc Valerius lib. 6. cap. 2. lib. 9. cap. 13. Liuius 89. Patrem eius accuſatum a M. Antonio, & ſutorio atramẽto abſolutum, commemorat Cicero in epiſtolis ad Pætum.

C. Carbo, huius fr. diſciplinam militarem, per bella ciuilia collapſam, in priſtinũ gradum revocare volens, ab exercitu ſuo cæſus eſt. Valerius 9. cap. 7.

Cn. Carbo, vir bonus & Prætorius, cæſus eſt in diſſenſione ciuili a L. Damaſippo Prætore. Vide Paterculum & Valerium 9. cap. 2. qui cognomento hunc Aruinam vocat. Cicero in epiſtolis neminem Carbonum præter hunc vnum ciuem e repub. fuiſſe, ſcribit.

Cn. Carbo, & eius frater ſcurra, diuerſi a ſuperioribus, quos Cicero ſe cognouiſſe ſcribit ad Pætum.

Carbo, Rubriæ F. Ciceronis amicus. meminit illius ibidem.

C. Carbo C. F. Tribunus pleb. in concione his verbis vſus, cum ipſe Cicero ſtaret: *O M. Druſe, patrem appello. Tu dicere ſolebas, ſacram eſſe remp. quicunq. eam violauiſſent, ab omnibus eſſe ei poenas perſolutas. Dictum patris ſapiens, temeritas filii comprobauit.* Quam compoſitionis concinnitatem, ingentem concionis clamorem ſecutum eſſe, idem Cicero tradit. Locus eſt in Oratore perfecto. Meminit eius Dion lib 36. & licet præter Tribunatum plebis alium honorem nullum geſſerit, tamen quod M. Cottam accuſaſſet, Conſularibus honoribus exornatum ait. Addit mox vt a Cottæ filio eiuſdem criminis reus actus damnatusque ſit. *Longe enim*, inquit, *procliuius eſt, alios reprehẽdere, quam ſibi ipſi moderari: facilimeq. fit, vt quarum rerum cauſa homines pœna dignos alios iudicant, has ipſi eaſdem admittant* &c.

¶ *C. Papyrius Ceſtus Vergiliæ Optatæ vxori ſuæ benemerenti de ſe. Vixit annos 42.* Hæc inſcriptio extat Romæ iuxta ædem D. Ioannis Baptiſtæ in domo quadam. Inſcript. ant. pag. 208. & apud Politianum miſcellaneorum capite 77.

¶ Papyrius Iuſtus, citatur Pand. de ſeruitutibus vrb. præd. l. 13. ſcripſit Conſtitutionum libros 20.

¶ L. Papyrius Fregellanus, Tiberii Gracchi ætate diſertiſſimus habitus ex Latio. Eius oratio eſt pro Fregellanis coloniſque Latinis habita in Senatu. Cicero in Bruto.

¶ *P. Papyrius P. F. Paſtor Augur* II. *vir præf. fabr. præf. Neronis Cæſaris* &c. *ſibi & F. Cn. Papyrio Fuſco fratri Cn. Papyrio curatori filio, Cn. Papyrio Fuſco filio Pontif.* Hæc inſcriptio extat Brixiæ in S. Georgii ad caſtellum. Inſcript. ant. pag. 67.

Papyria Prima viua poſuit ſibi. Ibidem pag. 360.

¶ Papyrius Dionyſius, præf. annonæ ſub Commodo, a quo & occiſus eſt. Dion.

¶ PAPYRIANO ſcribit Martialis in fine 8.

Papyriano alii reſcribitur a Gord. A. 6. Cod. tit. 42.

Papyrianus, qui ſcripſit de orthographia, citatur a Priſciano lib. 1.

Papyrianus, Martyr, cæſus in Africa perſecutione Vandalica. Victor Africanus.

¶ PARALLIVS, cæſus à Commodo Imp. ob coniurationem. Lampridius.

Parallius, Senator ſub Honorio, accuſatus a patre, per principem abſolutus eſt. Symmachus in epiſtolis.

¶ P. PARCARIVS, refertur Inſcript. ant. pag. 254.

¶ PARTHENIVS, percuſſor Domitiani, iugulatus a militibus, genitalib. ante demptis, & in os coniectis. Aur. Victor.

Parthenius, Poeta captus a Cinna, cum Romani Mithradatem debellarunt. Vide Suidam.

Partheni haue, bene habeas, qui me ſalutas cum Soſia filia mea. Hæc inſcriptio legitur in lapide Pilis, teſte Victorio in epiſtolas Ciceronis libri 8. famil.

¶ PASCASIVS, Proconſul Siciliæ, ſub quo martyrio coronata eſt Lucia virgo. Qui regreſſus in vrbem, accuſantibus Siculis, quod prouinciam deprædatus eſſet, capitali ſententia a Senatu damnatus eſt, imperante Diocletiano.

PASCENTIVS, Arrianus, victus ab Auguſtino. Poſidonius in eius vita.

¶ PASIPHILO reſcribitur ab Arcadio & Honorio principibus. 8. Cod. tit. 4.

PASSIENI.

L. Paſſienus Rufus, Conſul ſub Auguſto ann. V. C. DCCLVI. triumphalia ornamenta in Africa meruit, autore Paterculo. Hunc, opinor, Seneca virum eloquentiſſimum, & ſui temporis primum Oratorem vocat. Similiter Euſebius inſignem fuiſſe declamatorem ſcribit.

L. Paſſienus Rufus F. ob fraudem hæreditatis ſuæ necatur ſub Caligula. Author idem Euſebius.

¶ PASSIENVS CRISPVS, primum maritus Domitiæ, cuius pecuniariam litem aduerſus fratrē Ænobarbum defendit, vt eſt apud Quintilianum lib. 6. cap. 2. deinde Agrippinæ matrimonio, & Nerone priuigno clarior, inter primarios ciues emicuit, bis Conſul, & Orator inſignis. Eius eſt ſcitum illud in C. Cæſarem: *neq; meliorē vnquam ſeruum, neq; deteriorem dominū fuiſſe.* Vide Tacitum & Senecam. Plinius ſcribit arborem mori eximiam ſic adamaſſe, vt non modo oſculari complectique, verum etiam cubare ſub illa, vinumq; illi affundere ſolitus ſit, lib. 16. cap. 24.

¶ Paſſienus Paulus, Eques Rom. municeps Propertii, quem & inter maiores ſuos numerabat, elegiarum ſcriptor fuit. Recitanti aliquando, præſente Iaboleno Priſco IC. hoc initio: Priſce iubes? Ego vero, inquit ille, non iubeo, magno omnium riſu ſubſecuto, vt habet Plinius epiſt. 6. Laudatur effuſe ab eodē Plinio lib. 9. ad Seuerū.

¶ PATERNVS, diſertiſſimus vir apud Martialem.

Paternus, declamator, citatur Senecæ Controuerſiarum 10. in præfat.

Paternus quidā, quod contra tyrannos declamaſſet, occiſus a Domitiano. Dion.

Paternus, diligentiſſimus iuris militaris aſſertor. Vegetius lib. 1.

Paterno ſcribit Plinius. Fors eſt M. Attinius Paternus, qui floruit ſub Traiano.

Paterno reſcribitur ab Alexandro A. 5. Cod. tit. 75.

Paterno ab A A. & CC. 4. Cod. tit. 38.

Paternæ ab iiſdem 9. Cod. tit. 42.

Paternus, Conſul ann. V. C. MCXCVI. Scribit & Paterno D. Ambroſius, ſed tempore nonnullo priori, epiſtolarum 8.

¶ T. PATINA, familiaris P. Clodii. Cicero pro Milone.

¶ PATISCVS, patrata cæde Cæſaris percuſſorib. ſe coniunxit, in Capitolium euntibus. Appianus 2. Meminit eius Cicero epiſtolarum 12.

¶ PATRICENSI reſcribitur ab Alex. A. 4. Cod. tit. 57.

¶ PATRICIO ab eodem 4. Cod. tit. 50.

*P*atricius, Conſul anno V. C. MCCXII. cæſus ab Anthemio principe ob affectatum imperium.

*P*atricius alius, Conſ. an. V. C. MCCLIIII. ſub Anaſtaſio Aug.

*P*atricius, floruit ſub Iouiniano Imp. qui ex apparentium aut conſequentium ſignorū cōiectura accuratus cenſor fuit. Suidas.

*P*atricius, Rhetor, ad quem ſcripſit Boethius cōmentaria ſua in Topica Ciceronis.

*P*atricius, pater D. Auguſtini, homo iracundus. Confeſſionum 9.

¶ PATROCLO reſcribitur a Conſtantino. 5. Cod. tit. 15.

*P*atrocliæ ab A A. & CC. 6. Codicis, titulo 23.

¶ PATRO-

¶ Patroniæ ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 26.

Patroniæ alii ab Antonino A. 8. Cod. titulo 45.

¶ Patrophilo a Valeriano & Gall. AA. 9. Cod. tit. 45.

¶ Q. Patvlcivs, accuſauit Milonem de vi. Aſconius Pedian. Patulciani nominis meminit Cicero ad Atticum pag. 551.

¶ Q. Patvleivs, Eques Rom. diues ſub Tiberio, cui hæres fuit M. Seruilius. Tacitus 2.

PAVLI.

Paulus, vir Prætorius ſub Tiberio, quomodo ſeruatus ſit opera & fide ſerui ſui, memorat Seneca de beneficiis 3.

Paulus, declamator, citatur Senecæ.

Paulo, viro Conſulari, ſcribit Martialis lib. 19. non procul ab initio.

Pavlvs IC. Patauinus fuiſſe traditur. Floruit ſub Antonino Caracalla, Heliogabalo & Alexandro, Papiniani diſcipulus & aſſeſſor, inde Prætor & Cos. & demum Præfectus Prætor. vnus ex conſiliariis Alexãdri. Iabolenum etiam præceptorẽ ſuum vocat. Præturæ & Conſulatus ſui meminit Pand. 40. de manumiſſ. vindict.

Paulus quidam refertur 4 Cod. tit. 38. vt cui reſcripſerint Valerianus & Gall. AA.

Paulus Callimachus cum Iuuentiana F. memoratur Pand. 32. l. 27.

Paulus, Cos. ſolus ann. V.C. MCCXLIX. ſub Anaſtaſio.

Paulus alius, itidem Cos. anno V. C. MCCLXVI.

Paulus Catena, improbiſſimus delator ſub Conſtantio princ. apud Ammianum Marcellinum.

Paulus Concordienſis, centum annos habens, laudatur ab Hieronymo in epiſt.

Pauli alii reperiuntur apud Suidam.

PAVLÆ.

Paula Buſa, Canuſina, genere & diuitiis clara, ex acie Cannenſi profugos frumento, veſte & viatico iuuit. Pro qua munificentia, bello confecto, honores ei a Senatu habiti ſunt. Liuius 22.

Paula Valeria, eadem quæ & Polla.

Pavla Cornelia (ita enim appellatur Fulgoſo) Hieronymo tantopere celebrata, Rogati & Blæſillæ F. nupta Iunio Toxotio, complures ei liberos peperit, Blæſillam videlicet, Paulinam, Euſtochium, quæ & Iulia dicta eſt, Rufinam & Toxorium, cui ex Læta coniuge ſuſcepta filia eſt, & ipſa Paula appellata. Deceſſit in Bethlehem, cum ibi viginti annos in ſancto propoſito, Romæ quinque vixiſſet, 7. Cal. Februarii, Honorio & Ariſtæneto Coſſ. anno vitæ 56. M. 8. D. 20. Epitaphiũ eius ſcripſit Hieronymus ad Euſtochium F. Sed & hoc de ipſa vulgatum, auctore eodem Hieronymo:

Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes,
Gracchorũ ſoboles, Agamemnonis inclyta ples,
Hoc iacet in tumulo, Paulam dixere priores,
Euſtochii genitrix; Romani prima Senatus,
Pauperiẽ Chriſti et Bethleemitica regna ſecuta.

Paulæ cuidam reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 10.

Paulæ Pontiæ fit mentio Inſcript. ant. pag. 184.

PAVLINI.

Paulinus, vnus ex ducibus, ſeu Tribunis Veſpaſiani in bello Iudaico. Ioſeph. lib. 3. cap. 14. Hegeſippus 3. cap. 22.

Paulinus, Cos. an. V.C. MCCLI. ſub Anaſtaſio Imp. Hoc Paulino Cos. quem iuniorem appellari video, celebratum eſt concilium Aurelianenſe tertium, anno Childerici regis Francorum 26.

Paulinus Theodorus, Coſ. anno V.C. MCCLXXXIX. collega Iuſtiniani principis, in quarto eius Conſulatu. Fors hic eſt Theodorus, cui Senatori, & Conſularis loci ſcribit Fulgentius Epiſcopus. Niſi malis accipere Manlium Theodorum, eiuſdem ordinis & loci virum, quod temporum rationi magis eſt conſentaneum.

Paulinus, Antiochenæ vrbis Epiſcopus tempore Hieronymi, cuius ille meminit in epiſtola ad Principiam virginem.

PAVLINÆ.

Paulina, Sentii Saturnini, Syriæ præſidis ſub Auguſto, coniunx, nobilis & prudens matrona, Romæ dolo ſacerdotum in æde Iſidis ſtuprum paſſa eſt, idque circa initia principatus Tiberii. Ioſephus ant. libro decimooctauo, capite quarto. Hegeſippus 2. capite 4.

Paulinæ Violantillæ reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 19. An eadem ſit, cui Rom. Senatoris coniugi ab iiſdem reſcribitur 5. Cod. tit. 4. incertum.

Paulinæ alii, quippe tempore priori, a Valeriano & Gall. AA. 5. Codicis titulo 17.

Paulina, Iunii Toxotii & Paulæ F. nupſit Pammachio, Conſulum pronepoti, & Furiani germinis decori. Hieronymus de ægrotatione Blæſillæ.

Paulina, Artemii Præfecti & Candidæ, martyrum, filia, cum matre lapidibus obruta eſt ſub Diocletiano, vtraque Aureliæ ſepulta.

¶ PAXAMI & Apitii iura nominat Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.

¶ PECTIVS, ſub Auguſto floruit, ad quē extat apud Horatium Oda in Epod. 11.

PEDANII.

T. Pedanius, Centurio, ſingulari fortitudine præſtans, memoratur Liuio belli Pun. ſecundi anno 5. & Valerio Max. lib. 3. cap. 2.

Pedanius, legatus Auguſti apud Ioſeph.

Pedanius Secundus, præfectus vrbi ſub Nerone, a ſeruo ſuo interemtus eſt. Cornelius Tacitus 14.

Pedanius Coſta, in ratione Conſulatus omiſſus eſt a Vitellio, vt aduerſus Neronem auſus, & Virginii extimulator. Tacitus 18.

Pedanius, eques ſub T. Veſpaſiano in obſidione Hieroſol. militans, Iudæis in fugam verſis, vnum ex hoſtibus fugientem rapuit, & quidē talo comprehenſum, cum ipſe currente equo tamen ſe ad terram demiſiſſet, eumque captiuum ad Cæſarem detulit. Ioſephus eius belli lib. 7. cap. 5. Hegeſippus 5. cap. 36.

PEDII.

Q. PEDIVS, ſorore C. Iulii Cæſaris prognatus, Ædilitatem cum Cn. Plancio petiuit, quemadmodū meminit Cicero in oratione pro Plancio, vbi & virum fortem illum vocat. In bello Gallico & ciuili legatus auunculi, cum deinde Proconſul Hiſpaniæ citerioris præfuiſſet, de ea triumphū duxit, Cæſare adhuc ſuperſtite, vtpote quartum iam Conſule. Hirtio vero & Panſa apud Mutinam cæſis, Conſul cum Octauiano conſobrino factus, legem tulit de habenda quæſtione in eos, quorum opera Cæſar occiſus eſſet, qua lege M. Brutus, C. Caſſius & D. Brutus abſentes damnati ſunt. Hæreditatis Cæſarianæ partē ſuam Octauiano conceſſit. Nec multo poſt in magiſtratu, dum ſub aduentum Triumuirorum ob cœptam proſcriptionem tumultuantem ciuitatem componere & ſedare conatur, labore & æſtu confectus, interiit. Autores horum ſecundum Ciceronem ſunt Cæſar, Paterculus, Appianus & Dion, præterea tabulæ Capitolinæ.

Q. Pedius, ſuperioris nepos, natura mutus, conſilio Meſſalæ Oratoris, ex cuius familia pueri auia erat, picturam didicit, inque ea arte magni profectus obiit. Plinius lib. 35. cap. 4.

¶ Pedius Blæſus, ſub Nerone Senatu motus eſt, accuſantibus Cyrenenſib. violatum ab eo theſaurum Æſculapii, delectumq; militarē precio & ambitione corruptum. Sub Othone tamen locus illi Senatorius redditus eſt. Tacitus 14. & 18.

Sex. Pedius IC. ſcripſit de ſtipulationib. & ad edictum libros 25. in quorum vltimo, teſte Paulo, notas non eſſe literas tradit. Citatur Vlpiano Pand. 39. de noui operis nunciatione, & alibi paſſim.

¶ L. PEDIANVS, Conſ. cum Sex. Papinio Iſtro ſub Tiberio. Plinius 10. cap. 12.

C. PEDIANVS C. L. Euchariſtus, refertur Inſcript. ant. pag. 147.

PEDVCEI.

Sex. Peduceus, Trib. pl. M. Acilio C. Catone Coſſ. criminatus eſt L. Metellum P. M. quod de inceſtu virginum Veſtaliū male iudicaſſet, vna tantū Æmilia damnata, Martia & Licinia abſolutis. Aſconius Ped. Meminit huius rei Cicero quoque de natura Deorum 3.

Sex. Peduceus Sex. F. Prætor Siciliæ, Sacerdoti in ea prouincia ſucceſſit. Sub eo Cicero Quæſtor fuit, vt notum eſt ex Verrinis. Vir cum doctus, tum omnium optimus & iuſtiſſimus fuit. Cum enim nemo ſciret, eum rogatum a C. Plotio, Equite Rom. ſplendido Nurſino, vltro ad mulierem venit, eique nihil cogitanti, viri mandatum expoſuit, hæreditatemque reddidit. Cicero Finium 2. Laudat eundem Cicero in epiſtolis ad Atticum initio libri 10.

Sex. Peduceus Sex. F. Sex. N. quem ſuperior, vt ſcribit Cicero, reliquit effigiem & humanitatis & probitatis ſuæ, ſub Cæſare Prætor Sardiniam tenuit. Adhæſit poſtea C. Cæſari iuniori, teſte Appiano libro 5. Meminit huius Peducei Cornelius Nepos in vita Attici, vt amici & familiaris illius. Similiter Cicero vt ſui amici initio 16 ad Atticum.

T. Pedu-

T. Peduceus, cum pluribus aliis adfuit M. Scauro, proque eo iudicibus ſupplicauit. Aſcon. Pedianus.

C. Peduceus, cæſus In prælio Mutinenſi. C. Aſinius epiſtolarum Ciceronis libro 10. Fors fuit Sexti frater.

Memoriæ clariſs. foem. L. Peduceæ Iulianæ morib. natal. ac pud. priſcis illuſtribusq; foem. comparandæ, quæ vixit annos XIII. D. XLVII. *cum marito. Fecit me.* V. D. XX. L. *Nonius Ver.* Hæc inſcriptio extat apud Carolum Sigonium in de nominibus Romanorum, & Manutium in Orthographia.

¶ PEGASVS IC. ſucceſſor in ea profeſſione Proculi, floruit temporibus Flauiorum principum. Nam ſub Veſpaſiano patre Conſulatū geſſit cum Puſione, eſtq; de illo nominatum SC. Pegaſianum. Functus eſt & vrb. præfectura ſub Domitiano, vt teſtatur Iuuenal. Sat. 4. Citatur Pegaſus Vlpiano Pand. 14. de donationibus.

¶ PENTHILIO reſcribitur a Gordiano Imp. 4. Cod. tit. 58.

¶ PERCENNIORVM meminit Cicero in Verrinis lib. 6.

¶ PERO, famoſis verſib. impetiuit Virgilium.

PERPENNÆ, ſeparatim poſiti.

Perpennam dici volunt Grammatici, qui Larido deditus ſit, qua voce, teſte Manutio, caro ſalſa intelligitur. Idem etiam Perperna ſcribendum docet.

M. Perpenna, legatus P.R. cum L. Petilio collega, a Gentio rege in vincula coniectus eſt. Verum rege mox per L. Aniciū capto, ſplendori ſuo reſtitutus, regis vxorē, liberos & fratrem cōprehenſos ad Aniciū in caſtra adduxit. Liu. 44. De hoc intelligo illud patientiæ exemplū, quod eſt apud Valerium 3. cap. 3. etſi perperam ibi pro Perpenna Pompeius legitur.

¶ M. PERPENNA NEPOS, Conſ. an. V.C. DCXXIIII. victum Ariſtonicū in deditionē accepit, ipſe mox apud Pergamū obiit. Sic Strabo & Velleius Paterc. De eodē bello Iuſtin. lib. 36. Flor. 2. ca. 20. Eutrop. 4. ca. 7. Oroſ. 5. c. 8. Pater huius, q; pro ciue ſe geſſiſſet, cū ciuitatis ius nō haberet, filio iā defuncto, Papia lege dānatus eſt. Valer. 3. c. 3.

M. Perpenna, Conſ. an. V.C. DCLXII. vixit annos 98. Cenſorq; cum L. Philippo, ſeptem tantum ex eo ordine, quem ipſe legiſſet, reliquos vidit. Valer. Max. 8. cap. 14. Hunc arbitror eſſe quem citat Aemilius Probus in vita Catonis, M. Perpennam Cenſorinum appellans. Deceſſit initio belli ciuilis. Lentulo & Marcello Coſſ. teſte Dione lib. 41.

C. Perpenna, legatus in bello ſociali, ob acceptam cladem, a P. Rutilio Cos. ab exercitu remotus eſt. Appianus 1.

Perpenna, virgo Veſtalis, cum Popilia, Licinia & Aruntia tempore Q. Metelli Pii, Pont. Max. Macrobius 3. cap. 13.

¶ M. Perpenna Lurco, tabulariorum publicorum curator, refertur in vetuſta inſcriptione apud Marlianum topographiæ Romę lib. 2. noſtrarū memoriarū pag. 522.

Diis manibus Sex. Perpennæ Firmi. Vixi quemadmodū volui, quare mortuus ſim, neſcio. Hæc inſcriptio extat Romæ. Inſcript. ant. pag. 205. & Manutius in Orthographia.

Sex. Perpenna Argyrus, cum Perpenna Omphale coniuge, refertur Inſcript. ant. pag. 314.

¶ PERPENIA *LL. Fauor. viua fecit ſibi & L. Perpennæ Philoni ſueis.* Extat Patauii citante Scardeonio.

¶ PERPETVO reſcribitur ab Alexandro Imp. 5. Cod. tit. 4. Hunc eſſe puto, qui Cōſulatum geſſit ſub Maximino, an. V.C. DCCCCLXXXIX.

PERSII.

C. Perſius, vir impiger in præſidio arcis Tarentinæ ſub M. Liuio. Liuius 26.

C. Perſius, doctiſſimus Romanorum, cuius meminit Lucilius & Plinius in præfatione. Cicero item de Oratore.

A. PERSIVS Volaterranus, Poeta Satyricus, vixit Romæ ſub Nerone, cum familiaribus Cornuto & Saleio Baſſo. De huius poemate ſic teſtatus eſt Martialis:

Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quam leuis in tota Marſus Amazonide.

Raphael Volaterranus Volaterris adhuc eius familiæ monumentum cerni ſcribit in marmore apud portam Sancti Angeli cum hac inſcriptione: *A. Perſius A. F. Seuerus V. an.* VIII. M. III. D. XIX.

PESCENNII.

Peſcennius eſt perbeneuolus nobis, quē ſpero ſemper tui fore obſeruantem. Cicero ad vxorem Terentiam.

Peſcennio Seuero, contra res bis iudicatas in integrum reſtitui deſideranti, D. Seuerus & Imp. Antoninus permiſerūt in auditorio ſuo examinari. Pand. 4. tit. 4. l. 18.

PESCENNIVS NIGER, eruditus medo-

eriter, moribus ferox, diuitiis immodicus, vita parcus, libidinis effrenatæ ad omne genus cupiditatum, cum diu ordines duxiſſet, demum ab exercitibus Syriacis Imp. ſalutatur. Vide Spartianum.

Peſcennii, Feſtus, Neratianus, Aurelianus, Maternianus, Iulianus & Albinus a Seuero Imp. occiſi ſunt. Spartianus.

Peſcennius Feſtus, citatur in libris hiſtoriarum per Satyram. Vide Lactantii inſtitutiones aduerſus gentes lib. 1. cap. 21.

Peſcennia Marcellina, alumna Maximi Imp. Capitolinus.

M. Peſcennius A. V. F. Meſſianaeus vixit annis XX. Hæc inſcriptio extat Cluſii in Italia. Inſcript. ant. pag. 175.

PETILII.

Petilii plebeii fuerunt. Manutius nomen hoc per geminum l. vult ſcribi.

Q. Petilius, homo ex plebe, x. vir faciendis legibus ann. V. C. CCCIV. & CCCV. Liuius 3. Dionyſius 10. Volaterranus Pætilius legendum & ſcribendum docet, quod ſic in antiquo marmore ſcriptum inueniatur: C. Pætilius C. F. Balbus. Arbitror diuerſos eſſe Pætilios a Petiliis.

Petilius, Trib. pl. ſemel atque iterum, nequicquam ſeditionis cupidus. Liuius libro 4.

¶ C. Petilius Balbus, Conſul ann. V. C. CCCXCV. triumphauit de Gallis & Tiburtibus. Iterum Conſul an. CCCCIX. Liuius 7.

C. Petilius, alius ab illo, Trib. pl. anno V. C. CCCXCVII. auctoribus Patribus tum primum de ambitu tulit ad populum. Liuius 7.

¶ M. Petilius Libo, Conſul ann. V. C. CCCCXLI. cum C. Sulpitio Longo collega Samnites prope ad internecionem concidit, oppidum illorum Luceriam cepit. Liuius 9.

CCCCXLII C. Petilius, Dictator aduerſus Samnites creatus, Fregellas & Nolam ab eis recepit. Quidam tamen Nolam a C. Iunio Conſule receptam, Petilium vero peſtilentia orta figendi claui cauſa Dictatorem creatum tradunt. Liuius 9.

C. Petilius, Conſulari patre natus, in petitione Ædilitatis præteritus eſt vna cum Domitio, prælato Cn. Flauio ſcriba, libertini generis homine, anno V. C. CCCCL. Plinius 33. cap. 1.

P. Petilius, miſſus legatus cum L. Genutio & P. Popilio ad regem Syphacem in Aphricam cum donis, anno belli Pun. ſecundi 9. Liuius 27.

Q. Q. Petilii duo, Tribuni pl. diem ad populum dixerunt P. Scipioni Africano, anno V. C. DLXVII. Vide Liuium Dec. 4. lib. 8. Plinium de viris illuſtr. Gellium 4. cap. 18.

¶ Q. Petilius Spurinus, Prætor an. V. C. DLXXIII. vrbanam prouinciam obtinuit. Conſul anno DLXXVIII. dum aduerſus Ligures pugnat, incautius ante ſigna obuerſans, miſſili traiectus cecidit. Ferunt adhortantem pro concione milites, immemorem ambiguitatis, ominatum, ſe eo die lethum capturum, cum eo nomine iugum hoſtes inſediſſent. Liuius 40. & 41. Valerius Max. 1. cap. 5. lib. 2. cap. 2. Frontinus lib. 4. cap. 2.

L. Petilius ſcriba, in cuius agro corpus Numæ repertum ſub terra cum aliquot libris, quos Q. Petelius Spurinus Prætor partim exuſſit, partim aſſeruandos curauit. Liuius 40. Valerius Max. 1. cap. 1. Plinius 13. cap. 13. Plutarchus in Numa.

L. Petilius, legatus cum M. Perpenna, DXVI. a Gentio, rege Illyriorum, in vincula coniectus, ſed mox, capto rege, per Prætorem Anicium libertati & ſplendori ſuo redditus. Liuius 44.

M. Petilius, in conſilio C. Verris erat. Cicero in Verrinis.

Q. Petilius, iudex, reo Milone ob cædem Clodii. Cicero pro Milone.

Petilius, coronam auream ex Capitolio furatus, dictus eſt Capitolinus. Horatius 1. Satyra 4. — *Mentio ſi qua*
De Capitolini furtis iniecta Petili,
Te coram fuerit, defendas &c. Conſulantur interpretes.

¶ Petilius Fauſtinus, Virgilii furta adnotauit, quomodo & Q. Octauius Auitus & Macrobius.

Putidius cerebrum eſt mihi credo, Petili,
Dictanti, quod tu nunquam reſcribere poſſis.
Horatius Serm. 2. Sat. 3.

¶ Petilius Cerealis, affinis Veſpaſiano Imp. dux in bello ciuili contra Vitellium, deinde Germaniæ rector. Tacitus 19. & 20. Antea legati dignitate militarat in Britannia, ibidē cum legione ſua ab hoſte fuſus. Auctor idem Tacitus libro 14. Dato Conſulatu ex Germania iterum in Britanniam ad eam adminiſtrandam proficiſci iubetur. Ioſephus de bell. Iud. libri 7. capite 23.

Sex.

Sex. Cerealis, dux Veſpaſiani in bello Iudaico, Samaritas extinxit numero 11600. Hegeſippus libri tertii capite 13. Et hic haud dubie Petilius, ſed alius ab illo, qui eodem tempore pugnauit contra Vitelliũ, deinde contra Gallos. Ioſephus ſeptimi capite 28. ſucceſſiſſe illi in Iudæa Lucilium Baſſum ſcribit.

Cerealem quendam occiſum a Domitiano, ſcribit Suetonius.

Sex. Petilius Primigenitus. Inſcript. ant. pagina 175.

¶ P. PETINIVS, Ædilis. Inſcript. antiq. pagina 315.

¶ PETISSIVS Vrbinas ex naufragio luculẽti patrimonii ad Antoniana ſaxa proiectus eſt. Cicero Philipp. 12.

Petiſia mala omnium nuperrime adoptata. Plinius libri decimiquinti capite decimoquarto.

¶ PETITIVS Rufus, vir Prætorius ſub Tiberio. Vide Tacitum lib. 4.

¶ Petitius, gubernator nauis, per quietẽ vidit, quaſi in portu ad Lariſſam ſtaret, Pompeiusque ad ſe ſqualidus & mœrens veſte obſoleta & ſordida veniret. Poſtridie cum id inſomnium ſociis enarraſſet, non multo poſt Pharſalica pugna profligatus adfuit Pompeius, ſuamque cladem faſſus, inſomnio veritatem aſtruxit. Alexander ab Alexandro libri tertii capite 26. genialium dierum.

¶ *N. PETTIO N. F. Gal. Ruſo II viro Q. aliment. cur pec. pub. curatori frument. Cultores Iouis ob merita eius L. d. d. d.* Manutius in Orthographia.

PETREII.

¶ Petreia vocabatur, quæ pompã præcedens in coloniis aut municipiis, imitabatur anum ebriam, ab agri vitio ſcilicet Petreia appellata. Fragment. Sex. Pompeii pagina 51.

Cn. Petreius Atinas, Cimbrico bello primi pili ductor ſub Q. Catulo, excluſam ab hoc legionem ſuam adhortatus, Tribunum ſuum dubitantem per hoſtium caſtra erumpere interfecit, legionemque eduxit, donatus corona graminea ob ſeruatum exercitum. Plinius 22. cap. 6.

M. PETREIVS, vir Prætorius, legatus C. Antonii Conſulis, Catilinam cecidit, laudatus ob peritiam rei militaris a Salluſtio. Idem poſtea legatus Pompeii ſuperatus eſt a Cæſare in Hiſpania. Cæſar Comment. 1. Plinius vigeſimiſecundi capite vigeſimoſecundo, citat carmen Petreii, ſed neſcio an eiuſdem. Filium eius occiſum a Cæſare, tradit Oroſius lib. 6. Meminit Valerius Maximus lib. 2. cap. 1.

M. Petreius, Centurio fortiſſimus ſub Cæſare in Galliis, Gergouiæ cum portas excindere conatus eſſet, a multitudine hoſtium oppreſſus, quanquam multis acceptis vulneribus, eoſdem tamen tantiſper ſolus ſuſtinuit, ſubmouitque etiam, donec manipularibus ſuis ſpatium fugiendi daret. Cæſar commentario 7.

Petreius, ſub Auguſto viuus a Theſſalis concrematus. Plutarchus in Politicis.

¶ *PETRIDIVS*, Ophiaca ſcripſit. *P*linius 20. cap. 23.

PETRONII.

*P*etronius Sabinus, vixit ſub Tarquinio, teſtibus Dionyſio & Valerio Maximo libri 1. capite primo.

¶ Petrones ruſtici fere dicũtur propter vetuſtatem. Sex. Põpeius lib 14. Et rurſus eodem libro: Petronia amnis eſt in Tiberim profluens, quẽ magiſtratus auſpicato trãſeunt, cũ in campo quid agere volunt, quod genus auſpicii peremne vocant.

L. *P*etronius, Eques Rom. *P.* Cælio, a quo ornamenta fortunæ ſuæ habebat, dominatione Cinnana, rebus deſperatis, petenti dextra mortem accelerauit, & ſuam continuo iunxit. Vide Valerium Maximum 4. capite 7.

¶ M. *P*etronius *P*aſſer, memoratur Varroni de re ruſtica 3. Fors hic eſt M. ille *P*etronius, qui Catonem, a Cæſare Conſule in carcerem duci iuſſum, ſecutus eſt. Cumque Cæſar increparet, quod ante Senatus dimiſſionem digrederetur: *Malo*, inquit, *eſſe cum Catone ἐν τῷ οἰκήματι, quam hic tecum.* Dion citante Cælio Rhodigino.

*P*etronius, vnus ex ducibus & amicis M. Craſſi, qui cum ipſo in *P*arthis cæſus eſt. *P*lutarchus.

¶ *P.* Petronius Granius, partiũ Cæſaris, cum nauis eius, qua Quæſtor deſignatus in Africam vehebatur, in Scipionis poteſtatem veniſſet, & cæteris interfectis, Quæſtori Scipio incolumitatem polliceretur, reſpondit, Cæſarianos aliis incolumitatem dare, non accipere conſueuiſſe. quo dicto, ſe confeſtim gladio tranſuerberauit. *P*lutarchus in Cæſare.

*P*etronius, vnus ex percuſſoribus Cæſaris, occiſus eſt ab Antonio poſt pugnam *P*hilipponſem. Appianus lib. 5.

P. Petronius, præfectus Ægypti, miſſus ab Auguſto ſucceſſor Cornelio Gallo, bellum geſſit aduerſus Æthiopas. De eo complura Strabo libro decimoſeptimo. Dion

quinquageſimoquarto,& Volaterr. in Anthropologia.

Petronia, vxor Tettii, cuius filium infantem Tettium, a patre Tettio exhæredatum, Auguſtus in bona paterna ire ſuo decreto iuſſit. Valerius Maximus libri ſeptimi capite 7.

P. PETRONIVS, miſſus a Caligula ſucceſſor Vitellio in Syria, teſte Ioſepho libro 18. capite 15. *Poſtea* legatus Claudii. Seneca in libello de morte Claudii, veterem Claudii conuictorem vocat, & hominem Claudiana lingua diſertum. Niſi forte is præſidis Syriæ pater fuit: nam ante Claudium obiiſſe mortem, indicat Seneca. Filium arbitror fuiſſe, qui moriturus, inuidia Neronis, vt exhæreditaret menſam eius, trullam murrhinam ccc. ſeſtertiis emptam, fregit. Plinius trigeſimiſeptimi capite 2. De eadem Tacitus libr. 16. Plutarchus in libello πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, *Philo* de legatione ad Caium.

¶ *Petronius Priſcus*, exactus vrbe ſub Nerone. Tacitus 15.

¶ T. *Petronius* Turpilianus, Conſul ſub Nerone anno vrbis conditæ DCCCXIII. Cæſus vt dux Neronis ſub Galbæ in vrbem ingreſſum. Tacitus 18. & aliquot ſuperioribus libris.

Petronia, Vitellii Imperatoris vxor.

¶ *Petronius* Secundus (ita enim vocatur ab Eutropio) *Præfect.* præt. ſub Domitiano, collega Norbani, cædis illius conſcius fuit, occiſus poſtea a militibus.

Q. Petronius C. F. pub. modeſtus P. P. bis leg. XII. Flam. & leg. I. adiu. Vic. Trib. mil. coh. V. pr. pr. Diui Neruæ & Imp. Caſ. Neruæ Traiani Aug. Germa. prouinc. Hiſp. citer. Aſturię & Caleciarum, Flamen Diui Claud. dedit, idemque dedicauit. Hæc Inſcriptio extat Tergeſti in vico Riburgi marmore ampliſſimo. Inſcript. ant. pag. trecenteſima quinquageſimaſecunda.

¶ *Petronius* Arbiter, *Poeta*, Maſſilienſis a pleriſque exiſtimatur. Scripſit Satyras, opus varium & eruditum, cuius tantum fragmenta quædam ad nos peruenerunt. Lactantius Placidus Statio illum poſteriorem vixiſſe tradit, vt ex quo quædam ſumpſerit, vt eſt illud:

Primus in orbe Deos fecit timor

Gyraldus. Aduocatur a Terentiano, Seruio & Macrobio, item ab Hieronymo in epiſtola ad Demetriad. de Virginitate ſeruanda. ¶ Emendatiorem & locupletiorem fragmentorum *Petronii* editionem debemus Henrico Stephano, & longe maius operæprecium factum a Iano Douſa. Ibidem e CL. Bineti & ipſius Douſæ ſententia de auctoris huius ætate paulo aliter: quippe quæ Neronis imperium aſtruatur, vt eundem cum *P.* PETRONIO, de quo ſupra, intelligas.

¶ Petronii, Mamertinus & Sura, cæſi ſub Commodo. Lampridius in Commodo.

¶ *Petronius* Septimianus, Conſul ſub Commodo anno V. C. DCCCCXLII.

Petronius iunior, occiſus a Seuero.

Petronius, occiſus iuſſu Caracallæ ante templum Diui *Pii*. Spartianus.

¶ Petronius Magnus, *Prætor* vrbis, citatur Triphonino. Pandect. 23. de pactis dotalibus.

P. *Petronius P.* F. Pal. Rufus cum Salluſtia *Phœbe* filia, refertur in mem. Roman. pagina 317.

M. & C. *Petronii*, fratres, C. filii, memorantur vt milites in antiquitatibus agri Moguntini pagina 479.

¶ M. *Petronius* Oneſim⁹ pater. M. *Petronius* Licinianus F. referuntur in vetuſtis inſcriptionibus vrbis Romæ, pagina ducenteſima nonageſimaprima.

M. *Petronius Primulus* VI. vir Aug. cum Petronia coniuge, in memoriis Italicis pagina 346.

Petronia Muſa, ibidem pag. 342.

Petronia Grata cum filia eiuſdem nomine, pagina 48.

M. *Petronius* Heraſmidicus, cum Petronia Primitiua, pag. 49.

Petronius Antigenides, pag. 148.

Petronia Nice, cum Alcibiade marito, pagina 149.

C. Petronius Fab. Fronto, cum Quintia Reſtituta pag. 65.

¶ Petronius Thallus, fideiuſſor cum aliquot aliis pro Aurelio Romulo, Pand. 46. l. 68. ex Paulo.

Thallus alius, ſed tempore multo prior, notatur a Catullo. Cuius gentis incertum.

¶ Petronius Probianus, præfectus vrb. ſub Conſtantino, ſucceſſit in Proconſulatu Africæ Æliano, cui apud D. Auguſtinum in epiſtolis a Conſtantino & Licinio AA. reſcribitur.

Petronius, ſocer Valentis Imp. apud Ammianum lib. 26.

¶ *Pe-*

¶ *Petronius* Perpenna Magnus Quadratianus V.C. & inluſtris præfectus vrb. Conſtantinianas Thermas refecit, vt indicat inſcriptio, quæ extat apud Volaterranum, & ſimiliter apud Marlianum libro quinto.

Petronius, *Præf.*præt. Theodoſii iunioris, vir doctus.

Petronius F. Præſul Bononienſis, ſtudiis & ſanctitate clarus. Huius ferebatur olim opus de vita Monachorum, & aliud de ordinatione Epiſcopi, ſed eruditius quã vt ipſius eſſe videretur. Proinde patri eius aſſcripſerunt, maxime cum in eo opere teſtetur ſe *Præfect.*præt. fuiſſe. Certe Epiſcopo filio nobilitatem tribuit Eucherius, Lugdunenſis Epiſcopus, in epiſtola ad Valerianum, propinquum ſuum. Vide Gennadium.

¶ *Petronius* Maximus V. C. præf. vrb. curauit. Hæc inſcriptio extat Romæ in theatro S. Pauli, alias Petri, Inſcriptionum ant. pagina 223. Huius ex filia nepos, Maximus Valentinianum III. occidit anno V. C. MCCVIII. viciſſim cæſus a Genſericho rege. Nicephorus 29.

¶ Petronius Diodotus & Petronius Niger quærantur in Chronologia Medicorum. Diodotus ἀναλεγόμενα ſcripſit. Citatur a C. *Plinio* lib. 20. cap. 8.

Petronio patre Conſule natus eſt Honorius *Pontifex.*

C. *Petronius* Threicion. Inſcript. antiq. pagina 56.

Petroniæ reſcribitur a Seuero & Antonino A. A. 4. Cod. tit. 55.

Petroniæ alii ab Alexandro. A. 4. Cod. titulo 65.

¶ L. PETROSIDIVS, Aquilifer in exercitu Cæſaris in Galliis, periit in clade Tituriana. Cæſar comm. 5.

¶ *PHILASTER* Brixiẽſis Epiſcopus, ſcripſit de hæreſibus. Citatur Auguſtino.

PHILIPPICI.

Philippicus, Imp. Mauricii ſororius: habuit enim ſororem illius Gordiam in matrimonio. Res claras geſſit aduerſus hoſtes. Nicephorus lib. 18. cap. 10. Suidas.

PHILIPPICVS BARDANES cognomento, imperauit annũ & 6. menſes, deiectus per Anaſtaſium II. oculiſque priuatus.

¶ *PHILIPPO* reſcribitur ab AA. & CC. 5. Cod. tit. 71.

Philippæ ab iiſdem 9. Cod. tit. 41.

¶ PHILOTERAE reſcribitur ab A A. & CC. 3. Cod. tit. 12.

¶ PHILISCVS, mediocris Orator, magnum illum Maronem conuiciis ſalibuſq; agitabat.

Alii reſcribitur ab A A. & CC. 9. C. tit. 16

¶ PHILOMVSO ab Alexandro A. 6. Cod. titulo 35.

¶ PIAE & Apro ab AA. & CC. tit. 37.

¶ M. PILIVS, citatur Ciceroni ad Attic. 13. epiſtola 31. vtpote a quo C. Albanius CC. iugura emerit. Socer fuit T. Attici, collocata illi *Pilia* filia, quam *Piliam*, ad Atticum ſcribens, ſubinde ſalutari iubet. *Pilii* patris meminit Cicero ad Atticum lib. 11. pag. 373. & 3. pag. 505.

PINARII.

Pinariorum familia celebris in Italia fuit iam tum, cum Hercules Geryone interempto, bobus eius abactis, in Italiam venit. Eſtque ab eo ad miniſterium ſacrorum ſuorum adhibita, quemadmodum & gens Potitia. Forte vero ita euenit, vt *Potitii* ad tempus præſto eſſent, iiſque exta apponerentur, *Pinarii* extis adeſis ad cæteram venirent dapem. Inde inſtitutum manſit, donec *Pinarium* genus fuit, ne extis ſolennibus veſcerentur, teſte Liuio libro primo. Meminit ſacrorum Herculis & *Pinariæ* familiæ Virgilius quoque libro octauo, his verſibus:

Ex illo celebratus honos, lætique minores
Seruauere diem, primuſque Potitius author,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria templi,
Hanc aram luco ſtatuit, &c.

Seruius eum locum exponẽs ἀπὸ τῆς πείνης, id eſt a fame *Pinarios* dictos tradit, conſtareque, ſenem illum *Pinarium* alio nomine fuiſſe nuncupatum.

Pinarii cuiuſdam vxor, Thalea nomine, regnante Tarquinio Superbo, prima omnium adnotata eſt, quæ aduerſus ſocrum ſuam, Geganiam, iurgio contenderit. adeo matronarum Romæ placidi manſuetique mores ad eam diem extitere. *Plutarchus* in Numa.

¶ T. *Pinarius* Rufus Mamercus, Conſulatum geſſit cum C. Iulio anno vrb. cond. CCLXIV. Author Dionyſius. Nam Liuius eius anni Conſules non habet.

L. *Pinarius* Rufus Mamercus, Conſulatum obiuit cum L. Furio anno vrbis conditæ CCLXXXI. Authorib. Liuio, Dionyſio & Caſſiodoro.

¶ L. Pinarius Mamercus, Tribun. mil. conſ. poteſt. anno vrbis conditæ CCCXXI. Liuius 4.

¶ L. *Pinarius* Natta, Magiſter equitum dictus eſt a L. Manlio Imperioſo, cum is claui figendi cauſa Dictator creatus eſſet, anno V.CCCXC. Idem 14. poſt anno *Prætor* L. Furio Camillo App. Claudio Coſs. oram maritimam aduerſus Græcos prædones tuetur, dum Furius Coſ. contra Gallos profectus, cum eis depugnat. Liuius libro 7.

L. *Pinarius*, vir acer & ſtrenuus, præfectus præſidii Romani, quo tenebatur Enna, oppidum Siciliæ, bello *Pun.* ſecundo, cum vim ſibi ab Ennenſibus imminere videret, aſtu eos aggreſſus omnes in foro trucidauit. Quod factum Marcellus Conſul neutiquam improbauit, & militibus Ennẽſium prædam conceſſit. Liuius 24.

¶ M. *Pinarius Poſca*, *Prætor* anno vrbis conditæ DLXXII. Sardiniam tenuit, Corſos in Corſica domuit, duobus millibus illorum in acie cæſis, qua clade compulſi illi obſides dederunt & ceræ centũ millia pondo. In Sardinia ſimiliter contra Iluenſes ſecunda prælia fecit. Idem an alius neſcio, cum legem annalem ferret, diſſuaſor M. Seruilius: Dic mihi, inquit, M. *Pinari*, num ſi contra te dixero, mihi maledicturus es, vt feciſti cæteris? Vt ſementem, inquit, feceris, ita metes. Liuius 40. & Cicero 2. de Oratore. vbi tamen pro *Poſca* perperam, opinor, Ruſca legitur.

¶ Ariſtoteles lib. 3. Rhetoricæ. σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δ' ἐθέρισας.

Pinarius, mentum ſibinde in dicendo intorquens, audiuit a Cæſare Strabone, tũ vt diceret, ſi quid vellet, cum nucem fregiſſet. Cicero 2. de Oratore.

T. Pinarius, amicus Q. Ciceronis, cum is eſſet apud Cæſarem in Galliis, familiaris etiam M. Ciceroni vna cum ſuo fratre. Cicero ad Q. fratrem & familiarium 12. ad Cornificium.

L. PINARIVS, vnus ex ſororum nepotibus, quos Iulius Cæſar Dictator hæredes inſtituit. Idem puto in bello *Philippenſi* dux caſtris præfectus eſt a Triumuiris. Suetonius in Cæſare. Appianus 4.

¶ *Pinarius* Natta in Iulium Montanum, ortus & occaſus ſubinde inſerentem, cum quidam illum audiendum negaſſet: *Atego*, inquit, *paratus ſum illum audire ab ortu vſque ad occaſum*. Seneca in epiſtolis 123.

¶ *Pinarius* Scarpus, præſes Libyæ ſub Antonio tempore belli Actiaci. Diõ quinquageſimoprimo. Ab hoc exercitum accepit Corn. Gallus.

Pinarius Valens, patruus Maximi Pupieni, a quo factus eſt *Præfect. prææt.* Capitolinus.

PINNII.

T. *Pinnius* M. Ciceronem & tutorem & ſecundum hæredem inſtituit. Quare is filii pecuniam, quam debebant Nicæenſes, ſic Silio *Proprætori* commendat, vt quamprimum ipſius cura & imperio ſoluatur, familiarium 13. epiſt. 62.

Q. *Pinnio* M. Varro tertiũ librũ de re ruſt. inſcripſit, & dedicauit, vt vicino & amico.

¶ M. PISIVS Rufus veteranus ſibi & *Piſiæ Primæ* vxori. Hæc epigraphe reperitur Mediolani in æde S. Valeriæ. Inſcript. antiq. pagina 30.

¶ P. PITIVS *P.* F. Marullus Decurion. Decr. publice elarus ſepultuſque eſt. Extat in Liburnia. Ibid. pag. 357.

¶ PLACIDVS, vnus ex ducibus Veſpaſiani in bello Iudaic. Hegeſippus libri 4. capite 3.14.15. Ioſephus belli Iudaic. lib. 3. capite 3.

Placidii aliquot referuntur Inſcript. ant. pagina 64.

¶ PLAGVLEIVS, inimicus Ciceronis. Meminit illius ad Attic. lib. 10. epiſtola 6.

¶ M. PLANIVS Calenus, memoratur Ciceroni epiſtolarum lib. 9. epiſtola 13.

PLANCII.

L. *Plancius* defenſus eſt a L. Craſſo aduerſus M. Brutum. Cicero pro A. Cluentio. Apud Quintilianum 6. cap. 4. C. *Plancus* vocatur. Sed & Cicero alibi Cn. *Plancium* appellat.

C. *Plancius*, *Prætor* memoratur L. Sylonis elogio in Antiquitatibus Fabricii p. 52.

Cn. *Plancius*, Eques Rom. cuius ordinis & pater & auus cæterique maiores fuere, militauit ſub *P.* Craſſo imperatore, princeps poſtea inter ſuos, ſeuerus & grauis iudex, maximarum ſocietatum autor, plurimarum magiſter. Cicero pro Plancio. Fuit huic Cn. *Plancio* frater, vt indicat Cicero ibidem, ſed quo prænomine, ſcire non poſſumus.

CN. PLANCIVS, Eques Roman. ex præfectura Atinati, Cn. Plancii publicani ſuperioris F. militauit in Creta ſub Q. Metello, cõtubernalis Sentii Saturnini, propinqui ſui. In Macedonia primũ Trib. mil. deinde Quæ-

Quæſtor ſub Apuleio Prætore, Ciceroni tũ exulanti maximo adiumento fuit. Marcellino & Philippo Coſs. Tribunatum pl. geſſit. Poſtea factus Ædilis a M. Iuuentio Laterenſi, qui in ea petitione repulſam tulerat, accuſatus eſt, Cicerone illum defendẽte, quæ oratio inter ceteras extat. Sub Cæſare in exilio vixit, quem Cicero in fine 4. familiarium diligenter & accurate conſolatur.

¶ Cn. Plancian. Æd. cur. Manutius in Orthographia.

¶ Q. Plavsvrnivs C. F. Varus III. vir, refertur in memoriis Tiburtinis pag. 188.

PLAVTII.

Plautii plebeii fuere, cognomentis variis vſi. Nam & Proculi, & Hypſæi, & Venoces, & Syluani, & Numidæ, & Laterani appellati ſunt. De omnibus ordine agemus.

C. Plautius P. F. P. N. Proculus, Conſul anno V. C. cccxcv. Hernicos deuicit, deq; iis triumphũ duxit, vt eſt in tabulis Capitolinis. Idem a C. Martio, qui primus ex plebe Dictaturam obtinuit, & ipſe primus ex plebe Magiſter equitum dictus eſt. Liuius libr. 7.

P. Plautius C. F. P. N. Proculus, Conſulatum obiuit anno V. C. ccccxxv. Fuit tum domi pariter & foris quies. Liuius 8.

Hypſæi.

C. Plautius C. F. C. N. Hypſæus, Conſul anno V. C. ccccvi. & iterum anno ccccxii. Volſcos vicit, Priuernum cepit. Liuius 7. De hoc reperta Romæ inſcriptio eſt: *C. Plautio C. F. C. N. qui in honore Venox appellatus eſt.* Frontinus ſcribit ſic appellatum, ob aquarum venam ab eo repertam. In tabulis Capitolinis, quod miror, Vennonis cognomentum habet. Carolus Sigonius teſtatur, ſe vidiſſe nummum argenteum perantiquum, in quo legantur hæc verba: *C. Hypſæus Conſul. Priu. cepit.* Et ab altera parte: *P. Hypſæus. S. C.*

¶ L. Plautius L. F. Venox Cos. anno V. C. ccccxxiii. cũ collega L. Papyrio Craſſo Priuernum obſedit. Liuius 8. De eodem Valerius Maximus lib. 6. cap. 2.

L. Plautius L. F. L. N. Venox, Conſulatũ geſſit anno V. C. ccccxxxv. Samnitibus tũ induciæ biennii datæ. Liuius 9.

¶ C. Plautius P. F. P. N. Decianus, Conſul anno V. C. ccccxxiv. de Priuernatibus triumphauit. Liuius 8.

L. Plautius Hypſæus, Prætor anno V. C. dlxiv. Hiſpaniam citeriorem prouinciam ſortitus eſt. Liuius 37.

C. Plautius Hypſæus, Prætor anno V. C. dcv. male aduerſus Viriatum in Hiſpania pugnauit. Liuius 52. Oroſius 5. Eundẽne an alium neſcio: Florus certe libro 3. capite 19. Hypſæum Prætorem memorat, ſuperatum ab Euno, fugitiuorum duce in Sicilia, cuius belli meminit & Liuius 56.

M. Plavtivs Hypſæus, quem Cicero inter patronos connumerat de Oratore I. Conſulatum geſſit anno V. C. dcxxviii. Hunc eſſe puto, quem Valerius Maximus lib. 4. capite 6. cum coniuge Oreſtilla in rogum impoſitum tradit. Oreſtillam autem arbitror filiam L. Aurelii Oreſtæ, qui anno proximo ante Plautium Conſulatu perfunctus eſt. De vtroque, Plautio inquam & Oreſtilla, ſic habent verba Valerii lib. 4. cap. 6. *M. Plautius cum imperio Senatus claſſem ſociorum 60. nauium in Aſiam reduceret, Tarentumque appuliſſet, atque ibi vxor eius Oreſtilla, quæ illuc eum proſecuta fuerat, morbo preſſa deceſſiſſet. funerata ea, & in rogum impoſita, inter officium vngendi & oſculandi ſtricto gladio incubuit, quem amici, ſicut erat, togatum & calceatum corpori coniugis iunxerũt, ac deinde ſubiectis facibus vtrumque vna concremauerunt: quorum ibi factum ſepulchrũ Tarenti etiamnum conſpicitur, quod vocatur τῶν φιλούντων.*

P. Plautius Hypſæus, Quæſtor aliquando Pompeii, Conſulatum petens cum P. Scipione & T. Annio Milone, cum ob perditas ipſorum contentiones comitia haberi non poſſent, honore fruſtratus eſt, Pompeio ſine collega Conſule creato. Qui ambitus reum genibus prouolutum, ſupplicãtemque, vt ſe ab imminentis iudicii periculo liberaret: *Faceſſe hinc*, inquit, *neque mihi cœnæ tempus exime.* nimis ſuperbe & inſolenter ad eũ, qui & amicus eſſet, & Quæſtor ſuus fuiſſet. Valerius Maximus libri 9. capite 5. Aſconius in orationem Ciceronis pro Milone, Dion lib. 40.

Syluani.

M. Plautius Syluanus, Trib. pl. Cn. Põpeio Strabone L. Porcio Catone Coſs. legẽ tulit, qua ſingulæ tribus ex eo numero quinos denos crearent ſuffragio, qui eo anno iudicarent. Quare factum eſt, vt Senatores quoque in eo numero eſſent, & quidam etiam ex ipſa plebe. Aſcon. Pedianus.

M. Plautius M.F. Syluanus collega Cæſaris Auguſti in decimotertio ipſius Cõſulatu fuit, & Cæſ. Tiberii legatus, auctoribus Dione & Velleio. Carolus Sigonius ad hũc pertinere putat epigramma illud: *M. Plautius M. F. A. N. Syluanus Cos. VII. vir epulon. Huic Senatus triumphalia ornamenta decreuit ob res in Illyrico bene geſtas.*

Plautia Herculanilla, triumphali patre genita, Claudio Imperatori adhuc priuato nupta, Druſum Pompeiũ & Claudiam illi enixa eſt. Eadem poſtea ob libidinum probra & homicidii ſuſpicionem ab eo repudiata eſt. Suetonius.

Plautius Syluanus, Prætor, ob Aproniã vxorem in præceps datam accuſatus apud Tyberium, ſolutis venis damnationẽ præuenit. Plautio coniunx prior Numantina, ſuperſtes vixit. Tacitus lib. 4.

Q. Plautius Syluanus, Conſulatum geſſit ſub Tiberio, anno principatus eius 22. vrbis DCCLXXXVII. Meminerunt illius Plinius lib. 10. cap. 2. Tacitus 5. Dion 58.

A. Plautius, primus Conſulatiũ a Claudio Britanniæ præpoſitus, ouationem retulit, cui vrbem ingreſſo Imp. obuiam iuit, & in Capitolium eunti, indeque reuertenti, latus texit. Huic vxor fuit Pomponia Græcina, quæ ſuperſtitionis externæ rea, & iudicio mariti permiſſa, inſons ab illo pronũciata eſt. Tacitus lib. 13. & in vita Agricolæ. Suetonius in Claudio.

T. Plautio M. F. A. N. Syluano Æliano Pontif. Sodal. Aug. Triumuiro AAA. FF. Q. T. Cæſaris, legato legionis v. in Germania Pr. vrb. legato & comiti Claudii Cæſ. in Britãnia, Conſuli, Proconſuli Aſiæ, legato Propr. Mæſiæ, in quam plura quã centum millia ex numero trãſdanubianorum ad præſtanda tributa cum coniugibus ac liberis & principibus ac regibus ſuis tranſduxit. Motum orientem Sarmatarum cõpreſſit, quamuis partẽ magnã exercitus ad expeditionem in Armeniam miſiſſet. Ignotos ante aut infenſos P. R. reges, ſigna Romana adoraturos, in ripam quam tuebatur, perduxit. Regibus Baſtarnarum & Roxolanorum filios, Dacorum fratres captos, aut hoſti ereptos, remiſit. Ab aliquibus eorum obſides accepit, per quos pacẽ prouinciæ confirmauit & protulit. Scytharum quoque rege, de Cherſonenſi, quæ eſt vltra Boryſthenẽ, obſidione ſummoto, primus ex ea prouincia magno tritici modio annonam P. R. adleuauit. Hunc legatũ in Hiſpaniam ad præf. vrb. remiſſum Senatus in præfectura triumphalibus ornamentis honorauit, auctore Imp. Cæſare Aug. Veſpaſiano, verbis ex oratione eius Q. I. SS. Mæſiæ ita præfuit, vt nõ debuerit in me deferri honor triumphalium eius ornamentorũ, niſi quod latior ei contigit mora titulus præfecto vrbis. Hũc in eadem præfectura vrbis Imp. Cæſ. Auguſt. Veſpaſianus iterum Cõſulem fecit. P. Plautius Pulcher triumphalis F. Hæc epigraphe extat in agro Tiburtino. Refertur Volaterrano in Anthropolog. Apiano pag. 190. Fabricio in Antiq. pag. 53. & ſeq.

Plautius Syluanus, Conſul ſub Pio anno V.C. DCCCXCIII. & DCCCCVIII.

Plautii varie congeſti.

C. Plautius Numida, morte vxoris audita, doloris impatiens, pectus ſuũ gladio percuſſit. Interuentu deinde domeſticorũ inceptum exequi prohibitus, colligatuſq;, vt primum eſt occaſio data, ſciſſis faſciis, ac vulnere diuulſo, conſtanti dextera ſpiritum luct⁹ acerbitate permiſtum ex ipſis præcordiis & viſcerib. hauſit: tã violenta morte teſtatus, quantũ maritalis flammæ illo pectore clauſum habuiſſet. Valerius Max. 4. c. 6.

¶ Plautius Rufus, coniurauit in Auguſtum. Sueton in Auguſti vita.

¶ Plautia Vrgulania. De hac Tacitus lib. 2. & 4. ¶ Pertinere aũt Vrgulanios ad Plautiorum familiã, docet hæc vetus inſcriptio, adducta a I. Lipſio Comment. in lib. Taciti. A. PLAVTIVS M. F. VRGVLANIVS.

¶ Plautius Lateranus, ob adulteriũ Meſſalinæ Senatu motus, a Nerone initio principatus iſti ordini redditus eſt. Nam quod a Claudio capite punitus nõ eſt, egregiũ patrui meritũ fecit. Deſignatus Conſul a Nerone, quod in cõiuratione deprehenſus eſſet, Tribuni manu trucidatur. Tacitus. Ab hoc dicta Romæ baſilica Laterana, teſte Hieron. ad Oceanũ. ¶ De morte eius egregi⁹ eſt Arriani locus li. 1. de Epicteti diſputationib.

Lateranus, haud dubie Plautiæ gentis, Conſulatum geſſit ſub Domitiano an. V. C. DCCCXLVI.

Lateranus alius, Conſulatu potitur ſub Seuero A. anno V. C. DCCCCXLIX.

A. Plautius, Trib. pl. Cn. Marcellino L. Philippo Coſs. Ciceronis ſtudioſus fuit. Cicero epiſt. 2. ad Q. fratrem. Dion 39.

¶ Plautius Quintillus, Conſul fuit cũ Statio Priſco ſub Pio, principatus eius ann. 21. vrb. 911. Iterũ vero cũ Cõmodo A. imperante Marco ann. 929. Prioris Conſulatus meminit inſcriptio vetuſta p. 155. vtriuſque Pand. 38. ad SC. Tertul. Fuit & Augur. Vi-

de

de plura apud Spartianum in vita Didii Iuliani, pag. 205.

Plautius IC. notus ex libris Pauli IC. qui ſcripſit ad illũ 18. libros quæſtionũ. Citatur 2. Inſt. tit. 14. & paſſim in Pand. libris.

¶ Plautianus, Conſul cum Geta Cæſare ſub Seuero Imp. & præf. præt. ipſius, cũ affectaret imperium, ab eo occiſus eſt. Herodianus 3. Filia Plautilla, Caracallæ coniux, cum Plauto fratre relegata primum, poſtea cum eodem occiſa eſt. Dion.

Plautianus, præf. Diocletiani. Reſcribitur illi ab AA. & CC. 6. Cod. tit. 42.

Plautianus Quintillus, Senator, per calumniam ſublatus eſt. Dion in Seuero.

¶ Q. Pleminius, Proprætor & legatus P. Scipionis Africani, tam auare & crudeliter nõ modo ſocios Locrenſes, ſed & milites Rom. habuit, vt ex ſententia Senatus per Pomponiũ Prætorẽ vinctus in vrbem retractus, & in carcerẽ coniectus ſit, in quo illũ, priuſquam iudiciũ de eo perficeretur, mori contigit. Liuius 29. Valer. lib. 1. cap. 2.

PLETORII.

¶ Manutius per æ in prima ſcribendum docet. Conueniunt Notæ Fului Vrſini in opera Ciceronis pag. 190. & 197.

C. *P*letorius, Triumuir deducẽdæ Crotonem coloniæ factus eſt Scipione Africano II. & Sẽpronio Coſs. an. V.C. 619. Li. 34

M. *P*letorius, quod ad ſuppliciũ M. Marii Gratidiani exanimis concidiſſet, continuo ibi a Sylla mactari iuſſus eſt. Valerius Maximus libri 9. capite 2.

L. *P*letorius, Senator tempore Ciceronis, cuius meminit pro A. Cluentio.

M. *P*letorius, Ædilis cum C. Flaminio, teſte Cicerone pro Cluentio, accuſauit M. Fonteium. Cicero pro Fonteio, itẽ *P*edianus. Cuius matrem αἰσχυμαντῶς Cicero dũ viueret, ludum, poſtquã mortua eſſet, magiſtros habuiſſe, dixit. Dicebantur namq; infames fœminæ ad illam conuenire ſolitæ, poſt mortem vero eius bona venierunt. Quintilianus.

C. *P*letorius, vt Cæſarianus, & Quæſtor ſub Domitio Caluino in Aſia refertur Hirtio belli ciuilis commentario 4.

¶ *P*letorius Ruſticanus, *P*ompeianarũ partium, periit cũ Scipione in Africa. Hirtius comment. 5.

¶ *P*letorius Nepos, vir Senatorius, aliquãdo inter amicos habitus ab Hadriano Imp. poſtea afflictus. Spartianus.

C. Pletorius C.F. Stel. Phœb. VI. vir Auguſtal. ſodal. Traianal. & Hardianal. III. vir. Quinquen. patr. iuuen. Trebul. Mutuſt. Vet. ſol. lib. mer. Manutius in orthographia.

M. *P*letorius ceſt. imp. Ibidem.

PLINII.

Plinios appellatos ἀπὸ τοῦ πλύνειν id eſt, a lauando, volunt.

*P*linius, dux Sex. *P*ompeii, quo fugiente, ille exercitũ M. Lepido tradidit. Appian. 5.

¶ C. Plinius Secundus Veronenſis, floruit ſub Veſpaſianis principibus, quorũ negotia curabat. Scripſit hiſtoriã naturalẽ 37. libris, de iaculatione equeſtri librũ 1. de vita Q. Pomponii Secundi 2. de bellis Germanorũ 20. Studioſorũ 3. propter amplitudinẽ in ſex diuiſos, dubii ſermonis 8. a fine Aufidii Baſſi 31. Dicere ſolebat, *nullũ librũ eſſe tã malũ, qui non aliqua parte prodeſſet. Perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur.* Periit anno ætatis 56. in Veſuuii montis incendio, dum liburnica per mare delatus, eius cauſam indagare nititur. Vide *P*linium Cæcilium epiſtol. 3. ad Marcum & li. 6. ad Corn. Tacit. ¶ Extat de illo inſcriptio in ripa Benaci, ſed mutila, lapide fracto, Inſcript. ant. p. 163. extat Suetonii de vita eius expoſitio cõpendiaria, ſubiecta de Grammaticis & Rhetorib. libellis, de qua plura annotationes Eliæ Veneti.

C. Plinius Caecilius, natus patre L. Cęcilio, adoptatus ab auunculo, nomẽ eius vſurpauit. Conſulatum geſſit ſub Traiano, ſub quo & Bithyniã adminiſtrauit. Fuit & curator riparum Tiberis. Scripſit libros epiſtolarum 10. & *P*anegyricũ, quo gratias agit Traiano pro Conſulatu. Qui præterea de viris illuſtribus nomine eius liber circumfertur, eum alii Cornelii Nepotis, alii Suetonii eſſe volunt. Vxores habuit 2. quarũ poſterior fuit Calphurnia, Calphurnii & *P*õpeiæ Celerinæ filia, neptis Fabati, quem vbique in epiſtolis proſocerum ſuum vocat. Reperitur de hoc C. *P*linio magnifica inſcriptio apud Petrum Apianum in vetuſtis memoriis p. 55. & 80. ſed quam Iohannes Colerus extare negat. Certe honores eius omnes & mirificã liberalitatem continet.

¶ *D.M.C. Plinii, Medici, q. vixit annis XXII. M. VI. D. V. parentes.* Hæc epigraphe viſitur Comi in æde S. *P*robini. Inſc. ant. p. 82.

C. Plinius Philocalus amico optimo & cuius tutela Caſidius Euzelus, &c. Hæc inſcriptio extat Comi in regione D. Vitalis in quadam caſa. Ibidem pag. 74.

C. *P*linii Abaſcanti C. *P*linius *P*hoſphorus. Ibidem pag. 259.

C. Plin. M.F.M.N. Fauſto Aed. pl III. vir Col. Iul. Eq. Flam. C. Plin. Fauſt. vinos poni curauit.

Extat Geneuæ in porta, teſte Io. Stumpſio libri noſtri pag. 529.

L. Plinio Fauſti F. Sabino annorum 12. Ibidem.

D. M. P. Plinii Pliniani. Extat Comi in ſacello S. Iohannis Leonis. Inſcript. ant. pagina 73.

¶ Plinius Secundus, Athenienſis Sophiſta, & a quibuſdam dictus Epicurus, vtpote fabri F. præceptor fuit Herodoti Sophiſtæ. Scripſit declamationes Rhetoricas. Auctor Suidas.

¶ PLINTHAS, Arrianus, equeſtribus ſimul & pedeſtribus copiis præfectus, vir Conſularis, & magni apud Imperatorem nominis, Arrianos, Conſtantinopoli 35. annis diſſidentes, in concordiam reduxit. Nicephorus Hiſtor. Eccleſiaſticæ libr. 12. cap. 30. Conſulatum geſſit ſub Honorio & Theodoſio cum Maximo, anno vrb. cond. MCLXXII. Meminit huius & Hiſtoria Tripartita lib. 9. capite 40.

PLOTII.

Plotius, legatus Catonis Prætoris bello ſociali, Vmbros cecidit. Eutropius lib. 5.

A. Plotius, Prætor vrbanus, Cicerone Ciliciam adminiſtrante. Cicero ad Attic. epiſtola 15. Fors idem eſt, quem vt familiarem citat pro Plancio.

C. Plotius Triumuir AAA. Sic legitur in veteri quodam numo, teſte P. Manutio.

¶ L. PLOTIVS GALLVS, primus Latine docere cœpit, Cicerone puero, ad quē cū fieret concurſus, quod ſtudioſiſſimus quiſque apud eū exerceretur: *Dolebam*, inquit Cicero, *mihi idem non licere. Continebar autem doctiſſimorum hominum auctoritate, qui exiſtimabant, Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe.* Hæc Cicero in epiſtola ad M. Ticinium. Hunc eundem (nā diutiſſime vixit) M. Cælius in oratione, quam pro ſe de vi habuit, ſignificauit dictaſſe Acratino accuſatori ſuo accuſationem, ſubtractoque nomine, hordearium eum Rhetorem appellat, deridens, vt inflatum, leuē & ſordidum. Tranquillus in lib. de claris Rhetoribus. Meminit Varro, teſte Nonio Marcello in verbo Bubulcitate. Et Hieronymus in Chronicis Euſebii: *Plotius*, inquit, *Gallus primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit.*

L. Plotius, Poeta, dilectus a C. Mario, memoratur Ciceroni in oratione pro Archia. Arbitror eundem eſſe Plotium, quem Plinius lib. 35. cap. 17. mimicæ ſcenæ conditorem vocat, & Manilii Aſtrologi conſobrinū, qui ambo cū Straberio Erote Grāmatico ſerui & eadem naui adducti ſunt.

PLOTIVS TVCCA, Poetę Virgilii familiaris & amicus, inter hæredes ab ipſo relictus eſt. Crinitus. Interpres Perſii Tuccetam illum primum vocatum ſcribit.

¶ Plotius Criſpinus, Poeta & Philoſophus Stoicus, notatur ab Horatio, propter garrula carmina Aretalogus dictus, quemadmodum ſcribit Porphyrio.

¶ Plotius Firmus, Præf. præt. ſub Othone lectus a militibus. Tacitus 18.

¶ Plotius Gryphus, in Senatum lectus a Veſpaſiano, mox fit prætor. Tacitus 18. & 20. Idem puto præfectus annonæ ſub Domitiano celebratur Papinio Syluarum 4. etſi ibi Grippus legitur.

M. Plotius, Cæſaris partium miles, refertur comm. 3.

Plotius vnguentarius ad Attic. 13.

¶ Plotio Celſiano reſcribitur a D. Pio Pand. 5. tit. 1.

Plotio alii ab AA. & CC. 4. Cod. titulo 6. & 46.

¶ L. Plotius Atimetus IV. vir Auguſtalis. Inſcript. ant. pag. 57.

Q. Plotius Maximus. Ibidem pag. 54.

Q. Plotius Q. F. Quir. Romanus, exornatus equo publico, honoribus functus in colonia Oſtienſi, deceſſit ſuperſtitibus parentibus. Ibidem pagina 103. & apud Carolum Sigonium emendationum 2. pagina 147.

Plotiana ſcribit ad Iuuentium Celſum, reſpondet illi IC. Pandect. 29. de iure Codicillorum.

¶ PLOTINA, Auguſta, Traiani Imperat. vxor, cum primum ad Palatium acceſſit, e gradibus ad populum conuerſa: Talis, inquit, huc ingredior, qualis exire volo. & per omnem principatum ſic ſe geſſit, vt omni culpa careret. Huius ope Hadrianus, Traiani ſucceſſor, ad imperium peruenit, qui eius beneficiū memor, multis eam honoribus proſecutus eſt.

Plotina, aulici Cæſariani coniunx, & maritum exulem ſecuta eſt, & reditum illi impetrauit.

Plotinus, Philoſophus Platonicus, Ægyptius natione, diſcipulus Ammonii, præceptor Porphyrii, temporibus Gallieni, Claudii & Probi. Scripſit libros 54. Platonicam ſectam continentes. Vide Suidam.

¶ Plvto Pinenſis, iuuenis eximius, cũ bello Italico patriæ ſuæ obſeſſę præſideret, ac Roman. Imp. patrem ipſius captiuum, in conſpectu ipſius conſtitutum, occiſurum ſe minaretur, niſi portas ſibi aperuiſſet, ſolus e manibus militum ſenem eripuit, duplici pietate memorandus, quod & patris ſeruator, nec patriæ fuerit proditor. Valerius Maximus 5. cap. 4.

¶ Plutia Hermione, memoratur Inſcript. veterum pagina 32.

Polenivs Sebennus, homo nocens ſub Seuero & Antonino, cuius fraude periit Bebius Marcellinus. Dion.

POLLÆ.

Polla, vxor D. Bruti, quam & Paulam Valeriam dictã vult Paulus Manutius. Meminit Pollæ Cicero epiſt. fam. lib. 11.

Polla, mater L. Gellii Publicolæ, refertur apud Dionem lib. 47.

Polla Argentaria, coniunx Lucani Poetæ, docta, vt Statius ſcribit, & decora forma, ſimplicitate, comitate, cenſu, ſanguine, gratia, decore. Extat ad hanc epigramma Martialis lib. 10. 2. 8.

Polla, citatur 6. Cod. tit. 35. reſcribentibus vero duobus A A. Seuero & Antonin. Eidem, puto reſcribit Anton. A. 8. C. tit. 41.

Pollæ alii reſcribunt Val. & Gall. AA. 7. Cod. tit. 21.

Polla Almonis cum notatione mariti refertur Martiali lib. 10. 6. 4.

¶ Pollex, ſeruus Cic. a pedibus de quo ad Attic. 13. Pollex quidem, vt dixerat, &c. non iudex 219. Fit mentio eius & lib. 11. in fine epiſtolę 4. & familiarium 14. epiſt. 6.

POLLII.

Q. Pollius Valerianus, laudatur a Martiale lib. 1. vt per quem ſuis nugis perire nõ licet, in fine.

Pollio eidem, an alii, nondum mihi ſatis cõſtar, dedicauit Statius Syluarum ſuarum librum 3. Gener illi Iulius Menecrates erat, teſte eodem Statio, quem & ipſum Poeta celebrat.

Pollia Caminia Lucilius Anthemidorus coniugi incomparabili. Hæc inſcriptio extat Mediolani ad S. Nazarium. Inſcript. ant. pagina 43.

Pollia Saturnina, cum Titio Philippo & Ælia Saturnina, liberis, memoratur inter vetuſtos tumulos Antiquitatibus Fabricii pagina 85.

¶ Pollianvs quidã memoratur Pandect. 33. de dote relegata l. 14.

¶ Pollidenti reſcribitur ab Alexan. A. 4. Cod. tit. 31.

¶ Pollidivs, tempore Papiniani floruit. refertur Pand. 22. tit. de vſuris.

¶ Pollio, præf. ſtipatorũ corporis ſub Claudio. Ioſephus 19. cap. 4.

Pollioni reſcribitur a Diuis fratribus Pãdect. 48. ad legẽ Iuliã de adul. & ſtupr. 38.

¶ Politianvs, Trib. mil. ſub Ceſtio Gallo, rectore Syrię, miſſus ab illo Hieroſolymam ad exploranda populi conſilia, in templo Deum adorauit. Ioſephus belli Iudaic. lib. 2. cap. 16.

¶ Pompedivs, Senator accuſatus a Timido. Ioſephus lib. 19. c. 1. Locus eſt, vt apparet, mendoſus. Fors erit T. Numidio.

POMPEII.

Velleius Paterculus dubitat, duæ ſeu tres fuerint Pompeiorum familiæ. Nos de re tam antiquaria, in tanta veterum ſcriptorũ penuria, nihil certi conſtituere poſſumus. Illud ſatis conſtat, vel Liuio teſte, Põpeios omnes plebeios fuiſſe, primumq; omniũ in eam gentem Conſulatum intuliſſe Q. Põpeium Nepotem, anno vrb. cond. DCXII. Sed de illo ſuo loco dicemus. Nunc a Pompeii Magni domo, vtpote inter omnes clariſſima, ſumemus exordium.

Sex. Pompeius liberos reliquit Cn. & Sex. Ex his Cn. Pompeius, cognomento dictus Strabo, Quæſtor T. Albutii fuit, vt meminit Cicero in Verrinis. Conſulatum aſſecutus anno V. C. DCLXV. cum bellũ arderet ſociale, re cõtra Picentes feliciter geſta, triumphauit. Deinde Marſos acie vicit, Veſtinos & Pelignos in deditionẽ accepit, Aſculũ euertit. Bello ciuili exorto, cũ poſſet patriæ multum prodeſſe, diſſimulanter vtramque partem fouens, Cinnæ vires dedit. Nec niſi profligatis optimatium rebus, ad ferendam opem accurrit. Ad extremũ fulmine exanimatus ipſe eſt, exercitus peſte interiit. Ciues cadauer eius, cum efferretur, lecto detractũ multis probris & contumeliis affecerũt. Hæc ex Aſconio Pediano, Plutarcho, Liuio, Iulio Obſequente & Oroſio libri quinti capite 19. Cicero Philippica duodecima tironem ſe in illius exercitu fuiſſe ſcribit. Et in Bruto, quomodo & Paterculus, inter eius ætatis Oratores enumerat.

Sex. Pompeius Cn. Põpeii Strabonis fr.

iuris ciuilis & Geometriæ ſtudiis, tum etiã Stoicarum rerum peritia clarus extitit, teſte Cicerone in Bruto. Celebratur huius dictum ad *P.* Vectium Scatonem, Marſorũ ducem, qui Sexto ſalutato, Quem, inquit, appellem te? flagrabat enim tum bello ſociali Italia: Voluntate, inquit Sextus, hoſpitem, neceſſitate hoſtem. Cicero *Phil*ipp. 12.

Cn. Pompeivs Magnvs, Strabonis F. ex Lucilia matre, tribus Conſulatibus geſtis, totidemque triumphis actis *P.* R. princeps diu feliciſſimus enituit, de cuius rebus geſtis illuſtrium ſcriptorũ libri referti ſunt. *P*erſequitur eaſdem *P*lutarchus in *P*arallelis. Elogium eius, quod Romæ legitur in tẽplo Mineruæ prope *P*antheum, retulit Fabricius in Antiquitatibus pag. 51. *P*lacuit etiam hic adiicere locum Saluſtii e libro 3. hiſtoriarum, adductum a Nonio Marcello. *Pompeius*, inquit, *a prima adoleſcentia ſermone fautorum ſimilem fore ſe credens Alexandro regi, facta conſulta que eius æmulatus erat*, &c. Vxores habuit Antiſtiam, Æmiliam, Syllæ priuignam, Mutiam. Ex Mutia filios duos, Cn. & Sex. filiamque Pompeiam ſuſtulit. Eadem ob impudicitiam repudiata, Cæſaris F. Iuliam duxit, qua in puerperio defuncta, Corneliam, Scipionis F. a *P.* Craſſo relictam, ſibi coniunxit, vtriuſque fortunæ comitem. Victus enim acie *P*harſalica, cum ad *P*tolemæum in Ægyptũ confugiſſet, in conſpectu eius & iunioris filii capite trũcatus eſt pridie natalem ſuũ, cum haberet annum ætatis 58. Cicero lib. 7. ad Attic. epiſtola 16. vocat ſcriptorem luculentum, ideoque in eo notat, quod de maximis rebus ad Cæſarem litteras, quæ in omnium manus ventura eſſent, Seſtio ſcribendas dederit. *Itaque*, inquit, *nihil vnquã legi ſcriptum* [illegible].

*P*ompeia *P*ompeii Magni ſoror, fuit in matrimonio Memmii. De hoc ſupra egimus.

Cn. *P*ompeius F. bello ciuili paterno nauibus Ægyptiis præfuit. *P*oſt pugnam Africanam bellum in Hiſpania vna cum fratre redintegrauit. Victus apud Mundam, in fuga cæſus eſt. Vxorem habuit Appii Claudii, viri Conſularis & Cenſorii, filiam. Homo ingenio ſtolido & feroci. Caſſius ad Ciceronem ſcribens epiſtolarum 15. *Peream*, inquit, *niſi ſolicitus ſum. Ac malo veterem ac clementem dominum, quam nouum & crudelem experiri. Scis, Cneus quam ſit fatuus, ſcis quomodo crudelitatem virtutem putet, ſcis, quam ſe ſemper a nobis deriſum putet. Vereor, ne nos ruſtice gladio velit* ἀντιμυκτηρίσαι.

Sex. Pomp. Magni F. adoleſcens ſtudiis rudis, ſermone barbarus, impetu ſtrenuus, manu promtus, cogitator, celer, fide patri diſſimilimus, libertorum ſuorum libertus, ſeruorumque ſeruus, ſpecioſis inuidens, vt pareret humilimis, vt Vell. Paterculus. Poſt prælium Mundenſe aliquandiu delituit. Cæſare in Italiam regreſſo, reparatis copiis, cum ducibus ipſius conflixit, ſæpe victor. Cæterum eo ipſo d e, quo Eboram cepit, cognouit de cæde Cæſaris. Reuocatus in vrbem, Siciliam occupauit, ibique tempore proſcriptionis omnibus ad ſe confugiẽtibus tutiſſimum aſylũ præbuit. Facta poſt pace cum Triumuiris, multos ex iis, in vrbem reſtituit, vt Claudium Neronem, M. Syllanum, Sentium Saturninum, Aruntiũ & Titium, a quo poſtea iugulatus eſt. Auctor idem Paterculus. Apud Triumuiros conuiuatus, cum eos poſtero die in naui exce piſſet, cœnam ſe eis in carinis ſuis dare dixit, alludens ad patris domum, quam ille in Carinis habuiſſet. Rupta pace, cum etiã mare piratis infeſtaret, poſt multas clades vltro citroque illatas, tandem apud Mylas ab Agrippa nauali pugna victus eſt. Quare relicta Sicilia in Aſiam fugit, vbi fruſtra tẽtatis omnibus, deſertus a ſuis, Titio, quem Antonius miſerat, ſe dedidit, ab eoque vt diximus, interemtus eſt. Vxor illi fuit Scribonia, & ex ea Pompeia filia. Hanc, pace cum Antonio & Cæſare facta, deſpondit M. Marcello, nato Octauia, Cæſaris ſorore. Vide Dionem lib. 48.

Pompeia, Magni F. Cn. & Sex. ſoror, maritum habuit Fauſtum Syllam, Dictatoris F. quo cæſo in Africa, cum ipſa a Cæſare vitam obtinuiſſet, ei ſuperſtes vixit, fratrique in Sicilia adhæſit. Meminit Suetonius in Tiberio.

¶ Cn. Pompeius Lenæus, Pompeii Magni libertus, memoratur a Tranquillo inter claros Grammaticos. Vide de illo Plinium quoque 25. cap. 2.

Pompeii, ſecundum cognomenta digeſti.

Pomp. Agilis, cum Pompeia Primigenia coniuge, & Pompeia Spectata filia, refertur Inſcript. ant. pag. 375.

Pompeia Aphrodiſia, vxor Sicinii Zoſimi. Inſcript. ant. pag. 290.

Aphro-

Aphrodiſio (incertum an *Pompeio*) reſcribitur ab AA.& CC.4.Cod.tit.26.

Cn.*Pompeius* Baſiliſc⁹ Mamertinus, memoraturCiceroni, vt hoſpes ſuus, Verrin.6.

Q.*Pompeius* A. F. Bithynicus, biennio quam Cicero fortaſſe maior, coniunctus ipſi Ciceroni & M. *Piſ*oni cum amicitia tũ ſtudiis & exercitationibus dicẽdi. Vide Ciceronem in Bruto. Cæſus eſt in Ægypto, cũ claſſis Pompeii Magni diriperetur, omnesque in ea reperti crudeliſſime interficerẽtur, teſte Oroſio lib.6.c.15. De hoc Feſt⁹ li. 16. *Pōpeius Bithynicus*, inquit, *e ſupellectili regia ſignum ephebi, mitram tenentis, arenamq́, tuentis, exercitationis gratia, more Græcorum Romam portauit, & in Capitolio poſuit.*

A. Pompeius Bithynicus, Prætor Siciliæ, venienti Sex. *Pompeio* prouinciam ceſſit, cum ab illo obſeſſus eſſet, ab eoque poſtea occiſus eſt. Liuius 103. Appianus 5.

Pomp. Collega, Conſul ſub Domitiano anno V. C. DCCCXLV. Meminit illius Ioſephus, vt legati Syriæ, ſed adhuc iuuenis, lib. 7.c.2.& *Pl*in. epiſtolarum 2.ad Arrianum.

Sex. Pomp. Chlorus, ciuis Rom. Siculorum omnium primus & nobiliſſimus. M. Cicero in Verrinis lib. 4.

Q.*Pompeius*, vt opinor, huius Sex. F. cõmendatur a Cicerone Curio proconſuli, epiſtolarum famil. lib.13.

Cn.*Pompeius*, Conſul ſuffectus ann. V. C. DCCXXI I. ſub Auguſto, ex Cal. Octob.

C. Pompeio Euſconio, conditori factionis Ruſſatæ & factionum primo patrono benemerenti optimo & pientiſſimo liberti & libertæ hæredes fecerunt de ſuo. Hanc inſcriptionem repertam Romæ in æde D. Genitricis de pace tradit Volaterranus.

Cn. Pōp Euphroſynus & Iunia Gemella vxor de omnibus bonis ſuis hoc ſibi ſumſerunt. Inſcript. ant. pag. 132.

Pomp. Falco, C. Plinii familiaris, ad quẽ illius extant epiſtolæ. Vlpianus ad hunc epiſtolã de caſib. infecti teſtamenti Hadrianum ſcripſiſſe tradit. Vide *Pand*.28.

Pomp. Falco, ſub *Pertinace* Conſul, liberius Imperatorem pupugit, ſed non minus acriter quam prudenter remorſus, cui poſtea Falco imperare cupiens parauit inſidias. Hac de re in Senatu conqueſtus Imperator, Falconi tamen pepercit, & a Senatu impunitatem eius petiit. Vixit deinde Falco ſecurus in rebus ſuis, & hærede filio deceſſit. Multi tamen Falconem neſciſſe tradũt, imperium ſibi parari. Cataneus eundẽ hũc eſſe cum ſuperiore putat, ſed temporum ratione refellitur. Filium fuiſſe, vel nepotẽ potius, non inuitus conceſſerim.

Falconi reſcribitur a Val.& Gal.6.Cod. titulo 42.

Pompeius Fauſtinus, *Præ*tor vrb. refertur in monumentis Rom. pag. 217. *Præf.* vrb. ſub Diocletiano.

Cn.*Pomp*. Ferox. Conſul cum *Pompo*nio Liciniano Rufo. Ibidem pag. 221.

SEX. POMPEIVS FESTVS, ſcripſit variarum obſeruationum libros 19. quorum epitomen fecit Paulus quidam Diaconus, temporibus Caroli Magni, magna mehercle ſtudioſorum iactura, quorum non parũ intererat, Pompeium totum & integrũ extare. ¶ Fragmentum Sex. Pompeii e bibliotheca Farneſiana edidit recenti tẽpore Fuluius Vrſinus, lacerum tamen & ipſum.

C. Pompeius Gallus, Conſul anno vrbis conditæ DCCCI.

Pōpeius Groſphus, amicus Horatii Poetæ, cui ſcribit ille Carminum 2. Odam 16.

Pomp. Helianus, iuuenis Quæſtorius, ſub Nerone in Italia & Hiſpania, in qua natus erat, exulare coactus. Tacitus 14.

Pomp. Hermippus, cum Hermippo F.& Titiana filia, memoratur Paulo IC. Pand. 32.de fideicommiſ.& legat.

M. Pompeius Ithacus, cũ Pompeia Vrbana colliberta, refertur Inſcrip. ant. p.129.

Pompeius Iulian⁹, Syriæ præſes, Euphratis Philoſophi ſocer. Vide Plinium epiſt. 1.

Cn. Pompeius Lenæus, de quo ſupra.

Pompeius Macer, Eques Roman.& filius Theophanis, ornandis bibliothecis ab Auguſto præpoſitus, teſte Suetonio. Vide Strabonem lib.13. Ad hũc ſcribit Ouidius in Amoribus & Triſtium 2. quemadmodũ ante nos annotauit Baptiſta Pius Bononiẽſis ann. poſt. cap.184. Verſus Ouidii ex Amoribus ſunt:

Carmen ad iratum dum tu producis Achillem,
Primaque iuratis induis arma viris:
Nos, Macer, ignaua Veneris ceſſamus in vmbra,
Et tener auſuros grandia frangit amor.

Ex Triſtibus:

Ecquid ab impreſſæ cognoſcis imagine ceræ,
Hæc tibi Naſonem ſcribere verba, Macer?
Tu canis æthereo quicquid reſtabat Homero,
Ne careant ſumma Troica bella manu.

Pompeius Macer, Prætor vrbanus ſub Tiberio, *P*rincipatus eius anno 1. Idemne

cum ſuperiore, an filius, aliusve ſit, ambigo. Puto tamen fuiſſe filium.

Pompeia Macrinia, ſub Tiberio in exilium pulſa, cuius pater, illuſtris Eques Roman. frater Prætorius, ſub inſtantem damnationem ſe ipſi interfecerunt. Plura Tacitus lib. 5.

Pompeius Macula, adulter in Fauſta, Syllæ filia. de quo eſt illud Fauſti Syllę fratris dictum: *Miror ſororem meam habere Maculam, cum Fullonem habeat.* Nam Fuluius, fullonis filius, in mœchus illius erat. Macrobius Saturnalium 2. Meminit illius Maculæ Cicero in epiſtolis lib. 6. ad Leptam.

Pompeius Menas, Sex. Pompeii libertus. Cui etſi patronus plurimum deferret, bis tamen ab eo ad Cæſarem Octauianum defecit. Periit ad Siſciam Pannoniæ, barbarorum ſubita eruptione oppreſſus. Dion lib. 48. & ſeq. Eſt in hunc Horatii inuectiua Epod. Od. 4. Conſulantur interpretes.

*P*omp. Meſſalinus, citatur vt ſcriptor Rufino in de Comicis metris.

Q. POMPEIVS A. F. Nepos, is qui primus ex gente *P*ompeia Conſulatum aſſecutus eſt, tibicinis filius putabatur, ſicuti memorat *P*lutarchus. Interrogatus autem a Scipione, ſtudente Lælio, num Conſulatũ & ipſe peteret, negauit ſe facturũ, promiſitq; ſe Læliũ deducturũ. Illis die Comitiorum aduentũ eius expectantibus nunciatur, *P*õpeiũ ambire & ciues prehenſare. Super ea re cũ indignarentur alii, Scipio ridens: *Stultitia eſt*, inquit, *noſtra, tanquã non homines ſed Deos precaturi ſimus, tibicinem expectare.* Ac tunc quidẽ dilato Lælio, *P*ompeius Cõſul creatus eſt miſſuſque contra Numantinos. A quib. victus, ad turpiſſima deſcendit fœdera, quod illi ob gratiã ad populũ impune fuit. *P*oſtea & Cenſurã geſſit cum Q. Metello Macedonico, cum ante id tempus duo pariter ex plebe Cenſores facti non eſſent, vt teſtatur Liu. 59. Cicero in Bruto hũc hominẽ per ſe genitum, ſine vlla cõmendatione maiorũ ſummos honores adeptũ, & tolerabilẽ Oratorẽ fuiſſe ſcribit. Idẽ aſſerit in Verrinis 5. & 7. item lib. 12. ad Atticũ. Meminit inſuper in Fonteiana & pro L. Muræna. De eodem Valer. Max. lib. 8. c. 5. vbi Q. *P*ompeium Aufidium vocat.

*P*omp. *P*aulinus, Equitis Arelatenſis F. paterna gente pulſus, quod 12. pondo argenti habuiſſet apud exercitum, ferociſſimis gentibus oppoſitus. Plinius 33. cap. 11. Hunc eſſe reor, quem ſub Nerone cum L. Vetere exercitui Germanico præfuiſſe, narrat Tacitus lib. 13.

POMPEIA PAVLINA, Senecæ coniũx, cum ipſo mori percupiens, venas ſimul exoluit. Inhibente autem mortem ipſius Nerone, ſerui libertique brachia obligarũt. Vixit itaq; ſuperſtes marito paucos annos, laudabili in illum memoria, & ore ac mẽbris ita pallentibus, vt multum vitalis ſpiritus effuſum, notabilis ſignificatio foret. Corn. Tacitus lib. 15.

Q. *P*omp. *P*edo. Hunc enim eſſe arbitror, qui fere cæſus fuit a militibus, quamuis Conſul, ni Claudius, tum primum factus Imperator, ſuccurriſſet. Ioſephus 19. capite quarto, peremptus poſt ab ipſo Claudio, vt eſt in libello Senecæ de morte Claudii.

*P*ompeio *P*œno cum vitam dediſſet Caius Cæſar, abſoluto & agenti gratias ſiniſtrum pedem oſculandum porrexit. Seneca de beneficiis.

*P*om. *P*lanta, præf. Ægypti ſub Traiano. *P*linius epiſtolarum 10.

*P*ompeii *P*hrygionis bona ſine teſtamẽto poſſedit Æmilius Scaurus. Vnde in illũ C. Memmius, cum accuſaret Beſtiam, cuius patronus erat Scaurus, ac forte funus quoddam deduceretur: Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor.

*P*ompeius *P*rimus, cum coniuge Maxima, refertur in memor. Rom. pag. 319.

*P*ompeius Quintilianus, defunctus laudatur a *P*linio Epiſtolarum 9. idem cui cõmendat libellos ſuos Martialis.

*P*ompeius Rheginus, vir tranſalpinæ regionis. De hoc Valerius Maxim. libro 7. cap. 8. *P*uto de eodem loqui M. Varronem lib. 3. de re ruſtic. cap. 12. vbi T. prænomen ei apponit.

Q. *P*OMPEIVS RVFVS, *P*rætor vrbanus Q. Fabio Max. bonis interdixit. Valerius Maximus libri 3. capite 5. Conſul cum L. Cornelio Sylla anno V.C. DCLXVI. cæſus eſt fraude *P*õpeii Strabonis, ad cuius exercitum, ſucceſſurus ipſi, venerat. Idem Val. Max. lib. 9. capite 7. Liuius lib. 77. Appianus de bell. ciuil. lib. 1.

Q. *P*õpeius Rufus F. cæſus eſt & ipſe a Sulpitianis ſatellitibus, cum ex Cornelia Fauſta Syllæ, cuius gener erat, Q. filium & *P*ompeiam filiam ſuſtuliſſet.

Q. *P*ompeius Rufus Q. F. Q. N. Trib. pl. quo tẽpore occiſus eſt Clodi⁹, cui familiariſſim⁹ erat, cuiuſq; ſe ſectã ſequi palã ꝓfitebatur. Excepta eſt in eo tumultu vox ei⁹:

Milo

Milo dedit, quem in curia cremaretis, ego dabo, quẽ in Capitolio ſepeliatis. Actus poſtea reus & petact⁹ a M. Cælio Rufo, auctorib. Aſconio & Valerio Max. libri 4. capite 1. Dion etiam in carcerem coniectum ſcribit 40. Agit de eodem ipſe Cælius lib. 8. epiſtolarum Ciceronis epiſt. 1.

POMPEIA, ſoror, defuncta Cornelia, Cæſari nupſit, quam ille poſtea dimiſit, raturus adulteratam, cum P. Clodius in ſacris Bonæ Deæ cultu muliebri ad eã penetraſſet. Eadem ab hoc diuortio, aut certe ſoror eius, matrimonio iungitur P. Vatinio. Meminit Cicero lib. 13. epiſt.

Q. Pompeius Rufus, ex eadem domo, quod cognomen arguit, Prætor fuit Cicerone Conſule.

Cn. Pompeius Rufus, Trib. pl. Pompeio Magno tertium Cos. Huius opinor mentionem fieri comment. belli Africani.

Pomp. Rufus, cæſus a Claudio. Vide Senecam in de morte Claudii.

Pompeius Rufus ſub Domit. de quo volunt intelligi illud Iuuen. Sat. 4. -- *Senior illo Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro* &c.

Pompeius Sabinus, Hippocratis interpres, citatur Galeno non vno loco.

Pompeius Saltuinus, memoratur in Inſcriptionib. ant. pag. 424.

Pompeius Saturninus, acer cauſidicus, ſiue ex tempore, ſiue meditate diceret, tum proſatum vetũ clarus, in orationibus & hiſtoria magnificus. Plinius epiſtolarum 1. ad Erucium.

Pompeius Syluanus, vir Conſularis, ſenex diues & orbus, præfuit Africæ Procõſulari imperio. Reum inde Nero Cæſ. abſoluit. Fuit & præſes Dalmatiæ ſub initia principatus Veſpaſiani. Cornel. Tacit. 13. 18. & 19. Idẽ Pompeius a Frontino traditur fuiſſe curator aquarũ publicarũ ſub Veſpaſiano. Ioſeph. lib. 20. c. 1. ſcribit, Rufum & Pompeium Syluanum ſub Claudio poſt Conſulatũ illius quintum Conſules fuiſſe.

Pompeius Silo, in oppidum Bouianũ, quod ceperat, triumphans inuectus, omen victoriæ hoſtib. oſtendit (quia triumphus in vrbem victricem, non victam induci ſolet) proximo prælio amiſſo exercitu, occiſus. Iul. Obſequens pag. 516. Diuerſus ab hoc eſt Pompeius Silo, citatus Senecæ inter claros declamatores ſui ſeculi.

Q. Pompeius Theodorus Siculus.

CN. POMPEIVS THEOPHANES, Mitylenæus patria, ſed a Pompeio Romana ciuitate donatus, nomẽ eius adſumſit. Scripſit res geſtas Pompeii, & eidẽ familiariſſimus, Græcorum omniũ clariſſimũ ſe exhibuit. Filium reliquit M. Pompeium, quẽ Cæſar Aug. Aſiæ curatorẽ conſtituit, & nũc inter primos Tiberii familiares numeratur. Hæc Strabo lib. 13. Mitylenæi tamen nepos, pronepos & proneptis ſub Tiberio periere. Vide Tacitum lib. 6. Meminit huius Theophanis Cic. in epiſt. ad Attic. non vno loco. De eodem Valer. Max. lib. 8. cap. 15.

POMPEIVS TROGVS, hiſtoricus, lib. 43. maiores ſuos commemorat, quos vult a Volſcis originẽ ducere. Auum Pompeium Trogum, Sertoriano bello a Cn. Pompeio ciuitatẽ accepiſſe ſcribit, patruum Mithridatico bello turmas equitũ ſub eodẽ Pompeio duxiſſe, patrẽ ſuum C. Cæſari militaſſe, epiſtolarũq; ſimul & legationũ & anuli curam habuiſſe. Ipſe Pompeius ſub Auguſto florens, vir priſcæ eloquentiæ & ſtudiis impẽſe deditus, totius orbis hiſtoriã ſcribere aggreſſus eſt, Herculea, vt inquit Iuſtin⁹, audacia, quã 44. voluminib. feliciſſime cõfectam, Iuſtinus poſtea in epitomen cõtraxit. Hæc nũc ſola extat: Trogi opus vt multa multorum, tẽporum iniuria intercidit.

Pompeius Valens, cum Agricola ſeruo, citatur Hadriano, reſcribenti Calphurnio Celeriano Pand. 48. tit. de quæſtionib. l. 1.

Pompeius Varus, amicus Horatii Poetæ, & commilito in partibus Bruti & Caſſii, ad quem ſcribit Carminum 2. Od. 6.

Pompeium Vindullum quære 6. ad Att. ſub finem epiſt. 1.

Pompeius Vopiſcus, deſignatus Conſul cum P. Virginio in tempus bimeſtre ab Othone Imp. prętextu veteris amicitię, etſi pleriq; Viennenſium honori datum interpretabantur. Tacitus lib. 17.

Pompeius Vrbicus, vt conſcius rerum Meſſalinæ, a Claudio occiditur. Tacit. 11.

POMPEII ſine cognomentis.

Sex. Pompeius Conſ. quo anno D. Auguſtus deceſſit, celebratur a Valer. Max. li. 2. cap. 1. lib. 4. cap. 7. Ad hunc ſunt epiſtolę Ouid. lib. 4. de Ponto. Seneca de beneficiis 4. videtur innuere, cõmendatione domus, & nominis Pompeii Magni hunc vt cæteros ad Conſulatum aſcendiſſe.

Sex. Pomp. Sex. F. præf. I. D. præf. Fabr. bis Augur ſibi & Tulliæ Sex. F. Seueræ vxori & Seueræ F. annorum xx. In memoriis Patauinis. Scardeonius.

Sex. *Pomp. Prætorii* viri pater, Hiſpaniæ citerioris princeps, cũ horreis ſuis ventilãdis præſideret, correptus dolore podagræ, immerſit in triticum ſeſe ſuper genua, leuatusq; ſanatis pedib. mirabili modo, hoc poſtea remedio vſus eſt. *Plin.* 22. cap. 25. Alii tamen legunt Sex. *Pomponius.*

Q. *Pompeius* A. F. accuſatus repetundarum, Cn. & Q. Seruiliis, fratribus, & itẽ Q. & L. Metellis, fratribus, acerrime teſtimonium dicentibus, tamen abſolutus eſt. Valer. Max. 8. cap. 5.

A. *Pompeius*, ſubito mortuus in Capitolio, cum Deos ſalutaſſet. *Plinius* 7. cap. 53.

A. *Pompeius*, alius ab illo, Trib. pl. volentem nunciare Cybeles Deæ monitu C. Marii de Cimbris victoriam prohibuit, ſubitoque ardenti febre correptus eſt, nec multo poſt victoriæ nuncii allati ſunt. Fulgoſus ex Mario *Plutarchi.*

A. *Pompeius* L. F. patronus municipii Interamnatis, floruit ſub Aur. Antonino, quẽadmodum indicant eius oppidi vetuſtę inſcriptiones apud *P.* Apianũ pa. 145. An autẽ hic ſit *Põpeius* ille, cui reſcripſerũt Seuerus & Ant. AA. *Pand.* 48. ad legem Iuliam maieſtatis pro certo nondum comperi.

Q. *Pompeii*, *Proconſulis* Africæ, caſtiſſimi viri, & cui M. Cælius contubernalis fuerit, meminit Cicero pro eo ipſo Cælio.

¶ *Pompeianus* Ciuica, Conſul II. ſub Hadriano. Fors ille, quem in Marco Capitolinus patruum Veri fuiſſe ſcribit.

Pompeianus Lupercus, Conſul & ipſe ſub Hadriano, anno V. C. DCCCLXXXVII.

Pompeiano, præf. præt. reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 1.

Pompeiano, Conſulari Campaniæ reſcribitur a Conſtantino. 1. Cod.

POMPILII.

Pompilivs Nvma, *Põponis* F. Tatii regis gener, e fratribus 4. minimus fuiſſe fertur, natus eodem die, quo Roma condita. *Poſt* mortem Romuli ad regnum aduocatus, regnauit annis quadraginta. Liu. 1. Pompilio 4. fuiſſe filios volunt, *Pomponem*, Calpum, *Pinum* & Mamercum. Inde 4. familias profluxiſſe, *Pomponiorum*, Calphurniorum, *Pinariorum* & Mamerciorum. Vide *Plutarchum.*

Sex. *Pompilius*, Tribnn. pl. anno V. C. CCCXXXIV. cuius frater Quæſturam petens, repulſam ſuſtinuit. Liuius 4.

Pompilius famigeratus ex amicitia Q. Horatii *Poetæ*, carminibusque eius, inſcripta illi Oda 7. libri 2.

Pompilius, Senator, aduerſus Caligulam coniurauit, vt ſignificat Fulgoſus lib. 3. de patientia.

Pompilius Rufus ſub M. *Pio*, cui reſcripſit Imperator ille Inſtit. 3. tit. 12.

Pompilius, ſeruus Theophraſti *Philoſophi*, clarus euaſit. Gellius 2. cap. 18.

¶ C. *Pompilius*, cũ a Gallis obſideretur, neq; effugere vllo modo poſſet, venit cum hoſtium ducib. in collocutionem: ita diſceſſit, vt impedimenta relinqueret, exercitum educeret. Satius eſſe duxit, amittere impedimenta quã exercitum. Exercitum eduxit, impedimenta reliquit, accerſitur maieſtatis. Ad Herennium lib. 1. pag. 8.

POMPONII.

Pomponios a *Põpone*, Numæ filio cõditos & denominatos, ſcripſit *Plut.* in Numa.

M. *Pomponius* Trib. pl. mox a Decemuiratu abrogato, an. V. C. CCCVI. Liuius 3.

Q. *Pomponius*, Trib. pl. cũ A. Virginio, collegis legẽ promulgantib. vt parte Senatus ac plebis miſſa Veios habitatum, duas vrbes Reip. cõmunes P. R. incoleret, interceſſit, eoque biennio poſt die dicta, denis millib. grauis æris vterq; ab irata plebe cõdemnatus eſt, anno V. C. CCCLXII. Liu. 5.

M. *Pomponius*, Tri. pl. an. V. C. CCCXCIII. L. Manlium Imperioſum vexare cupiens, quod acerbe delectum habuiſſet, quodq; filium rus ablegaſſet, ab illius filio, T. Manlio, coercitus eſt. Liuius 7.

¶ M. *Pomponius* Matho, bis Conſul, anno V. C. DXX. & DXXIII. & *Pontifex* equitumque M. belli *Pun.* 2. anno 2. dein ꝓximo, quo eſt accepta clades apud Cannas, *Prætor* vrbanus, quẽ honorẽ iã plurib. ante annis geſſerat. Deceſſit eius belli an. 9.

Pomponia, mater *P.* Corn. Scipionis Africani, vt habet Silius Italicus *Punicorũ* 13. ſuperioris, vt opinor, ſoror fuit.

M. *Pomponius* Matho, fors frater patruelis, *Prætor* anno belli *Pun.* ſecundi altero, cum Romanos ad Thraſymenum cecidit Hannibal. Fuit & Augur & X. vir ſacrorum. Legatus quoque Delphos miſſus cum Q. Catulo, donum ex præda Hannibalis eo pertulit. Obiit an. V. C. DL. Liuius.

M. Pomponius Matho, Ædilis cum Q. Manlio Thurino belli *Pun.* ſecundi an. XII. *Prætor* anno XV. Siciliam tenuit, ſoluente in Africam Scipione. *Proximo* ante claſſi

præfuit

prefuit ad tuendam aduerſus Poenos oram Siciliæ. Liuius.

¶ M. Pomponius, Trib. pl. anno V. C. DLXXXVII. aduerſatus eſt M. Iuuentio Prętori, volenti Rhodiis bellum indici, vt ad id gerendū ipſe emitteretur. Liu. 45. Prætor ſexto anno poſt fuit, cum factum eſt S. C. de Philoſophis & Rhetoribus vrbe pellendis, vt meminit Gellius lib. 15. cap. 11. item Suetonius in principio de claris Rhetorib.

Pomponius & Lectorius, amici C. Gracchi, quo ille facilius euaderet, corporum ſuorum obiectu protegentes periere. Val. Maximus 4. cap. 7. Plutarch. in Gracchis, Plinius de viris illuſtr.

M. Pomponius, Æd. pl. C. Mario Cn. Carbone Coſſ. Plin. 7. cap. 48.

Pomponius, præf. equ. ſub L. Lucullo, ſaucius ad Mithradatē perductus, rogante illo, nū gratiā ſibi, ſi ſaluꝰ eſſet, reddere vellet: *Equidē*, inquit, *ſi Lucullo fueris amicus, perdignā; ſin hoſtis, nullā*. Ob quā vocē & animi magnitudinē, quāquā diſſuadentib. barbaris, a rege cōſeruatꝰ eſt. Plut. in Lucullo.

M. Pomponius, Prætor bello ciuili Cæſaris partiū. Cæſar commēt. 3. De hoc arbitror loqui Ciceronē ad Att. 13. O rem indignam, gentilis tuus vrbem auget, quam hoc biennio primū vidit, & ei parū magna viſa eſt, quæ etiam ipſum capere potuerit.

C. Pomponius, ſecutus Pompeiū cū C. Marcello, Rhodiis nauib. prefectus eſt. Cęſar comment. 3. Fors hic eſt, quē proſcriptū a Triumuiris euaſiſſe ſcribit Appian. lib. 4.

Pomponius adoleſcens, notatur apud Horatiū Serm. 1. Sar. 4. vt nepos & heluo:

-- Nunquid Pomponius iſtis
Audiret leuiora, pater ſi viueret?

L. Pomponius, Trib. mil. in bello Macedonico ſub P. Licinio Craſſo. Liuius 42.

Cn. Pomponius, Orator temporib. Carbonis & Syllæ, lateribus pugnans, incitans animos, acer, acerbus, criminoſus, vtpote confuſe & perturbate dicens. Cicero in Bruto & 3. de Oratore pag. 129.

Pomponii alii, ſecundum cognomenta digeſti.

T. Pomponivs Atticvs, Eques Rom. Ciceroni coniūctiſſimus, auunculum habuit Q. Cæcilium, a quo adoptatus, & hæres relictus, nunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius cum cognomēto eodē dictus eſt, vt Varro de re ruſt. lib. 2. c. 2. Soror ei fuit Pomponia, quę Q. Ciceronis fratri nupſit, & filia Pomponia, quæ M. Agrippæ collocata, Vipſaniam illi peperit, Druſi Cæſaris ex Tiberio matrem. Ipſe doctiſſimus, ditiſſimus ac liberaliſſimus fuit. Deceſſit ſub Auguſto, cui gratiſſimus & affinitate iunctus erat, cibi abſtinentia, cum morbo correptus, tædium illius & dolorem, iam grauis ſenecta, non ferret. Vitam eius ſcripſit Cornel. Nepos, cuius epitomen inuenire eſt apud Volaterranum. Nos ex vtroq; ſpicilegium hoc fecimus.

Pompon. Baſſus, vixit ætate Plinii iunioris, qui ſeceſsum illius ad eundē ſcribens collaudat.

Pompon. Baſſus, cæſus ab Heliogabalo, quod rebus, quas ille faceret, minime oblectaretur. Sed alterū crimen grauius erat, quod pulcerrimam vxorem atq; nobiliſſimam haberet. Ea erat Claudii Seueri & M. Antonini neptis, quā ipſe poſtea duxit, nec ei, ut mariti mortē lugeret, permiſit. Dion.

Pomponius Baſſus, ſub Valeriano conſ. an. V. C. M. X primæ ſententię ſub Claudio vitam ſuam Reip. obtulit, cum inſpectis libris fatalibus, eius viri morte remedium promitti cognouiſſet. Aur. Victor.

L. Pompon. Bononienſis, Atellanarū inuentor, verbis rudis, ſed ſenſib. acer, & operis inuenti nouitate commendabilis. Floruit nō Laberii & Cic. ætate, quomodo Petrus Crinitus & Volaterranꝰ tradiderūt, ſed Claudii Quadrigarii, Valerii Antiatis & Rutilii tēporib. vt eſt teſtis Velleius Paterculus. Citatur apud Marcellum in Prætone poſteriore, Alconibus, Decuma, Fullonis, Syris, Sarcularia, Pictoribus, Proſtibulo, Porcaria, Atellana, Mœchis, Geminis, Piſtore, Adelphis, Collegio, Placenta, Dotata, Verre ægroto, Ergaſtulo, Medico, Macco, Præfecto, Atreo, Buccone, Aſinaria, Hærede petitore &c. Apud Macrobiū etiam in Gallis tranſalpinis, Mæuia, Calendis Martiis. ¶ Superſunt fragmēta eius quædam, collecta a Roberto Stephano.

C. Pomponio C. F. ter capit. Dec. Caleno C. Pomponio C. L. Phileroti Seuiro Auguſtali Pomponiæ C. L. Nice. Hæc inſcriptio extat in agro Capuano in villa S. Petri, vbi Capua antiqua erat, teſte Apiano pag. 133.

M. Pomponius Dionyſius, Ciceronis libertus, ex ipſo Cicerone & Attico, cui gratiſſimus erat, appellatus, Ciceronum filiorum præceptor, quem Cicero nunc laudat, vt doctum & virum ſanctū: nunc cōtra ut ſuperbum, loquacem & impium de-

teſtatur, alienatus ab ipſo, cui tamen in gratiam Attici facile ſe reconciliari permiſit. Vide epiſtolas Ciceronis ad Attic.

C. Pomponio Euandro & Calliſto & Diadumeno & Alpidephoro Q. Poponius Endeutan. & Pomponia Alpis filiis dulciſsimis & ſibi fecerunt. Hæc inſcriptio legitur Romæ in æde S. Saluatoris de le Cupelle, teſte Apiano.

L. Pomponius Flaccus & Pomponius Græcinus, fratres & ambo eodē anno, qui fuit V.C. DCCLXIX Conſules ſub Tiberio, honore continuo, quemadmodū oſtendit Ouid. lib. 4. de Ponto, a quo impenſe cultus eſt Græcinus. Flaccus Mæſiæ præfectus, Rhaſcuporim Thracem, qui fratrem occiderat, ingentib. promiſſis deceptum, caprumq; Cæſari, tranſmiſit. Moritur Proprætor Syriæ, vt memorat Corn. Tacit. lib. 5. Mentionem eiuſdem, vt rectoris Syriæ, facit Ioſephus Antiquitatum 18. cap. 12.

Pomponia Græcina, ſoror, maritum habuit Plautium, qui ouans ſe de Britannis retulit, a quo ſuperſtitionis externæ rea, abſoluta eſt. Hæc poſt Iuliam, Druſi filiam, dolo Meſſalinæ interemptam, per 40. annos non niſi lugubri vultu, non animo niſi mæſto fuit. Corn. Tacitus lib. 13.

Pomponia Gratilla, Ruſtici Aruleni vxor, filium Curianum exhæredauit. Vide Plinium epiſtolarum 5.

Pomponius Ianuarius, vir Conſularis ſub Diocletiano, collega Herculii in ſecūdo Conſulatu, & præf. vrb. ſub eodem.

Pomponius Labeo, poſt Præturam a Tiberio præfectus Mæſiæ, 8. annis eam tenuit, teſte Dione lib. 57. Reuerſus in vrbē, cum male adminiſtratæ prouinciæ reus factus eſſet, atq; illi domo ſua Tiberius interdixiſſet, abruptis venis mortem ſibi cōſciuit: quod exemplum & vxor Paxça imitata eſt. Tacitus 4. & 5.

M. Pomponius Marcellus, Grammaticus, refertur Trāquillo. Volaterranus Marullū vocat, ſed opinor mendoſe, vt multa.

Pomponivs Mela, natione Hiſpanus, ex Cingenterato, Bæticæ oppido, vt ex libro eius 2. manifeſtum fit. Scripſit de ſitu orbis libros 3. Vadianus, qui doctiſſimis commentariis eos libros enarrauit, ſub Claudio vixiſſe, coniicit.

Pomponius Numida, ad quem ſcribit Horatius Carminum. 1. Oda. 36.

Pomponius Philadelphus, cū liberis ponitur Papyriano Pand. tit. familiæ herciſc.

Q. Pomponius Pompeianus fecit ſibi & Pompeio Ingenuo & Pompeiæ Primitiuæ parentibus ſuis b. m. & libertis libertabus q; poſteriſque eorum. Hæc inſcriptio extat Romæ in ſtrata, quæ vocatur ad S. Marcum, ſub quadam porticu iuxta apothecas, quemadmodum eſt auctor Apianus.

C. Pomponio Rheno homini optimo heredes. Hanc inſcriptionem habet Neapolis in ſacello Pontani, teſte Apiano pag. 113.

Pomponiis, Rheno, Creſcenti, Danubio, nepotibus, & Euphrati patri eorum. filio, homini ſimpliciſsimo, Pomponius Rhenus pater fecit, qui me non merentem præoccupauerunt. Hæc quoq; inſcriptio reperitur Neapoli. Idem Apianus pag. 114.

Pomponius Rufus, ſcripſit libros Collectorum. Citatur Valerio Max. 4 cap. 4.

Pomponius Rufus, refertur in vetuſta inſcriptione Romæ in regione tranſtiberina, hoc modo: *Dedicauerunt Idib. Octob. Cn. Pompeio Feroci Luiniano Cos. C. Pomponio Rufo.* Vide Apianum pag. 221.

Q. Pomponius Secundus, homo inquinatis moribus, ſub Tiberio factitabat accuſationes. prætendens id eo a ſe fieri, vt parta principis gratia, periculis fratris mederetur. Tacitus 5.

L. Pomponius Secundus Q. fr. Conſulatū geſſit, quo tempore C. Cæſar occiſus eſt, vt ſcribit Dion li. 58. Sub Claudio Cattos perculit, vnde triumphalis illi decretus eſt honor. Tac. 11. & ſeq. Caio principi cœnā dediſſe tradit Plin. lib. 14. c. 4. quo loco & vitam illius ſe in litteras miſiſſe teſtatur. Idem 7. c. 19. nunquā illū ructaſſe memorat. Apud eundē etiā Gracchorū ſe manus vidiſſe refert li. 13. c. 12. Claruit & ſcribēdis Tragœdiis, qua potiſſimum gloria apud poſteros præcellit. Vide Quintilianum.

L. Pomponius Veientanus, præfectus ſocium, captus a Pœnis bello Pun. 2. homo publicanus antea, malis artib. reip. & ſocietatibus infidus damnoſusq;. Liu. initio. 25.

Q. Pomponius Q. F. Fab. Seuerus ſibi & libert. omnib. T.F.I.H.M.H.N.S. Hæc inſcriptio extat Paduæ, teſte Apiano pa. 343.

Sex. Pomponivs IC. vixit temporibus Alexandri principis, valde illi familiaris, & ex Conſiliariis vnus. Eius eſt lex. 2. ſeu titulus de origine iuris Pand. 1. Citantur autē in Pand. eius libri, teſtib. Angelo Politiano & Gregorio Haloandro, 20. epiſt. ad Q. Mutium lectionū 15. ad Sabinū 35. variarū lectionū 15. ad Plautium 7. fideicommiſſorum 5. Senatusconſultorū 5. ἑρμηνειῶν 2.

Regula-

Regularum 1. His addit Riuallius ad ædem 80. ad edictũ 84. Digeſtorũ 40. de ſtipulationib. 17. Deceſſit anno ætatis 78. Hic diſcendi ſolam viuendi rationem optimã iudicauit, quã etiã in vitæ ſuæ finẽ perduxit.

Pomponiis reſcribit A. 2. Cod. de tranſactionibus.

Pomponio Alexander A. 4. Cod. tit. 39. & Gord. A. ibidem tit. 65.

Pomponiana pira memorantur Plinio lib. 15. cap. 15.

In Pomponia gente Vituli quoq; cognomen inueniri docet Varro rei ruſt. 2. c. 1.

PONTII.

Pontius, familiaris Scipionis Æmiliani. Macrobius ex auctoritate Ciceronis 3. c. 9.

L. PONTIVS, Eques Rom. celebris cauſarũ actor ſuo tẽpore, qui luminib. captus, nihilominus in foro munus ſuũ petentibus impertiebatur. Valet. Max. 8. cap. 7. Opinor huius L. Pontii ſeruum fuiſſe, qui ad Syllam accedens: *A Bellona*, inquit, *tibi nuntius aduenio. Victoria tua eſt ò Sylla*. Refertur id D. Auguſtino de ciuitate Dei 2. cap. 24.

Pontius, à P. Ceruſo in adulterio deprehenſus, caſtratus eſt. Valer. Max. 6. cap. 1.

L. Pontius, quem putabant magiſtrum fore, ſi bona venirent &c. Cicero ad Att. 1. epiſtola 1.

T. Pontius, Centurio, homo magnarum virium, cuius meminit apud Ciceronem Cato in de ſenectute.

Pontius, Cæſaris Centurio, mori maluit, quam Pompeio, a cuius ſocero Scipione captus erat, militare. Hirtius de bell. Afric. Valerius Max. 3. cap. 8.

Pontia T. Pontii filia hîc ſum, quæ duobus natis a me veneno conſumtis, miſere mihi mortem conſciui. Tu, qui hac tranſis, ſi pius es, quæſo a me oculos auerte. Hæc inſcriptio Romæ extat & Beneuenti, teſte Petro Apiano. Hæc eſt illa Pontia, cuius meminit Iuuenalis Satyra 6.

— Sed clamat Pontia, feci,
Confiteor, puerisque meis aconita paraui. &c.

Pontio ſcribit Plinius epiſtolarum 5.

¶ Pontio Proculo, Proconſuli, reſcripſit D. Pius. Vlpianus Pand. 48. de accuſat. l. 7.

Pontio reſcripſerunt Seuerus & Antoninus Pand. 48. ad legẽ Iuliam maieſtatis.

Pontiæ reſcribitur ab AA. & CC. 8. Cod. tit. 14.

Pontius, D. Cypriani Martyris Diaconus & comes indiuiduus, vſq; ad vltimum ſupplicii diem exilium cum ipſo ſuſtinuit, egregio de ipſius vita & exitu volumine relicto. Hieron. in deſcriptorib. Eccleſ.

PONTII, congeſti ſecundum cognomenta.

PONTIVS AQVILA, cum eſſet Trib. pl. triumphanti Cæſari prætereuehentiq; non aſſurrexit. Vnde Cæſar indignatus: *Repete ergo*, inquit, *a me Aquila, rempub. Tribunus*. Et per aliquot dies nihil cuiquã pollicitus eſt, niſi ſub exceptione, Si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Coniurauit Pontius cũ Bruto & Caſſio in Cæſaris necẽ, fuitq; vnus ex percuſſorũ numero. Periit in conflictu Mutinẽſi, Suetonius in Cæſare, Cic. epiſt. famil. lib. 10. & Dion hiſtoriarũ Rom. lib. 46. qui D. Bruti legatũ fuiſſe, ſtatuamq; illi a Senatu decretã ſcribit. Refertur cõment. 3. belli ciu. Q. Aquila Cæſaris partiũ. An autẽ hic Pontius idẽ ſit, nondũ certo cõperi.

Pontius Aufidianus, cum filiæ ſuæ virginitatem a pædagogo Fannio Saturnino proditam didiciſſet, & ſeruum & ipſam puellam necauit. Valer. Max. 6. cap. 1.

Pontia L. F. Capitolina M. Minullius M. F. Exoratus vxori pientiſſimæ b. m. Vix. an. XIX. *Men.* XI. *dies* XIX. Hæc inſcriptio extat Neapoli teſte Apiano pag. 122.

Pontius P. F. Clamella hæres VII. vir Epulonum, refertur in inſcriptione Pyramidis, quæ ſupereſt Romæ apud portam S. Pauli. Extat ea apud Marlianum topographiæ antiquæ Romæ lib. 4. & Apianũ in memoriis vetuſtis Italiæ pag. 252.

Pontius Cominius, cortici incubans, ſecundo Tiberi delatus in Capitoliũ euadit, reditq; Veios, nuncium ferens de Camillo reuocato, eoq; Dictatore dicendo. Liu. 5.

Pontius Fregellanus, ſub finem vitæ Tiberii Senatorium ordinem amiſit. Tacit. 5.

C. Pontius Herennius, Pontii Herennii filius, dux Samnitum, Romanos ad furcas Caudinas ſub iugum miſit. Ipſe poſtea a Papyrio Curſore victis Samnitibus & viciſſim ſub iugum miſſis, ductus in triumpho, ſecuriq; percuſſus eſt. Liu. 9. & 11. Plinius de viris illuſt. Dicere ſolebat, Vtinam ad illa tempora fortuna me reſeruaſſet, & tunc eſſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent: non eſſem paſſus, diutius eos imperare. Cicero Off. 2.

Pontio Luciano reſcribit Seuerus Pand. 23. de iure dotium.

P. Pontius Maximus ac C. Pontius Paullus. C. Pontius Pontianus F. H. Hæc in-

ſcriptio legitur Romę iuxta campum Flor. teſte Apiano pag. 305.

Pontio Mutio reſcribitur a Grat. Val. Theod. AAA. 7. Cod. tit. 48.

C. Pontius Nigrinus, Conſul fuit cum C. Acerronio Proculo, quo anno deceſſit Tiberius. Tacitus 5. Fors idem, quem Plinius Caii principis legatum fuiſſe ſcribit.

Pontius Paulinus, Senatorii ordinis, cuius donationem, libertæ concubinæ factã, Seuerus Imp. ratam habuit Pand. 24. de donationibus inter virum & vxorem.

PONTIVS PAVLINVS, vir Conſularis, Auſonio Poetæ amicitia coniunctus, & ipſe poeticis ſtudiis clarus, ſeceſſit in Hiſpaniã. Vbi religioni vacans, opes & voluptates mundanas contempſit. Extant carmina & epiſtolę eius aliquot inter Auſonii Poemata & epiſt. D. Auguſtini. Ipſe Paulinus ad Alipium Epiſcopum ſcribens, a Delphino Burdigalæ ſe baptizatum, a Lampio apud Barcinonem in Hiſpania ſacratũ aſſerit. Et ad Auguſtinum, ætatẽ ſibi eſſe ait, quæ fuit claudi, ad portã templi ſpecioſam ſedentis, Actor. 3. & 4. Præceptorem Auſonium habuit, quo cum iunior eſſet, Conſulatum tamen ante illum obtinuit & geſſit. Ex Hiſpania Barcinonenſem illi muriam miſit. Vxorem habuiſſe, innuit illud Auſonii:

-- *Tanaquil tua neſciat iſtud.*

Ad quod ille reſcribens, inquit:

-- *Non Tanaquil mihi ſed Lucretia coniunx,*

rem ipſam non negans, ſed nomen repudians. Tres libros Suetonii de regibus in epitomẽ ab illo coactos, & quidem carmine, valde laudat Auſonius, aſſecutum illum aſſerens, quod cõtra naturã rerum ſit, breuitas vt obſcura non eſſet. Tandem ex Hiſpania regreſſus in Italiam, in Campania deſedit, Nolæ Epiſcopum agens. Sic enim de illo Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 1. ca. 10. *Vnde Paulinus noſter, Nolenſis Epiſcopus, ex opulentiſſ. diuite voluntate pauperrimus & copioſiſſime ſanctus, quãdo & ipſam Nolam Barbari vaſtauerunt, cũ ab eis teneretur, ſic in corde ſuo, vt ab eo poſtea cognouimus, precabatur: Domine non excrucier propter aurũ & argentum: vbi enim ſint omnia mea, tu ſcis* &c. Videtur ad eundẽ ſcribere Hieronymus; vtitur enim his verbis: *Nobilem te Eccleſia habeat, vt prius Senatus habuit.* Et iterũ ad Licentium ſuum Auguſtinus: *Vade,* inquit, *in Campaniam, diſce Paulinum, egregium & ſanctum Dei ſeruum, quam grandem faſtum ſeculi huius tanto generoſiore quanto humiliore ceruice incunctanter excuſſerit, vt eam ſubderet Chriſti iugo, ſicut ſubdidit, & nunc illo moderatore itineris ſui quietus & modeſtus exultat* &c. De eodẽ Ambroſius ad Sabinum Epiſcopum init. lib. 6. epiſtolarũ. *Paulinum, ſplendore generis in partib. Aquitaniæ nulli ſecundum, venditis facultatib. tam ſuis quã coniugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniã, & ipſe pauper ex diuite factus, tanquã deoneratus graui ſarcina, domui, patriæ, nationi quoq; valedicat, quo impenſius Deo ſeruiat. Elegiſſe autẽ ſecretũ affirmatur Nolanæ vrbis, vbi tumultũ fugitans æuum exigat. Matrona quoq; virtuti & ſtudio eius proxime accedit, neq; a propoſito viri diſcrepat. Denq; tranſſcriptis in aliorum iura ſuis prædiis, virum ſequitur, exiguo illic coniugis contenta ceſpite. Solabitur ſe religionis & charitatis diuitiis. Soboles eis nulla, & ideo meritorum poſteritas deſiderata. Hæc vbi audierant proceres,* &c.

Pontius Paulinus, Nolanus Epiſcopus, haud dubie diuerſus ab illo, vtpote 60. annis poſterior, litteris & ſanctitate vitæ enituit. Vide Gregorium in dialogorum libro, & Volaterranum in Anthropologia.

C. Pontius Pelignus, refertur Inſcript. ant. pag. 61.

PONTIVS PILATVS, præſes Iudææ, per 10. annos prouinciæ præfuit. Accuſatus apud Vitelliũ, rectorẽ Syriæ, quod multos iniuſte & crudeliter occidiſſet, ſucceſſorẽ accepit Marcellum, iuſſus Romam repetere, vt ſe corã Cæſare Tiberio expurgaret. Priusquã autẽ ad vrbem accederet, Tiberius rebus humanis exceſſit, vt tradit Ioſephus Antiquitatũ 18. ca. 7. Vide Philonem de legatione ad Caium. Euſeb. hiſt. Eccleſ. 2. cap. 7. ſub Caio principe tot malis, tantisq; calamitatib. circumuentũ excruciatumq; ſcribit, vt propria ſe manu transuerberans, nefariam vitam vi abiecerit. Volaterranus vult hũc ipſum Pilatum Caii Cæſaris legatum fuiſſe, conatumque Lanuuii Atalantæ & Helenæ imagines, a Cleophãto Corinthio pictas, e templo tollere, tectorii natura non permittente. Vtrumq; ego ad Nigrinum potius retulerim. Reperias & aliam de Pilato, eiusque interitu, narrationem apud Suidam Νίγρον.

Pontia Poſthumia, ab Octauio Sagitta, Trib. pl. ſtupro cognita, cum nuptias ſuas, quas illi pacta erat, abnueret, ab eodem interempta eſt, imperante tum Nerone. Tacitus 13. & 20.

Pontius

Pontius Scæuinus, nobilis adoleſcens, redditur ordini Senatorio ſub Othone. Cornel. Tacitus 17. Nam repetundarum reus ſub Nerone, illo exciderat.

C. Pontius Teleſinus, Samnitiũ dux in bello ſociali, & poſtea Marianis partib. adiunctus, contra Syllã pugnans cecidit. Appianus 1. & Paterc. volumine poſteriore.

L. Pontius Teleſinus, laudatur vt Philoſophus & inſignis vir a Philoſtrato lib. 4. & 7. De eodem Velleius & Tacit. lib. 16.

Pontius Titinnianus, a patre Titinnio miſſus ad Cæſarem, cum ille Brunduſii Pompeium obſideret. Cicero ad Att. in fine 9.

L. Pontius C. F. Mell. L. Pontius Eutychius ſibi. Inſcript. ant. pag. 56.

PONTIANI.

PONTIANVS Lænas, Conſulatum geſſit cum Antonio Rufo ſub Hadriano ann. V.C. DCCCLXXXIII.

Pontianus alius, Conſul fuit cum Pio ſub Maximino Imperatore, anno V. C. DCCCCXC.

Pontianus, Martyr, paſſus ſub Antonino Spoleti, iudice Fabiano, 14. Calendas Februarias.

Pontianus Pontifex Rom. ſub Alexandro, cum ſediſſet annos 5. menſes 2. pulſus in Sardiniam, ibidem cæſus eſt 12. Cal. Decembris. Meminit illius Beda in Calendario.

Pontianus alius, occiſus ſub Maximiano cum Prætextato 3. Idus Decemb.

¶ PONTIANILLA, citatur 6. Cod. tit. 52. reſcribentibus Æliæ Seuero & Antonino.

¶ Ponticus, Poeta Heroicus, cuius meminit Ouidius.

Ponticus, ætate Martialis, notatur ab ipſo libro 2.

Ponticus Martyr, memoratur Euſebio Hiſt. Eccleſ. 5. cap. 3.

¶ PONTIDIVS, rogatus qualem exiſtimaret, qui in adulterio deprehenderetur: Tardum, inquit. Cicero 2. de Oratore.

¶ TIB. PONTIFICIVS, Trib. pleb. anno V. C. CCLXXIV. delectum impedire conatus præceptis & monitis App. Claudii, per Patres ſuosque collegas victus, ab incepto deſtitit. Liuius 2.

¶ C. PONTINIVS (Dion Pomptinium vocat) legatus M. Craſſi in bello cõtra fugitiuos, teſte Frontino lib. 2. cap. 4. Prætor Cicerone Cos. Gallos Allobroges domuit, deque iis triumphauit, valde adiutus ab App. Claud. Conſule, cum illi Tribuni vehementer aduerſarentur, quemadmodum memorat Dion in fine 39. Cum Cicerone Proconſule legatus in Ciliciam iuit, vbi Appio ſimul atque reum illum a Dolabella factum cognouit, accepti beneficii memor, eximiam operã viciſſim præſtitit, quemadmodum teſtis eſt Cicero ad Appium ipſum ſcribens epiſt. 10. libri 3.

POPEDII.

Q. Popedius Silo, dux Marſorum in bello ſociali, eius tumultus auctor, in eoque cæſus. Liuius 76.

Popedia Sp. F. A. XIIX. Iulia Procla F. eius V. A. X. M. III. Citatur a Carolo Sigonio in de nominibus.

Q. Popedio Q. F. Ser. Catoni Q. quinq. liberti. Inſcript. ant. pag. 174.

POPILII.

L. Popilius Volſcus, Trib. mil. Cõs. poteſt. an. V. C. CCCLV. quo tempore primus e plebe, & vnus cum honorem aſſecutus eſt P. Licinius Caluus. Fuit ergo Patricius hic Popilius. Liuius 5.

¶ M. POPILIVS LÆNAS, cum Conſul eſſet, eodemq; tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra Patres ſeditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemq; cum auctoritate tum oratione ſedauit. Cic. in Bruto. Haud dubie vero Lænatis hinc ipſi gentique nomen additum. Porro Conſulatus 4.
geſſit. In ſecundo Tiburtes vicit, agris illo- CCCXCVI.
rum vaſtatis. In tertio Gallos ingenti pu- CCCXCIX.
gna cecidit, deque iis triumphauit magno CCCCV.
plebis fauore. C. Licinium Stolonem ſua CCCCVII.
ipſius lege 10. millibus æris damnauit. Liuius 7.

M. Popilius Lænas, Conſul ann. V. C. CCCCXXXVIII. cum Sp. Nautio ſuperioris, vt arbitror F.

M. Popilius M. F. M. N. Lænas. Hæc inſcriptio legitur Romę in vetuſtiſſimo marmore, teſte Volaterrano.

T. Popilius, legatus fuit in exercitu Q. Fuluii & App. Claudii, Capuam obſidentium, an. V.C. DXLIII.

P. Popilius miſſus legatus cum L. Genutio & P. Petilio ad Syphacẽ regem iungendæ amicitiæ gratia an. V. C. DXLIV.

M. Popilius Lænas, Conſul anno V. C. DLXXXI. Ligures vicit. In quos cum facta deditione præter modum ſæuiret, Senatus factum illius improbauit, Ligures iniuſte venditos, emptoribus precio reddito, liberos eſſe iuſſit. Ipſe Senatui minus parens, Trib. pl. denunciatione in vrbem retractus bis apud C. Licinium Prætorẽ cauſam dixit. Tertio Prætor gratia C. Popilii fratris, qui Conſul & abſens erat, & Popiliæ familiæ precib. victus, Idib. Martiis adeſſe reum iuſſit, quo die noui magiſtratus honorem inituri erant, ne diceret ius, qui priuatus futurus eſſet. Ita rogatio de Ligurib. deq; Popilio, quam duo Martii Tribb. pl. promulgarant, eluſa eſt. Liu. 42. Geſſit tamen poſtea Cenſurâ cum P. Scipione Naſica, auctore Plinio lib. 34. cap. 6. & item Gellio 4. cap. 20. Fuit & Poeta, vt eſt apud Donatũ in vita Terentii. Ouid. Faſt. 6. eo Cos. inſtituta Floralia docet. ¶ Cenſuræ eius meminit Fragment. Sex. Põpeii. p. 94.

DLXXXII DCXVI. C. POPILIVS LÆNAS, M fr. duob. Conſulatibus perfunctus eſt, vir aſper ingenio, ſeuero vultu & graui oratione. Miſſus legatus ad Antiochum Epiphanem, Syriæ regem, vti ab obſidione Alexandriæ eum dimoueret, expoſitis mandatis, quibus iubebatur inceptis deſiſtere, cum ille ſe deliberaturum diceret, virga Regem circumſcripſit, iuſſitq; antequam circulũ excederet, reſponſum dare. Qua aſperitate motus Antioch⁹, bellũ diſſoluit. Liu. 45. qui ſocios & collegas eius in hac legatione C. Deciniũ & C. Hoſtiliũ fuiſſe ſcribit, Paterculus, Valerius Max. 6. cap. 4. In Plinio mendoſe pro Popilio Octauius legitur, etſi Cicero quoque Philipp. 8. Cn. vocat.

M Popilius Lænas, M. puto F. Conſul ann. V. C. DCXV. a Numantinis fuſus fugatusque eſt. Liuius 55. De eodem Valerius Max. lib. 8. cap. 1.

P. Popilius Lænas, Conſul anno V. C. DCXXII. quod in eo magiſtratu acerrime in amicos cliẽtesq; Tib. Gracchi ſæuiſſet, publice damnatus eſt, reſtitutus tamẽ poſtea rogatione L. Calphurnii Beſtiæ, Trib. pleb. Cicero in Bruto & Paterculus. Citatur in hunc, vt in fratris hoſtẽ, oratio C. Gracchi apud Gellium 11. cap. 13. Cicero poſt reditum ad Quirites, adoleſcentes filios deprecatos ſcribit.

Q. Popilius, fors P. fr. Citatur in hunc apud Gellium eiuſdem C. Gracchi oratio, inſcripta in Q. Popilium circum conciliabula, ſi tamen locus non eſt mendoſus.

C. Popilius, alius a priore, & tempore multo poſterior, Senatorii ordinis, q; ob rem iudicatam pecuniã accepiſſet, damnatus eſt. Cicero in Verrinis. Meminit huius credo, vt exulantis Nuceriæ Cicero pro L. Corn. Balbo. Certe pro A. Cluentio virũ clariſſimum vocat, & Q. Metello coniungit, niſi fors ibi pro C. legendum eſt P.

M. Popilius, item Senator, moriturus, Oppium Gallum, amiciſſimum ſibi, tanquã illi bona ſua relinqueret, traditis anulis cum oſculo, cum tamen alium hęredem ſcripſiſſet, deluſit. Valer. Max. 7. cap. 9.

P. Popilius, ſanguine iunctus M. Anco Carſeolano, & inter hæredes aſſcriptus. Valerius Max. 7. cap. 7.

P. Lænas (haud dubie Popilius) Trib. pl. Sex. Lucilium, prioris anni Tribun. pl. Saxo Tarpeio deiecit. Paterculus lib. 2.

C. Popilius, Tribunatus competitor C. Iulio Cæſari. Plutarchus in Cæſare.

C. POPILIVS LÆNAS, Picenæ regionis interemptor patris ſui, aliquando a Cicerone in iudicio capitis defenſus, caput illi & dextram amputauit. Valer. Max. 5. cap. 3. & Dion lib. 47. Popilium pauci ex hiſtoricis interfectorem Ciceronis tradiderunt, & hi quoq; non parricidii reum, & a Cicerone defenſum, ſed in priuato iudicio. Seneca declamar. 7. Nam Plutarchus & Euſebius, eosq; ſecuti, ad Herenniũ id transferunt. Vide Sebaſt. Corr. Quæſturam.

Popilia, virgo Veſtalis, ob crimen ſtupri viua defoſſa eſt, ann. V. C. CCLXXV. Oroſius 2. Liuio & Dionyſio Oppia dicitur.

Popilia, mater Q. Catuli ſenis, & C. Iulii Cæſaris, cui primæ omniũ defunctę contigit in vrbe publice laudari. Cic. de Oratore.

Popilia, virgo Veſtalis tempore Q. Metelli Pii, Pontif. Max. Meminit eius Macrob. Saturn. 3.

¶ POPILIÆ feminæ felix nomen dedit nomen tribui Popiliæ. Fragment. Sex. Pompeii pag. 42.

P. Popilius, accuſatus ambitus & damnatus, vti T. Gutta & Bulbus, ſynchroni omnes Ciceronis. Cic. pro A. Cluentio. Aliquanto poſt L. Popilius vocatur, & libertini filius fuiſſe traditur.

M. Popilius, Tribun. plebis anno V. C. DLXXXV. apud Valerium Max. 6. cap. 5. perduellionis diem dicit Claudio & Graccho, Cenſoribus, cũ apud Liuiũ 43. id faciat Trib. pleb. Rutilius. Neſcio vter locus

rectius

rectius habeat. ¶ De Rutilii nomine cum Liuio conuenit Fragment. Sex. Pompeii pagina 94.

C. Popilius, ſynchronus Ciceronis, Iuriſperitus haberi volebat, cum eſſet imperitus, ac ingenio tardus. Ad cauſſam quandam teſtis aduocatus, cum dixiſſet, ſe nihil ſcire. *nimirum*, inquit Cicero, *de iure enim te interrogari putas.* Plut. in apophthegm.

C. Popilius, Eques Rom. cognomento Sabellus, ſub M. Manlio Volſone, quanquam pede ſaucio, ſtrenuam operam contra Hiſtros, cum caſtra reciperentur, præſtitit, plurimosque hoſtium occidit, anno V.C. DLXXVI. Liuius 41.

¶ C. Popilius C.F. Q.N. Carapedo, Conſul & VII. vir Epulonum & ſodalis Hadrianalis, vixit ſub Pio. Vide inſcriptionem, quæ extat apud Volaterranum. Fors hic eſt, qui in Catalogo Conſulum appellatur Lænas Pontianus ſub Hadriano, anno V.C. DCCCLXXXIII.

¶ *Mer. S. D. Popilius Pætus Cn. lube F. Pæto Conſuli deſig. fratri ſuo b. m. p. hunc ſomno æternali patria retinet.* Extat Patauii, citante Scardeonio.

¶ M. Popilius Andronicus, Grammaticus in vrbe. Vide Tranquil. in de Grãmat.

Popilia Felicula, nota e carmine epitaphio apud Fabriciũ in Antiq. pa. 72. & ſeq.

Popilia Zenonis. Inſcriptionum antiq. pag. 255.

Popilia M.F. miranti cuidam, quid eſſet, quapropter aliæ beſtiæ nunquam marem deſiderent, niſi cum prægnantes fieri vellẽt? reſpõdit, *beſtiæ enim ſunt.* Macrob. 2.

Popilia, virgo Veſtalis, deprehenſa in ſtupro, viua defoſſa eſt Olympiadis 73. anno 4. Euſebius.

Popiliæ reſcribitur ab Alexandro A. 4. Cod. tit. 29.

Popilio ab Anton. A. 4. Cod. tit. 32.

POPPÆI.

C. Poppæus Q.F. Q.N. Sabinus, modicus originis, principum amicitia Conſulatum ac triumphale decus adeptus, maximisq; prouinciis per 24. annos impoſitus, nullam ob eximiam artem, ſed quod par negotiis neq; ſupra erat, conceſſit vita ſub Tiberio, non fato, ſed ſponte ſua. Dion & Tacit. lib. 5. Geſſit autem Conſulatum ſub Auguſto an. V.C. DCCLXI. Meminit eiuſdem Plinius lib. 7. cap. 48. Filiam reliquit Poppæam Sabinam, quam primum T. Ollio, deinde Scipioni nuptam, Meſſalina Claudii ſubuertit. Idem Tacitus lib. 11.

Q. Poppæus Q.F. Q.N. Secundus, Conſul ex Cal. Iul. cum M. Papio Mutilo ſub Auguſto, anno V.C. DCCLXI. a quibus lata lex eſt *Papia Poppæa* de hæreditatibus mulierum. Opinor ſuperioris fratrem fuiſſe patruelem, quandoquidem vterque Q.F. & Q.N. ſcribitur.

¶ PORCELLVS, Grammaticus, citatur Senecæ ſuaſor. 2.

PORCII.

Porcios Plutarchus in Publicola a porcis dictos ſcribit, vt a ſuibus Suillios, a capris Caprarios & a bobus Bubulcos. In eandem ſententiam Varro lib. 2. de re ruſt. cap. 1. *Nomina multa*, inquit, *habemus ab vtroq; pecore, a maiore & a minore. A minore, Porcius, Ouinius, Caprilius: ſic a maiore Equitius* &c. Itaque nomen per C. ſcribendum, docet Manutius in Orthographia. Gens ipſa Tuſculo in vrbem venit, auctore Cicerone. Dicti autem Catones ſunt cognomento, qui cati & ſapientes haberentur.

M. PORCIVS M.F. CATO, in vrbem venit exhortatione Valerii Flacci, cum quo poſtea Conſulatũ & Cenſuram geſſit. Vitam illius habes apud Plutarchũ, Æmilium Probum, Plinium de viris illuſt. & Volaterranum, vt de Cicerone, Liuio, Plinio auunculo taccam. Exceſſit natus annos 85. vt Plinius 19. cum eo ipſo anno contra Sergium Galbam ad populum ſumma contentione dixiſſet. Cic. in Bruto, Liuius lib. 39. anno XC. accuſaſſe Galbam ſcribit. Vxores duas habuit, Liciniam & Saloniam, & ex vtraque liberos: ab illa Liciniani, ab hac Saloniani appellati ſunt. Plinius 7. cap. 14. Gellius 13. cap. 18. Plutarchus tradit, illum primum dictum M. Porcium Priſcum, deinde Catonem, patrem habuiſſe M. proauum item illius a fortitudine laudatum. Referuntur inibi hi verſus de illo:

Porcius hic mordax glaucis ſubrufus ocellis
Interiens, Erebo ſedes non repperit vllas.

Citãtur eius actiones apud Nonium de re Floriana, in Panſam, contra Furium &c. ¶ Nominat plures alias Fragmentum Sex. Pompeii, in iisq; aliquoties orationẽ de ſuis virtutib. contra Q. Minutium Thermum. Ibid. pa. 179. notatur, quod Originũ libros inſcripſerit, propterea quod non ſatis plenũ titulum propoſiti ſui videretur amplexus, quãdo prægrauent ea, quæ ſunt rerũ geſta-

rum P. R. cum tamen pag. 181. fateatur, oppidorum originem optime a Catone relatam. E plurimis Ciceronis de Catone locis placuit eum hic adducere, quem habet 7. in Verrem: *Venit mihi in mentē*, inquit, *M. Catonis, hominis ſapientiſsimi: qui cū ſe virtute non genere populo R. cōmendari putaret: cum ipſe ſui generis initiū ac nominis ab ſe gigni & propagari vellet: hominum potentiſsimorū ſuſcepit inimicitias: & maximis in laborib. vſq; ad ſummā ſenectutē ſumma cū gloria vixit* &c.

M. Cato, Catonis ex Licinia F. doctus iuris, obiit patre viuente, Prætor deſignatus. Vxor illi fuit Æmilia, Æmilii Pauli F. Scipionis Æmiliani ſoror. De fortitudine eius Plutar. in Catone maiore, Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Suidas [illegible], Iuſtin. lib. 33. Frontinus lib. 4. cap. 8. Putatur eiusdē eſſe regula Catoniana Pand. 34. tit. 7. item diſputatio Pand. 45. tit. 1. l. 4.

M. Porcius Cato M. F. Cenſorii Nepos, Orator, Conſulatum geſſit cum Q. Martio Rege anno V. C. DCXXXVI. Profectus in Africam, ibidem deceſſit. Huius filius M. Cato, Prætorius, obiit in Gallia.

C. Porcius Cato, M. ſuperioris fr. Cenſorii & ipſe nepos, Conſul an. V. C. DCXL. aduerſus Scordiſcos male pugnauit. Liuius 63. Damnatus a iudicibus Gracchanis lege Manilia. Cicero in Bruto. Meminit illius vt exulantis Tarracone Cicero pro L. Cornelio Balbo.

M. Porcius Cato Salonianus duos filios habuit, M. & L. quorum L. Conſul anno V. C. DCLXV. cecidit in bello Italico. Oroſius ſcribit, illum in pugna contra Marſos ad lacum Fucinum fraude Marii iunioris, quod patris illius laudib. obtrectaret, quaſi ab incerto auctore cæſum eſſe, lib. 5. ca. 18. M. Tribunitius, periit in petitione Præturæ. Laudatur huius iudicium ex formula bonæ fidei apud Valer. Max. 8. cap. 2.

M. PORCIVS CATO Vticenſis, M. Tribunicii F. Saloniani nepos, Cenſorini pronepos, germanum habuit Cæpionem, & duas Seruilias ſorores, item Porciam, quæ nupſit L. Domitio, & auunculum M. Liuium Druſum, qui Trib. pl. domi ſuæ cæſus eſt. Vxores duxit primum Attiliam, Serani filiam, dein Martiam, ſed non virginem. Filium reliquit M. Catonem, qui in acie Philippenſi periit, & Porciam filiam, quæ primum Bibulo, quem bis patrem fecit, vt Plutar. in Catone, dein M. Bruto, Cęſaris percuſſori nupſit. De huius conſtantia & vitæ exitu Valerius Max. lib. 3. cap. 2. lib. 4. cap. 6. Totam vitam Catonis luculenta expoſitione complexus eſt Plutarch. Inexhauſtam eius legendi auiditatē, quæque ſatiari non poſſet, prædicat Cicero lib. 3. de finibus: *Quippe*, inquit, *qui ne reprehenſionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipſa curia ſoleret legere ſæpe: dum Senatus cogeretur, nihil operæ Reipub. detrahens. Quo magis tum in ſummo otio, maximaque copia, quaſi helluo librorum (ſi hoc verbo in tam clara re vtendum eſt) videbatur.* &c.

Porciam, Domitio nuptam, laudarunt ſcripto Cicero, Varro & Lollius. Vide Ciceronem ad Atticum lib. 13. Meminit Hieronymus aduerſus Iouinianū, qui tale eius dictum celebrat: *Cum apud eam quadā bene morata laudaretur, ſecundum maritum habēs: Felix, inquit, ac pudica matrona non nubit niſi ſemel.*

M. Aquinius, Catonis F. bello Africano interfuit, cui Cæſar a morte patris vitam conceſſit. Comment. 5.

Martia, Catonis filia minor, cum quæreretur ab ea, cur poſt amiſſum maritum denuo non nuberet, reſpondit, ſe non inuenire virū, qui ſe magis vellet quam ſua. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum.

C. vel, vt eſt in nonnullis exemplarib. M. Cato, adfuit M. Scauro, defendente Cicer. Aſcon. Pedian. Fuit hic, opinor, Trib. pl. Marcellino & Philip. Coſſ. cuius meminit Cicero ad Lentulū, epiſt. 1. & ad Q. fratrē 3. item Liu. 105. & Feneſtella apud Nonium Marcellū in voce, Rumor, his verbis: *Itaq; vt magiſtratum Tribuni iniere, C. Cato, turbulentus adoleſcēs & audax, nec imparatus ad dicendū, initionib. aſsiduis inuidiā & Ptolemæo ſimul, qui iā ex vrbe profectus erat, & P. Lentulo Conſuli, paranti iam iter, cogitare ſecundo quidē populi rumore cœpit.* Cic. ad Q. frat. 1. epiſt. 3. hæc de eo habet: *Rempublicā funditus amiſimus, adeo vt Cato, adoleſcens nullius conſilii, ſed tamē ciuis Romanus, & Cato vix viuus effugerit. Quod cū Gabiniū de ambitu vellet poſtulare, neq; Prætores dieb. aliquot adiri poſſent, vel poteſtatē ſui facerēt, in cōcionē aſcēdit, & Pompeiū priuatus dictatorē appellauit. Propius nihil eſt factū quā vt occideretur.*

M. Porcius Cato, Prætorius ſub Tiberio principe. Tacit. 4. Fors idē eſt, quē Frontinus ſcribit curatorē aquarū fuiſſe ſub Claudio, datque illi prænomen M. De hoc, neſcio an de alio, extat inſcriptio in memoriis Hiſpanicis pag. 13.

M. Por-

M. Porcius Cato, curator aquarum, Aquilio Iuliano L. Nonio Aſprenate Coſſ. ſub Caio, teſte Frontino in de aquæductibus. Meminit Porcii Catonis Prætorii, vt anhelantis ad Conſulatum, & ob id dilationes factitantis, Tacitus 4.

Cato Marſus quidam, notatur a Cicerone in oratione pro domo ſua.

Catoni reſcripſit D. Had. 2. Inſtit. 10.

PORCII promiſcue congeſti.

L. Porcius Naſica, Cenſori Catoni cum ille, Ex tui animi ſententia tu vxorem habes? *Non hercle*, inquit, *ex animi tui ſententia*. Cicero de Orat. 2. Gellius lib. 4. cap. 20. In Cicerone male legitur, *ex animi mei ſententia*

¶ L. Porcius Cenſorinus, Conſul ſub Triumuiratu Cæſaris, Lepidi & Antonii ann. V. C. DCCXV. poſt pugnam Philippenſem ab Antonio Græciæ præpoſitus eſt. Plutarchus in Antonio.

¶ PORCIVS LATRO, grauis Orator & ſuauis homo, in omni re tamen nimius. Vide Senecā procemio lib 1. controuerſiarum, Plinium lib. 20. cap. 14. Cælium 6. cap. 35. & Volaterranū in voce Latro. Genere Hiſpanus fuit, condiſcipulus Senecæ, Maximi auditor, nobilis declamator. Dicere ſolebat, ſummam eſſe demētiam, detorquere orationem, cui rectā eſſe liceat. Tædio duplicis quartanæ ſub Auguſto ſemet interfecit. Sic Euſeb. in Chron.

¶ Porcius Septimius, procurator Rhetiæ ſub Vitellio, incorruptæ erga illum fidei. Tacitus 19.

¶ Porcius Feſtus, præſes Iudææ ſub Nerone, ſucceſſor Fœlicis. Actor. 24. Obiit in Iudæa. Hiſt. Eccl. 2. cap. 23.

¶ Porcius Ruſticus, propinquus Latronis, pro quo ille reo in Hiſpania dixit. Seneca.

¶ Fulvius Vrſinus ſcribit Læca. Vide Notas eius in opera Ciceronis pagina 105.

¶ M. Porcius Lecca, Tri. pl. an. V. C. DLV. L. Manlio Acidino, cū ex Hiſpania rediiſſet, ne vrbem ouans ingrederetur, obſtitit, quanquam re a Senatu impetrata. Liu. 32.

P. Porcius Lecca, Triumuir Epulonum factus, quo tempore id ſacerdotium primū eſt inſtitutum, an. V. C. DLVIII. Prætor anno ſequenti, Hetruriam obtinuit, vt a tergo Liguribus eſſet. Liuius 33.

M. Porcius Lecca, Senatorius, ſocius Catilinæ. Salluſtius.

P. Porcius Lecca, ſocius Catilinæ. Cicero pro P. Sylla.

DXLIII. L. Porcius Licinius, legatus Q. Fuluii Flacci Proconſ. bello Pun. 2. Liuius 26.

L. Porcius Licinius, alius opinor, Æd. pl. anno ſequ. id eſt DXLIV. Prætor biennio poſt, Galliam prouinciam aſſecutus eſt C. Claudio M. Liuio Coſſ. ante quorum aduentum aduerſus Haſdrubalem multa induſtria rem geſſit. Liu. 27. Traditur idē Poeta fuiſſe, & citatur ab A. Gellio 19. cap. 9. & 17. cap. 21.

L. Porcius Licinius, Prætor ann. V. C. DLXI. Sardiniam tenuit. Conſul ann. DLXX. aduerſus Ligures rem geſſit, in quo bello ædem vouit Veneri Erycinæ, quam L. filius Duumuir extructam ad portam Collinam dedicauit. Liuius 35. 39. & 40.

¶ L. Porcio ob Pro. opt. adminiſtratam Baſtetani populi P. C. Hæc inſcrip extat in Tarraconenſi prouincia. Inſcrip. ant. pag. 5.

M. Porcius M. F. Ibidem pag. 14.

P. Porcius, ſcripſit poema de pugna porcorum verſibus hexametris, cuius dictiones omnes a *P.* littera incipiunt.

Porcio reſcribitur a Seuero & Ant. 5. Cod. tit. 4.

¶ Porcia Veneria, mulier impudica, ſcitam habet inſcriptionē. Inſcrip. ant. pa. 67.

¶ Porcius Lyſimachus.

Lyſimachus, citatur Plinio lib. 1. & 15.

¶ Poſidius, cæſus a Donatiſtis. Auguſt.

¶ Poſidonio reſcribitur ab A A. & C C. 6. Cod. tit. 54.

Poſidonius, Epiſcopus Calamenſis, ſcripſit vitam D. Auguſtini.

¶ POSIS, luti figulus, Plinio ex ſententia Varronis 35. cap. 12.

POSTHVMII.

P. Poſthumius Tubertus, Conſ. anno 5. poſt exactos Reges, triumphauit cū M. Valerio collega de Sabinis, & interiecto anno iterum Conſul, triumphauit cum Agrippa Menenio de Auruncis. Liu. 2. Plin. 15. cap. 29. Primū hunc ouaſſe ſcribit. Idē Dionyſ. tradit, ſed hic bello Aurunco, ille Sabino.

¶ Manutius vult ſcribendum Poſtumius ex antiquis lapidib.

A. Poſthumius Tubertus, P. vt opinor, nepos, Mag. equ. ſub Æmilio Mamerco, quādo ille cenſuræ tempus ac modū impoſuit an. V. C. CCCXXI. Deinde triennio poſt Dictator dictus a genero ſuo, T. Quintio Cincinnato, Volſcos & Aquos vicit nobili pugna, deq; iis triumphauit. Hunc Liuius ſeueriſſimi imperii virum vocat, nec credit tamen ab illo filium, quod præſidio non iuſſus deceſſerit, ſecuri percuſſum libro 4. Agunt de eodem Diodorus Siculus lib. 12.

Valerius Max. lib. 2. cap. 2. Gellius lib. 17. capite vltimo.

C. Poſthumius Cominius, Conſul anno V. C. CCLII. quo tempore primus Dictator creatus eſt T. Largius, huius collega. Iterum Conſul anno IX. poſt, Antiates Volſcos vicit. Liuius 2. ¶ Vide an idem ſit, de quo Fragment. Sex. Pompeii pag. 23.

A. Poſthumius Albus Regillenſis, Conſul & Dictator eodẽ anno, videlicet V. C. CCLVIII. teſte Dionyſio lib. 6. Latinos memorabili pugna ad lacum Regillenſem vicit, deque iis cum M. Equitum, T. Ebutio triumphauit. Liuius 2. Plin. de viris illuſtr. Valerius Max. lib. 1. cap. 8. Huius opinor filios fuiſſe, qui ſequuntur, Sp. & A. Poſthumios.

Sp. Poſthumius Albus Regillenſis, Conſul ann. V. C. CCLXXXVIII. Poſtea inter legatos fuit, qui miſſi ſunt Athenas ad deſcribendas leges Solonis, deinde vnus ex x. viris. Liuius 3.

A. Poſthumius Albus Regillenſis, Conſul an. V. C. CCXC. contra Æquos rem feliciter geſſit. Liuius 3.

Sp. Poſthumius Albus, Sp. vt opinor F. Tribun. mil. Conſulari poteſt. anno V. C. CCCXXIII. Dein ſequenti anno legatus A. Poſthumii Dictatoris, aduerſus Volſcos ſtrenue pugnans, ictus ſaxo, perfractoque capite, acie excedere coactus eſt. Liuius 4.

M. Poſthumius (exiſtimo Regillenſem dictum) ann. V. C. CCCXXIX. Tribun. mil. Conſulari poteſt. rem aduerſus Veios cum collegis ob diſcordiam male geſſit, vnde damnatus a populo 10. millibus æris grauis. Liuius 4.

M. Poſthumius Regillenſis, Trib. mil. anno V. C. CCCXLI. prauæ mentis homo, ob crudelitatem ab exercitu lapidibus obrutus eſt. Huius aliquãdo excepta vox eſt, Malum militibus meis, niſi quieuerint. Liuius 4. Valerius Max. 9. cap. 8.

Poſthumia, Veſtalis, propter amœniorem cultum, ac liberius ingenium, accuſata, tandem abſoluta eſt, an. V. C. CCCXXXV. Liuius 4.

M. Poſthumius & M. Poſthumius Albinus, ſimul Trib. mil. ann. V. C. CCCLII.

A. Poſthumius Regillenſis, Trib. mil. ann. V. C. CCCLVIII. cum L. Iulio Tarquinienſes cecidit. Liuius 5.

A. & L. Poſthumii Regillenſes, ſimul Tribb. mil. an. V. C. CCCLXXIV. Fors fratres, ſuperioris A. filii.

Sp. & L. Poſthumii Albini Regillenſes, Tribb. mil. Conſulari poteſt. Ille an. V. C. CCCLXI. Æquos vicit, deceſſitque in Cenſura: hic anno CCCLXVI. id eſt, proximo poſt vrbem recuperatam a Gallis. Liuius 5. & 6. Arbitror fuiſſe fratres, & ſuperioris Sp. nepotes.

Sp. Poſthumius Albinus, Conſul anno V. C. CCCCXXI. Dein proximo anno Cenſor, cum Philone, Magiſter equitum anno CCCCXXVI. Iterum Conſul an. CCCCXXXIII. auctor cum T. Veturio pacis Caudinæ, Samnitibus deditus, nec tamen receptus eſt. Liuius 8. & 9.

¶ L. Poſthumius Megellus, Conſul an. V. C. CCCCXLIX. triumphauit de Samnitibus. Iterum Conſul triumphauit de eiſdẽ & Hetruſcis contra auctoritatem Senatus, & interceſſionem 7. Tribunorum, cum illi tres Tribuni auxilio eſſent & plebis voluntas. Tertium Conſul, quod opera militum in agro ſuo vſus eſſet, cum exercitui præeſſet, damnatus eſt. Liuius lib. 9. 10 & 11. Suidas Ποτίμιος.

¶ L. Poſthumius Megellus, Conſul an. V. C. CCCCXCI. Idem puto fuit rex ille ſacrorum, quem citat Plinius 11. cap. 37.

A. Poſthumius Albinus, Conſul anno V. C. DXI. Idem Flamen Martialis cum ad bellum gerendũ proficiſci vellet, a L. Metello Pontif. Max. ne a ſacris recederet, in vrbe retentus eſt. Liuius 19. & Valerius libri 1. cap. 1.

L. Poſthumius Albinus, Conſul anno V. C. DXIX. iterum anno DXXV. tertium deſignatus abſens, cum Prætor eſſet, vnà cũ exercitu cæſus eſt a Gallis, an. DXXXVIII. Liuius. Fors A. fr.

Sp. Poſthumius Albinus, Prætor vrbanus anno V. C. DLXV. Tertio anno poſt Conſul Bacchanaliũ coniurationem puniuit. DLXX. fit Augur. Moritur an. DLXXIX. Liuius 36. & 39.

A. Poſthumius Albinus Luſcus, Prætor anno V. C. DLXIX. Conſul ann. DCLXXIV. quadriennio poſt Cenſor, proximo inde anno x. vir ſacrorum, miſſus legatus cum 9. aliis in Macedoniã an. DLXXXVII. Liuius.

Sp. Poſthumius Albinus, Prætor anno V. C. DLXXI. Siciliam tenuit. Conſul anno DLXXX. primus omnium ſocios grauare cœpit, cum ante illum nemo in vlla re oneri aut ſumptui fuiſſet. Liuius 39. & initio 42. Hic idem Poſthumius cognomento dictus eſt Paulus.

L. Poſt-

L. Poſthumius Albinus, Prætor an. V. C. DLXXIV. triũphauit de Luſitanis, Cõſul an. DLXXXI. Fit Flamen Martialis an. DLXXXVI.

L. Poſthumius Albinus, Conſul ann. V. C. DC. mortuus in ipſo honore, vt auctor eſt Iulius Obſequens.

A. POSTHVMIVS ALBINVS, Romanæ ſcriptor hiſtoriæ, Conſul an. V. C. DCIII. cũ L. Lucullo. In hunc eſt dictũ Catonis. Vide Ciceronem in Bruto & Gellium l. 11. cap. 8. Item Macrobium, Corn. Nepotem & Suidam, Αὖλος Ποσόμιος.

¶ Sp. Poſthumius Magnus, Conſul an. V. C. DCVI. De hoc puto loqui Ciceronem in Bruto cum inquit: *Multæ ſunt Sp. Albini orationes, &c.*

Sp. Poſthumius Albinus, Conſul an. V. C. DCXLIV. lege Manilia damnatus a iudicibus Gracchanis. Cicero in Bruto.

A. Poſthumius Albinus, Conſul an. V. C. DCLV. Sp. ſuperioris fr. fuit, teſte Salluſtio, M. Antonii Oratoris collega. Periit in bello ſociali. Liuius 75.

A. Poſthumius Albinus, Flamen, alius a Conſulari, teſte Cicerone in Bruto.

A. Poſthumius Albinus, vir Prætorius, & legatus Syllæ bello ſociali, a militib. Syllæ ſaxis & lapidibus mactatus, quã rem ille diſſimulanter tulit. Plutarchus in Sylla, Liuius lib. 75. Val. Max. lib. 9. cap. 8. Oroſius lib. 5. cap. 18. Eutropius lib. 5.

A. Albinus, inter Cæſaris Prætores refertur Appiano lib. 2.

Poſthumius, haruſpex temporibus Syllæ. Cũ enim is Tarentũ veniſſet, atq; ibi ſacrificaſſet, vidit in capite vitulini iecinoris ſimilitudinẽ. Quare præclarã ei victoriã ſignificari reſpõdit, iuſſitq;, vt extis illis ſolus veſceretur. Auguſtinus de C. D. lib. 2. c. 24. Variant nonnihil Cicero lib. 1. de diuinat. Valerius Maximus lib. 1. cap. 6.

T. Poſthumius, non minus vehemens Orator, quam bellator, effrenatus & acer nimis, ſed bene iuris publici leges atque Inſtituta cognouerat. Periit in bello ciuili Pompeiano. Cicero in Bruto.

Cn. Poſthumius, accuſator Murænæ, familiaris Ciceronis.

L. Poſthumius, Pompeianus a Salluſtio ad Cæſarem cum M. Fauonio confertur.

¶ T. Poſthumius Furfanus, Cæſaris partium Prætor Siciliæ, ad quem Cicero ſcribit lib. 6. Cæcinam illi commendans. Fit mẽtio Furfani in epiſt. ad Att. p. 266. ¶ Variant de cognomento Notę Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pagina octuageſima nona.

¶ M. Poſthumius Pyrgenſis, publicanus & vir improbus, damnatus a populo. Li. 25.

¶ L. Poſthumius Tempſanus, Prætor anno V. C. DLXIX. Liuius 39.

L. Poſthumius Tympanus, Quæſtor T. Sempronii Longi Cõſulis anno V. C. DLX. cæſus a Gallis, dum caſtra tutatur. Liui. 34.

Poſthumius, familiaris M. Marcelli, Cõſularis, qui Athenis periit. Cicero epiſt. 4.

Poſthumia, Seruii Sulpitii vxor. Cic. 4. familiarium epiſtol. 2. & ad Attic. 12. epiſt. 4.

¶ Iulius Poſthumius, vir Conſularis, prępoſitus Dalmatiæ ſub Auguſto, ornamenta triumphalia meruit. Paterculus. Quidã pro Poſthumio Poſthumũ vocant, qua ratione ad hanc familiam nihil pertinuerit.

Fuluius Poſthumius, Cęſaris partiũ apud Dyrrhachiũ, refertur Cæſari com. 3. Eundemne an T. Poſthumiũ Cæſar in Italiam miſerit, cum ipſe tempeſtate reiectus eſſet, incertum. Appianus eius meminit lib. 2.

¶ Poſthumius Seuerus, occiſus a Seuero. Spartianus.

A. POSTHVMIVS, vnus ex triginta Tyrãnis, Gallias 7. annis tenuit. Vide Pollionẽ.

¶ Poſthumius Victorinus & Poſthumia Maximina, referuntur Inſcript. ant. p. 284.

Poſthumia Victorina. Ibidem pag. 453.

L. Poſthumius Facilis, pag. 330.

Q. Poſthumius Hyginus. pag. 455.

¶ Poſthumius Lampadius, Conſul ſub Iuſtiniano pag. 110.

Q. Poſthumius, Senator, ab Antonio, cuius partes fouebat, in bello Actiaco dilaniari iuſſus. Dion lib. 50.

¶ Poſthumius Titianus, præf. vrb. ſub Diocletiano.

Poſthumia P. F. Paula Iuuentii Secund. Coſ. Sic habet inſcriptio pagina 66. opinor deeſſe vel intelligi vocem Vxor.

¶ Poſthumus, Romanus, Græcis litteris poſt triceſimum ętatis annum eſt eruditus, cum initio aurifaber fuiſſet. Semel autem iſto doctrinæ amore commotus Athenas abiit, ibiq; Græcorũ diſciplinas addidicit, & præclara eruditione ornatus conſenuit. Iure itaque & hic Heraclii illud de ſe dicere potuit: ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην, Meipſum quæſiui. Hæc Suidas.

¶ POSTHVMVLENVS, citatur Ciceroni epiſtolarum 6. ad Trebatium.

¶ POTENTIANO reſcribitur ab AA. & CC. 9. Cod. tit. 35.

¶ POTESENTICO ab AA. & CC. 4. C. ti. 16

¶ M Potidivs, municeps noſter, multas priuatas cauſſas actitauit, celeriter ſane verba voluens, nec hebes in cauſis, vel dicam plus etiam quam non hebes, ſed efferueſcens in dicendo ſtomacho ſæpe iracūdiaque vehementius, vt non cū aduerſario ſolum, ſed etiam, quod mirabile eſt, cū iudice ipſo, cuius delinitor eſſe debet orator, iurgio ſæpe contenderet. Cicero in Bruto.

¶ Potitii, quod ſacrorum Herculis ritum, pro dono genti ſuæ ab ipſo aſſignatum, auctore App. Claudio Cēſore, ad miniſteriū ſeruorum tranſtuliſſent, oēs intra annum extincti ſunt, cū eſſent puberes numero ſuper 30. nomenq; Potitiū, in 12. familias diuiſum, prope interiit. Val. Max. 1. cap. 2. Plinius de viris illuſtr. ¶ Adde quæ habet Fragment. Sex. Pompeii pag. 34. & 45. item Pauli epitome lib. 14.

P. Potitius, vir frugalis. Cicero in Verrin.

¶ Potitianvs Afer, vitā Antonii narrat apud Auguſtinum.

PRÆSENTII.

P. Præſentius, dux in bello ſociali, Perpennam, Romanorum ducē, fugauit. Appianus 1. In vulgata verſione Præſentrius legitur.

L. Præſentius L. lib. Flori VIvir ſi. Aug. L. Præſentius L. lib. Apr. Io. amico b. mer. Inſcript. ant. pag. 152.

L. Præſentius L. F. Lem. Pætus quæratur apud Carolum Sigonium emendationum 147.

L. Præſentius L. F. Pætus Seuerus cum honorib. geſtis & Vrbia L. F. Marcella, refertur apud Apianum memor. veterū pagina 154. & Carol. Sigonium emendationum 2. pagina 147.

¶ Praesentino reſcribitur ab Anton. A. 5. Cod. tit. 51.

PRECII.

Preciorum familiam commendarunt mala Preciana, quorum meminit Macrobius lib. 3. cap. 13.

Precia, elegans & formoſa mulier Romæ, ſed parum pudica, quæ Cethego ſummę auctoritatis in Rep. viro cōciliata, quicquid libuiſſet, facile conſequebatur. Nihil enim in Senatu & in populo decernebatur, vbi non interueniſſet Cethegus, neq; Cethego quicquam probatum erat, quod nō iuſſiſſet Precia. Huius fauore, ſuffragante Cethego, L. Lucullus Ciliciam prouinciā adeptus eſt. Plutarchus in Lucullo.

L. Precius, Eques Rom. Cic. in Verrinis.

Precianæ hæreditatis, vt a Precio familiari & amico relictæ, meminit Cic. in epiſtolis ad Terentiam, & ad Att. lib. 12. Cuſpiana, inquit, explicabis, etiā Preciana, &c.

¶ Precianvs I C. Ciceroni in epiſtolis ad Trebatium.

¶ Precilivm patrem Cicero impenſe laudat, vt virum bonum & familiarem ſuū, epiſt. 18. cuius & filium Cæſari cōmendat.

¶ Prima, mater Maximi Pupieni Imp. Capitolinus.

L. Primus Sp. F. Celſus, refertur Inſcript. ant. pagina 293.

Primus, Corinthiorum Epiſcopus, Hegeſippo lib. 5. Euſebio Hiſt. Eccleſ. 4. c. 22.

¶ Primanivs, reſcripto dignatus eſt a Gordiano Imp. 3. Cod. tit. 15.

¶ Primigenio reſcribitur a Carino & Numeriano AA. 5. Cod. tit. 52.

¶ Primitivvs, vnus ex 18. Martyribus Cæſarauguſtanis, celebratur Prudentio περὶ στεφάνων.

Primitiuæ reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 64.

Prisci ſeparatim poſiti.

Priſcus, procurator Cęſaris ff. 26. ti. 8. l. 21

Priſcus, dux leg. 10. ſub Ceſtio Gallo, cæſus a Iudæis. Ioſeph. bell. Iud. lib. 2. c. 24.

Priſco reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. titulo 65.

Priſcus, in homicidio & incendio nominatus, & ante quæſtionem confeſſus in inſulam deportari iuſſus eſt a Diuis fratribus Pand. 48. de interdictis, relegat. & deport.

Priſcus, Sophiſta & alius Emeſenus, falſarius inſignis, memorantur a Suida.

PRISCIANI.

Priſcianus, reus affectatæ tyrānidis ſub Ant. Pio, voluntaria morte periit. Capitol.

Priſciano alii reſcrib. ab Ant. A. 5. C. tit. 53.

Priſciano cuidam, ſcribit in epiſtolis ſuis Libanius Sophiſta.

Priſcianus Philoſophus tempore Symmachi oratoris, cui Senatus ſalarium conſtituit. Meminit eius Symmachus in epiſtolis ſuis a. 5.

Priscianvs Cæſarienſis, Grammaticus, floruit ſub Iuſtiniano principe, teſte Paulo Diacono lib. 18. Præceptorē habuit Theoctiſtū, cui omnē eruditionē ſuā poſt Deū imputat lib. 6. Apparet fuiſſe Chriſtianū: citat. n. ex ſacris libris nomina nota, Michael, Raphael, Gabriel, Abrahā, Dauid,

Ioachim

Ioachim & pleraque alia, citat Vegetium, Seruium & Donatum.

PRISCILLIANI.

Priſcillianus, homo nocentiſſimus ſub Caracalla, iuſſu Macrini in inſulã deportatur. Dion.

Priſcillianus cum Mariano & Ianuario, refertur Pand. 34. de adimpl. vel transferend. leg. &c. l. 3.

¶ PROBATVS, præfectus Ægypti ſub Claudio, teſte Pollione.

PROBI.

M. AVRELIVS PROBVS, natus ex ciuitate Syrmienſi, matre nobiliore quam patre, Tribuno tamen militum, Tacito in imperio ſucceſſit, vir vere prob⁹, & princeps cõſtantiſſimus. Domito fere toto orbe, cũ exercitũ in laboribus detineret, bellũ etiã Perſicũ meditãs, nocuit illi vox præclara, qua breui non neceſſarios fore milites dixerat, ab iratis per tumultũ occiſus, poſt annum imperii 6. menſe 4.

Probæ reſcribitur a Diocletiano & Max. 2. Cod. de tranſact.

Probo a Conſtantino principe 6. C. ti. 1.

Probo alii, & ſuperiorum temporum, a Seuero & Ant. AA. ibid. tit. 48. & 4. C. tit. 32. Rurſus alii ab Alexandro A. 9. C. tit. 1.

Proba, virgo in vrbe, a qua dictus puteus dominæ Probæ, quę ipſa iuxta S. Mariæ ædem in campo fecit. Marlianus 5. cap. 18.

Probus, Præf. præt. Valentiniani principis, mortuo Volcatio, & in eodẽ honore Conſul cũ Gratiano Aug. an. V.C. MCXXIV. Laudatur ab Auſonio, vt qui ſit ſtirpis nouator Anniæ, paribuſq; comet infulis Anſciorũ ſtemmata. Apud Ammianũ Marcel. multa de illo cõmemorãtur lib. 27. & ſummatũ omniũ maximus vocatur lib. 28. Filiã reliquit Probã, & ex ea nepotes 3. Olybriũ, Probinũ & Probũ. Duorũ primorũ laudes celebrat Claudianus in ipſorũ Panegyrico,

PROBA *illa, omnium dignitatum & cuncta nobilitatis in orbe Rom. nomen illuſtrius, cuius ſanctitas, & in vniuerſos effuſa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit, quam trium liberorum, Probini, Olybrii & Probi non defatigarũt ordinarii Cõſulatus*, &c. Hæc Hieron. ad Demetriada puellã. Auguſtin. huic Probæ & Iulianæ, viduis ſcribẽs, gratulatur ex earũ ſtirpe, & domo Aniciana, Demetriadẽ puellã virginitatis velũ accepiſſe, epiſt. 179.

Olybrius & Probinus, Olybrii, viri Cõſularis, ex Proba filii, ſimul geſſerunt Cõſulatũ ann. V.C. MCXLVIII. Vxor Olybrii fuit Iuliana, ex qua filiã Demetriadem ſuſtulit, de cuius laudibus vide Hieronymum.

Probus, Olybrii & Probini fr. Conſulatum & ipſe geſſit ſub Arcad. & Honorio, Arcadii, iam ſextum eum honorem adminiſtrantis, collega, anno V.C. MCLIX.

Probus quidam ſcripſit de numeris oratoriis. Citatur Rufino de metris Comicis.

Probus, Epiſcopus Chalcedonenſis ſub Mauricio Imp.

¶ PROBINVS, præf. vrbis ſub Cõſtantio.

Probino reſcribitur a Gord. Imp. 5 C. ti. 73

Probina, vxor Gracilis, cuius Epitaphiũ legitur in Antiquitatib. Fabricii p. 70. & ſeq.

¶ PROBIANVS, Procõſul Africæ ſub Cõſtantino & Licinio. Auguſtinus epiſt. 68.

Probianus, Medicus in exercitu Conſtantini. Nicephorus lib. 7. cap. 5. Fors hic eſt, cui reſcribitur Cod. 1.

PROCILII.

Procilius, negata Gabinio ſupplicatione, adiurauit hoc nemini accidiſſe. Cicero ad Q. fratrem lib. 2. epiſt. 5.

Procilius, Grãmaticus, Varroni & Senec.

¶ PROCOPIVS, Tyrannus, ſub Valente Imp. excruciatus. Fors idem, ad quem ſcripſit in epiſtolis ſuis Libanius Sophiſta

Procopius, ſcriptor Hiſtor. De hoc Suid.

¶ PROCVLAE reſcripſerũt M. & L. Pand. 32. de legat. & fideicommiſſ. l. 11. Fors eadem, contra quam Commodus Imp. in lite pronunciauit. Pand. de probationibus.

Proculus, Chriſtianus, in aula Seueri cõſenuit, cũ ipſum per oleum curaſſet. Tertullianus ad Scapulam. Proculo reſcribitur a Gordiano Imp. 4. Cod. tit. 29.

Proculus, Tyrannus, patria Albingaunus, ſub Probo: cuius iuſſu, proditus a Frãcis, interemptus eſt. Vopiſcus.

¶ C. PROCVLEIVS, Auguſti Cæſaris familiaris, homo benignus in fratres, quos volunt fuiſſe Scipionem & Murænam, cũ quib. denuo patrimoniũ diuiſiſſe traditur. Hinc illud Horatii, virũ laudãtis li. 2. Od. 2.

Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni.

Plutarchus de hoc plura in Antonio. In maximo ſtomachi dolore, gypſo poto, mortem ſibi conſciuit. Plinius 36.

Proculeiano & Epitychano reſcripſerũt Diui fratres Pand. 3n. de leg. & fideicommiſſ. l. 41.

PROPERTII.

Propertius Celer, Prætorius, veniã ordi-

nis petens ob paupertatem, decies ſeſtertium a Tiberio donum accepit. Tacit. 1.

Prosper, ſermone ſcholaſticus, & aſſertionibus neſuoſus, multa compoſuit. Vide Gennadium.

¶ Protogeni, reſcribitur ab A A. & CC. 4. Cod. de rebus creditis.

PRVDENTII.

Avrelivs Prvdentivs Clemens, vir Conſularis, Hiſpanus genere ex Cæſaraugusta, Chriſtianæ religioni deditiſſimus vixit, iã ætate prouectior. Nã adoleſcentiã & iuuentutẽ incontinẽter actam ſibi, fatetur ipſe & dolet. Septimum & quinquageſimum annum agens res Eccleſiaſticas vario carminum genere cœpit cõponere docte & eleganter, niſi quod interdum in vocibus peregrimis, & maxime Græcis, ſyllabarum quantitatem neglexit, cum tamen Græcas illum litteras probe tenuiſſe, teſtẽtur librorũ ipſius inſcriptiones Græcæ. Floruit Theodoſii Magni & filiorum ipſius temporibus, Hieronymo & Ambroſio ſynchronus. Vide Gennadium.

Prudentius Maximus, veteranus miles, refertur mem. veterum pagina 410.

Prudentius reuerens Obitio ſigniferorum. Ibid. pag. 469.

PVBLII.

Q. Publius, Trib. pl. cum deiectus eſt e ſaxo Tarpeio Manlius, anno vrbis conditæ ccclxxi. Liuius 6.

Q. Publius, vnus ex V. viris menſariis anno V.C. ccccIII. Liuius 7.

¶ Q. Pvblivs Q.F.Q.N. Philo, Cõſul anno V.C. ccccxvi. Latinos domuit, deque iis triumphauit. In eo ipſo honore a collega T. Æmilio dictus dictator, leges 3. plebi gratiſſimas, nobilitati aduerſas, tulit, vnã vt plebiſcita omnes Quirites tenerent, alteram vt legum, quæ centuriatis comitiis ferrentur, ante initũ ſuffragiũ Patres auctores fierent, tertiã vt alter vtiq; ex plebe Cenſor crearetur. Idẽ primus ex plebe Prætor anno xvii. M. Equitum triennio poſt, Cẽſor 22. iterum Cõſul xxvii. primusq; Procõſul, prorogato imperio, factus eſt, & acto honore decretus illi triũphus, domitis obſidione Palæpolitanis. Liuius 8.

C. Publius, adoleſcens ob æs alienũ primum nexus, cũ a Papyrio fœneratore obſcœna pati nollet, cæſus ab eodem, cauſam præbuit nexui abrogando. Liuius 8.

T. Publius, lectus Augur, anno V. C. ccccliii.

Publius, Senator, celebris actor cauſſarum ſuo tempore, etiam luminibus captus forum non deſeruit. Val. Max. lib. 8. cap. 7.

Publius, proſcriptus a Triumuiris, quomodo ſeruatus ſit, Appianus lib. 4.

Pvblivs Syrus mimographus, quẽ Cæſar prætulit Laberio. Vide Gellium & Macrob. De hoc puto loqui Cicer. ad Att. 14. epiſt. 2. *Ex priore theatrũ Publiumq; cognoui.* Seneca controuerſiarum 7. controuerſ. 3. refert, ſummum Publii amatorẽ fuiſſe Caſſium Seuerum, ſolitumque dicere, multa eſſe apud illum melius dicta, quam apud quenquam Comicum Tragicumque, aut Romanum aut Græcum, vt illum verſum, quo aiebat, non poſſe inueniri meliorẽ: *Tã deeſt auaro, quod habet, quam quod non habet.* Et illũ de eadẽ re: *Deſunt luxuriæ multa, auaritiæ omnia.* Et illũ: *O vita miſero longa, felici breuis.* ¶ Reliqua huius Publii petantur e veterum Latinorum Poetarum fragmentis apud Robertum Stephanum.

Publius, primas Melitæ inſulę, cuius patrem curauit Paulus Apoſtolus, naufragio illuc eiectus. Actorum vltimo.

Publius, vnus ex 18. martyribus Cæſaraugustanis, de quibus Prudentius.

Publia, virgo diues, quam Cicero duxit, repudiata Terentia, pauloque poſt abiecit, quod filiæ morte gaudere viſa eſſet.

Publia Laodia. Inſcript. ant. pag. 283.

¶ Q. Publius Secundus, Conſul cũ M. Papio Mutilo ſub Auguſto iam ſeniore an. V.C. dcclxi. a quibus lex Papia Publia dicta, quam Auguſtus de maritandis ordinibus, & incitandis cælibum pœnis tulit, cũ vterq; illorũ liberis & vxore careret. Diõ 56.

¶ Publius Optatianus, præfect. vrb. ſub Conſtantino.

¶ Q. Pvblicenvs, neceſſarius Ciceronum. Ad Q. fratrem 1. Cuius honorem M. Cicero a Prętore Aſiæ, fratre, minui vel impediri non vult.

PVBLICII.

M. Publicius Malleolus, Conſul an. V. C. dxxi. cũ nat⁹ eſt M. Cato, Cenſorin⁹ ille.

¶ C. Publicius Bibulus, Trib. pl. infenſus M. Marcello belli Pun. ſecũdi anno 10. Huius fors dictum eſt de P. Munio, illum cuius tẽpori hominẽ eſſe. Refertur a Cicerone 2. de Orat. ex auctoritate Catonis.

L. Publicius Bibulus, Trib. mil. ex legione 2. pugnæ Cannenſi ſuperfuit. Liu. 22.

C. Publicio L. F. Bibulo AEd. pl. honoris virtu-

virtutiſque cauſa S.C. populique iuſſu, locus monumento, quo ipſe poſterique eius inferrentur, publice datus eſt. Extat Romæ. Inſcript. ant. pag.107. & apud Marlianum 6. cap. 10.

L. & M. Publicii, Ædiles ædem Floræ conſtituerunt, vt eſt auctor Tacitus libr. 2. Ouidius ex mulctaria pecunia Floræ ludos feciſſe, & cliuum Publiciū ædificaſſe ſcribit, Faſtorum lib. 5. De cliuo ab illis ædificato, teſtis eſt Varro. ¶ Adde quæ habet Fragment. Sex. Pompeii pag.48.

¶ Publicius Malleolus, interempta matre, primus omnium culeo inſutus, & in mare proiectus eſt. Liuius 68. Oroſius 5. capite 16.

C. Publicius Malleolus, Quæſtor Cn. Dolabellæ, in Cilicia cæſus eſt. Cicero in Verrinis 3.

Publicia Poſthumium Albinum, Conſulem, maritum ſuum, veneno ſuſtulit. Liuius lib.48. Valerius Maximus 6. cap. 3.

¶ Cn. Publicius Menander, libertinus homo, quem legati Rom. in Græciā proficiſcentes, interpretem ſecum habuerunt. Cicero pro L. Corn. Balbo. Vide eam orationem.

Q. Publicius, *Prætor* tempore Ciceronis. Idem pro A. Cluentio.

Publicius & Vibius, ita ſimiles *Pompeio* Magno fuere, vt permutato ſtatu & *Pompeius* in illis & illi in *Pompeio* ſalutari poſſent. Valerius Maximus lib. 9. cap. 15.

Publicius, Trib. pl. tulit, vt in Saturnalibus cerei nō niſi a ditioribus miſſitarentur, cum tenuiores clientes a patronis ambitioſis muneribus grauarentur. Macrobius 1.

¶ *Publicia* Flaminica, Lentuli Flaminis vxor, filia Semproniæ. Macrobius 3. c. 13.

¶ *Publicius* Certus, accuſator Heluidii, Conſulatus honore per *Plinium* deiectus, paulo poſt morbo deceſſit. Vide *Plinium* epiſtolarum 9. ad Quadratum.

¶ L. *Publicius* Italicus, vxorem habuit Flauiam Q. filiam Salutarem, filios Flauianum & Italicū *Publicios*. De his omnibus ſcita extat inſcriptio apud Volaterranum in Flauiis.

¶ *Publicia* Antilla, vxor Cælii *Primitiui*. Inſcript. ant. pag. 220.

M. *Publicius* Hilarius. Ibidem pag. 280.

Sex. Publicius Fronto. Ibidē pag. 373.

C. *Publicius*, legatus C. Caſſii Coſ. anno V.C. DCXLVII. cæſo ab Heluetiis Tigurinis exercitu Rom. cum ipſo Conſule & L. Piſone legato altero, ne reſidui, qui in caſtra confugerant, delerentur, obſides & dimidiam partem omnium rerū Tigurinis dedit. Qui reuerſus in vrbem, a Cælio Trib. pl. die dicta, quod obſides Tigurinis dediſſet, in exiliū conceſſit. Eutropius in fine 4.

Publicio & Optato reſcribunt AA. & CC. 3. Cod. tit. 19.

Publicio M. Ælius Antoninus 7. Cod. titulo 43.

Publiciæ Seuerus & Antoninus 4. Cod. titulo 53.

Publicii aliquot referuntur Inſcript. ant. pagina 63.

¶ De *Publiciana* in rem actione extat titulus *Pand.* 6.

Publiciano reſcribitur ab AA. & CC. 6. C. titulo 58.

PVBLILII.

L. *Publilius* L. F. Voleron. N. Volſcus Trib. mil. Conſul. poteſt. anno vrb. cond. CCCLV.

Volero *Publilius* P. F. Vol. N. Trib. mil. anno V.C. CCCLIV.

Publilia & Sex. *Publilius* Sex. lib. Inſcript. ant. pag. 131.

Publilius, cum filia *Publilia*, citatur Ciceroni ad Attic. 12. & 13.

¶ T. PVLFIO, Centurio ſub Cæſ. in Galliis, vir fortiſſimus, poſtea tamen in bello ciuili exercitum C. Antonii prodidit, factuſque eſt *Pompeianus*. Cæſar 5. Gallici & ciuilis 3.

¶ M. PVLLIENVS Tertullus pater, Ingenua *Priſca* mater.

M. *Pullienus* Ouf. Ingenuus F.

M. *Pullienus Priſcus*.

L. *Pullienus* Tertullus. Inſcriptionum antiquarum pag. 168.

¶ PVPIENVS MAXIMVS, Imp. cum Balbino, antea Conſul & præf. vrbi, vir grauis, ſeuerus & rei militaris ſcientiſſimus. Patrē habuit Maximum, fabrum ferrarium, vt alii volunt vehicularium, matrem *Primam* nomine. Vide Capitolinum.

PVPII.

P. Pupius (ſic enim legendum arbitror, non *P. Pipius*) vir ex plebe Quæſtor fuit anno V.C. CCCXLVI. Liuius 4.

Cn. *Pupius*, Duumuir belli *Pun.* ſecundi anno 2. cum collega Cæſone Quintio Flaminio ædem Concordiæ in arce faciēdam locauit. Liuius 22.

L. *Pupius*, *Prætor* anno vrbis conditæ

dlxx. Apuliam prouinciā tenuit. Liui. 39.

M. Pupius, in ſumma ſenectute Piſonē adoptauit. Cicero pro domo ſua ad Pontifices, vbi addit, *noſtra memoria*, vt intelligas ætate Ciceronis factum. Arbitror autē adoptatum ab illo M. Piſonē illum oratorē, de quo multa Cicero in Bruto, qui Conſul fuit anno V.C. dcxciii.

Pupiæ legis meminit Cic. ad Q. fratrem ſecundo epiſtola penult.

Cn. Pupius, commendatur a Cicerone Piſoni genero 13. epiſtolarum.

Pupii, Poetæ Tragici, meminit Horatius epiſtolarū 1. cuius poemata vocat lachrymoſa, quod ſpectatori lachrymas ob commiſerationem facile mouerent.

L. Pupius, Centurio Pompeianus. Cæſar Comm. 5.

M. Pupius Piſo Calphurnianus, Conſul anno V.C. dcxciii.

M. Pupius M. F. Strigo, Ædilis ne an Quinquevir, neſcio. Certe illo cum Cæſare Auguſto & trib. aliis (ſic opinor) curatoribus facti ſunt ludi ſeculares quinti.

Q.

QVARTAE reſcribunt Seuerus & Ant. C. lib. 8. tit. 45. l. 2.

P. QVARTIVS P.F. Victor. P. Quartius P.F. Primus. VI. viri. Inſcript. ant. p. 168.

Quartia vidua an. vixit lxxx. Ibi. p. 334.

¶ QVARTINO reſcribūt AA. & CC. 5. Cod. tit. 21. rerum amotarū & 8. C. tit. 42.

Quartinæ iidem Principes 8. Cod. ti. 51.

Quartinus coactus imperium ſumere ſub Maximino, a Macedonio, eius rei auctore, mox interimitur. Herodianus 7.

Quarto reſcribitur ab Alex. A. 5. C. ti. 38

¶ QVERCONIVS, memoratur Inſcript. ant. pag. 160.

¶ QVIETO reſcribitur ab Ant. 9. C. ti. 51.

¶ QVIEGIO ſcribit Ambroſ. epiſt. li. 8.

¶ QVINTVS, Poeta Calaber, ſcripſit τὰ τοῦ Ὁμήρου παραλειπόμενα.

Quintus, Medicus, cuius diſcipulos, Satyrum, Numeſianū & alios, quotquot potuit, ſtudioſe audiuit Galenus, magnifice de Quinto ſentiens.

¶ Quintilla, citatur Iuuenali Sat. 7.

QVINTII.

¶ Quincti, Quinctil, Quinctilii ſcribēdum, teſte Manutio in Orthographia.

Quintiorum familia Romæ clara & Patricia fuit, in qua Cincinnati, Capitolini, Criſpini, Flaminii diuerſis temporibus floruere. Plinius auctor eſt, in Quintiorū gente aurum ne feminas quidem habere ſolitas, quod magnū virtutis & frugalitatis documentum eſt. Primus gentis auctor quis fuerit, nuſquam in memoriis veterū proditur. Antiquiſſimi omnium L. Quintius Cincinnatus & T. Quinti' Capitolinus reperiuntur, quos equidem fratres patrueles fuiſſe reor.

Cincinnati.

L. QVINTIVS L.F. L.N. CINCINNATVS, filium habuit Cæſonem, corporis magnitudine ac viribus, tū rebus bellicis & in foro facundia valde conſpicuū. Qui quod Tribunos ac plebem, tribunitiis actionibus infeſtus, aliquoties foro pepuliſſet, die dicta ad populū a Trib. pl. A. Virginio, priuſquā iudicii tempus aduenifſet, Conſulū iuſſu in Thuſcos exulatū abiit anno V.C. ccxciii. Ceterū pecunia, qua dati ab illo vades obligati erāt, tā crudeliter a patre exacta eſt, vt diuenditis omnib. bonis, aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus deuio quodā in tugurio viueret. Proximo tamē anno in locum P. Valerii Publicolæ, qui in recuperatione Capitolii ceciderat, Conſul ſuffectus, aſſiduis cōcionib. Tribunos & plebē coercuit, Senatū caſtigauit, volentib' ſe Patrib' in ſequentē annū Conſulē reficere reſtitit. ccxcvi. Dictator dictus, L. Manliū Cos. ab Æquis incluſū, liberauit, eumq; Conſulatū deponere coegit, Æquos ſub iugū miſit, deq; iis triūphauit, Dictatura, quā in ſex mēſes acceperat, 16. die depoſita. Iterū 20. anno poſt Dictator creat' cū iā eſſet octogenario maior, Sp. Meliū, ſtudentē rebus nouis, & a M. Equitū, Seruilio, quod ad dicendā cauſā ve- cccxvi. nire nollet, interemptū, iure cæſum pronūciauit, bona illius publicauit, domumq; dirui iuſſit. Id Æquimeliū appellatum. Filios pter Cæſonē tres habuit, L. T. Q pari indole ac animi magnitudine. Vxor ei fuit Racilia. Ipſe in vtraq; fortuna moderatus, nō minus ſanctimonia vitæ quā rebus geſtis clarum nomē ad poſteritatē tranſmiſit. Vide Liuiū 3. & 4. Dionyſ. Halicar. 10. Ciceronē in de ſenectute, Val. Max. 4. c. 2. & lib. 4. c. 4. Plin. 18. c. 3. auctorē de viris illuſtribus, Florum 1. c. 11. Suidam Κίννας. ¶ Fragmēt. Sex. Pompeii pagina 66.

L. Quin-

L. Quintius Cincinnatus L. F. ter Tribunatum militũ Conſulari poteſtate geſſit. Fuit & M. equitum Dictatori Mamerco Æmilio, cuius in primo Tribunatu collega fuerat. Liuius 4.

T. Quintius Cincinnatus Pœnus L. F. L. N. bis Conſul, bis Trib. militũ Cõſulari poteſtate fuit. In priore Cõſulatu male cõcors cũ collega C. Iulio Mentone, cũ neuter dicere Dictatorẽ vellet, ipſe tandẽ coactus a Tribunis pl. ſocetũ ſuũ, ſeueriſſimi imperii virũ, A. Poſthumiũ Tubertũ, dixit. Tribun⁹ militũ Cõſulari poteſtate cõtra Veios cum collegis infeliciter pugnauit, fuſo exercitu, caſtriſq; amiſſis. Mox tamẽ ſub Dictatore Mamerco Æmilio legatus plurimũ ad victoriã cõtulit. Quæ res illi poſtea ad populũ reo, & quod antea quoq; Conſul in Volſcis auſpicio Poſthumii Dictatoris rẽ proſpere geſſiſſet, profuit, accedẽte Cincinnati patris memoria, & exactæ iam ætatis T. Quintii Capitolini precibus. Liuius 4.

Q. Quintius Cincinnatus L. F. (ſic enim appellatũ opinor minimũ natu ex Cincinnati liberis) Tribunus mil. Cõſulari poteſt. fuit, quo anno Veii circumſeſſi ſunt.

T. Quintius Cincinnatus, T. puto F. L.
CCCLXVII N. duobus Tribunatibus dupliciq; Dicta-
CCCLXXI. tura præfulſit. Superauit Præneſtinos, deq;
CCCLXXV iis triumphauit. Liuius 6. & 7.
CCCXCIV. L. Quintius Cincinnatus, illius haud dubie fr. & ipſe bis Tribunatum mil. cũ Conſulari poteſt. aſſecutus eſt. Latinos, Tuſculũ obſidentes, cum collega Ser. Sulpitio Rufo ad vnum omnes cecidit. Liuius 6.

C. Quintius Cincinnatus, collega L. Quintii in ſecundo Tribunatu anno V. C. CCCLXXVIII. frater, puto, patruelis fuit, Q. Quintii filius.

T. Quintius Pœnus, fors T. ſuperioris F. T. N. L. pronepos, Conſul fuit anno V. C. CCCCIV. & antea bis M. equitum, primũ M. Furio Camillo Dictatori V. iterum Q. Seruilio Halæ. Liuius 7.

Capitolini.

CXXCIII. T. QVINTIVS CAPITOLINVS BARBA-
CLXXXVI TVS, L. Cincinnati ſynchron⁹, & vt puto, pa-
CLXXXIX. truelis, ſexies ſummũ imperiũ, id eſt Cõſu-
CCIX. latũ obtinuit. In primo ſeditionẽ de tributis
CCXII. Comitiis plebeiorũ magiſtratuũ ſedauit. In ſecũdo de Volſcis & Antio capto triũphauit. Inde Quæſtor Volſciũ, qui falſus teſtis Cæſoni Quintio innocenti dicendæ cauſæ poteſtatẽ ademiſſet, donec damnaretur, perſecutus eſt. Quartũ Conſul plebẽ & Tribunos, delectũ inhibentes cõpeſcuit, & ad officiũ reuocauit. Extat eius oratio apud Liuium 3. Volſcos & Æquos vicit. in quinto Cõſulatu togatus armati collegæ gloriã æquauit, cõcordiã ac pacẽ domi inter ordines retinens. Sextũ Cõſul L. Quintiũ Cincinnatũ ad extinguendã Sp. Melii cõiurationẽ, Dictatorẽ dixit. Vir tot Conſulatib. eodem tenore geſtis, omniq; vita conſulariter acta, toti P. R. verendus ac amabilis. Liuius 2. 3. & 4.

T. Quinti⁹ Capitolinus T. F. & Conſul fuit, & Conſulari poteſtate Trib. militum. Conſulatum geſſit cũ Cn. Fabio Vibulano an. V. C. CCCXXXIV. Tribunatũ CCCL. cũ primum circumſeſſi ſunt Veii. Liuius 4. Huius opinor filios fuiſſe, qui ſequuntur.

T. Quintius Capitolinus Criſpinus, bis Trib. mil. & M. Equitũ. Deinde Conſul an. V. C. CCCCI. triũphauit cũ collega M. Fabio Ambuſto, de Tarquinienſibus. Liu. 6. & 7.

L. Quintius Capitolinus, fratris in Tribunatu primo collega fuit, ann. V. C. CCCLXX.

Q. Quintius Capitolinus, eundem honorem anno 5. poſt geſſit.

Cn. Quintius Capitolinus, tantũ Ædilis Cur. fuiſſe legitur, an. V. C. CCCLXXXIX. Liu.

Flaminii.

Ex Quintiorũ Flaminiorũ ædib. Feſtus ſcribit ignẽ, niſi rei diuinæ gratia, efferri nõ licuiſſe. Fuere autem plebeii. In Culice Virgilii hic verſus legitur:

Flaminius deuota dedit qui corpora flammæ.

Variat tamen Manutius in Orthographia: Flamininus, inquit, Quinctiorum cognomen, Flaminius gentis nomen.

C. Quintius Flaminius, Flamẽ Dialis, cui ſacerdotiũ hoc cum toga prætexta & ſella curuli datum, auctor puto Flaminiorũ in gente Quintia fuit. Eidem etiam vt Senatum ingredi poſſet, conceſſum. Liuius 27.

C. Flaminius C. F. L. N. Trib. pl. legẽ de agro Gallico diuidendo promulgaturus, cũ nec precibus nec minis Patrũ moueretur, patre iniiciente manum, e Roſtris deſcẽdit, priuatoq; paruit imperio, Conſul an. V. C. DXXXI. Gallos vicit, deque iis triumphauit. Nõ multo poſt Cenſurã geſſit cũ L. Æmilio Paulo. Q. Claudiũ Trib. pl. ferentẽ legẽ, ne quis Senator, quive Senatoris pater fuiſſet, maritimã nauẽ, quæ plus quã trecentarum amphorarũ eſſet, haberet, enixe iuuit. Alterũ inde a plebe Conſulatũ obtinuit, in quo honore cõtra Hãnibalẽ ad Traſym. pugnãs, magna P. R. clade vict⁹ & cæſus eſt. Li. 21. 22.

& 23. Plutarchus in Fabio, Valerius Maximus libri 1. capite 6. lib. 5. cap. 4. Fuiſſe & Magiſtrum equitum apparet. Vide Plutarchum in Marcello Filios reliquit duos, T. & L. & filiam Quintiã. Forſan eodem natus C. Quintius Flaminius. Nam tabulis Capitol. C.F.C.N. dicitur.

Flaminii Patricii.

T. QVINTIVS FLAMINIVS C. F. ex Quæſtura Conſul, cum haberet annum ętatis 30. Philippum, Macedoniæ regem, prælio fudit, & caſtris exuit, Nabin Tyrannum ſubegit, eoque nomine triumphauit. Miſſus eſt legatus contra Antiochũ & Ætolos cum M. Acilio, miſſus eſt & ad Pruſiam propter Hannibalem. Sed & Cenſuram geſſit. Auctores Liuius, Plinius, Plutarchus, Valerius Maximus.

L. Quintius Flaminius, T. fr. Prætor vrbanus anno V.C. DLV. fuit. Conſul ſeptẽnio poſt, contra Gallos & Ligures rem geſſit. Cato Cenſor Senatu hunc mouit, quod ad libidinem pueri, quem adamabat, quẽdam ex damnatis ſecuri percuſſiſſet. Liuius 35. & 39. Cicero de ſenectute, Valerius Maximus libri 2. capite 4. Plutarchus in Catone & Quintio. Populus tamẽ Romanus, cum aliquando in extrema parte theatri ſtantem ſpectarcillum animaduertiſſet, verecundia & commiſeratione ductus, in locum dignitati ſuæ debitum tranſire coegit. Idem Valerius Maximus lib. 4. cap. 5.

C. Quintius Flaminiꝰ, Quæſtor Scipionis in Hiſpania anno V.C. DXLIV. Prætor anno DLXI. Hiſpaniam citeriorem tenuit. Cos. an. DLXVII. cũ Æmilio Lepido Ligures domuit, deinde viam a Bononia perduxit Aretium. Liuius 35. & initio 39.

T. Quintius Flaminius T. ſuperioris F. mortuo patre, munus inſigne gladiatoriũ cum viſceratione epuloque & ludis ſcenicis quatriduum dedit, anno vrbis conditæ DLXXX. Liuius in fine 41. Idem poſtea lectꝰ Flamen Quirinalis anno DLXXXVII. Liuius 44.

T. Quintius Flaminius Cos. anno V.C. DCIIII.

T. Quintius Flaminius Apelles, Conſul anno DCXXXI. Hunc conſpectum ſibi puero Cicero ſcribit in Bruto.

Cæſo Quintius Flaminius, Duumuir locandæ ædis eodem anno, quo II. Conſul C. Flaminius cæſus eſt, id eſt DXXXVII.

L. Quintius Flaminius, creatur Augur anno V.C. DXLI.

Q. Quintius Flaminius, X. vir diuidendis agris creatus, an. V.C. DLIII. Cn. Lentulo P. Ælio Pæto Coſs.

C. Quintius Flaminius, Prætor anno V. C. DLXXVII. peregrinam iuriſdictionem tenuit. Liuius 41.

C. Flaminius, Ædilis cum M. Pletorio tempore Ciceronis. Idem pro A. Cluentio. Hunc puto eſſe, quem ad Att. 15. cognomento Flammam vocat.

L. Quintius, Trib. mil. in exercitu P. Philonis Proconſulis anno V.C. CCCCXXVIII. Liuius 8.

L. Quintius Gulo, Conſul anno V. C. CCCCLXXXIV. Auctor Eutropius.

Criſpini Patricii.

T. QVINTIVS CRISPINVS, Badium Campanum ſingulari pugna ſuperatũ confeciſſet, niſi ille relicto equo, fuga ſibi conſuluiſſet. Præturã geſſit belli Punici ſecũdi anno decimo. Deinde proximo Conſul cũ M. Marcello, dum vna exploratum eunt tumulum quendam, in inſidias delati, M. Marcellus ſtatim ibi configitur, Criſpinus cum effugiſſet, ex vulnere paulo poſt obiit. Liuius 23. & 27. Val. Maxim. libr. 5. cap. 1.

L. Quintius Criſpinus, Prætor anno vrbis conditæ DLXXXVI. Hiſpaniam citeriorem ſortitus, biennio poſt ex eadem triumphauit. Liuius 39.

L. Quintius Criſpinus, Conſul ſub Auguſto anno vrbis conditæ DCCXLV. collega Druſi Neronis. Dion Titum nominat, & T.F. fuiſſe ſcribit. Meminit inter Iuliæ adulteros punitos Velleius volum. poſter. & ſingularem nequitiam ſupercilio truci protexiſſe, tradit.

L. Quintius Criſpinus, Prætor anno V. C. DCCXCVI. Dion Caium vocat.

T. Quintius Criſpinꝰ Valerianꝰ, circa eadem tempora floruit. Extat de hoc inſcriptio apud Volaterranum, & Inſcriptionum veterum pagina 212.

Criſpinus & Menophilus, viri Conſulares ſub Maximino, Aquileiam aduerſus illum defendentes. Capitolinus.

QVINTII plebeii.

D. Quintius, vir obſcuro genere ortus, ſed factis militaribus clarus, cæſus a Tarentinis in pugna nauali. Liuius 26.

L. Quintius, homo nouus & improbus, ſub

ſub Sylla florens, Trib.pl.defendit Oppianicum,quo condemnato M.Iuniũ, hominem Ædiliciũ, qui iſti quæſtioni præfuerat,ciuitate eiecit. Cicero pro A. Cluentio. Agenti pro Tribunitia poteſtate reſtituenda Lucullus reſtitit. Saluſtius in oratione Macri Trib.pleb.item Aſconius Pedianus. Hunc eſſe opinor, quem Cicero in Bruto turbulentis concionibus aptiſſimũ vocat.

C.& P.Quintii,fratres fuere,C.filii.Pro Publio iam ſexagenario, eum illum Sex. Næuius adfinis bonis ſuis nefarie exuiſſet, dixit Cicero: quæ oratio etiamnum extat. Eiuſdem coniunx Q. Roſcii ſoror extitit.

¶ P.Quintius Varus, cuius meminit cũ laude Cicero pro A. Cluentio: etſi Quintilii Vari dicantur.

¶ Quintius Hirpinus, ad quem ſcribit Horatius in Odis lib. 2. Celebratur ab ipſo inter amicos.

¶ T. Quintius Atta, togatarũ ſcriptor, Olympiade 170. mortuus, ſepultusque in via Præneſtina. Meminit huius Feſtus Pompeius in voce Atta, & Horatius in epiſtolis ad Auguſtum, notans eius fabulas non exacte ſcriptas. Gellius ſubinde citat illum in Ædilibus, in Conciliatore, in Tirone proficiſcente. Neſcio ad hunc an ad aliũ ſcripſerit Lucilius: Muginamur,molimur,ſubducimur Atta, citante Nonio. Ab Iſidoro etiam lib.6. e Nattæ Satyra adducitur:
Vertamus vomerẽ in ceram, mucroneq; aremus Oſſeo. Nam cum Græci & Thuſci primum ferro in ceris ſcripſiſſent, poſt Romani iuſſere, ne quis graphium ferreũ haberet, ſed vt cera oſſibus ſcriberetur, vt idem Iſidorꝰ.

L.Quintius, legatus ſeu dux Craſſi fuit, in bello contra fugitiuos geſto. Frontinus 2.cap.5. Liuium citans, Plutarchus item in Craſſo.

¶ P.Quintius Scapula, cum cœnaret apud Aquilium, repente expirauit. Plinius 7.capite 53.

T.Quintius Scapula, auctor & concitator belli in Hiſpania cum Q. Aponio. Nam ab illis pulſus & eiectus eſt Trebonius, Proconſul a Cæſare viteriori Hiſpaniæ præfectus. Exitus Scapulæ traditur cõmentario 6. Vide Dionem lib. 43.

¶ M. Quintius Felix M. Quintio Piralio F. piiſſimo. Inſcript.ant.pag. 305.

¶ T. Quintius Trogus, homo ſceleroſus, accuſatur capitis a M. Sergio. Varro libro 5. de ling. Lat.

P.Quintius Repentinus, cum vxore Saluſtia Phœbe, refertur ibidem pagiña 317.

Quintia Reſtituta, C. Petronii mater p. 65.

Quintia L.L. Gripta. pag. 317.

Quintia Q. F. Aliena, Cornelii Iuſti vxor 173.

Quintius Aſtorius, ſub Pio viuens, refertur cũ laude & epitaphio honorifico p.190.

Quintiam Catullus laudat, vt candidã, longã & rectã, formoſam tamẽ eſſe negat.

Quintius & Cornelius memorantur eidem Catullo.

Quintius, ſub Decio Proconſul Siciliæ, ſub quo paſſa eſt Agatha virgo.

L.Quintius, Prætor, obſeruata Domitiani temporis Præturæ maxima caſtitate, cũ de prouincia reuerſus æger aſſidenti amico dixiſſet, ſe frigidas habere manus, renidens ille: *atqui eas*, inquit, *de prouincia calidas paulo ante reuocaſti.* Riſit Quintius, delectatusque eſt innexo ſcommate, quippe a ſuſpicione furtorum alieniſſimus. Macrobius lib.7.cap.3.

¶ QVINTIANVS, adoleſcens nobilis, in Commodum ſtricto pugione irruens: *Hũc*, inquit, *tibi Senatus mittit.* Verum a militib. comprehenſus, amentiæ pœnas dedit. Herodianus. Lampridius male hunc Pompeianum fuiſſe tradit.

Quintiano reſcribunt Seu. & Anton. 6.Cod.tit.3.

Quintiano AA.& CC.7.Cod.tit. 16.

Quintianæ AA.& CC.6.Cod.tit.48.

QVINTILII.

¶ De Quintiliæ familiæ primordiis Fragment. Sex. Pompeii pag. 26. Idem nominat Quintilianos Lupercos pag.66.

Sex.Quintilius, Sex.F.P.N. Varus, Cõſul anno V.C.ccci.periit in Conſulatu peſte, quæ tum omnium maxima grauiſſimaque fuit. Liuius 3. Dionyſius 10.

M. Quintilius Varus, Trib. mil. Conſulari poteſtate an. V.C. CCCLII. Tab. Capit.

Cn.Quintilius Varus, Dictator anno V.C. CCCCXXIII. claui figendi gratia.

P.Quintilius Varus, Prætor anno V.C. DLI. Magonem, fratrem Hannibalis, pugna vicit, Mago paulo poſt ex vulnere obiit. Liuius 30.

M.Quintilius Varus F. eidem pugnę interfuit.

P.Quintilius Varus, Flamen Martialis, obiit anno V.C. DLXXXV.

P.Quintilius Varus, Prætor anno V.C. DLXXXVIII.

Sex.Quintilius Varus, Ciceronis ſtudioſus. Cicero poſt reditum in Senatu. Prætor fuit Lentulo & Metello Nepote Coſs. ann. V.C. DCCXVII. Quæſtor initio belli ciuilis, cum L. Domitio Corfinii captus & dimiſſus, in Africam ad Accium Varum ſe contulit. Cæſar comment. 1.

Sex. Varus, Proconſul Hiſpaniæ. Cicero epiſtolarum 10. Neſcio an queat eſſe idem cum ſuperiore.

P. Quintilius Varus', inter iudices fuit, cum Cicero diceret pro P. Quintio. Vide orationem ipſam.

Sex. Quintilius Varus, poſt cladem Philippenſem velatus honorum inſignibus, liberti manu ſe iubente cõcidit. Paterculus.

P. QVINTILIVS Sex.F. VARVS, periit in Germania ſua ipſius manu, cæſis legionib. patris auiq; exemplo. Hiſtoria illa cum ab aliis, tum præclare a Paterculo deſcribitur volumine poſteriore. Conſul fuit anno V.C. DCCXLI. ſub Auguſto. Inde Syriam rexit, ſucceſſor Saturnini. Vide Ioſephum libro 17. capite 6. Vxorem habuit Claudiã Pulchram, qua editus Quintilius Varus, ſororem Quintiliam, nuptam Nonio Aſprenati.

Quintilius P.F. Varus, gener Germanici, prætextatus declamãs audiit a Ceſtio: *Si iſta negligentia pater tuus, exercitum perdidit,* &c. Seneca cõtrouerſ. lib. 1. controuers. 3. Tacitus tamẽ lib. 4. non generum Germanici, ſed matrem eius Claudiam Pulchrã, vxoris Agrippinæ ſobrinam fuit. Et pertinet eodem locus Dionis de Agrippina in Caligula. Vt a Domitio Afro accuſatus ſit, docet Tacitus ibidem.

¶ Q. Quintilins, Senator Romæ ſub Auguſto, ſuam operam in monomachia, principi gratificans, præſtitit. Dion lib. 50. apud quem corrupte legitur Κῦντος Οὐντίλιος.

¶ Quinnlius Cremonenſis, Virgilii & Horatii familiaris, moritur ſub Auguſto. Euſebius in Chron.

Quintiliorum domus omnis cæſa & extincta a Commodo. Lampridius.

Quintilio Attilicio Diui fratres reſcripſerunt Pandect. 38. de bonis libertorum.

¶ Quintilius Fauſtus, Senator tempore Iuliani principis. Volaterranus in Fauſtis.

¶ C. QVINTILIVS MARCELLVS, vir bonus ſub Alexandro, & a conſiliis illius, quo ne meliorem quidẽ Hiſtoriæ habent, vt inquit Lampridius in Alexandro. Conſul fuit ſub eodem principe an. vrbis conditæ DCCCCLXXVIII. collega illius in ſecundo Conſulatu.

Quintilia, amica Calui Licinii, cuius morte mœſtum ac dolentem Caluum cõſolatur Catullus.

Quintilia, Mima, cum nullis tormentis a Caligula ſubigi poſſet, vt fateretur, quo nomine accuſata erat, ſe Pompilii Senatoris conſiliorum aduerſus principem conſciam eſſe, tandem vt inſons abſoluta & dimiſſa eſt. Fulgoſus 3. tit. de patientia.

A. Quintilius A.F. Pal. Priſcus, cum honoribus geſtis refertur Inſcript. antiquarum pagina 159.

¶ QVINTILIANVS, Declamator, cuius meminit Seneca controuerſiarum 10. cõtrouerſia 4. vbi eius hæc ſententia refertur: *Neſcio, vtrumne vos miſerabiliores dicam, quod alimenta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim, quia debiles eſtis: ei datis, per quem debiles eſtis.* Auus fuit M. Fabii Quintiliani Oratoris, cuius extant inſtitutionum oratoriarum lib. 12.

Quintilianus, vnus ex 18. Martyribus Cæſarauguſtanis, de quibus Prudentius in Periſteph.

Quintilianus, litteras Hieronymi perfert ad Exuperantium militem, fratrem ſuum.

Quintilianus Ariſtides, citatur Politiano miſcell. cap. 1.

Quintiliano reſcribit Alexand. 7. Cod. titulo 2.

Quintiliano Seuerus & Anton. 7. Cod. titulo 45.

¶ QVINTILLAE Alexand. Imp. 5. Cod. titulo 16.

¶ L. QVIRINALIS Maximus. Inſcript. ant. pag. 401.

¶ QVIRINVS, Martyr & Epiſcopus, refertur a Prudentio in Periſteph.

Quirino reſcribit Alexander 7. Codic. titulo 16.

Quiriana mala referuntur Catoni, Plinio decimiquinti capite decimoquarto. & Macrobio 3. capite 19.

Quirinus, Sophiſta, dicebatur γλῶσσα ταμιείου lingua ærarii, quam habebat ab Imperatore. Suidas Κυρῖνος.

RABI-

R

RABIRII.

C. Rabirius, Senator, quo præcipuo adiutore L. Saturnini ſeditioſum Tribunatum Senatus coercuerat, perduellionis & læſæ maieſtatis accuſatus a T. Labieno, quod Saturninũ Tribunum pl. occidiſſet, defenſus a Cicerone in Conſulatu eſt. Suetonius refert C. Cæſarẽ ſubornaſſe, qui diẽ illi perduellionis diceret, ac ſorte iudicem in reũ ductum tã cupide condemnaſſe, vt ad populum prouocãti nihil æque ac iudicis acerbitas profuerit. Meminit Plinius de viris illuſtribus pag. 468. & caput Saturnini per conuiuia in ludibrium circumtuliſſe tradit.

¶ C. Rabirius Poſthumius, C. Curii publicani ex ſorore C. Rabirii filius, & ab auũculo adoptatus. Qui reus factus, quod Ptolemæo regi pecunias immodicas ſuppeditaſſet, & in Ægypto infra dignitatẽ Romani nominis ſe geſſiſſet, & ipſe a Cicerone defendi meruit. Adhæſit Cæſari in bello ciuili, a quo, tempore belli Africani, miſſus eſt in Siciliam ad ſecundum commeatum accerſendum. Hirtius commentario 5.

C. Rabirius, Poeta epicus, cuius meminerunt Ouidius in Triſtibus & Quintilianus lib. 10. Laudat in hoc Seneca de beneficiis 6. exclamationem illam Antonii, quã vſurpat, fortunam ſuam ad alios tranſeuntem videns, nulla re alia præter mortis arbitrium ſibi relicta: HAEC HABVI, QVAECVNQVE DEDI. Citatur a Fulgentio Placiade Rabirii nomine ex Satyra:

Abſtemium temulenta fugit Mecennia nomẽ.

Rabirius, architect' in ędificanda domo Domitiani Imp. Meminit eius Martial. l. 7.

C. Rabirius Feſt' Trib. leg. VII. & præf. alæ ſcubulorum. Refertur in memoriis Germanicis pag. 465.

¶ C. RABOLEIVS, Trib. pl. Sp. Caſſio III. Cos. anno V.C. CCLXVII. Dionyſius 8.

M. Raboleius, Xvir ferendis legibus biennio. Liuius 3.

¶ C. RABONIVS, tutor P. Iunii pupilli P. F. cui M. Iunius patruus, C. Muſtius vitricus fuit. Cicero Verrinarum 3.

RACILII.

L. Racilius Volſo, Trib. mil. Cõſul. poteſt. ann. V.C. CCCLVI. & iterum an. CCCLIX. Apud Liuium lib. 5. L. Attilius vocatur.

L. Racilius, Trib. pl. de Clodianis facinorib. in Senatu queſtus eſt. Cicero ad Q. fratrem. Huius, puto, in ſe beneficia Cicero diuina vocat, nec tamen licuiſſe per hominum vim & P.R. gratiam a ſe referri queritur pro Cn. Plancio. Ex quib. verbis apparet, illum in exilium pulſum.

C. Racilia, virgo, prima nocte cum marito in coniugali complexu ruina thalami extincta. Vide Inſcript. ant. pag. 268.

Racilius, occidi iuſſus a Q. Caſſio in Hiſpania, quod in ſe coniuraſſet tempore belli ciuilis. Hirtius Comm. 4.

¶ RACIVS Conſtans, præpoſitus Sardiniæ, cæſus eſt ſub Seuero. Dion.

RAGONII.

Ragonius Vincẽtius Celſus, refertur ex vetuſta & eleganti inſcriptione apud Volaterranum. Qui ſtyli ratione ductus, arbitratur eum Plinii Tacitiq; ſeculum & eloquẽtiam redolere. Obtinuit Ragonius iſte poteſtatem annonariã. Extat & epiſtola Seueri Imp. ad Ragoniũ Celſum, Gallias regentẽ, apud Spartianum in vita Peſcennii.

L. Ragonius L. F. Inſcript. ant. pagina 297. & 310.

L. Ragonius Vrinatius Largus Quintianus, Conſul cum Seuero ſub Alexandro, anno V.C. DCCCCLXXXVII.

Ragonius Clarus, præf. Illyrici & Galliarum ſub Valeriano, Pollioni in Baliſta.

¶ RAMMIA Callityche. Inſcrip. ant. p. 35.

L. Rammius Bruduſinus, refertur Liuio Decadis 5. lib. 2.

¶ C. RANTIVS Calpetanus. Inſcript. ant. pagina 526.

¶ T. RASCDIVS Amaranthus. Ibidem pag. 122.

REGILLIANVS, vnus ex triginta Tyrannis apud Pollionem.

¶ REGINO reſcripſit Gordianus Imp. 5. Cod. tit. 64.

¶ REMIGIVS, Magiſter off. ſub Valentin. & Valente AA. 5. Cod. de Iudæis & cœlicolis.

¶ REMILIVS Seuerianus. Inſcript. ant. pagina 6.

REMII.

Q. Remius Palæmon Vicentinus, Grãmaticus argutiſſimus, de quo vide Tranquillum in Grammaticis. ¶ Aliis eſt Rhemnius: extatque ars eius Grammatica, inuenta a Iouiano Pontano. Achilles Statius commentans in Suetonii Grammaticos, m. geminat, vt ſit Remmius, idque ex eiuſmodi monumento veteri, M. REMMIVS M. L. PHILER. POMPEIA Ↄ. L. PRIMA SEX. POMPEIVS Ↄ. L. STATIVS.

Remius Fannius, cuius eſt carmen de ponderibus, ſcripſit librum de medicinalibus carmine ad Lactantium Firmianum, & ipſe Arnobii diſcipul⁹. Tribuitur & huic interpretatio Dionyſii de ſitu orbis, quæ Priſciani nomine vulgo circumfertur. Gyraldus.

M. Remius liber Xiſtus Tib. Cæſaris Ser. Inſcript. ant. pag. 301.

Remius Firmus. Ibid. pag. 409.

¶ RESPECTO reſcribit Alex. 9. C. tit. 41.

¶ RESTITVTI aliquot referuntur Inſcript. ant. pag. 447.

Reſtituto reſcripſere Seuerus & Anto. 2. Cod. de pactis.

Reſtituto alii A A. & CC. 9. Cod. tit. 51.

Reſtituto Antoninus 8. Cod. tit. 17.

¶ L. RHEGINVS, Tribunus pl. Cępionẽ ob cladem Cimbricam in carcerem coniectum, veteris amicitiæ memor, publica cuſtodia liberauit, & fugę eius comes acceſſit. Valerius Max. lib. 4. cap. 7.

Rheginus, proſcriptus a Triũuiris, quomodo euaſerit, App. 4.

¶ RHESAE reſcribũt A A. & CC. 6. C. ti. 55.

Rheſo iidem 7. Cod. tit. 2. & 8. C. tit. 45.

¶ C. Rheſius Dexter. Inſcrip. ant. p. 396.

¶ M. RHETIVS, miſſus legatus cum Sex. Antiſtio Maſſiliam, exploratum de aduẽtu Haſdrubalis, volentis ſe in Italia coniungere Hannibali fratri. Liuius 27.

M. Rhetius, Prætor ann. V. C. DLXXXIV. C. Hoſtilio Mãcino C. Attilio Serano Coſs. Liuius Decadis 5. lib. 3.

¶ RHODONI reſcribunt A A. & C C. 5. Cod. tit. 4. l. 16.

¶ RICHIMER, genere Gotthus, homo perfidus, & impurus, cum eſſet Magiſter militum, Auitum Imp. captum imperium deponere coegit. Factus Patricius, Maiorianum Auguſtũ, virum bellicoſum, & ſub quo Conſulatum geſſerat quarto imperii anno apud Hyram fluuium interemit, Seuero, homine Lucano, illi ſuffecto. Quo & ipſo per venenum ſublato, cum Leo Imp. Orientis, Anthemium, virum Patricium & Conſularem miſiſſet, qui imperium occidentis gubernaret, ſexto principatus anno ſuſcepto aduerſus illum bello ciuili, Bilimerem, Galliarum rectorem, volentem Anthemio ſuppetias ferre, apud Hadriani pontem ſuperatum occidit. Deinde vrbẽ inuadens, Anthemium contra ius affinitatis, cum illi gener eſſet, interfecit, ac Olybrium, qui Placidiam, Valentiniani F. vxorẽ duxerat, ſubſtituit. Quo ſcelere patrato non longum lætatus, poſt tertium menſem per aduerſam valetudinem vehementer excruciatus, impiam animam efflauit, Feſto & Martiano Coſs. anno V. C. MCCXXV. Vnum illius factum hoc collaudes, quod tertio anno regnãtis Seueri Biorgerem, Alanorum regem, nõ longe a Bergomo, oppido Veneriæ, cum toto exercitu ſuſtulit, Ruſticio & Olybrio Coſs. ¶ Vide Carolum Sigonium de imperio occident.

¶ ROGATO reſcribit Anton. A. 8. Cod. titulo 17.

Rogato alii Gordian. Imperat. 8. Cod. titulo 28.

Rogatus, ex vxore Blęſilla ſuſtulit Paulam, tantopere celebratã Hieronymo. Ferebatur is ab Agamemnone genus ducere, cum Blæſilla Scipionum & Gracchorum ſoboles eſſet. Vide Hieronym. in Epitaphio Paulæ.

¶ ROGATIANO cuidam reſcribit Ant. 7. Cod. tit. 57.

Rogatiano alii Alex. 5. Cod. tit. 6.

Rogatiani, duo Epiſcopi in Africa fuere, tempore Cypriani. Vide Epiſtolam 10.

ROMANI.

Romani reperiuntur in Aureliis, Plotiis, Seruiis, Vergiliis & Voconiis. Præter hos occurrunt, de quorũ familia dubites.

Romanus Hiſpo, quibus moribus enituerit ſub Tiberio, docet Corn. Tacitus libro 1. Citatur ſubinde apud Senecam inter declamatores ſui ſeculi. Natura dicendi venam aſperiorem ſequebatur. Controuerſiarum 5.

Romanus, Materni filius, cum Romana Argenonia coniuge, refertur Inſcript. ant. pag. 394.

Romanus Nouellialis ſimiliter pag. 38.

Romano, cui liquet fratrem monoculũ fuiſſe, reſcribit Alex. Imp. 5. Cod. tit. 62. itẽ Gordianus A. 5. Cod. tit. 1.

Romanus Martyr, baptizatus a Laurentio & a Decio capite punitus.

Romanus apud Antiochiam, Nouatianus antea, tẽpore Maximiani A. ab Aſclepiade præfecto ſuppliciis multis affectus, celebratur a Prudentio.

Romanus, Patricius, affectans imperium, ab Anthemio Imperatore capitali pœna plexus eſt.

Romanus Lecapenus, & Romanus iunior, Conſtantinopolitani Impp. fuēre, ille Conſtantini ſeptimi ſocer, hic filius. Conſulantur Byzantinæ hiſtoriæ ſcriptores.

¶ROMANIVS Apulus, magiſtratus geſſit. Fit eius mentio Pand. 26. de tutor. & curatorib. datis.

Romania Lupa, cum coniuge M. Herennio Euchariſto, refertur Inſcr. ant. p. 77.

¶L. ROMATIVS Trophimus, cum vxore Publicia Atilia, & filia Romatia. Ibidem pag. 81.

ROMVLI.

ROMVLVS & REMVS, Numitoris Albanorum regis ex Ilia F. nepotes, Romam condiderunt. Fratre cæſo, Romulus 37. annos regnauit. Vita illius & res geſtæ copioſe traduntur a Plutarcho & Liuio.

Romulus, tempore Martialis vnus ex ipſius amicis. De quo in Xeniis:

Hæc de vitifera veniſſe picata Vienna,
Ne dubites, miſit Romulus ipſe mihi.

Romulo reſcribitur ab Alexandro A. 3. Cod. tit. 19.

Romulus, cũ Varia Hedona matre, refertur Pan. 40. de liberali cauſa pupill. ætatis.

Romula, mater Galerii Maximiani A.

Romulus, Conſul an. V. C. MXCV. ſub Conſtantio & Conſtante.

Romulus, vir ſanctiſſimus, primus Volaterranorum & Feſulanorum Epiſcopus, miſſus a D. Petro. Volaterranus.

Romulo ſcribit Ambroſius epiſt. 7.

¶ROMVLVS Momyllus, natus patre Oreſte, Gottho, poſtremus occidentis Imperator, vulgo AVGVSTVLVS dictus. Vide Carolum Sigonium de imperio occident. & Onuphrium Panuiniũ. Apud Glycam pag. 368. hæc de Romulo iſto legimus: *Hic mihi notabis illud ipſum imperium, quod ſub Romulo initium habuerat, poſt* M. CCCIII. *annos itidem ſub Romulo principe defeciſſe.*

ROMVLII.

Romulius Denter, præf. vrb. ſub Romulo rege. Corn. Tacitus lib. 5.

T. Romulius Vaticanus, Conſul anno V. C. CCXCIX. damnatus a populo, quod mortem ſtruxiſſet L. Sicinio Dentato, eiuſque commilitonibus. Poſtea tamen cum ad plebis gratiam ſententiam accommodaſſet, factus eſt x. vir. Dionyſius 10. Liuius 3.

T. Romulius, Triumuir epulonum anno V. C. DLVII. Purpurione & Marcello Coſſ. Liuius. 33.

Romulius Pollio, cum centeſimum ætatis annum exceſſiſſet, rogatus ab Auguſto Cæſare, quanam ratione maxime vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet: *Intus*, inquit, *mulſo, foris oleo.* Plin. 22. c. 24.

¶ROSÆ reſcribitur a Val. & Gall. AA. 4. Cod. tit. 19.

ROSCII.

L. Roſcius in legatione ad Veientes iuſſu Tolumnii regis cæſus eſt. Liuius 4. Cicero Philipp. 9.

¶Sex. Roſcius Amerinus, Sex. Roſcio patre cæſo, non modo bonis paternis a duobus T.T. Roſciis Magno & Capitone, excuſſus eſt, ſed inſuper illorum opera parricidii accuſatus. Defendit illum Cicero, cuius oratio inter reliquas extat.

¶L. ROSCIVS Otho, Trib. pl. C. Piſone M. Glabrione Coſſ. cum ageretur de bello Piratico Pompeio mandando, egit cum populo, vt non ſolus ille, ſed adiuncto collega, ſecundus dux crearetur. Quare tanta indignatione populus ſucclamauit, vt ſuperuolans coruus oculis captus in forum decideret. Legem præterea tulit, vt Equitib. Romanis ſpectandi gratia 14. ordines darentur. Accuſatus ob eam rem, a Cicerone, tum Conſule, defenſus eſt. Meminit eius erga Equites beneficii Cicero in Orat. pro Muræna, Liuius 99. & Paterculus volumine poſteriore. Superiorum auctores ſunt Dion 36. Plutarchus in Pompeio. Cæterum legem Roſciam etiam Plinius inculcat lib. 7. cap. 30. Quæ certũ præſcribebat cenſum Equeſtri ordini, quem qui non explerent, ſpectandi loco in XIV. ordinib. arcebantur. Patet id ex Iuuenalis Sat. 3. & 14. patet ex Horatio, qui 40000. nummûm, id eſt CCCC. ſeſtertia fuiſſe ait:

Si quadringentis ſeptem ſex millia deſunt,
Plebs eris &c.

Legimus apud Plinium lib. 33. cap. 2. caput hoc repertum ſub Tiberio.

¶Q. ROSCIVS GALLVS, Comœdus,

& ipſe ob excitatam in theatro ſeditionem cum poſtulatus foret, Ciceronis patrocinio meruit abſolui. De hoc videto Ciceronem libro 1. de diuinatione, de Oratore 1. & pro Quintio, Macrobium Saturnalium 3. & Valerinm Maximum 8. cap. 7. Idem tradente Plinio, H S. quinquaginta meritaſſe proditur lib. 7. cap. 39. Vide item Volaterranum, & ex hoc mutuatum ſua Geſnerum in Onomaſtico. ¶ De hoc Roſcio locum Ciceronis lib. 1. de Oratore ad hunc modum expreſſit Fragment. Sex. Pompeii pag. 98. *Roſcii*, iuquit, *vulgo appellari ſolent in omni arte ita perfecti, vt Roſcius Comœdus in arte ſua perfectus fuerat, cui nihil deeſſet ad perfectionem.*

Roſcii, duo fratres, cum M. Craſſo in Parthos profecti, a Surena, cuius comitatū exploratum ierant, capti ſunt. Plutarchus.

L. Roſcius, Prætor ſub initium belli ciuilis Pompeiani, antea legatus Cæſaris in Galliis. Hic cognomento dictus eſt Fabatus, vt liquet ex epiſtolis Ciceronis ad Atticum manuſcriptis, nempe libro 8. epiſtola 16. In excuſis mendoſe Fabius legitur. ¶ De eodem notæ Fuluii Vrſini, in opera Ciceronis pag. 98.

Roſcius, legatus L. Cornificii in Africa, periit ibidem cum Cornificio. Appianus libro 4.

Roſcius Regulus, vno die Conſul ſub Vitellio. Tacitus lib. 19.

¶ C. ROSTVS Lollianus, refertur Inſcript. ant. pag. 66.

¶ C. ROSIANVS quæratur in Geminiis.

RVBELLII.

C. Rubellius, coætaneus Ciceronis, & hæres Q. Thurii cum nonnullis aliis, commendatur Q. Cornificio.

¶ C. Rubellius Geminus, Conſul ſub Tiberio, anno vrbis cond. DCCLXXXI. Tacitus initio 5.

¶ C. RVBELLIVS PLANCVS, natus auo Tiburte Equite Rom. in cuius domū ſub Tiberio denupſit Iulia, Druſi F. quondam Neronis vxor. Ipſe Conſularis nominatur Tacito. Vide lib. 3. & 5.

Rubellius Plancus, C. Rubellii & Iuliæ F. per matrem pari ac Nero gradu Auguſtum contingens, primum in exilium cum Antiſtia coniuge pellitur a Nerone, poſtea miſſis militibus occiditur, capite in vrbem relato. Tacit. 14. Sueton. in Nerone. Ad hunc inſtituta apoſtropha Iuuenalis Sat. 8.

¶ Diuerſam, & forſan veriorē, de hoc Rubellio I. Lipſi ſententiam pete e cōment. eius in lib. 14. Taciti.

– Tecum eſt (inquit) *mihi ſermo, Rubelli*
Plance, tumes alto Druſorum ſanguine, tanquā
Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes,
Vt te conciperet, quæ ſanguine fulget Iuli.
Non quæ ventoſo conducta ſub aere texit &c.

Serg. Rubellius Anthus, cum Rubellia Laudice matre, refertur inſcrip. ant. p. 264.

¶ RVBRENVS, memoratur L. Planco apud Ciceronē epiſtolarū lib. 10. epiſt. 21. vt qui in exercitu Lepidi vna cum Canidio primas partes habeat, Antonio fauēs.

Rubrenus Lappa Iuuenali Sat. 7.

RVBRII.

Rubrius, collega C. Gracchi in Tribunatu pl. tulit vt Carthago, a P. Scipione euerſa, reſtitueretur. Plutarchus in Gracchis.

¶ Q. Rubrius Varro, hoſtis a Senatu iudicatus eſt vna cum C. Mario, acer & vehemens accuſator. Cicero in Bruto.

Rubria, mater Carbonis, quem Cicero ironikōs amicum ſuum vocat in epiſtolis ad Pætum, fortē Q. Rubrii ex F. nepotem.

Rubrius, Prætor Macedoniæ, ſub quo M. Cato Tribunus mil. fuit. Plutarchus in vita Catonis.

P. Rubrius, deliciæ C. Verris. Cicero in Verrinis.

M. Rubrius, Pompeianarum partium apud Catonē in Aphrica. Plut. in Catone.

L. Rubrius, captus a Cæſare Corfinii cum L. Domitio, & dimiſſus. Cæſ. com. 1.

¶ Rubrius Ruga, vnus ex percuſſorib. Cæſaris teſte Appiano.

¶ L. Rubrius Caſſinas, Antonium, qui nunquam illum vidit, hæredem fecit. Cicero Philipp. 2.

¶ L. Rubrius Fabatus, Eques Rom. ſub Tiberio in vincula coniectus, obliuione magis quam clementia manſit incolumis.

Rubria, de qua Valerius Max. libri 9. capite 16.

Rubria, virgo Veſtalis, a Nerone vitiata. Suetonius.

¶ Rubrius Gallus, oppreſſo a Sarmatis Agrippa, miſſus a Veſpaſiano, repreſſit illos. Ioſephus belli Iudaici 7. capite 23. & Tacitus. Hic, opinor, deſcribitur Iuuenali Satyra 4. ſub Domitiano viuens:

Rubrius offenſæ veteris reus atq; tacendæ.

Rubrio Gallo & Cælio Pilone Coſſ. factum eſt S. C. Traiani temporibus, quo libertatibus ſubuentum eſt. Vlpianus Pand. 40. de fideicommiſſ. libertat.

Rubrius, Medicus, citatur Plinio 29. c. 1.

¶ P. Ru-

¶P. Rubrius Celer, cũ vxore Simia, memoratur Tortellio ex inſcriptione veteri.

¶Rubrius Nicenus, cum Rubria Venena, in memor. Rom. pag. 159.

Rubrius Teleſphorus, citatur Vlpiano Pand. 34. vt cui reſcripſerit D. Pius tit. de alimentis & cibar. legat.

Rubrius Theophilus, quæratur in memor. antiquis pag. 93.

Rvfi, ſeparatim poſiti.

Rufi in 30. & amplius familiis reperiuntur. Quoniam autem complures ſunt, quorum gentilicia nomina ignorantur, hic eoſdem ſubiicere placuit.

P. Rufus, Tiberio Graccho ſecundum vulnus inflixit, de quo etiam gloriari ſolitus fuit. Plutarchus in Gracchis.

M. Rufus, Senator, Cæſaris partium, cuius fit mentio Comm. 1. & 2.

Rufus, vir Senatorius, quomodo ſeruatus ſit ſub Auguſto conſilio & fide ſui ſerui, narrat Seneca de beneficiis 7.

Rufus Bononienſis, Poeta apud Martialem.

Rufus, Conſul ſub Marco. ann. V. C. DCCCCXXX.

Sex. Rufus, vir Conſularis, ſcripſit rerum Rom. epitomen ad Valentinianũ Auguſtũ.

¶Rufus Auienus, Dionyſium & Aratum vertit Lat. carmine. Scripſit & iambico carmine de oris maritimis ad Probũ, conſularem virum, ſub Theodoſio & filiis eius. Seruius tradit, Vergilianas illum fabulas & Liuium iambicis verſibus deſcripſiſſe.

Rufus, Conſul an. V. C. MCCX. Maioriano principe.

Rufus, Epheſius medicus ſub Traiano.

Rufus, Corinthius Sophiſta. Philoſtrat.

RVFII.

Rufius Pollio, memoratur Dioni, vtpote cui Claudius imaginem & ſellam in curia dederit.

¶P. Rufius Flauus, cum vxore Antonia Clemẽtina, refertur Inſcript. vetuſt. p. 3.

¶C. Rufius Apolauſtus, cum Iulia Succeſſa, vetuſtã habet inſcriptionẽ pag. 374. Huic, an alii, neſcio, certe Apolauſto reſcribitur ab A.A. & CC. 3. Cod. tit. 16.

¶Rufius Albinus, Conſul enituit an. V. C. MLXXXVII. ſub Conſtantio.

¶Rufius Voluſianus, Conſul ſub eodem principe anno V. C. MLXVI.

¶Rufius Feſtus, Proconſul Græciæ prefuit, vt teſtatur inſcriptio Græca veterum memoriarũ pag. 499. Extat apud Volaterranũ de hoc ipſo itidẽ Græca inſcriptio, in qua nõ Rufius, ſed Rufus Feſt⁹ appellatur.

Fl. Rufius Poſthumius Conſul effloruit ſub Valentiniano III. ann. V. C. MCCI.

RVFINI.

Rufini reperiuntur in Iuniis, Liciniis, Memmiis, Mumiis, Treboniis & Volcatiis, ac fors etiam in pluribus familiis. Nos eos hic recenſebimus, de quorum proſapia & gentilitate nihil ex bonis auctoribus conſtare poteſt.

Rufinus, carpitur ab Horatio lib. 1. Sat. 2. Citat eundem locum Seneca epiſt. 87. nomine tamen variato: *Deſcripturus*, inquit, *infamem & nimis notabilẽ delitiis Horatius Flaccus, quid ais? Paſtillos Rucillus olet*, &c.

Rufinus, amicus Ouidii, ad quem ſcribit in lib. de Ponto.

Rufino reſcribũt A.A. & CC. 4. Cod. titulo 29.

Rufinæ iidem inibitit. 50.

¶Rufinus Albinus, præf. vrbi ſub Conſtantino A.

¶Rufinus Arabicus, Comes orientis creatus a Iuliano in locum Iuliani defuncti. Ammianus lib. 23.

Rufina, Marcelli coniunx ſub Valentiniano I. ob adulterium occiſa. Idem lib. 28.

Rvfinvs, ex officiorum Magiſtro factus eſt Conſul, & in Conſulatu Præf. præt. teſte D. Ambroſio ad Titianum epiſtolarum lib. 7. Fuit autem in Conſulatu ſecundo Arcadii principis collega. Verum cum poſtea deprehenſus eſſet ingratus & perfidus, caput illi amputatum pilo geſtatum eſt Conſtantinopoli, & abſciſſa manus dextera, ad dedecus inſatiabilis auaritiæ, oſtiatim ſtipem mendicauit. Hieronymus ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani, Suidas Ῥουφῖνος.

Rufinus Aquileienſis presbyter, æmulus & obtrectator D. Hieronymi, quemadmodum vtriuſque epiſtolæ teſtantur. Vide Gennadium. Multa ex Græcis in Latinum eloquium tranſtulit, ſed nihil vnquã bona fide, truncatis & contaminatis omnibus, quæcunq; vertenda ſuſcepit, interim neque Græce neque Latine ſatis ſciens, quomodo recte de illo iudicauit Eraſmus.

Rufinus Cos. an. V. C. DCCCCV. ſub Pio.

Rufinus Cos. anno V. C. DCCCCLXII. ſub Seuero.

Rufinus Cos. anno V. C. MC. ſub Conſtantino.

Rufinus Cos. anno V. C. MCCXLVIII. ſub Anaſtaſio.

Rufinus Grammaticus, ſcripſit de metris Terentii, Plauti & aliorum Comicorũ.

Rufinus quidam apud Chalcidem, bibens helleborum, neq; vomebat, neq; vllo modo purgabatur, ſed, vt conſuetum aliquem potum ſumebat, & concoquebat. Sex. Philoſophus lib. 1. cap. 14.

Rufina & Secunda, Rom. virgines, patre Aſterio & matre Aurelia, martyres ſub Valeriano, vt ſcribit Volaterranus.

¶ RVFIO Veſtorianus, citatur Ciceroni lib. 14. ad Atticum epiſt. 3.

Rufioni reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. titulo 49.

¶ P. RVFIVS P.F. Balbinus, C. Rufrius P.F. Pedon. fratres, & Rufria P. L. Amoena, referuntur Inſcript. ant. pag. 64.

RVSCII.

C. Ruſcius, accuſator vetus, de quo multa iucunda ſcitu Cicero in Bruto pag. 231.

C. Ruſcius, C. F. Fauoſitet. Inſcript. ant. pag. 189.

¶ Ruſcii Cæpionis donationem, qua hæredes obligabantur, quotannis certam pecuniam Senatoribus dare, qui Senatum frequentarent, Domitianus vt ambitioſam atque parum vtilem reſcidit. Suetonius in Domitiano.

Ruſcius quidam in exercitu Craſſi fuit, inter cuius impedimẽta poſt patratam cædem inuenti ſunt libri Mileſii Ariſtidis, de luxuria & delitiis compoſiti. Plutarchus in Craſſo.

RVSTICI.

Ruſticus Arulenus, Trib. pl. ſub Nerone, Prætor ſub Vitellio, miſſus ab illo legatus ad Flauianos duces, a militibus vulneratur. Tacitus 16. & 19. Hunc Domitianus propterea q; philoſopharetur, quodque Thraſeam diuinum fuiſſe hominem diceret, interemit. Dion in Domit. Tacit. in vita Iulii Agricolæ. Meminit Plin. epiſt. 5. lib. 1. Vide ſupra Iunius Ruſticus.

¶ Ruſticus Iulianus, res nouas moliens in præfectura vrbana, extinctus eſt ſub Valentiniano. Ammianus 27.

¶ Ruſticus Bolanus, Conſul ſub Traiano, anno V. C. DCCCLXIII.

Ruſticus, neſcio idem an alius, Conſul ſub Hadriano, anno vrbis cond. DCCCLXXI. Inſcript. ant. pag. 197. citant Ruſticũ quondam Dereſium, curatorem Tiberis & cloacarum vrbis ſub Hadriano, ſed voce opinor corrupta & deprauata. Quidam malunt legere Tercheſius.

Ruſticus, Epiſcopus Narbonenſis, cui ſcripſit Leo primus Pontifex.

Q. Ruſticus, præf. vrb. ſub Conſtantino & Conſtante.

Ruſtico reſcribit Alex. 9. Cod. tit. 50.

RVSTICII.

Ruſticius, Conſul anno V. C. MCCXVII. cum Olybrio.

Ruſticii, vt nobiliſſimi meminit Io. Monachus, Græcus auctor, Leonis Imperatoris res geſtas deſcribens, quem militaribus copiis tanquam ſcientiſſimum virum præfecerit Imperator.

¶ RVSTICIANA, vxor Boethii, & filia Symmachi, vrbe per Totilam capta, ad eam miſeriam redacta fuit, vt ab hoſtibus panem mendicaret, quæ olim ditiſſima egenibus multa fuerat elargita. Vide Procopium lib. 3. de bello Gotthorum.

Ruſticiano reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 10.

¶ C. RVSTICELLVS Bononienſis, exercitatus in dicendo, & natura volubilis. Cicero in Bruto. ¶ Aliter de nomine hoc Notæ Fuluii Vrſini in opera Ciceronis pag. 10.

¶ RVSTICVLVS, Epiſcopus Nouatianorũ Romæ. Hiſtoriæ Tripartitæ 11. c. 10.

RVTILII.

Sp. Rutilius Craſſus, Tribun. mil. Conſulari pot. anno vrbis cond. CCCXXXVIII. qui vna cum ſequenti res tranquillas habuit. Liuius 4.

¶ P. Rutilius Caluus, Tribunus pleb. Tib. Graccho & C. Claudio, ob nimis ſeuere geſtam Cenſuram, diem perduellionis dixit. Valerius Max. lib. 6. cap. 5. Prætor an. V.C. DLXXXVIII. Sardiniam tenuit. Liuius in fine 45.

¶ P. Rutilius P. F. P. N. Rufus, Conſul anno V. C. DCXXII. cum P. Popilio, Siculis leges dedit, in qua inſula publicanis aliquando operam dederat, inopiamq; ſuam, autoraro ſociis officio, ſuſtentarat. Valer. Max. 6. cap. 10. Ciceronis, Aſcon. Pediani & multorum aliorum libri pro Rutilio perperam Rupilium vocãt. Q. Fabium

biumgenerum ſuum, quod per negligentiam Tautominitanam arcem amiſiſſet, excedere prouincia iuſſit. Valerius Max. 2. cap. 2 Damnatus eſt cum collega publico iudicio, quod Conſul in amicos & clientes Tib. Gracchi aſperrime ſæuiiſſet. Paterculus. Mortuus eſt ex dolore & impatientia, ob fratris in petitione Conſulatus repulſam. Cicero Tuſculanarum 4. & Plinius 7. cap. 36. Idem, ſic opinor, ſub Scipione Tribunus mil. hiſtoriam eius temporis cõſcripſit, vt eſt apud Appianum. Tacitus etiam de vita ſua commentatum, neque hoc ei citra fidem fuiſſe, tradit in vita Agricolæ. Nominatim autem de vita eius hiſtoria iſta citatur a Chariſio, qui librum eius quintum nominauit, citatur ab Iſidoro lib. 20. Origin. Meminit Suidas Ῥουτίλιος.

L. Rutilius Rufus P. fr. Conſulatum petens, repulſus eſt, quamuis Scipione Æmiliano ſuffragante. Vnde in Lælio M. Cicero: *Scipio*, inquit, *Rutilium potuit Conſulem efficere, fratrem eius L. non potuit.*

P. Rvtilivs M. F. Rvfvs IC. in quodam triſti & ſeuero dicẽdi genere verſatus eſt. Magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ, multa præclara de iure. Doctus vir & Græcis litteris eruditus, Panætii auditor, prope perfectus in Stoicis. Cicero in Bruto. Hic Conſul cum Cn. Manilio an. V. C. DCXLIX. armorum tractandorum meditationem militibus tradidit. Nullius enim ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aur. Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem ingenerauit. Val. Maximus 2. cap. 1. Agit de eodem Frontinus lib. 2. *P. Rutilius*, inquit, *cum ſecundum leges in contubernio ſuo filium poſſet habere, in legione militem fecit.* Cum Aſiam a publicanorum iniuriis defendiſſet, inuiſus equeſtri ordini, penes quem ex legibus Gracchanis iudicia erant, repetundarum damnatus, in exilium pulſus eſt. Liuius 70. Paterculus volumine poſteriore. Quam iniquitatẽ patientiſſime tulit, ac cũ Aſiam petenti omnes prouincię illius ciuitates legatos, ſeceſſum eius operientes, miſiſſent, vt Valerius Max. lib. 2. cap. 5. Smyrnam commigrauit, ibique totum ſe litterarum ſtudiis tradidit. Cic. 1. de Oratore, ea ſcribit illum grauitate fuiſſe, vt non modo ſupplex iudicibus eſſe noluerit, ſed ne liberius quidem aut ornatius cauſſam ſuam dici paſſus ſit, quam ſimplex veritatis ratio ferret. Da eadem re plenius Valerius Max. lib. 6. c. 4. Cum quidã illum cõſolaretur, & diceret, inſtare arma ciuilia, breui futurũ, vt omnes exules reuerterentur: *Quid tibi*, inquit, *mali feci, vt mihi peiorem reditum quam exitum optares?* Seneca lib. 6. de beneficiis. Redeundi poteſtatẽ cum illi Syllana victoria feciſſet, reſpondit id, quod eſt apud Senecam ibidem: *Malo vt patria mei exilii erubeſcat, quam reditu mæreat.* Magnanimitatem hanc eius laudant Ouidius 1. de Ponto, Seneca de diuina prouidentia, Valerius Max. lib. 6. cap. 4. auctor eſt, cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſtentem, cum ille diceret, *Quid mihi opus eſt amicitia tua, ſi, quod rogo, non facis?* ſcite iuxta ac grauiter reddidiſſe. *Imo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum?* Ceterum Mithradatis crudelitatẽ, cum eius edicto per totam Aſiam vno die, quicunque ciues Romani eſſent, occidi iuberentur, mutatione veſtitus euaſit, vt proditum eſt a Cicerone in oratione pro C. Rabirio. Scripſit Tacitus lib. 4. pulſum legibus Smyrnæos ſibi ciuem addidiſſe. Vt exulantem Aurelius Opilius Grammaticus ſecutus ſit, ſicut ſimul conſenerint, docet Suetonius.

Rutilia ſoror, fraternæ conſtantiæ & grauitatis hæres, C. Cottam, Oratorem illum, filium ſuum, & ipſum exactum patria, in exilium comitata eſt, cumque eo rediit, quem & tandem mortuum magno animo tulit. Seneca de conſolatione ad Albinam. Meminit Cic. lib. 1. de Orat. item ad Atticum lib. 12. epiſt. 20. & ſeq.

C. Rutilius Rufus P. (ſic puto) fr. P. Lentulo ei, qui princeps Senatus fuit, in M. Aquilium ſubſcripſit. Cicero in diuinatione contra Verrem. Hic opinor eſt, quem Cicero in Bruto Scæuolæ fuiſſe familiarem ſcribit.

¶ Rvfvli, Tribuni militum appellabantur, quos Cos. faciebat, non populus: de quorum iure quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cauebatur multis modis, Rufuli a cognomine Rutilii, ac poſt Rutili appellati ſunt. Fragment. Sex. Pomp. p. 70.

Primus, Rutilius Prætor edixit, ſe amplius non daturum patrono, quam operarum & ſocietatis actionem. Pand. 28. de bonis libertorum.

¶ P. Rutilius Lupus proſciſſus a Lucilio Poeta. Perſius Satyra 1.

—ſecuit Lucilius urbem,

Te Lupe, te Muti, & genuinũ fregit in illis.

Horatius Sermonum 2. Satyra 1.

Famoſiſq; Lupo cooperto verſibus.

P. Rutilius Lupus, Conſul cum L. Iulio Cæſare tempore belli ſocialis, in quo & periit, dum C. Marium, propinquũ & legatum ſuum, non audit, ſubmonentem, moram vtilem bello eſſe, ac militem tironem in caſtris exerceri oportere. Nam eo conſilio contempto, iuſidiis Marſorum circumuentus, cum multis nobilibus interfectus eſt, cæſis Romanorum millium 8. millibus. Clades hæc accepta eſt ad Tolenum fluuium, teſte Ouidio Faſt. 6. *Hanc tibi quo properas* &c. Meminit Iulius Obſequens pag. 515. ſed deprauato familiæ nomine: vocat enim Lucilium.

P. Rutilius Lupus, Prætor initio belli ciuilis, id eſt, ann. V. C. DCCV. Pompeianas partes ſecutus eſt. Cæſ. comm. 1. Idem puto Tribun. pleb. Marcellino & Philippo Coſſ. cuius meminit Cicero in epiſtol. ad Lentulum.

P. Rutilius Rupus, Rhetor, ſcripſit de arte, Gorgiam ſecutus, non illum Leontinum, ſed alium ſui tẽporis, cuius quatuor libros in vnum ſuum tranſtulit. Vixit tempore Quintiliani. Idem 3. cap. 1. & 9 cap 3.

Rutilio Lupo reſcribitur a Diuis fratribus Pand. 50. De muneribus & honorib.

Rutilii, promiſcue congeſti.

P. Rutilius P. F. familiaris Ciceronis, commendatur ab ipſo Piſoni Craſſipedi, Quæſtori Bithyniæ lib. 13. epiſt. 10.

M. Rutilius, Cæſaris partium, præfectus ab illo diuidendis agris. Scribit ad illum Cicero lib. 13.

Q. Rutilius, ærarii cuſtos, Ant. & Dolabella Coſſ. Ioſeph. lib. 14. cap. 16.

Rutilius, Tragœdus tempore Ciceronis Off. 1.

P. Rutilius M. F. Trib. pl. C. Mancinum, quod domum reuerſus, cum Numantinis deditus, nec receptus eſſet, in Senatum introire non dubitaſſet, de Senatu iuſſit educi, ciuem eſſe negans, quem Pater patratus dedidiſſet. Cicero de Orat. 1.

Rutilius, præſes Cretæ ſub Nerone. Volaterranus in Dycti Cretenſe.

¶ Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, vir illuſtris, ſcripſit de re ruſt. lib. 14. ad Pauſilypum, poſt Plinium ſub Hadriano Imperatore.

Rutilius Seuerus cum vxore Domitia vixit ſub Diuis fratribus, a quibus de ipſo reſcriptum Val. Priſciano, Prætori vrbano Pand. 25. de ventre inſpiciendo.

¶ C. Rutilius Gallicus Valens præf. vrb. ſub Domitiano, de quo Iuuenalis Sat. 13. *Et cuſtos Gallicus vrbis.* Cecinit huic Soteria Statius Syluarum 1.

Sex. Gallicus, an ex Rutiliis neſcio, citatur Plinio lib. 1. ex 25.

¶ Rutilius Geminus, Poeta Tragicus, cuius citatur Aſtyanax tragœdia. Scripſit & libros Pontificales, teſte Fulgentio.

¶ Rutilius Claudius Numatianus, homo Gallus & Poeta, ſcripſit carmen hodœporicon ad Venerium Rufinum. Id ſuis temporibus inuentum Volaterranus, & a ſe lectum Gyraldus, confirmant. ¶ Idem a Ioſepho Caſtaleone emendatum prodiit Romæ anno MDLXXXV.

Rutilia Primitiua, cum Q. Gauio Seuero marito, refertur Inſcript. ant. p. 285.

P. Rutilius quidam commemoratur Liuio 43. & 44. qui Trib. pl. Claudio & Gracchо diem ad populum dixerit, eoſque violenter accuſarit, a quibus ipſe poſtea tribu motus, & ad opera publica facienda factus ſit operarius. Sed hunc Valerius Max. 6. cap. 5. non Rutilium, verum M. Popilium vocat: propinquum autem eius, vnde tota lis & controuerſia exorta eſt, Rutilium appellat.

Rutiliæ Pollæ, vt emptricis lacus Sabatianenſis, meminit Proculus IC. Pand. 18. de contrahenda emptione lib. 69.

¶ Rutilianus, vir honeſtus ac probus, tum compluribus in prœliis ſpectatæ virtutis, ſed valde ſuperſtitioſus, Alexandri quem Lucianus pſeudomantem vocat, filiam vxorem duxit. Vixit ſub M. Antonino, ſub quo etiam ſeptuagenarius obiit. Auctor Lucianus.

Rutiliano, Conſulari Ciliciæ, reſcribitur ab Antonino A. 9. Cod. tit. 43. de generali abolitione.

S.

SABIDII.

SAbidius, vt amicus C. Antonii, & homo ſordidus, refertur Q. Ciceroni in de petitione Conſulatus.

Sabidius, apud Martialem homo guloſus, & ob id animæ fetentis.

P. Sabidius Hermes, Sabidiæ Ægloges libertus, vixit annos 57. Hæc inſcriptio extat Romæ trans Tiberim in ædibus D. Coronati, referente Apiano pag. 294.

SABINI, ſeparatim poſiti.

Sabini reperiuntur in Claudiis, Caluiſiis, Cæliis, Fabiis, Flauiis, Maſuriis & Titurius.

T. SABINVS a cane, quem aluerat, ne mortuus quidem, & in Tiberim proiectus, deſertus eſt. Vide Plinium 8. cap. 40. Fulgoſum 5. de gratis. Fuit hic Sabinus amicus Germanici. Tacitus Titium vocat.

Sabina cum Modeſto ſeruo refertur apud Plinium & Fulgoſum 7. cap. 8.

¶ Sabinus Aſidius, venuſtiſſimus inter Rhetores ſcurra, cum ſententiam Leonidæ ad 30c. retuliſſet: *Ego*, inquit, *illi ad prandium promiſiſſem, ad cœnam renunciaſſem*. Seneca ſuaſoria 2.

Sabinus Syrus, miles impenſe fortis ſub Tito in bello Iudaico, memoratur Hegeſippo lib. 5. cap. 28.

Sabinus, Sophiſta ſub Hadriano Imperatore. Vide Volaterranum, plures Sabinos recenſentem. Scripſit Iſagogen ad materias & hypotheſes, declamandi lib. 4. & enarrationē in Thucydidē. Auctor Suidas.

¶ Sabino Maximo reſcripſit Hadrianus Imp. Pand. de teſtib.

Sabinus IC. reliquit Iuris ciuilis libros 3.

¶ Sabinus Iulianus, inuaſor imperii, a Carino Imp. peremptus. Aur. Victor.

¶ Sabinus Tiro, ſcripſit περὶ κηπευτικῶν, id eſt, de hortenſibus, quod opus dedicauit C. Mecœnati. Vide Plinium lib. 19. cap. 8.

Sabini, Martyres duo petantur ex Volaterrano, & Sabinæ item duæ.

¶ SEX. SALANIVS P. F. Inſcript ant. pag. 304.

¶ SALEIVS Baſſus Quintiliano inter Epicos Poetas recenſetur, qui illi vehemens & poeticum ingenium tribuit, ſed quod ſenectute, quomodo nec Valerii Flacci, non maturuerit. Tacitus non modo Poetam egregium & abſolutiſſimum, ſed etiam virum optimum vocat. Exiguo tenuiq; cenſu vixiſſe, Iuuenalis indicat Satyr. 7. ſed in magna exiſtimatione & gloria. Veſpaſianus Imp. non ferens hanc viri inopiam, pro ſua liberalitate 500. ſeſtertia Baſſo donauit, quemadmodum eſt auctor Cornelius Tacitus.

¶ P. SALIVS Myſticus, memoratur Inſcript. ant. pag. 343.

¶ SALIA, Conſul ſub Conſtantiis Principibus, an. V. C. MCI. memoratur Prudentio in præfatione καθημερινῶν, vtpote, quo Conſulatum gerente, ipſe in lucem editus ſit. Quem locum in excuſis exemplarib. omnibus deprauatum videmus. Legitur namque vulgo:

— Hac dum vita volans agit,
Irrepſit ſubito canities ſeni,
Oblitum veteris Meſſalæ Conſulis arguens,
Sub quo prima dies mihi &c.

Nec deſunt, qui Maſſiliam legunt, ac ciuitatem interpretantur, vbi Prudētius Conſul fuerit. quam ſententiam video ſecutū quoq; virum alioqui non vulgariter eruditum, Aldum Manutium. Sed quemadmodū dixi, verba Prudentii corrupta vitiataq; ſunt, cum ſit legendū per hypodiaſtolen:

Oblitum veteris me Saliæ Conſulis arguens.

Quam ſinceram eſſe lectionē, & ex veteribus hiſce memoriis, a nobis probe deprehēſam, omnes ſcio docti libenter agnoſcēt.

¶ SALIANVS, dux Conſtantis Imp. referente Nicephoro Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 9. cap. 21.

¶ T. SALIENVS, Centurio legionis 5. ſub Cæſare, vir improbus & ſeditioſus, ideoque per ignominiam dimiſſus. Commentario belli ciuilis 5. vbi tamen quidam codices pro Salienus, Alienus habent.

L. Salienus T. F. Sedatus, refertur Inſcript. ant. pag. 152.

¶ C. SALLIO *Ariſtaneto V. C. Septemviro Epul. Sodali Auguſtali* &c. Nobilis eſt inſcriptio, quam ſubiicit Manutius in Orthographia in voce Tutelarius, memoraturq; a Fabricio in Antiquitatibus pag. 48. Idemne an alius incertū, certe Ariſtænetus Conſ. fuit cū Honorio A. an. V. C. MCLVIII.

SALONII.

P. Salonius, Tribun. mil. anno V. C. CCCCXIII. cum ipſi infeſtus exercitus, qui a Repub. defecerat, inter reliquas pacis ac reconciliationis conditiones a Senatu poſtulaſſet, ne quis, vbi Tribunus mil. fuiſſet, ordinum poſtea ductor eſſet, idq; propter Saloniū, qui alternis prope annis & Trib. mil. & primus Centurio erat, intelligens quod poſtulatum hoc Senatus neutiquam conceſſurus foret, obteſtatus P. C. ne ſuum honorem pluris, quam concordiam ciuitatis æſtimarent, perpulit, vt id decernerentur. Liuius 7.

C. Salonius, Triumuir deducendæ Tempſam coloniæ, anno V. C. DLX. P. Scipione iterum & T. Sempronio Longo Coſſ. memoratur Liuio lib. 34.

¶ Q. Salonius Sarra, Prætor an. DLXII. L. Quintio Cn. Domitio Coſſ. Sardiniam prouinciam obtinuit. Liuius 35.

Ex Saloniis fuit haud dubie & Sarra ille, de quo Cicero ad Attic. 15. Sarra, inquit, nefarius & in me contumax.

Salonius, cliens Catonis, cuius filiam ille duxit, ex eaque filium ſuſceptum M. Catonem Salonianum appellauit, quem auum habuit M. Cato Vticenſis. Gellius Noct. Att. 13. cap. 18. Salonii huius filia D. Hieronymo eſt Actoria Paula, de qua in Actoriis.

Salonius, Epiſcopus Viennenſis, ad quē ſcripſit Saluianus, presbyter Maſſilienſis, vt eſt apud Gennadium.

¶ SALONINA, vxor A. Cecinæ, ducis Vitelliani, refertur Tacito lib. 17. Sed Saloninos arbitror pertinere ad Aſiniorum familiam.

SALVII.

Saluius, Trib. pleb. Antonium hoſtem iudicari diu prohibuit. Poſtea Ciceroni conſentiens, in omnibus eidem adhæſit. Proſcriptus a Triumviris, domi ſuæ in cōuiuio cæſus eſt. Appianus 3. Hunc opinamur eſſe, cuius Cicero meminit in epiſtola ad Dolabellam, quæ eſt familiarium libri noni 10.

Saluius, libertus Hortenſii, a quo filium deprauatum Cicero queritur ad Att. ſcribens in fine lib. 10. Alius ab hoc fuit anagnoſtes Attici.

¶ C. Saluius Bubulcus, Quæſtor fuit Auguſto ſecundum Conſule, quemadmodum habet vetus fragmentum Rom. magiſtratuum 315.

¶ Saluia Citiſcenia, vixit & Ipſa ſub Auguſto. Meminit eius M. Antonius in epiſt. ad Auguſtum, teſte Suetonio.

¶ Saluius Fuſcus, homo prodigioſæ fortitudinis apud Plinium lib. 7. cap. 20. Duo namque centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duobus humeris contra ſcalas ferebat.

¶ Saluius Titianus, Proconſul Aſiæ ſub Nerone, homo in omnem auiditatē pronus. Tacitus in vita Iulii Agricolæ, quem illius Quæſtorem in ea prouincia fuiſſe ſcribit.

¶ Saluius Liberalis, accuſatus ſub Domitiano, pertigit ad tempora Traiani, ſub quo pro Mario Priſco dixit. vir diſertus & acer, teſte Plinio in epiſtola ad Arrianum, & qui, quemadmodum eſt apud Tranquillum, in defenſione cuiuſdam diuitis auſus eſt dicere: Quid ad Cæſarem, ſi Hipparchus ſeſtertium millies habet? quod eius quamuis ferocius dictum, Cæſar tamen Veſpaſianus laudauit.

Saluio, legato Aquitaniæ, reſcripſit D. Hadrianus, vt refert Calliſtratus Pand. 48. de cuſtod. & exhibitione reorum.

¶ SALVIVS IVLIANVS Seuerus I C. & per filiam proauus Iuliani Didii Imp. bis Conſul & præf. vrb. fuit. Sub Hadriano edictum perpetuum propoſuit, eiq; in conſilio fuit. Dein Pio i poſtremo a diuis fratribus in magna veneratione habitus eſt. Dicere ſolebat, etiamſi pedem alterum haberet in ſepulchro, tamen adhuc diſcere velle, vt eſt in Pand. libro 40. de fideicommiſſ. libertat. l. Apud Iulianum. Reliquit digeſtorum libros 99. de ambiguitatibus vnum, ad Minutium 6. ad Vrceium 4. In hunc notas ſcripſerunt Marcellus & Paulus.

¶ Familia huius ſtema habet Onuphrius Panuinius pagina 47.

Saluius Iulianus Iuriſperiti F. cæſus eſt ab Imp. Commodo, vt narrat Lamprid.

Saluia F. genuit Petronium Didium Seuerum, qui pater Iuliani principis.

¶ Saluio Candido reſcripſit Pertinax Imp. Pand. 50.

¶ Saluius Ariſto I C. quem Iuliano ſcripſiſſe refert Iulianus Pand. 37. de legatis præſtandis.

¶ Saluius Valens I C. ſub Antoninis, Pio & Marco, memoratur Capitolino. Reſcribitur eidem a Pio Pand. 48. de accuſationibus & inſcript.

Saluius

Saluius Cos. ſub Antonino Philoſ. Ariſtides Adrian. ſacr. ſerm. 2.

Saluia C. F. Prima fecit, & extat Mutinæ, teſte Carolo Sigonio.

Saluia ɔ. L. cum P. Saluio Parnachi colliberto memoratur Inſcript. ant. pag. 58.

Saluius ſenex mortuorum canum alligatione punitur. Auguſtinus Tomo 7. pagina 217. A.

SALVIDIENI.

Q. Saluidienus Rufus, opera Cæſ. Octauiani ad Conſulatum vſque euectus, cum nondum Senator eſſet, eiuſdem iuſſu confoſſus eſt, quod ad Antonium transfugere voluiſſet. Puero paſcenti caput flammā reddidit, in quod futuræ claritatis & ſplendoris ſignum fuit. Appianus 5. Dion libro 48. Suetonius in Auguſto, Liuius 121. Paterculus. Fratrem habuit, quem paulo ante defunctum Cæſar ſuper Tiberim ponte facto extulit.

¶ Saluidieno Orphito ſub Nerone obiectum eſt, quod tabernas tres de domo ſua circa forum ciuitatibus ad ſtationem locaſſet. Suetonius.

Saluidienum Orphitū quaſi molitorem rerum nouarū occidit Domitianus. Idem.

M. Saluidienus, vt ſcriptor hiſtoricus, citatur a Vopiſco in Saturnino.

¶ SALVINA, ſoror Auguſtæ, filia Gildonis, qui Africam tenuit, & coniunx Nebridii, ex quo Nebridium puerū tulit. Laudatur ab Hieronymo ad preces Auiti. Sed etiam ad illam ſcribens Hieronymus, Nebridium laudat, contubernalem illum & condiſcipulum Auguſtorum appellans.

SALVSTII.

¶ Alii nomē hoc l. geminato ſcribūt. Hieronym. Wolfius vni eum ei aſſerit, ſiue a ſale, ſiue a ſalute deriuetur:

Saluſtiorum nomen & familiam nobilitauit C. SALVSTIVS CRISPVS, Hiſtoriæ ſcriptor, qui natus Amiterni in Sabinis, teſte Euſebio, patrem habuit C. Saluſtium. Inſtructus autem per ætatem liberalibus diſciplinis, ad rempublicam ſe cōtulit, geſſitq; primum Quæſturam, deinde & Tribunatum, ſed non multa cum laude. Turpiter namque viuens, & totum ſe gulæ atq; libidini tradens, magnā apud omnes infamiam contraxit. Domum paternam patre adhuc ſuperſtite vendidit. Bis apud Iudices reus factus, ita diſceſſit, vt non innocens ipſe, ſed quomodo, inquit ille, iudices peccaſſe viderentur. Deprehenſus in adulterio apud Fauſtam Syllæ filiam, ab Annio Milone, loris bene cæſus & dimiſſus eſt. Obiurgatus ob id a Cenſoribus App. Claudio & L. Piſone, quod matronarum ſectator eſſet, non ſe matronas ſed libertinas ſectatum faſſus eſt. Proinde moto Senatu per ſummam turpitudinem conſeneſcēdū erat, ni bellū ciuile interueniſſet. Quo partib. Cæſaris adhærens, iterū Quæſtor factus, Senatorium ordinē, vnde exciderat, recuperauit. Obtinuit deinde & Præturam, ac cum Cęſare in Africam profectus, profligatis Pompeianis, cū ibi Proconſule relictus eſſet, prouinciam auare & crudeliter habuit. Magnis igitur opib. coactis in vrbem rediit, amœniſſimos hortos (quos adhuc hodie de nomine eius Saluſtianos dici, legimus in Roma Fabricii) ſibi ad portā Collinā parauit, ac totus in priorē vitam & mores reuolutus, adeo ſe in omne genus voluptatis effudit, vt Lenæus, Pompeii libertus, patroni ſui manes in gratiam Cæſaris lacerantē non dubitarit nebulonem, lurconē, popinionem & laſtaurum appellare. Certe Macrobius non ferendū alienæ luxuriæ cenſorē & obiurgatorē exiſtimat, carpentē in Metello Pio luxū & cōuiuia, quib. ipſe longe licentius indulgeret. Inter haſce tamen voluptates, quod mirādum opinor, ſtudia litterarum ſectatus eſt, & P. R. Hiſtoriam contexuit. Quo labore & diligentia tantū ſibi laudis apud omnes eruditos peperit, vt veriſſime de illo Martialis ceciniſſe iudicetur:

Hic erit, vt perhibent doctorum corda virorū,
Primus Romana Criſpus in hiſtoria.

Doctis ſummopere laudatur illius in dicēdo breuitas. Ac Seneca Controuerſ. 9. cum Thucydide illū cōferēs, Grœco homini aliquid addi poſſe fatetur, Saluſtio nihil demi poſſe dicit. Idē ſentit Quintilianus, Saluſtiana illa breuitate nihil apud aures vacuas & eruditas perfectius eſſe cōteſtans. Tacitus florentiſſimū auctorē, Gellius verborū nouatorem concinnum vocat. Etſi autem Ciceroni nō parū infenſus fuiſſe prodatur, attamen in reb. geſtis eius memoriæ tradēdis nihil affectibus dedit, ſed quæ potiſſima lex eſt hiſtoriæ ſcribendæ, conſtanter & vſquequaq; veritatem ſibi ſectandam eſſe duxit. Quamobrē a D. Auguſtino pulcherrimo decoratus elogio, veritatis hiſtoricus appellatur. Non fugit me, diuerſum nonnullos de Saluſtio ſentire, vtpote qui multa de Ciceronis laudib. data opera prætermiſerit. Sed aliud eſt falſa pro veris tradere, aliud, nihil magnopere ad rē pertinētia,

¶ Suetonius de cl. Grammat. p. 479.

& ab aliis vulgata, præterire. Notatur tamen a Pollione, vt nimis antiquarius, & ex Catonis Originibus verba mutuatus. Sed cui notam aliquam non inuſſit Pollio? Reprehenditur a Liuio, verum palam iniquo, quaſi vitioſa & corrupta ſit eius dictio. Trogus etiam Pompeius orationes eius, vt directas & nimis longas, vellicat, credo quo ſuas poſteritati magis commẽdaret. Sunt qui tradant, Terentiam, a Cicerone repudiatam, duxiſſe coniugem, vt tanto facilius hominis inimici ſecreta cognoſceret. Deceſſit ex hac vita quadriennio ante bellum Actiacum, vt annotauit Euſebius, compluribus hiſt. Rom. libris perfectis & abſolutis, ſed quorum præter coniurationem Catilinæ, & bellum Iugurthinum, atque pauculas conciones, temporum iniuria nihil ad nos peruenit.

C. Saluſtius Criſpus, Saluſtia, Hiſtorici ſorore, natus, & ab auunculo in nomen adſcitus, magnæ apud Auguſtum & Tiberium auctoritatis fuit, Mecænatis exemplo ſine dignitate Senatoria multos triumphalium Conſulariumq; potentia tantũ Eques antecedẽs. Hic neganti Tiberio, ſe iuuenis Agrippæ cædem imperaſſe, & redditurum Centurionem facti rationẽ apud Senatũ, Liuiam monuit, ne arcana domus, ne conſilia amicorum, miniſteria militũ vulgarẽtur, neve Tiberius vim principatus reſolueret, cuncta ad Senatũ vocãdo; eam eſſe conditionẽ imperãdi, vt nõ aliter ratio cõſtet, quã ſi vni reddatur. Huius etiam opera Tiberius Clementẽ, qui Agrippã ſe eſſe ſimulans, res nouas moliebatur, in poteſtatẽ redegit. Obiit mortẽ anni principatus Tiberii 6. Tacit. l. 2. & 3. Ab hoc nominatum æs Saluſtianum, auctor eſt Plin. lib. 24. c. 2. Extat ad hunc ipſum Oda Q. Horat. lib. 2.

Nullus argento color eſt auaris,
Abdito terris. &c.

P. & Cn. Saluſtiorum meminit Cicero in epiſtolis ad Attic. Publium etiam in familiaribus habitum, indicat libri 11. epiſtolis, quarum initia ſunt: *Confectus iam*, &c, *Properantibus tabellariis alienis* &c.

¶ Saluſtius Lucullus, interẽptus a Domitiano, quod lances nouæ formæ appellari Lucullẽos paſſus eſſet. Suetonius.

Saluſtius quidam floruit Alexandro Imperante, cui reſcribitur ab illo principe Cod. 8. tit. 11. de fideluſſ. & mandat.

Saluſtius alius, emicuit ſub Diocletiano & Max. AA. cui reſcribitur ab iiſdem 7. Cod. tit. 1. de vindicta, item 9. Cod. tit. 41. vbi præſes nominatur.

¶ Saluſtius Secundus, tertium Conſul & præf. præt. per Gallias, collega Iuliani A. in quarto illius Conſulatu, Perſicæ expeditionis comes, pene cæſus interiit, cum defuncto Iuliano, delatum imperium renuens, parum proſperã valetudinem & ſeniũ excuſaret. Idem poſtea Valentinianum I. Imperatorem deſignauit. Multa de eo Suidas. Meminit etiam [illegible] & [illegible].

Saluſtius, Quæſtor ſub Theodoſio iuniore, a quo reſcribitur illi 1. Cod. tit. de off. Quæſtoris.

¶ Saluſtia Homilia, coniunx Cæcilii Dii, refertur Inſcript. ant. pag. 179.

Saluſtia Phœbe ſibi & P. Petronio P. F. Pal. Ruſo patri de ſuo, & P. Quintio Repentino, coniugi ſuo indulgentiſſimo, & liber. libertabusque eius poſteriſque eorum, & quibus donaui donauero in fr. P. XIIII. *in agr. P.* XII. Inſcript. ant. pag. 317.

Saluſtiæ reſcribunt AA. & CC. Cod. titulo 16.

Saluſtius, Sophiſta, ſcripſit in Herodotum & Demoſthenem commentarium & alia. Suidas.

¶ Saluſtius Dionyſius, Græcus auctor, citatur Plinio lib. 1. & 32. cap. 7.

¶ Saluſtius Mopſeates, Medicus ſub Tiberio, ſcripſit medicinalia, teſte Suida.

Saluſtius, Philoſophus, de quo multa Suidas. Familiaris fuit Marcellino, vt idem Suidas Μαρκελλῖνος.

¶ Sanctra, citatur Nonio Marcello in nunciis Bacchis, & de antiquitate verborum libro 4. ¶ De eodem Chariſius & paſſim Fragmentum Sex. Pompeii & epitome Pauli.

¶ M. Sanqvinivs Maximvs, Cos. ſuffectus ex Calend. Mart. ann. V. C. DCCLXXXI. Vide Tacitum lib. 5.

SASERNÆ.

¶ Saſernas ad Hoſtilia gentem pertinere, docet e veteri nummo Fulvius Vrſinus.

Saſernæ, pater & F. citantur Plinio vti peritiſſimi ſcriptores, & poſt Catonem vetuſtiſſimi, lib. 17. cap. 23. Meminere Varro & Columella de re ruſt. ille lib. 1. cap. 2. hic lib. 1. cap. 1. & quidem ſimiliter proxime & ſecundum Catonem, ſubiuncto illis Tremellio Scrofa, ætatum haud dubie diſcrimina ſequens.

P. & C. Saſernæ, fratres, militarunt ſub Cæſare in Africa per bellum ciuile. Vide commentarium 5. De horum altero

puto

puro loqui Ciceronem ad Att. 14. pa. 562. Saſerna collega dignus.

¶ SASSIA, mater Cluentii iunioris. Cicero.

¶ Satellius Quadratus, memoratur Senecæ, ſed opinor mendoſe pro Statilio. huius enim gentis ſunt Quadrati.

¶ C. SATVS C. F. O. V. F. cum C. Satio Felici liberto, refertur Inſcript. vet. p. 33.

C. Satius Calpentanus, tabulariorũ publicorũ curator, pa. 522. citante Marliano.

SATRII.

Satrius, legatus C. Trebonii. Cicero in epiſt. ad Brutum.

L. Satrius Rufus, præfectus aquis, cui in ea curatione ſub Tiberio, Corn. Cethego L. Viſellio Varrone Coſſ. M. Cocceium Neruam, D. Neruæ auum, ſucceſſiſſe ſcribit Frontinus, cum ipſe Satrius ſub Auguſto L. Martio C. Antiſtio Coſſ. Atteio Capitoni ſucceſſiſſet.

¶ Satrius Secundus, cliens Seiani, & ob eius potentiã a multis cultus. Tacit. 4. & 5.

Satrius Rufus, eloquentia clarus tẽpore Plinii iunioris, cuius ille meminit aliquoties. In eum eſt illud Reguli: Satrius, cui non eſt cum Cicerone æmulatio, & qui contentus eſt eloquentia ſeculi noſtri. Epiſtolarum lib. 1. ad Voconium. Catanæus indocte hunc cum ſuperiore commiſcet.

¶ L. Satrius Abaſcantus, vixit & ipſe tempore Plinii iunioris, cui ille a Traiano ius Quiritium petiit, lib. 10.

¶ T. Satrius Decianus, refertur Inſcript. ant. pag. 522. etſi apud Marlianum legitur T. Sartius Decianus.

Satria Marcellina, coniunx P. Octauii Euprepis. Ibid. pag. 306.

¶ P. SATVRIVS, vir bonus, & iudex incorruptus. Cicero pro A. Cluentio.

¶ SATVRO reſcribit Alexander A. 5. Cod. tit. 38.

¶ M. SATYRIVS, patronus agri Piceni & Sabini, ab auunculo L. Minutio Baſilio hæres factus, & nomen ipſius ferre iuſſus eſt. Cic. Off. 3.

C. Satyrius, Satyrii Picentis P P. filius &c. Vide emendationes Caroli Sigonii libro 2. pag. 145.

SATVRNINI, ſeparatim poſiti.

Saturnini in pluribus familiis reperiuntur. Quoniam autem de plerisq; non admodum intelligere poſſumus, ad quam gentem ſeu familiam pertineant, eorum hæc claſſis eſto, donec de iis liquidius ſtatuerimus.

P. Saturninus, collega Tib. Gracchi, primus illi fragmẽto ſubſellii vulnus inflixit. Plutarchus in Gracchis.

¶ Saturninus Vetulio, proſcriptus a Triumuiris, correptis Præturæ inſignibus, ac obuios ſubmouens, euaſit in Siciliam. Valerius Max. lib. 7. cap. 3. At Appiano Pomponius vocatur.

Saturninus, nobilis puer cynædus, de quo Valerius Max. lib. 9. cap. 1.

Cn. Saturninus, adoleſcens tempore Plinii iunioris, ob ſuperiorem vitam inuidioſus, refertur epiſtolarum 8.

Saturnino reſcribit Anton. A. 5. Cod. titulo 65.

Saturninæ Gordianus A. 7. Cod. tit. 46.

Saturnino Phil. A. 4. Cod. tit. 24.

Q. Saturninus IC. 10. libros ad edictũ reliquit. Citatur a Pomponio.

Saturninus, vnus ex 30. Tyrannis ſub Gallieno, refertur a Trebellio, vir ſingularis grauitatis & prudentiæ.

SATVRNINVS, alius a ſuperiore, vir & ipſe ſtrenuus, litteratus & prudens, imperium ſub Probo ſumpſit, ab illius poſtea militibus iugulatus. Vopiſcus. Fors hic eſt Saturninus ille, qui Gallieno in Conſulatu ſexto collega fuit.

Saturninus, Conſul ſub Gratiano anno V. C. MCXXXVI.

Saturninus & Aurelianus, viri Conſulares Conſtantinopoli ſub Arcadio Imp. Nicephorus 13. cap. 5.

¶ T. Saturninus Nigrin. cum Saturnina Cannica lib. & vxore, refertur in opere Chronico Io. Stumphii.

Saturnini item duo commemorantur Inſcript. ant. pag. 392. & 395.

Saturnini 4. referuntur a Prudentio inter 18. Martyres Cæſarauguſtanos.

SAVFEII plebeii.

Saufeiam legem diſſuaſit C. Gracchus. Gellius 11. cap. 10. Apparet latam per diſceptationem Mithradatis & Nicomedis, regum. Vide Gellium.

C. Saufeius, cæſus cum L. Saturnino. Cicero pro C. Rabirio, Eutropius 5. Oroſius item 5. capite 17. Appianus Latinus mendoſe Saphinium vocat, & Cenſorem fuiſſe tradit.

M. Saufeius, M. F. qui dux in expugnanda taberna Bouillis, & occidendo Clodio fuerat, abſolutus eſt, defendente Cicerone. Aſcon. Pedianus.

L. SAVFEIVS, Eques Rom. cum proſcriptus eſſet, vitam & patrimonium Attici opera recuperauit. Nepos in vita Attici. M. Ciceroni & Attico coniunctus, cum Patrone Epicuri ſectam ſequebatur. Attici auia mortua, conſolationem illum daturum ad Atticum, arbitratur Cicero ad Att. 1. epiſt. 2.

D. Saufeius, ſcriba, repente deceſſit, cum domi ſuæ pranderet. Plinius 7. cap. 53.

App. Saufeius, & ipſe ſubito interiit, cum a balneo reuerſus mulſum bibiſſet, ouumque ſorberet. Ibidem.

¶ Saufeius Trogus, quod conſcius eſſet Meſſalinæ in contrahendis cum C. Silio nuptiis, a Claudio peremptus eſt. Tacitus in fine 11.

¶ Saufeius Sabda quidam refertur in memoriis Italicis pag. 349.

¶ SAVINIVS Max. præf. vrb. ſub Cæſare, & Conſul ſuffectus in ſecundo illius Conſulatu. Dion lib. 58.

¶ P. SCÆVIVS, miles Cæſaris, Hiſpaniam ex prætura obtinentis, in ſubita hoſtium aggreſſione cæteris ſuis commilitonibus cæſis, ſuperſtes ſolus, & ſcuto ſpoliatus, multumque vulneratus, irruens in aquam, ad ſuos tranſnatauit. Dion 37.

¶ L. SCÆVINIVS *L. L. Quadratus ſibi & Aucta ſorori ſuæ b. m.* Inſcript. ant. pagina 333.

¶ SCALIA *Magna vixit annis* XXII. *M.* IV. *Scalia Tyche filiæ benemerenti.* Hæc inſcriptio reperitur Neapoli, teſte Apiano pagina 119.

¶ SCAMVLA, Centurio apud Ciceronem ad Att. 6. pag. 190.

¶ SCANDILIVS, Eques Rom. Cicero in Verrinis.

SCANTII.

Scantius quidam vir doctus, citatur M. Varroni in Eudæmonibus; *Cum*, inquit, *in eo eſſet occupatus, atque in ſchola curaret, vt ſcribit Scantius, homo per Dionyſia* &c. Nonius.

¶ *P. Scantius Philetus fecit ſibi & Scantiæ Nicæ lib. requietorium. Benefacere ſemper ſtudioſus fui.* Hæc inſcriptio reperitur Romæ, item Tergeſte, prodente Apiano pag. 243. & 354.

P. Scantio Iuliano P. Scantius Auguſtalis, pater, & Seruilia C. F. Iſias mater, filio piiſſimo fecerunt, qui vixit ann. VIII. *M.* V. *D.* XII. *Hor.* VI. *cuius annos ingenium excedebat.* Romæ, teſte Apiano pag. 244.

Scantiana mala referuntur Plinio lib. 15. cap. 15.

SCANTINII.

Scantinios apparet Aricia prognatos eſſe. Sic enim Cicero Philippica 3. de Aricia loquens: Hinc Voconiæ, hinc Scantiniæ leges, hinc multæ ſellæ curules &c.

P. Scantinius, Pontifex, mortuus anno pugnæ Cannenſis. Liuius 23.

¶ C. Scantinius Capitolinus, Tribunus plebis, accuſatus a M. Marcello Ædili Curuli, quod filium eius de ſtupro compellaſſet, damnatus eſt. Valerius Maximus 6. capite 1. Plutarchus in Marcello. Murmellius in Rom. Prudentii ab hoc vult dictam legem Scantiniam, qua puniebantur nefando concubitu contra naturæ legitimum vſum polluti. Mihi tamen magis placet, a latore quopiam Scantinio nuncupatam.

Scantinia Lupula Solutorio Marcello cõiugi & Solutoriæ Marcellæ filiæ, dulciſſimis. Hæc inſcriptio legitur Romæ, teſte Apiano pag. 207. & 259.

¶ SCOPONIVS proſcriptus, vxoris alioqui pudiciſſimæ adulterio vitam ab Antonio redemit. Appianus 4.

SCAPTII.

P. Scaptius homo plebeius, quo auctore Aricinis & Ardeatibus ager, ſuper quo P. R. iudicem ceperant, ademptus eſt. Liuius in fine 3. Dionyſius 11.

P. Scaptius, homo improbus, cum App. Claudio in Cilicia fuit. De eius ſceleribus vide Ciceronem ad Atticum epiſtol. 5.

¶ SCAVRVS, Grammaticus, ſcripſit cõmentaria in Plautum. Citatur in Pſeudolo a Rufino in de metris Comicis.

¶ SCAVRINVS, filius Scaurini, doctor celeberrimus, præceptor Alexandri Seueri. Lampridius.

¶ SCIOLÆ Fauſtinæ reſcribitur ab AA. & CC. 4. Cod. tit. 22.

SCRIBONII.

Scribonios ad tribum Publiciam pertinere, indicat Cælius in epiſtolis ad Ciceronem.

Curionis

Curionis cognomẽ vnde genti Scriboniæ adhæſerit, ex veterum monumẽtis parum liquet. Conie(c)tare licet, eum, qui primus ſic appellatus ſit, vel eximie vocalem, vel inſigniter macilentum fuiſſe. Nam & Præcones Curiones dicti ſunt, & Plautus velut ad gẽtile cognomentum alludens, agnum Curionem dixit macilentum, tanquam curis emaciatum & confectũ. Nec tamen abnuerim, ſacerdotium potuiſſe hanc appellationem tradere, quemadmodum qui primus Libonum Curio dictus eſt, Curionatum Maximum adminiſtrauit. Sed de hoc doctiorum eſto iudicium. Illud notabile eſt, tres Curiones per continuam ſeriem Oratores extitiſſe, id quod C. Plinius libri ſeptimi capite 41. non immeriro inter euentus humanæ felicitatis collocat.

Scribonius Libo, Curio Max. & Ædilis pl. cum Cn. Domitio Ænobarbo, a quibus ex mulctaria pecunia ædes Fauni locata eſt. Prætor triennio poſt, id eſt anno vrbis conditæ DLXII. peregrinã iuriſdictionem ſortitus eſt. Liuius 33. & 34.

C. Scribonius Curio, deligitur Curio Maximus in locum C. Æmilii anno V. C. DLXXVI. Liuius 41.

C. Scribonius Curio eadem fere ætate, qua C. Gracchus, T. Quintius Flaminius, M. Scaurus & P. Rutilius enituere, floruit. *illuſtris ſane Orator*, *cuius de ingenio ex orationibus eius*, inquit Cicero, *exiſtimari poteſt. Sunt enim & aliæ, & pro Ser. Fuluio de inceſtu nobilis oratio.* Et poſt pauca: *Scripſit etiam alia nonnulla, & multa dixit, & illuſtris & in numero patronorum fuit, vt eum mirer, cum & vita ſuppeditauiſſet, & ſplendor ei non defuiſſet, Conſulem non fuiſſe.* Vide Brutum.

¶ Dardanorum ferociã quo pœnarum genere repreſſerit, narrat Marcellinus lib. 29.

C. SCRIBONIVS CVRIO F. Orator & ipſe, tebuſq; geſtis clarus fuit. Adminiſtrauit enim Conſulatum cum Cn. Octauio, anno vrbis conditæ DCLXXVIII. Ex quo ſortitus Macedoniam, deuictis Dardanis, cum ad Danubium penetraſſet, bello intra triennium confecto, triumphauit. Caio Cæſari vehementer infeſtus, in quadam illum oratione omnium mulierum virum & omnium virorum mulierem appellauit, vt eſt apud Valerium. Cicero de claris oratoribus agens, relictum illum pupillum, & ob id nullis artibus inſtitutum ſcribit: valuiſſe tamen verborum ſplendore & copia, idque ex vſu domeſtico. Motus eius in actione a pleriſque notatus eſt: nam vacillante eo in vtramque partem toto corpore, facere C. Iulius quæſiuit, *Quis ex lintre loqueretur?* Et Cn. Sicinnius, Tribunus pleb. ſedenti Cn. Octauio Cõſuli faſciis & multis medicamentis propter dolorem artuum delibuto: *Nunquam*, inquit, *Octaui, collegæ tuo gratiam referes, qui niſi ſe ſuo more iactauiſſet, hodie te iſthic muſcæ comediſſent.* Memoria vero tam debili & infirma fuit, vt tribus propoſitis vel quartum adderet, vel tertium quæreret. Pro Sexto Næuio dicens, ſubito totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis vel incantationibus factum credidit. Sed nec in ſcriptis, quid paulo ante poſuiſſet, ſatis meminerat: quale illud eſt, quod commentatus de rebus in Senatu actis, ex quo ſe, Conſule Cæſare, egredientem fingit, eas res vituperat, quas Cæſar aliquot poſt annis in Galliis confecit. Hæc & plura Cicero in Bruto, qui tamen eius orationes aſpiciendas cenſet, conciliaturas aliis id bonum, quod ipſi ſpeciem Oratoris alicuius addiderit. Meminit Valerius Maximus libri noni capite decimoquinto. ac licet omnibus honoribus abundarit, tamẽ ob corporis motum Burbuleii, cuiuſdam Scænici, nomen ſuſcipere coactum ſcribit.

C. SCRIBONIVS CVRIO, patris & aui in Oratoria laude ſucceſſor, primum Quæſtor in Aſia, deinde Tribunus pleb. exorta diſſenſione ciuili, Cæſarianas partes ſecutus eſt, vir luxu & audacia ſingulari. Sexcentles enim ſeſtertium debebat, vt eſt auctor Valerius Maximus libri noni capite primo. Gallorum vero captus ſpoliis & Cæſaris auro, non dubitauit eundem ad bellum inflammare. A quo in Siciliam miſſus, Catonem expulit. Deinde cum quatuot legionibus in Africam profectus, Actium Varum Pompeianum prælio fudit. Quo rerum ſucceſſu confidentior factus, dum iuueniliter aduerſus Iubæ regis præfectum excurrit, per ſimulationem metus cedentem, ab eodem circumuentus cum toto exercitu periit. Patebat tamen victo fuga, ſed pudor ſuaſit, vt amiſſas ſua temeritate legiones morte ſequeretur. Cicero in Bruto teſtatur, illum, ſi vixiſſet, magnam fuiſſe laudem eloquentiæ conſecuturum, quod admirabilem ad dicendum naturam haberet. Extant ad eundem Ciceronis epiſtolæ, quibus & indolem eius celebrat, & ipſum ad ſummæ laudis & honoris expe-

KK

ſtationem cohortatur. Plinius libro trigeſimoſexto miratur eius ingenium pariter & inſaniam, qui in funebri patris munere P.R. ad ipſius tumulum q. depugnare fecerit, duobus theatris incluſum, quæ cum libuiſſet circumagens, amphitheatrum faceret, ſummo ſedentium omnium diſcrimine, & certa pernicie, ſi luxari machinas contigiſſet.

C. Scribonius Curio F. punitur capite ab Auguſto poſt victoriam Actiacam. Dion libro 50.

¶ L. Scribonius Libo, captus ab Hannibale in pugna Cannenſi, ab eodem miſſus eſt legatus cum duobus aliis in vrbem de redimendis captiuis. Idem poſtea Prætor eius belli anno XV. V. C. DL. iuriſdictionem peregrinam & Galliam tenuit. Liuius 22. & 29.

L. Scribonius Libo, Prætor anno vrbis conditæ DLXII. peregrinam dictionem iuris ſortitus eſt. Liuius 35. Huius opinor eſſe numiſma vulgatum, in cuius altera parte ſcriptum legitur: *Libo bone veni*, capite ipſius expreſſo. in altera: *puteal Scribonii*, tribunalis ſimulachro adiecto. ¶ Vide Fragment. Sex. Pompeii pagina 142. & in idem Notas pagina 34.

L. Scribonius Libo, Trib. pl. tempore belli Pun. tertii, rogationem tulit, vt Luſitani, qui ex fœdere P. R. dediti a Serg. Galba in Galliam veniſſent, in libertatem reſtituerentur. Liuius 49. Eundem Galbam, in vrbem ex Hiſpania regreſſum, ad populum reum fecit, ferentiq; iudices familiares ſuos cum dixiſſet, quando tandē Galba de triclinio tuo exibis? Cū tu, inquit, de cubiculo alieno. Cicero de Orat. 2. apud quem in Bruto perperam illi T. prænomen tribuitur. Valerius Maximus lib. 8. cap. 1.

L. Scribonius Libo, familiaris Pompeii Magni, & Sex. F. ſocer. Bello ciuili claſſi Liburnicæ præfuit. Bruto & Caſſio victis, adhæſit Sex. genero, quo tandem, rebus illius perditis, relicto, ad Antonium ſe contulit, per quem in vrbem reductus, etiam collega ipſi in ſecundo Cōſulatu delectus eſt, anno vrbis conditæ DCCXX. Videtur de eodem loqui Valerius Maximus lib. 6. cap. 2. Pertinet etiam ad hunc locus Horatii libr. 1. epiſt. 3.

--- Forum putealque Libonis
Mandabo ſiccis, &c.

Fuit enim puteal in foro Rom. prope ficum Ruminalem, vt Halicarnaſſ. lib. 1. in de Libonis dictum, vel quod prope habitaret, vel quod impenſa eius factum aut reſtitutum eſſet.

SCRIBONIA, ſoror, duobus antea Conſularibus nupta, ex altero etiam, Scipione videlicet mater, a Cæſare Octauiano ducta, Iuliam illi filiam peperit, poſt etiam repudiata. Suetonius & Appianus. De filia eius Cornelia vide in Scipionibus.

L. Scribonius Libo, ſuperioris haud dubie nepos, Conſulatum geſſit cum Statilio Siſenna ſub Tiberio, anno imperii eius 2. Tacitus 2.

L. Scribonius Libo Druſus adoleſcens, ſuperioris frater patruelis, & ipſo Conſule Prætor, cum apud Tiberium accuſatus eſſet, quod res nouas moliretur, quodque Chaldæos de ſumma rerum conſuluiſſet, veſte mutata, cum primoribus fœminis illuſtrium domos circumiuit, ab amicis & affinibus opem expetens. Cunctis vero ob formidinem abnuentibus, lectica ſiue metu & ægritudine feſſus, ſiue morbo, vt quidam volunt, ſimulato, ad fores curiæ ſe deferri curauit. Ibi fratri inuiſus, & manus ac voces ſupplices ad Tiberium tendens, poſteaquam immotum eius vultum animaduertit, multaque ſibi crimina ingeri, libellos oſtendi, ſeruoſque per tormenta interrogari vidit, ipſe ſine patrono conſiſtens, poſterum diem petiuit, domumque digreſſus, irritis, quas ad principem mandauerat, precibus, domo etiam a militibus iam cincta, inter nouiſſimas epulas ſibi manum attulit. Bona eius inter accuſatores diuiſa. Vide Cornel. Tacitum libro ſecundo, & Dionem quinquageſimoſeptimo. Tacitus etiam Pompeio proauo, & amita Scribonia, quæ Cæſaris Auguſti coniunx fuit, & Druſo Cæſare conſobrino, clarum fuiſſe tradit. Temporum ratio Scriboniam non amitam, id eſt, patris, ſed amitam magnam, id eſt, aui ſororem fuiſſe indicat.

Scribonia (an ex Libonum familia, incertum) M. Craſſi coniunx, mater Scribonianorum fratrū, de quibus diximus in Liciniis, interempta a Claudio. Vide Cornelium Tacitum lib. 17. & 20. & Senecam in ludicro libello de morte Claudii.

¶ L. Scribonius Aphrodiſius, Orbilii ſeruus atque diſcipulus, mox a Scribonia, quæ Auguſto nūpſit, redemptus & manumiſſus. Docuit in vrbe Grammaticen, quo Verrius tempore, cuius etiam de Orthographia

thographia libris reſcripſit, nō ſine inſectatione ſtudiorū morumq; eius. Trāquillus.

¶ Scribonius Largus, Medicus ætate Tiberii principis, ſcripſit ad C. Iulium Calliſtum de compoſitione medicamentorū. Citatur aliquoties a Galeno, qui multum illum commendat, eiuſque præſcripta pluribus in locis ſequitur.

¶ Scribonius Proculus, cum inter alios Protogenē, Caii in omnibus ſceleribus miniſtrum, ſalutaſſet, ac ille toruum intuens, reddidiſſet: *Tu me ſalutas, ſic odio Cæſarem proſequens*, mox a circumſtantibus diſceptus eſt. Dion lib. 58.

¶ T. Scribonius Barbula, cum vxore Iulia Maxima Q. F. refertur in memoriis Auguſtanis.

¶ Scribonio Polycarpo & Scriboniæ Aphrodiſiadi L. Scribonius & Scribonia Nicæ F. Vide inſcript. ant. pag. 310.

Scribonia Fauſtina. Ibid. pag. 63.

¶ SCRIBONIVS, Mithridatis regis ſe nepotem perhibens, duxit ab Aſandri morte Dynamin, Pharnacis F. eoque matrimonio Boſporum ſibi vendicat. Hac de cauſa cum Polemon, rex Ponti, ei bellum facturus eſſet, fraude cognita ab ipſis Boſporanis necatur. Dion lib. 54.

¶ Scyroni reſcribitur ab AA. & CC. 5. Cod. de repudiis.

¶ SEBASTIANO ab iiſdem 7. Cod. titulo 16.

Sebaſtianus, vixit ſub Valente, egregio Suidæ encomio celebratus. Meminit idem Κολοσσός: *Vt Rhodiorum*, inquit, *coloſſus ob magnitudinem formidabilis non amabilis erat, ſic neq; Sebaſtian⁹ ob abſtinentiā erat admirabilis.*

¶ SECCII aliquot referuntur Inſcript. ant. pag. 375. & 448.

¶ SECVLARIA Seuerina, Licinii Liciniani coniunx. Ibidem pag. 467.

SECVNDI, ſeparatim poſiti.

Secundus Carinas, Rhetor, citatur Iuuenali Satyra 7. Pulſus eſt vrbe per Caium principem, quod in gymnaſio declamationem contra Tyrannos habuiſſet. Dion 59. Meminit Tacitus lib. 15. item Iuuenalis:

Sicut Thraſymachi probat exitus atq; Secūdi Carinatis.

Secūdus, Præf. præt. ſub Iouiniano Imp. Hiſtoriæ Tripart. 7. cap. 4. & 1. Cod. de Epiſcopis & Clericis.

Secundus, Athenienſis Sophiſta multæ doctrinæ, mediocris eloquentiæ, æqualis & æmulus Herodis Attici, in quem Herodes illud Heſiodi ſcita mutatione detorſit: Æqualem exagitat figuluſque & Rhetoratecton. Erat enim filius Architecti Secundus, ob id epithyrus a quibuſdam appellatus. Herodes nihilominus ſenem illū poſtea morientem & epicedio & lacrymis honorauit. Philoſtratus.

Secundus Tridentinus, Agiulphi, regis Longobardorum tempore, ſcripſit breuiter Longobardorum hiſtoriā. Paul. Diac.

Secundus, pater Io. Chryſoſtomi. Tripart. 10. cap. 3.

Secundino reſcribitur ab Antonino A. 4. Cod. tit. 5.

Secundinæ ab eodem 4. Cod. de condictione indebiti.

¶ SEDATVS, Africæ Epiſcop⁹ apud Cyprianum epiſtola 12.

SEDVLII.

Sedulius, homo propter inopiam tecti in foro pernoctare ſolitus. Cicero pro domo ſua.

Sedulius, dux & princeps Lemouicum, occiditur in prælio, apud Alexiam contra Cæſarem pugnans. Comment. 7.

P. Sedulius Iulianus miles leg. VII. Aug. Antoninianæ ſub Antonino Pio. Vide Inſcriptiones ant. pag. 461.

Cælius Sedulius, ſcriptor Eccleſiaſtic⁹ & Poeta, floruit circa an. nati Chriſti CCCCXXX.

Sedulius, Epiſcopus Africę, memoratur a Cypriano epiſt. 11.

¶ SEGONIANORVM fratrum fit mentio apud Ciceronem in epiſt. lib. 10. epiſt. 17.

¶ SEGVLIVS Labeo, loquax & garrulus, in quem Cicero D. Bruto ſcribens: *Dii*, inquit, *iſti Segulio male faciant, homini nequiſſimo omnium, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt*, &c. Vide epiſtolas libr. 11. familiarium 6. & 7.

SEII.

M. Seius, Ædilis, in caritate annonæ modium aſſe populo dedit, eaque liberalitate magna & inueterata inuidia ſe liberauit. Cicero Offic. 2. Prælatus eſt in petitione eius magiſtratus M. Piſoni, antea tamen iudicio afflictus. Cicero pro Cn. Plancio. Opinor de eodem loqui C. Plinium libr. 15. capite primo. Verba illius ſunt: *Anno vrb. cond.* CLXXX. (puto legendum DCLXXX) *olei denas libras ſingulis aſſibus præſtitis P. R. per totum annum.* Idem (ſic reor) accuſauit M. Sauſeium, ſocium Milonis

in occidendo Clodio. Vide Aſcon. Pedianum in orationes Ciceronis. Meminit Varro de re ruſtica lib. 2. cap. 2.

¶ Q. Seius Poſthumus, a P. Clodio, quod illi domum ſuam vendere nollet, veneno ſublatus eſt. Cicero pro domo ſua ad Pontif.

Cn. Seius, dominus equi illius, vnde eſt prouerbium in infelices & calamitoſos, a M. Antonio, qui poſtea Triumuir fuit, credo tempore belli ciuilis, cum præeſſet Italiæ, capitis damnatus, miſerando ſupplicio affectus eſt. Gellius libri tertii capite nono. De hoc arbitror loqui Ciceronem ad Atticum 12. epiſtola quarta. *Male de Seio, ſed omnia humana tolerabilia ducenda. Ipſi enim quid ſumus? aut quamdiu hæc curaturi ſumus?*

Cn. Seius, alius a ſuperiori, ſecutus eſt partes D. Bruti initio belli Mutinenſis. Cicero familiarium 11. epiſt. 7.

¶ Seius Strabo, Præf. præt. cohortis ſub Auguſto & Tiberio, pater Ælii Seiani, quẽ ſub Tiberio, collegam accepit. Vxorem habuit Iuniam, Iunii Blæſi, Proconſulis Africæ, ſororem, ex qua complures liberos ſuſtulit.

L. Ælius Seianus, Strabonis F. dictus eſt a nobis inter Ælios, in quam gentem adoptione tranſiit.

¶ Seius Tubero, legatus Germanici Cæſaris contra Germanos, poſt inter primores ciuitatis & amicos Tiberii habitus. Tacitus 2. & 4.

¶ Seius Quadratus, damnatus a Tiberio. Tacitus 5.

¶ Seius Fuſcianus, floruit ſub M. Antonino Philoſopho, quem ille Senatorii ordinis ex condiſcipulis vna cum Aufidio Victorino præcipuos amauit. Extitit & Fuſcianus Conſul ſub Commodo, homo ſeuerus & præf. vrbi, in quo honore Pertinax is, qui poſtea imperauit, illi ſucceſſit.

¶ Seius Saturninus Archicubernius ex claſſe Britannica teſtamento fiduciarium reliquit hæredem Valerium Maximum Trierarchum, idque ob filium Seium Oceanum, cui auunculus Manlius Seneca erat. Iabolenus Pandect. 36. ad S.C. Trebellianum l. 46.

¶ C. Seius Maſculinus cum Ælia Martiana coniuge, refertur inſcriptione vetuſta, quæ extat Romæ in templo S. Sebaſtiani extra muros vrbis. Vide Appianum pagina 319

SELII.

P. & C. Selii. Meminit Cicero lib. 4. Academic. quæſtion.

Selius quidam, vt patronus malus, & de cuius libertate non ſatis conſtat, notatur Ciceroni familiarium ſeptimo ad Volummium.

Selium vt cœnipetam, notat Martialis libro ſecundo.

A. Selius Africanus & A. Selius Zoſimianus, memorantur Inſcriptionum antiquarum pagina 307.

¶ Q. Selicii, vt familiaris meminit Cicero ad Attic. Et ad P. Lentulum ſcribens epiſtola 5. Vtor, inquit, ad omnia Q. Selicio; neque enim prudentiorem quenquam ex tuis, neque fide maiore eſſe iudico, neque amantiorem tui.

¶ C. Sellius Oneſimus & Selleia Nice. Inſcript. ant. pagina 317.

SEMPRONII.

Sempronii plebeii erant, teſte Liuio, exceptis Atratinis, qui fuere Patricii, vt idem Liuius lib. 4.

A Sempronius Atratinus, Conſul fuit primum cum M. Minutio Augurino, an- L.
no vrbis conditæ CCLVII. eſtque tunc ædes Saturno dedicata, & Saturnalia, dies feſtus inſtitutus, iterum anno vrbis conditæ CCLXIII. Huius filii fuere A. & L. nepotes C. & A. Sempronii. Dionyſius vndecimo, Liuius quarto. ¶ Vide an idem ſit, de quo Fragmentum Sex. Pompeii pagina vigeſima tertia.

A. Sempronius Atratinus, Trib. mil. Cõſulari poteſtate, cum primum illi, & quidẽ 3. numero creati ſunt, anno vrbis conditę CCCXI. Liuius 4.

L. Sempronius Atratinus A. fr. eodem anno Conſul cum ſe Tribuni mil. quod vitio creati eſſent, magiſtratu abdicaſſent. Liuius ibidem.

A. Sempronius Atratinus A. F. A. N. Trib. mil. Conſ. poteſt. ter fuit, primum anno V. C. CCCXXX. iterum CCCXXXV. poſtremo anno CCCXXXIX.

C. Sempronius Atratinus, ſuperioris Auli patruelis, Cõſul anno V. C. CCCXXXI. contra Volſcos male pugnauit, ac ni Tempanii decurionis equitum virtute factum eſſet, amiſſus foret totus exercitus. Reus ob id apud populum, 4. equitum ſuorum, qui tum Tribuni pl. erant, gratia miſſus eſt. Poſtea tamen iterum arreptus, 15. millibus

libus æris damnatus eſt. Liuius lib. 4. Val. Maximus lib. 6. cap. 5. non C. prænomen illi ſed L. tribuit. Idem de eodem lib. 3. c. 2.

A. Sempronius Atratinus, M. Equitum fuit T. Quintio Dictatori anno vrb. cond. CCCLXXV. cum victi ſunt Præneſtini, deque iis triumphatum. Liuius 6. Fors hic eſt A. filius.

L. Sempronius Atratinus, Conſulatum geſſit anno V.C. DCCXX. cum M. Antonius poſito Conſulatn, illum ſibi ſubſtituiſſet. Dion lib. 49.

Atratinus, adoleſcens 17. annos natus, vt ſcribit Euſebius, ac Ciceronis neceſſari⁹, M. Cælium, patris ſui accuſatorem, accuſauit. M. Cicero in oratione pro Cælio. Peruenit ad extremam ſenectutẽ, ac morborũ tædio in balneo volens exanimatus, hæredem reliquit Auguſtum. Euſebius. Opinor eundem eſſe cum ſuperiori.

Atratinus, Conſul anno V.C. DCCCXLI. ſub Domitiano.

Sophi.

P. Sempronius Sophus, Conſul ann. V. C. CCCCL. vna cum collega P. Sulpitio triũphauit de Æquis, oppidis illorum 41. intrà 60. dies oppugnando captis. Geſſit cum eodem Sulpitio Cenſuram quoque anno CCCCLIV. additis ad priores duabus tribubus, Anienſi & Terentina, cum præcedenti anno Pontifex factus eſſet, quando primum ex plebe Pontifices & Augures creari cœpti ſunt. Duobus vero poſt Cenſuram annis Præturam etiam, quod tamen vſitatũ erat, obtinuit. Liuius 9. & 10. Rutilius hunc eſſe vult, qui Trib. pl. anno V. C. CCCCXLV. contra App. Claudium, non abdicantem legitimo tempore Cenſuram, actionem ſuſcepit. Extat eius oratio apud Liuium lib. 9. Tempus conuenit.

P. Sempronius Sophus, fors P. F. Conſul anno V.C. CCCCLXXXV. Cenſor circa annum CCCCXCVII. cum M. Valerio Maximo a quibus 13. Senatu moti. Liuius 18. Neſcio de hoc, an de ſuperiore, certe de P. Sempronio Sopho, refert Valerius, coniugem illum repudiaſſe, quod ſe ignorante ludos ſpectare auſa fuiſſet, lib. 6. cap. 3.

Tuditani.

M. Sempronius Tuditanus, Conſul anno V.C. DXIII. cum C. Claudio Centone. Meminit horum Cicero in Bruto & in Catone, item Gellius 17. cap. 21.

P. Sempronius Tuditanus, Trib. mil. in Cannenſi pugna, cum caſtra, in quæ ſuperſtites confugerant, a Pœnis obſiderentur, cum 600. facto cuneo, per medios hoſtes euaſit, Canuſiumque ſuos incolumes perduxit. Ædilis deinde fit biennio poſt, mox Prætor, & interiectis tribus annis Cenſor, cum nondum Conſul fuiſſet. Conſulatum vero aſſecutus eius belli anno 15. contra Hannibalem proſpere pugnauit, cum ædẽ Fortunæ Primigeniæ vouiſſet. Habuit in eo magiſtratu collegam, quem ante & in Cenſura habuerat, nondum itidem Conſularem, M. Cornelium Cethegum. Liuius 22. 24. & 29. Idem etiam hunc Sophum vocat lib. 34. qui locus tamen mihi mendoſus videtur.

Cn. Sempronius Tuditanus, Ædilis pl. anno V.C. DLVI. Mox Prætor Hiſpaniam citeriorẽ tenuit. In qua prælio victus a Celtiberis, exercitu fuſo & fugato, non multo poſt ex graui vulnere expirauit. Liuius 32. & 33. Teſtamenti, quod hic in eadem prouincia fecerat, inſcriptionem habet Volaterranus, quã tamen mendoſam & deprauatam neſcio quam probare debeam.

M. Sempronius Tuditanus Trib. mil. anno V. C. DLXI. quarto vero anno poſt Prætor, Siciliam tenuit. Conſul an. DLXIX. cum Claudio collega aduerſus Ligures rem geſſit. Biennio poſt fit Pontifex. Moritur anno DLXXVIII. Liuius. Hic fortaſſis eſt, cuius Macrobius citat librum 3. de magiſtratibus lib. 1. cap. 13.

C. Sempronius Tuditanus, Conſul anno V.C. DCXXV. Hic proauus fuit Hortenſii. Vide Ciceronem ad Atticum 13. epiſt. 6. Tuditanus, inquit Plinius lib. 3. cap. 19. qui domuit Hiſtros, in ſtatua ibi ſua inſcripſit, &c. Puto hæc de C. hoc Tuditano dici. Ac omnino ſic eſt: Nam & Appianus Conſulem illum in Illyricum profectum ſcribit, de bellis ciuilibus 1. C. Tuditanus cum omni vita atque victu excultus atque politus, tum eius elegans eſt habitum etiã orationis genus. Cicero in Bruto.

Sempronius Tuditanus, inſanus patrimonium populo diripiendum ſparſit. De hoc Valerius Maximus lib. 7. cap. 8. Meminit Lactantius Firmianus 3. cap. 23. Cicero Philipp. 3. Auus maternus fuit Fuluiæ, vxoris M. Antonii Triumuiri. Filiam illius Semproniam, Fuluiæ matrem, temeritatis notat Cicero pro domo ſua ad Pontifices. Eandem etiam L. Licinio Murænæ nuptã fuiſſe, docet ibidem.

P. Pauus mihi Tuditanus Quæſtor Hibera in terra fuit, lucifugus nebulo, id genus ſane. Lucilius Poeta apud Nonium Marcellum in voce, Nebulones.

Primus Tuditanorum videtur inde nomen ſortitus, quod malleo ſimile caput haberet. Geſnerus in Onomaſtico ex Sex. Pomp. lib. 18. *Tudites*, inquit ille, *mallei a tundendo dicti. Inde cuidam cognomen Tuditano fuit, quod caput malleo ſimile habuerit.*

Blæſi.

C. Sempronius Blæſus, bis Conſul fuit, primum anno V.C. D. iterum. DIX.

Sempronius Blæſus, Quæſtor Cn. Seruilii Conſulis cæſus in Africa anno belli Pun. 2. altero. Liuius 22.

Cn. Sempronius Blæſus, Trib. pl. anno bell. Pun. ſecundi octauo, vrbis DXLIII. Cn. Fuluium in exilium ire compulit. Liuius initio 26. Idem (ſi tamen nomen non fallit) Q. etiam Fuluii Flacci Cos. ad Capuam legatus anno proximo fuit. Liu. 27.

P. Sempronius Blæſus, Trib. pl. anno vrbis conditæ DLXIII. P. Scipionis Naſicæ triumphum de Boïis impedire conatus eſt. Liuius 36.

C. Sempronius Blæſus, Ædilis anno vrbis conditæ DLXVII. Prætor tertio poſt anno Siciliā tenuit. Liuius 39. Ann. DLXXXIV. miſſus eſt legatus cum Sex. Iulio Cæſare ad reſtituendos in libertatem Abderitas. Liuius 43.

Longi.

T. Sempronius Longus T.F. Conſul initio belli Pun. ſecundi. Siciliam & Africam prouincias ſortitus apud Lilybęum hoſtem fudit, & Melitam inſulam Carthaginenſib. eripuit. In Italiam regreſſus, apud Trebiam cum Scipione collega ab Hannibale ſuperatur. Deceſſit eius belli anno 9. cum eſſet X. vir ſacrorum. Succeſſit illi in X. viratu T. Sempronius C.F. Longus. Liu. 21. & 27.

T. Sempronius Longus T.F. T.N. Cōſul anno vrbis conditæ DLX. cum Scipione Africano, quorum patres primo anno belli Punici ſecundi Conſules fuerant. Liu. 34.

P. Sempronius Longus, Prætor ann. V.C. DLVIII. Sardiniam obtinuit. Liu. 33.

P. Sempronius Longus, Prætor anno vrbis conditæ DLXX. Hiſpaniam vlteriorē ſortitus eſt. Liuius 39. Moritur Proprætor in eadem prouincia. Liuius 40.

C. Sempronius Longus, fit Decemuir ſacrorum in cōſanguinei defuncti locum, anno V.C. DLXXVIII. Liuius 41.

Sempronius Longus, citatur ab Antonio apud Ciceronē de Oratore 1. a quo Hiſtoriam, & prudentiam iuris publici, & antiquitatis iter, & exemplorum copiam, vt a viro optimo, & iſtis rebus inſtructiſſimo, familiari ſuo, ſi quando opus ſit, ſe mutuari dicit ſub finem libri.

Gracchi.

Graecos, non Gracchos dicendum, eoſque a geſtando vocatos, docet in Racemationib. ſuis Egnatius Venetus cap. 10. Eoſdem ſemper plebeios fuiſſe, legimus apud Liuium Decad. 3. lib. 3.

T. Sempronius Gracchus, Conſul ann. V.C. DXV.

T. Sempronius Gracchus, Ædilis ann. belli Punici ſecundi tertio, & in eo honore M. Equitum Dictatori M. Iunio. Cōſul anno proximo, id eſt, DXXXIX. ac iterum anno DXLI. cæſus eſt fraude Flauii Lucani, hoſpitis ſui Vide Liuiū 25. Val. Max. lib. 5. c. 1.

Tib. Semp. Gracchus T.F. T.N. Trib. pl. L. Scipionem in carcerem duci paſſus non eſt. Prætor ann. V.C. DLXXIV. triūphauit de Celtiberis. Conſul primū Sardos perdomuit, deq; iis triumphū egit. Iterū Conſul, & intermedio tēpore Cenſor fuit. Habuit & Auguratus ſacerdotium, quod contra morem iſtorum temporum valde iuuenis adeptus eſt, an. DLI. Vide Liuiū, Plutarchū, Pliniū de viris illuſtrib. Val. Max. li. 4. c. 1. & ſeq. li. 6. c. 5. Gellium lib. 12. c. 8. De amore eius erga vxorem Corneliā, Africani filiā, habes exemplū apud eundē Val. Max. 4. c. 6. Filii fuere ei Tib. & C. Gracchi & filia Sempronia, quæ Scipioni Æmiliano nupta, cū ob deformitatē & ſterilitatē nec amaret, nec amaretur, vt Appianus lib. 1. de bellis ciuilib⁹, poſt in necis ei ſtructæ ſuſpicionē venit. De conſtantia eiuſdē Semproniæ Val. Max. li. 3. c. 8. Plinius in viris illuſtr. pag. 466. Trecentas in Hiſpania ciuitates a Graccho ſubuerſas, id quod a Polybio traditur, quomodo ſit accipiendū, docet Strabo lib. 3. Extat de hoc honorifica inſcriptio apud Marlianum topographiæ veteris Romæ li. 4. ¶ De Cēſura eius, quē geſſit cū C. Claudio Pulchro. Fragm. Sex. Pōpeii p. 94.

Tib. Sempronius Gracchus, quæſtor ſub C. Mancino in Hiſpania fuit. Trib. pl. cū leges agrarias ferret, nobilitatem aduerſam habens, a Scipione Naſica occiſus eſt

anno

anno V. C. DCXXI. Vxor illi fuit Claudia, Appii Claudii, Conſularis viri, & Antiſtiæ filia, quæ cum vterque Augur eſſet, in augurali cœna ipſi deſponſa eſt. Plutarchus. De tribus Gracchi huius filiis, eorumq; interitu. Valerius Maximus lib. 9. cap. 7.

C. SEMPRONIVS GRACCHVS fr. Quæſtor per triennium L. Aurelio Oreſti Cos. in Sardinia fuit. Tribunus pl. cum fratris exemplum in ferendis legibus agrariis ſequeretur, ſimili exitu duodecimo poſt anno interiit. Fratre non paulo eloquentior fuit. Cicero in Bruto. Hoſce Gracchos permulti culpāt vt ſeditioſos & Reip. turbatores. Sed laudat eos vnice Plutarchus, vitam illorum, mores & res geſtas referens. Vxorem habuit Liciniam, Craſſi Mutiani filiā.

Tib. Sempronius Gracchus, vir clarus, præf. ſociũm cũ M. Iunio Syllano, cadit in prælio contra Boios ſub Marcello Conſule anno V. C. DLVIII. Liuius 33.

P. Semp. Gracchus, Trib. pl. ann. V. C. DLXV. cum collega C. Sempronio Rutilio Cenſuræ petitione M. Attilium Glabrionem deiecit. Liuius 37.

Tib. Sempronius Gracchus, Augur, alius a Tiberio viro Conſulari & Cenſorio, moritur anno V. C. DLXXVIII. Liuius 41.

Sempronius Gracchus, adulter Iuliæ Aug. filiæ, occiſus a Tiberio, cum 14. annis ſub Auguſto exilium toleraſſet, nobili familia, facundus & ingenio ſolers, ſed moribus prauis, & vita Sempronio nomine indignus. Velleius vol. poſter. Tacit⁹ 1. Vxor illi fuit Alliaria. ¶ Iuſtus Lipſius nummum eius a ſe viſum eiuſmodi ſcribit: *Ti. Sempronius Graccus IIII. vir. Q. deſig.*

Gracchus quidam, haud dubie gentis Semproniæ, notatur Iuuenali Sat. 2. vt qui ſub Domitiano gladiatorio munere depugnarit, & antea etiā vti puella viro nupſerit.

Gracchus item præf. vrb. & Vicar. ſub Valentin. Valente & Gratiano A A A. 3. Cod. Fors hic eſt, de quo Hieronymus in epiſt. ad Lætam. *Gracchus nobilitatem patriciam ſonans nomine, quum præfecturam gereret urbanam, nonne ſpecum Mithræ & omnia portentoſa ſimulachra, &c, ſubuertit, fregit, exuſſit, & his quaſi obſidibus ante præmiſſis, impetrauit baptiſmum Chriſti?* Reſcribitur eidem a Valente, Valentin. & Gratiano AAA. 4. Cod. tit. 20.

Muſcæ.

T. Sempronius Muſca, legatus anno V. C. DLXXXVI.

A. & M. Sempronii, haud dubie & ipſi Muſcæ, cum in illos complectentes & prehenſantes Vargula dixerit: *Heus puer, Muſcas abige*, ad agnomen illorū alludens. Fratres fuere, L. Craſſi Oratoris ætate florentes. Cicero 2. de Oratore.

Sempronius Muſca, C. Gallium, deprehenſum in adulterio, flagellis cecidit. Valerius Maximus 6. cap. 1. Meminit Muſcæ Cic. ad Attic. 12. pag. 357.

Rutilii.

C. Sempronius Rutilius, cum P. Sempronio Graccho Trib. pl. ann. vrbis conditæ DLXV. Liuius 37.

M. Sempronius Rutilius, legatus Cæſaris in bello Gallico. In fine comm. 7. vbi tamen Rutilus legitur, non Rutilius.

Aſelliones.

Sempronius Aſellio, Trib. mil. ad Numantiam ſub Scipione, res eas, quibus ipſe interfuit, ſcripſit. Gellius 2. capite 13. Hunc eſſe reor, in quem extant apud Ciceronem 2. de Oratore Scipionis Æmiliani dicta, etſi Aſellus non Aſellio nominatur. Citat eundem Cicero Legum 1. citat Hiſtoriæ eius librum 40. Chariſius.

A. Sempronius Aſellio, Prætor belli ſocialis tempore ann. V. C. vt opinor, DCLXV. cum ius ſecundum debitores diceret, ab iis, qui fœnerabātur, in foro occiſus eſt. Liuius 74. Appianus 1. Valerius Max. 9. c. 7.

¶ P. Sempronius, præfectus ſociũm, cęſus a Gallis ſub Conſule T. Sēpronio Longo, ann. V. C. DLX. Liuius 34.

Sempronia, mater Publiciæ, quæ fuit Lentuli Flaminis vxor. Macrob. 3. c. 13.

¶ C. Semp. Rufus, mel ac deliciæ Ciceronis, epiſtolārum 8. epiſt. 8. in quib. tamē verbis puto ironiam eſſe. Lib. 5. epiſt. 2. ad Att. Rufionem vocat.

Sempronius Rufus, Eunuchus, natione Hiſpanus, moribus veneficus & præſtigiator. De hoc Dion in Caracalla.

SEMPRONIA, D. Bruti vxor, & mater D. Bruti, percuſſoris Cæſaris, vt opinor, ſocia Catilinæ. Mores eius graphice deſcribit C. Salluſtius. Eandem eſſe exiſtimo, quam Cic. lib. 9. ad Dolabellam ſcribens, Sophā vocat: ſic enim malo legere, quā quomodo vulgo, Sophia.

¶ Sēp. Denſus, vir ſenex & eximius Centurio cohortis Prætoriæ, cũ Galba occideretur, ſtricto pugione occurrens armatis, ſcelus exprobans, Piſoni Cæſari effugium dedit. Tacitus 17.

¶ Sempronius Senecio ſub Traiano.

¶ Semp. Cælianus, itē ſub Traiano floruit. Plinius epiſtol. lib. 10.

¶ 9. Sempronia Tibulla quæratur in Inſcript. vetuſt. pag. 69.

Sempronia, Leontis L. Decii Blaſci ſoror. Ibidem pag. 332.

C. Sempronius Primus, Q. Sempron. Tertius, fratres, Q. filii. pag. 213. & 339.

L. Sempronius Firmus, cum vxore Furia Spe. pag. 277.

C. Semp. Summinius. pag. 383.

C. Semp. Polyclitus.

Sempronius, vir doctus apprime ſub Gratiano & Theodoſio.

Semp. Attalus, memoratur Paulo Pandect. 33. de vſu & vſufructu legato.

Sempronio reſcribit Gord. Imp. 4. Cod. Si certum petatur.

¶ SENATOR, præf. vrbis ſub Arcad. Hon. & Theodoſio, a quibus illi reſcribitur 1. Cod. de hæreticis & Manichæis.

Senator, alius ſub Valentiniano III. Cōſul cum Iſidoro, anno V.C. MCLXXXIX.

Senator, vir clariſs. ſolus Conſul anno V.C. MCCLXVIII. ſub Anaſtaſio.

¶ SENECAE Defenſori reſcribunt Valentin. & Valens 1. Cod.

¶ L. SENECIVS, refertur Inſcript. ant. pagina 400.

¶ SENECIO, homo turbulenti ingenii, quod omnia grandia cuperet, cœpit vocari Grandio, Seneca ſuaſor. 1. Cœlius Rhodig. 6. capite 35.

SENTII.

C. Sentius, Ædilitius & Prætorius. Prætor contra Thracas feliciter pugnauit. Liuius 70. Præfuit Macedoniæ tempore belli ſocialis. Cicero Verrinarū 5. Plutarchus in Sylla. Sathimum regem, cum magnis Thracum auxiliis Macedoniam depopulantem, vicit. Oroſius 5. capite 18. Eutropius 5. Hic eſt, quem Cicero pro Plancio, ſellam curulem in eam familiam attuliſſe teſtatur, vocatque cognomento Saturninum, filium vero Cn. Saturninum, virum optimum, qui tum in eo iudicio Plācio adfuiſſe ex eadem oratione intelligitur.

¶ Cn. Sentius Saturninus, facta cum Pompeio pace ſub Triumviris in vrbem rediit. Neſcio an hic ſit Saturninus ille Vetulio, quem proſcriptionis tempore Prætoris habitu ac ſpecie in Siciliam euaſiſſe, ſcribit Valerius Maximus lib. 7. cap. 3.

C. SENTIVS (Dioni eſt C. F.) SATVRNINVS, Conſul fuit ſub Auguſto anno V.C. DCCXXXV. Laudatur illius grauitas & conſtantia in gerenda republica a Paterculo. Ioſephus huius vt legati Auguſti Cæſaris, & Syriæ præſidis meminit, quique in ea adminiſtratione ſucceſſorem Quintiliū Varū habuerit. Addit idem, tres illi filios fuiſſe Conſulares & legatos, lib. 16. cap. 13. item fratrem 17. cap. 1.

C. Sentius Saturninus, haud dubie ſuperioris F. Conſul fuit cum Sex. Ælio Catulo anno V.C. DCCLVI. cū eſt ab Auguſto Tiberius adoptatus. Ab his Conſulibus latam dictamq; arbitror legem Æliam Sentiam, cuius meminit Imp. Inſtitut. 1.

Sentius Saturninus, cæſo C. Principe, fortiter pro libertate locutus eſt. Ioſephus in Antiquit. lib. 19. cap. 2.

Saturninus Luſcus, traditur a Claudio occiſus in ludo Senecæ, neſcio idemne cum ſuperiori, an diuerſus.

Cn. Saturnini adoleſcentis, a ſuperiore vita inuidioſi, & a Cn. Domitio, L. filio, rei facti, meminit Cælius, ad Ciceronem epiſtola 14.

Sentia Saturnina, C. Catii Secūdi vxor, refertur in monumentis Comēſium p. 75.

¶ Cn. Sentius Augurinus Gallus, vir illuſtris, multa in Britannos & Iudæos geſſit. Laudat filii huius epigrammata Plinius in epiſtolis ad Falconem. Meminit & Augurini cuiuſdam Seneca de morte Claudii, qui eodem fere tempore mortem obierit.

Augurinus, Conſul cum Sergiano, refertur Haloandro & Glareano ann. V.C. DCCCLXXXIV. ſub Hadriano.

¶ Sentia C. F. Maxima. Inſcript. antiq. pagina 323.

C. Sentius Terptus. Ibidem pag. 168.

Q. Sentius Amans V. vir. & Aug. p. 74.

L. Sentius C. F. cum L. Sentio Riuali lib. pagina 38.

M. Sentius L. F. O. V. F. Macer Veteran. L. IIII. Scythicæ ſibi & fratri V. F. Extat Mediolani, citante Scardeonio lib. 1. vbi agit de Luna.

¶ SEPIDVRAE reſcribunt Val. & Gall. 4. Cod. tit. 29. Fors erit Serpodoræ, vt infra.

SEPTIMII.

Septimiorum familia diu intra Præturā ſtetit. Sub Pio tādem Antonino per Seueros ad Conſulatum aſcendit, nec multo poſt etiam imperio potita eſt.

¶ P. Se-

¶ P. Septimius Scæuola, Senator, Q. Hortenſio Prætore damnatus eſt, quod ob rem iudicandam pecuniam accepiſſet. Cicero Verrinarum 2. & pro A. Cluentio.

L. Septimius, memoratur Ciceroni in oratione pro Vareno, citãte Priſciano li. 5.

¶ T. Septimius Sabinus, Ædilis Cur. Herculis tunicati ſtatuam, a L. Lucullo de manubiis comparatam, & a pupillo filio ex S.C. dedicatam, ex priuato in publicum reſtituit, indicante hoc ipſum ſtatuæ inſcriptione. Plinius 34. cap. 8.

C. Septimius C. F. Quirina, citatur in epiſtol. Cælii ad Ciceronem. Vir Prætorius fuit, & Ciceronis ſtudioſus. Geſſit autem Præturã Philippo & Marcellino Coſs. Fors hic eſt, quem Appianus vxoris opera inter proſcriptos relatum ac cæſum narrat.

¶ Septimius Camers, ſocius Catilinæ. Salluſtius.

L. Septimius cognatus A. Gabinii, relictus ab illo in Ægypto ad Ptolemæi cuſtodiam, Pompeium Magnum, illuc delatũ, occidit. Dion 42.

Septimia, refertur Ciceroni ad Atti. 16. tanquam Siccæ coniunx.

P. Sept. hominis flagitioſi, & aſſeclæ Antonii, meminit Cicero Philipp. 5.

P. Sept. Quæſtor M. Varronis, ad quem ille tres de lingua Latina libros ſe ſcripſiſſe fatetur in fine ſexti ad Ciceronem. Hunc eſſe reor, quem M. Vitruuius in prologo ſeptimi duos de architectura libros compoſuiſſe tradit.

Q. Septimius, Philoſophus tempore Augusti, ad cuius ſectam, dimiſſa ſchola, L. Craſſitius Grammaticus ſe contulit, teſte Tranquillo. Ac fortaſſis idẽ eſt, ad quẽ Horatius ſcribit Carm. 1. Oda 6.

¶ Septimius Seuerus, Leptinus ex Africa, laudatur ab eruditione & facundia Statio in ſyluis, & Martiali epigrammatum 11. Terentianus tradit illum ſcripſiſſe opuſcula iuris.

Septimius Seuerus, Conſul ſub Pio, & iterum ſub Marco, patruus fuit Seueri eius, qui poſtea imperauit, quemadmodum & M. Septimius Agrippa, auctore Spartiano.

¶ Stẽma perſequitur Onuphrius Piuinius p. 48.

L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX, Auguſtus, oriundus ex Africa, cuius maiores Equites fuere Rom. anteqnam ciuitas Leptinis omnibus data, pater Geta, auus Macer, mater Fuluia Pia. Imperauit annis 18. relictis duobus filiis, M. Aurelio Antonino, quem & Baſſianum ab auo materno vocauit, & P. Septimio Geta, itẽ fratris filio Seuero, quem Antoninus patruelis, quomodo & Getam fratrem, interemit. Imperauit poſt mortem patris Ant. ann. 6.

¶ L. Septimius Seuerianus, agnoſcitur ex vetuſta inſcriptione, quæ extat Salendii in æde Virginis, huiuſmodi: *Sacrum pro ſalute L. Septimii Seueriani patroni L. Septimus Felicio ex voto.*

Septimius 5 L. Nicephor. Septimia Sp. F. Quinta citatur apud Carolum Sigonium in De nominibus.

¶ Q. SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIANVS, ſcriptor Eccleſiaſticus, Latinorũ facile vetuſtiſſimus, ex Africa patre Centurione Proconſulari natus. Scripſit cõplura, vir acris & vehemẽtis ingenii, quem Cyprianus magiſtrum appellans, nullum abſque eius lectione diem tranſigebat. Floruit ſub Seuero & Antonino. Vide Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, item epiſtolam eius ad Magnum, oratorẽ Rom. & alteram ad Tranquillinum, vbi ad hunc modum de eo diſſerit: *Origenem propter eruditionem eius interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Nouatum, Arnobium, Apollinarium & nonnullos Eccleſiaſticos ſcriptores, Græcos pariter & Latinos,* VT BONA EORVM ELIGAMVS, VITEMVSQVE CONTRARIA, *iuxta Apoſtolum dicentem: Omnia probate: quod bonum eſt, tenete.* &c.

¶ Septimius Arabinus, famoſus crimine furtorum, in quem extat illa exclamatio Alexandri: *O Iupiter, o Dii immortales, Arabinus non ſolum viuit, ſed etiam in Senatum venit,* &c. Lampridius.

Septimius, ſcriptor vitę Alexandri, citatur ab eodem Lampridio.

Septimius, ſub Aureliano apud Dalmatas Imp. effectus, mox a ſuis obtruncatur. Aur. Victor.

¶ Septimius Agnidinus (fors erit Acyndinus) V.C. & per Hiſpanias vice ſacra cognoſcens ſub Traiano. Inſcript. ant. pag. 6.

¶ Septimius Acyndinus, anno V. C. MXCII. Conſul & præfectus ſub Conſtantio, cuius mirificum factum, damnantis ſe ad exſoluendam libram auri, propter quã debitoris vxor diuiti cuidam ſui copiã fecerat, narrat Auguſtinus 1. de ſermone Domini in monte.

¶ Septimius Baſſus, Præfectus vrbis ſub Conſtantino.

¶ Septimius Mnaſea, Præfectus vrbis ſub Conſtantio.

Q. Septimius Rom. Dictys Cretenſis libros 6. de bello Troiano, Latinos a ſe factos, dedicauit Q. Arcadio Rufino, qui floruit ſub Conſtantino.

¶ L. Septimius Iulianus, cum Septimia coniuge & liberta, refertur apud Apianum in memoriis Germanicis pag. 448.

M. Septimius M. F. Hor. Septimianus. In Antiquitat. Ital. pag. 141.

M. Septimius, Gallus, in iiſdem p. 2 r t.

Fl. Septimius Zoſimus, pag. 299. Septimius Felicio, pag. 164.

¶ P. Septimius Dama, in via Salaria monumentum habuit. Pand. 35. de conditionibus & demonſtr.

¶ Septimio Zenoni reſcripſerunt Seuerus & Anton. AA. Pandect. 50. ad Municipalem.

¶ Septimius Altinus, Epiſcopus, cui reſcripſit Leo Papa primus.

Septimiæ reſcribitur 4. Cod. tit. 34. ab A A. & C C. & alii Septimiæ ab Alexand. Imp. 4. Cod. tit. 50. & 8. Cod. tit. 41.

SEPTIMVLEII.

L. Septimuleius, quanquam C. Gracchi familiaris, auaritia tamen ductus, caput eius abſcindere, & per vrbem pilo fixũ geſtare non erubuit, quod Conſul Opimius auro id ſe repenſurum edixiſſet. Sunt qui tradunt, liquato plumbo, quo ponderoſius eſſet, caput expleuiſſe. Hinc poſt id factum roganti Scæuolam, vt ſe in Aſiam præfectũ duceret: *Quid, inquit ille, tibi vis inſane? tanta malorum eſt multitudo ciuium, vt tibi ego hoc confirmem, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias eſſe venturum.* Cicero 2. de Oratore, Valerius Maximus lib. 9. cap. 4. Plinius 33. cap. 3. Plutarchus in C. Graccho, Auctor de viris illuſtribus.

C. Septimuleio C. F. Troobolæ IIII. viri ex teſtamento. Hæc inſcriptio legitur apud Æſerniã, oppidũ Samnii, teſte Volaterrano.

SEPTITII.

Q. Septitius, Eques Roman. Cicero in Verrinis.

Septitia, mater Trachalorum Ariminẽſium, filiis irata, in contumeliam eorum, cũ iam parere non poſſet, Publio admodum ſeni nupſit, teſtamento etiam vtroque præterito. A quibus aditus D. Auguſtus, & nuptias mulieris & ſuprema iudicia improbauit, hæreditate materna filiis aſſignata, & marito, quia non creandorum liberorum cauſa coniugium interceſſiſſet, dotem retinere vetito. Valerius Max. 7. cap. 7.

¶ Septitius Clarus, cui Plinius epiſtolarum ſuarum opus dedicauit, Erucii Clari fuit auunculus. Turboni, Præf. præt. ſub Hadriano ſucceſſit, remotus tamẽ poſtea, quod ſe familiarius apud Sabinam vxorẽ egiſſet, quam Cæſareæ domus reuerentia poſtularet, mox etiam hoſtis loco habitus.

Septitio Antigono reſcripſit Antoninus Seuerus Pand. 48. de quæſtionibus.

Septitiana mala ab inuentore libertino nomen habent, inſignia rotunditate. Plin. lib. 15. cap. 14. Sic enim malo legere, quã quomodo vulgo Septiana.

¶ Septitianus, notatur a Martiale in fine 4. ac item 11. illic vt diſſimulator, hic vt negligens & mendax lector.

¶ Sequentia Fauſtina, agnoſcitur ex inſcriptione vetuſta, reperta in ſarcophago apud D. Albanum Moguntiæ: *Sequentiæ Fauſtinæ coniugi ſanctiſſimæ & dulciſſ. quæ vixit annis 37. M. 4. ſarcophagum iuſſu ipſius F. Flauianus Auentinus, Dec. alæ Indianæ, coniugi incomparabili. F. C.*

Seraphiano reſcribit Alex. Imp. 4. Cod. titulo 55.

¶ Serbidius Scæuola IC. quo M. Philoſophus vſus eſt, docuit Seuerum Imp. & Papinianum. Reliquit Quæſtionum libros 20, Reſponſorum 6. Digeſtorum 40. Regularum 4. de quæſtione familiæ vnũ, & quæſtionum publice tractatarum vnũ. Dicere ſolebat, Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſſe.

SERENI.

A. Serenus, Poeta Lyricus, qui vario & multiplici carmine poemata conſcripſit. Meminerũt huius Terentianus, Hieronymus, Marcellus, Diomedes, Mart. Capella. Citantur eius ruralia apud Nonium 1304. & opuſcula, 1323. Callet ſenium arte bibendi, Sereni eſt ex opuſculis.

Q. Serenus, alius ab illo, ſcripſit de morborum remediis, de facultate medicinæ. Citatur a Nonio.

C. Serenus, ſubtiliſſimus homo, Q. Catulo in petitione Ædilitatis prælatus. Cicero pro Plancio.

¶ Serenus Samonicus, occiſus a Caracalla. Spartianus.

Serenus Samonicus F. Gordiano II. cui præceptor fuit, patris ſui libros, qui ad 62. millia cenſebantur, moriens reliquit. Capitolinus

pitolinus in Gordianis. Gyraldum hic falli putò, qui ex patre & filio vnum & eundem facit.

Serena, coniunx Diocletiani. Sic eſt in paſſione Tiburtii & Suſannæ.

¶ SERENIVS Granianus, Proconſul Aſiæ, cui ſucceſſit Minutius Fundanius, auctore Euſebio hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 8.

SERGII.

Sergii Patricii erãt. De his Virg. 5. Æneid: *Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomẽ.* Olea Sergia, ſiue Sergiana, citatur bonis auctoribus.

L. Sergius Fidenas, bis Conſul, bis Conſulari poteſtate Trib. mil. primꝰ cũ Veientiũ rege cis Anienẽ ſecũdo prælio conflixit, nõ incruenta tñ victoria, multis ciuib. amiſſis.

T. Sergius Fidenas, Trib. mil. Conſulari poteſtate anno V. C. CCCXXXI.

M. Sergius Fidenas, Trib. mil. Conſ. poteſt. anno V. C. CCCLI.

L. Sergius L. F. Fidenas, Trib. mil. Conſ. pot. anno V. C. CCCLVIII.

Cn. Sergius Fidenas, Trib. mil. Conſul. pot. an. V. C. CCCLXVIII. CCCLXX. CCCLXXV.

M. Sergius, Trib. mil. in exercitu P. Scipionis, refertur Liuio 29. Fors hic eſt, cuius eximiam fortitudinem miratur & celebrat Plinius 7. cap. 28. cuius etiam pronepotem fuiſſe, qui iſti nomini derogarit, L. Sergium Catilinam, tradit.

¶ Cn. Sergius Plancus, Prætor an. DLIV.

¶ M. Sergius Silus, Prætor anno V. C. DLVII. Liuius lib. 32.

Cn. Sergius, Silus, damnatus accuſante Metello Celere, quod matrifamiliæ ob ſtuprũ numos promiſiſſet. Val. Max. 6. c. 1.

Q. Sergius, Senator, bello Italico inter ſicarios damnatus. Cicero pro A. Cluẽtio.

¶ CN. SERGIVS, AVRATA cognominatꝰ, quod illi auratæ piſces chariſſimi eſſent, oſtrearum viuaria primus omnium inuenit in Baiano ætate L. Craſſi Oratoris ante bellum Marſicũ, nec gulæ gratia ſed auaritiæ. Vide Varronem lib. 3. de re ruſt. c. 3. Columellam lib. 8. cap. 16. Valerium Maxim. 9. cap. 1. Plinium 9. cap. 54. Macrobium 3. c. 15. Sex. Pompeium lib. 13. De hoc Auguſtinus in de beata vita ex Cicerone: *Sergius,* inquit, *Orata, homo ditiſſimus, amœniſſimus, delicioſiſſimus, cui neque ad voluptatem quidquam defuit, neque ad gratiam, neque ad bonã integramque valetudinẽ: nam & prædiis quæſtuoſiſſimis, & amicis iucundiſſimis, quantum libuit, abundauit, & illis omnibus aptiſſime ad ſalutem corporis vſus eſt, eiuſque, vt breuiter totum explicem, omne inſtitutum, voluptatemq; omnem ſucceſſio proſpera conſecuta eſt.*

¶ L. SERGIVS CATILINA, accuſatus inceſti, cum Fabia, Veſtali virgine, cõmiſſi, Catuli gratia fultus euaſit. Eutropius 6. Cũ patrię perniciẽ facta cõſpiratione moliretur, primũ Ciceronis cõſiliis, dein armis Antonii oppreſſus eſt. Lege Salluſtiũ. Habet nomẽ eius integrũ, alioqui a paucis traditũ, Suidas Λούκιος Σέργιος Κατιλίνας. Ipſe Catilina in oratione, qua Ciceroni in Senatu reſpõdit, e Scipionis ſanguine ſe deſcẽdere, eiuſque nobilẽ propaginẽ eſſe, docet. Coniuratio Nonis Decemb. prodita & punita. Cicero pro Cn. Plãcio. Cognomẽ Catilina a fellandi libidine eſſe volunt. Notabilis eſt de Catilina locꝰ Iuuen. Sat. 14 – *dociles imitãdis Turpibus ac prauis omnes ſumus, & Catilinã Quocunq; in populo videas, quocunq; ſub axe.*

L. Sergius, armiger Catilinæ, ſtipator corporis tui, ſignifer ſeditionis, cõcitator tabernariorũ, damnatus iniuriarũ, percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor curiæ. Cicero ad Clodium in oratione, quam habuit ad Pontif. pro domo ſua.

M. Sergius M. F. accuſauit capitis T. Trogum. Varro lib. 5. de ling. Lat.

Sergius, proſcriptus a Triumuiris, apud ipſum Antonium delituit, donec proſcriptorum numero eximeretur. App. 4.

Sergius Zeugmatæus, Aphthonii F. Præf. præt. & Excõs. & Patriciꝰ, ſcripſit epitaphiũ ſophiſtę & fratri Sabino. Vide Suid.

¶ Sergius Paulus, Procõſul Cypri tẽpore Pauli, apud quẽ etiã is primũ appellatus eſt Paulus. Actor. 13. Citat Sergium Paulũ in natur. hiſt. C. Plinius lib. 1. ex 18.

Sergius Paulus, Proconſul Aſiæ ſub M. Antonino Philoſopho. Euſebius hiſt. Eccl. lib. 4. cap. 24. Conſulatũ geſſit cum Marco anno V. C. DCCCCXX.

¶ *Cn. Sergius Cn. L. Anthus pater Auguſtalis fecit Cn. Sergio Cn. F. Vot. Priſco F. ſuo Prætori ſacris Vulcani,* &c. Sigonius emẽdationum 1. pagina 74.

¶ Sergiꝰ Luſtralis, occiſus a Seuero. Spar.

L. Sergius C. F. refertur Inſcript. ant. p. 358. cum aliquot Sergiis aliis.

L. Sergius Rufus F. Sergia Olympias mater. Ibidem pagina 363.

Sergio Iuliano reſcripſerũt Verus & Antoninus Pand. iuris ciuilis 26. de admin. & peric. tutorum, &c.

Sergio reſcribunt AA. & CC. 7. tit. 32.

Sergiæ M.F. Peregrinæ M. Sergius Vetto amitæ. Inſcript. ant. pag. 20.

¶ Sergiam tribum præter Vatinium nemo vnquam perdidit. Cicero in Vatinium.

Sergii Polenſis paraſiti ludicrum teſtamentum refertur Fabricio in antiquitatib.

¶ SERPEDORO reſcribunt A A. & CC. 4. Cod. tit. 49.

SERTORII.

¶ De voce, Sertor, vnde Sertorii dicti videntur, conſule Fragment. Sex. Pompeii pag 148. Pauli epitom. lib. 17.

Q. Sertorius, Senatorii ordinis, in dicendo ſolutus & acutus. Cicero in Bruto.

Q. SERTORIVS, dux Marianarum partium, deſperatis rebus in Iberiam profugit, eamque 8. annis contra Metellum & Pompeium tenuit, tandem conſpiratione ſuorum, & dolo Perpennæ Prætoris ſui in conuiuio occiſus. Liuius 96. Plutarchus in vita eius, Appianus lib. 1. Strabo tamen libro 3. aduerſa valetudine mortuum tradit pagina 253. Plinius 22. capite 6. gramineam ſeu obſidionalē illi coronā ceſſiſſe ſcribit.

¶ *Q. Sertorius Q. Libertus Abaſcantus.* Inſcript. ant. pag. 22.

M. Sertorius M. Lib. Fauſtus ſibi & Sertoria M. L. Benignæ. Ibidem pag. 96.

C. Sertorius L.F. O.V.F. Tertullianus veteranus curator ciuium Rom. Ibidem pagina 35. & 142.

Sertorius Clemens, aduocatur in catalogo Medicorum.

Sertorio reſcribitur a Philipp. A. 3. Cod. titulo 19.

SERVII.

Seruii nomen quidam prænomen tantum eſſe volunt. Ego etiam gentile nomen, quomodo Publii, Decii & Appii, ſtatuo. Indicat idipſum, quod a Seruiis Seruianos dictos legimus. id quod fieri non poſſet, niſi Seruiorū Romæ domus & familia fuiſſet.

SERVIVS TVLLIVS, ſerua natu, gener Tarquinii Priſci VI. Rom. rex, regnauit annos 44. De hoc plura Liuius, Plinius, Valerius Maximus 3. cap. 4. & alii.

¶ Seruius Romanus dictus ſeruus ille, qui Artenam, Volſcorum arcem, Romanis prodidit, duarum familiarum bonis cum libertate in præmium acceptis. Liuius in fine 4.

¶ Seruius Pola, homo teter & ferus. Meminit eius Cicero ad Q. fratrem lib. 2. epiſtola penultima.

¶ Q. Seruius Tullius adoleſcens, cum C. Racilia ſponſā, prima nocte in coniugali complexu ruina domus extinctus. Inſcript. ant. pag. 268.

Seruius, conſobrinus D. Bruti, Conſulis deſignati. Cicero epiſt. 7. lib. 11.

¶ Seruio Sabino reſcripſerunt Hadrianus & Antoninus Pand. de quæſtion. lib. 48.

¶ Seruio Quartino Traianus. Ibidem. Neſcio tamen, an iſtis duobus locis, Seruii vox nomen ſit, an prænomen. Nā & Claudio Quartino, cui potuit eſſe Seruii prænomen, Hadrianus ibidem reſcripſiſſe legitur l. 1.

¶ Seruius Plancus, corrupti filii reus, ſemet in iudicio interfecit. Euſebius, ſi tamen locus non eſt deprauatus.

Seruius quidam, magiſtratum Syllæ fauore petens, ob populi in eum odium repulſam paſſus eſt. Plutarchus in Sylla.

M. Seruius, frater Sulpitii eius, qui Trib. pl. ſub Sylla periit, Aniciam vxorē habuit, conſobrinam T. Pomp. Attici. Corn. Nepos in vita Attici.

¶ Seruius Codrus, corpus Pompeii rejectum cremauit, & cineres terra condidit. Plinius de viris illuſtribus in hiſtoria Pompeii.

Seruius, Trib. pl. deſignatus, condemnatus eſt, cuius locum C. Curio petiit. Cælius epiſtola 4.

De Seruii patris litteris Cic. ad Atti. 11.

Seruianum interdictum citatur Iuriſconſultis.

¶ Seruius Ocella, intra triduum bis deprehenſus in adulterio. Cælius Ciceroni epiſtol. 7. Gelenius in annotationibus Plinianis vult Ocellas ad gentem Seruiliam pertinere.

¶ IVLIVS SERVIANVS, bis Conſul ſub Traiano, & legatus Pannoniæ. Tertium Conſulatum Hadrianus contulit, cuius ſoror Paulina illi nupta fuit. Filiam Fuſco Salinatori collocauit. Nonagenarius tamen ab eodem Hadriano cū nepote 18. annos nato, interimitur. Vide Dionem & Spartianum.

SERVILII.

¶ De gentis Seruiliæ triente vide Plin. 34. capite 13. in fine.

P. Seruilius Priſcus P.F. teſte Dionyſio lib 6. Conſulatum geſſit cum App. Claudio anno vrbis conditæ CCLIX. qui Tarquinii morte inſignis fuit, etſi Dionyſius priori anno mortuum tradit.

Q.Ser-

Q. Seruilius P. fr. M. Val. Dictatori M. equitum fuit, ann. V. C. CCLX. cum inſigni pugna victi ſunt Sabini, deque iis triumphatum. Dionyſius 6.

C. Seruilius Priſcus, Cos. anno V. C. CCLXXVI. cum L. Æmilio. Liuius 2.

Sp. Seruilius Priſcus, Conſul biennio poſt, magno cum detrimẽto aduerſus Hetruſcos pugnauit. Vnde cum illi a Tribuno plebis dicta dies eſſet, periculum orationis grauitate & audacia diſcuſſit. Liuius 2.

Q. Seruilius Priſcus, bis Conſul, nempe anno CCLXXXVI. & CCLXXXVIII.

A. Seruilius Dictator a L. Virginio Cos. dictus, Fidenas cepit anno V. C. CCCXX. Liuius lib. 4. qui ibidem ab aliis Priſcum, ab aliis Structum cognominari dicit: cum ipſe ad annum CCCXXXVII. Q. Seruilium appellet. Tum enim iterũ Dictator creatus, Æquos vicit, caſtra expugnauit, Lauicos cepit ac diripuit, Dictaturam octauo die, quam creatus erat, depoſuit. Laudatur plurimum a Liuio ibidem. Opinor Q. filium fuiſſe.

P. Seruilius Priſcus, haud dubie Q. fr. Conſul anno vrbis cond. CCXCI. quo tempore grauis peſtilentia fuit, qua & ipſe cum L. Ebutio collega in ipſo honore defunctus eſt.

C. Seruilius Priſcus A. F. bis Trib. mil. Conſulari poteſtate, patrique Dictatori M. Equitum fuit.

Q. Seruilius Fidenas C. F. A. N. ſex militum Tribunatus Conſ. poteſt. geſſit. Liuius 6. Laudatur inibi a Camillo.

Q. Seruilius Fidenas Q. F. C. N. A. Pronepos, ter mil. Trib. Conſ. poteſt. fuit.

Sp. Seruilius Priſcus, Cenſor cum Q. Clœlio Priſco, ann. vrbis cond. CCCLXXVII. Liuius 6.

Sp. Seruilius Priſcus, Tribun. mil. Conſ. poteſt. anno V. C. CCCLXXXVI.

M. Seruilius x. vir ferũdis legibus, auctore Dionyſio 6. Liuius hunc non Seruilium ſed Sergium vocat.

¶ Halas Cicero in Oratore ad Brutum primum axillas, deinde fuga litteræ vaſtioris alas dictos ſcribit. Porro ex ala poſtea factum eſt Hala.

C. SERVILIVS HALA (Ahala, vt alii ſcribunt) M. Equitum Sp. Melium, regnum affectantem, nec ad Dictatorem venire volentem, interemit, an. V. C. CCCXVI. Conſul 12. poſt anno fuit. Tandem cuſtoditæ libertatis exilio pœnas pependit. Valerius Max. libri 5. cap. 3. Cicero pro domo ſua dicit illum reſtitutum eſſe.

C. Seruilius Hala, bis M. Equitum, & ter Tribunus militum Conſul. poteſtate fuit, haud dubie C. F.

Q. Seruilius Hala M. equitum, ter Conſul & Dictator, vicit Gallos, non procul a porta Collina cum illis pugnans. Liuius 7.

¶ C. Seruilius Tucca, Conſul an. V. C. CCCCLXIX.

¶ Cn. Seruilius, Cæpio, Conſul anno V. C. D.

¶ Cæpiones nobiles, Gemini plebeii fuere. Sed & ab Halis deſcẽdere Cæpiones, auctor eſt Plutarchus.

Cn. Seruilius Cæpio, Conſul cum Cn. Seruilio Gemino an. V. C. DLI. belli Pun. ſecundi anno XVI. Fuit & Pontifex. Obiit anno DLXXVIII.

Cn. Seruilius Cæpio F. Ædilis Curulis an. V. C. DLXXIV. Quinquennio poſt Prætor, cum pater obiit, Hiſpaniam vlteriorem ſortitus eſt. Liuius 41.

Q. Seruilius Cæpio, Conſul ann. V. C. DLXXXV. cum collega Q. Martius contra Perſen, regem Macedonum, miſſus eſt. Liuius 43.

Q. & Cn. Seruilii, Cæpiones fratres, teſte Valer. Max. 8. cap. 5. quorum Cn. anno V. C. DCXIII. Conſulatũ geſſit, Q. anno proximo, qui & Viriatum Luſitanum dolo ſuſtulit. Hi duo Cæpiones multum clientes conſilio & lingua, plus auctoritate tamen & gratia ſubleuabant. Cicero in Bruto. De Q. amplius Appianus Iberico, Liuius lib. 54. Valer. Max. lib. 9. cap. 6.

Q. SERVILIVS CÆPIO, Conſul anno V. C. DCXLVIII. victus eſt a Cimbris. Liuius 67. Oroſius lib. 5. cap. 16. Ciceroni in Bruto vir fortis & acer dicitur. Hic eſt, quem Valerius Max. lib. 6. cap. 11. Conſularem triumphalem, P. Max. in carcere defunctum, iacuiſſe in ſcalis Gemoniis ſcribit. Eiuſdem auaritia & calamitas locum fecit prouerbio: *Aurum habet Toloſanum.* Vide Gellium lib. 3. cap. 9. Liuius huic primo poſt Tarquinium imperium abrogatũ ſcribit. Addit Strabo libro 4. e Timagene, filios bona, quæ Gallica e Delphis præda erant, inter ſcorta abliguriiſſe, fœdeque mortuos eſſe.

Q. Seruilius Cæpio, bello ſociali legatus Rutilii Conſulis, circumuentus inſidiis, fuſo exercitu, cecidit. Liuius 73. Appianus 1. Oroſius 5.

Cn. Seruilius Cæpio, Seruiliæ Claudii pater, periit naufragio. Cicero ad Att. 12.

epiſt. 20. ¶ Variat recenti tempore prolata Ciceronis conſolatio pag. 22.

Seruiliæ duæ, ſorores Catonis, quarum altera nupta fuit D. Syllano, Cónſulari viro, poſteaquam ex Bruto M. Brutum, Cæſaris percuſſorē, ſuſtuliſſet, altera L. Lucullo, prolis vnius ex eo parens, vt Plutarchus in Lucullo, vtraque parum pudica. Frater earum Cæpio, in Aſiam proficiſcens, in Thracia mortuus eſt. Genus horum Plutarchus ad Seruilium Halam refert. Vide Plutarch. in Catone & Bruto, Ciceronem in Oratore ad Brutum.

Q. Seruilii Cæpionis, vt Smyrnæ exulantis, meminit Cicero in oratione pro L. Cornelio.

Cn. Cæpionis Bruti meminit Cicero ad Atticum libro 2. epiſtola penultima. Hic alius eſt a fratre Catonis, qui tum erat mortuus, ante Ciceronis Conſulatum decedens, vt liquet ex Plutarcho.

Cæpio coniurauit in Auguſtum, haud dubiæ gentis Seruiliæ. De eius fuga, & ſerui in eum fidelitate, vide Macrobium 1. capite 11.

Cæpionis ſub Tiberio, qui negarit centifolium in coronis addi, meminit Plinius lib. 21. cap. 4.

¶ M. Seruilius, poſt Quintium & Camillum in exilium pulſus & reuocatus. Cicero pro domo ſua. Neſcio quis hic fuerit, ac dubito etiam de integritate loci.

¶ P. & Q. Seruilii Gemini, fratres gemini fuere, teſte Cicerone Academicarum 4. Hinc illis opinor contigiſſe Gemini cognomentum. P. bis Conſul fuit anno V. C. DI. iterum DV.

Cn. Seruilius Geminus, bello Punico ſecundo, anno vrbis cond. DXXXVII. cum C. Flaminio Conſul fuit: quo cæſo, ſortitus collegam M. Attilium Regulum, Fabianis artibus bellum gerendo, Hannibalem ad ſummam inopiam redegit. Periit mox in acie Cannenſi. Liuius 22.

DLI. Cn. Seruilius Geminus & C. Luctatius fratres, poſt decimumſextum annum e ſeruitute recepti, opera Cn. Seruilii Gemini Conſulis, qui alterius horum F. fuit. Auctor Liuius 30.

C. Seruilius Geminus, fit Pontifex anno V. C. DXLV. proximo Ædilis & M. Equitum, biennio poſt Prætor, anno vero DLXXI. Pontifex Max. Deceſſit eius ſacerdotii anno 3.

M. Seruilius Geminus, Conſul anno V. C. DLII. cum ſuperiore M. Equitum fuiſſet. Refertur eius oratio pro L. Æmilio Paulo, cuius de Perſe rege triumphus impediebatur, apud Liuium 45. & Plutarchum in vita Æmilii Pauli. Idem vicies tricies ſingulari certamine pugnaſſe ſcribit, hoſte ſemper trucidato.

¶ M. Seruilius, factus Augur an. V. C. DXLIV. legatus fuit Scipionis in Africa bello Punico 2. Liuius 30.

M. Seruilius, alius ab illo, fit Pontifex anno V. C. DLXXXIV. Liuius.

Q. Seruilius, Proconſul, cæſus Aſculi initio belli ſocialis cum plurimis ciuibus Rom. Liuius 72. Oroſius 5. cap. 18. C. Seruium vocat.

Seruilius Augur, qui patrem Lucullum accuſarat, accuſatus eſt a L. Lucullo F. adhuc adoleſcente de pecunia publice peculata, qua ex lite tamen euaſit. Plutarchus in Lucullo.

M. Seruilius, ſynchronus Ciceronis, nominatur in Bruto. Neſcio num idem ſit, quem vt turbatorem & venalem, & de repetundis poſtulatum, ſcribit Cælius ad Ciceronem libro 8. epiſtola 8. Fors idem Tribunus plebis, Hirtio & Panſa Conſulibus, cuius meminit Cicero ad Caſſium 12. epiſtola 7.

Sex. Seruilius, vt patronus cauſarum & amicus, citatur a Vatinio ad Ciceronem epiſtola 5.

¶ P. SERVILIVS VACIA, Conſul anno vrbis cond. DCLXXV. Iſauros domuit, vnde & ISAVRICVS dictus eſt, oppidis illorum, Coryco, Olympo, Phaſelide expugnatis, de quibus & triumphum duxit. Reum quendam teſtimonio ſuo afflixit, quod cum illi Laurentia via occurriſſet loco admodum anguſto, deſcendere de equo noluerit. Valerius Max. libri 8. capite 5. Nepos fuit Q. Metelli Macedonici ex filia. Cicero in Verrem 5. Idem Cenſuram geſſit auctore Valerio Max. Deceſſit eo ipſo anno, quo Cæſar interiit, publico funere elatus, quomodo tradit Euſebius. Res huius geſtas luculenter commemorat Eutropius lib. 6.

P. Seruilius Vacia Iſauricus P. F. bis Conſul, Augur & Proconſul Aſiæ ſub Cæſare, cui in ſecundo Conſulatu collega fuit. Hic cum M. Cælii Prætoris ſellam curulem fregiſſet, ille alteram poſuit loris intentam. Dicebatur enim Seruilius aliquando cæſus a patre flagris. Eodem alluſit

Cicero

Cicero in eundem iocatus: Miror, inquiens, quid ſit, quod pater tuus homo conſtantiſſimus, te nobis varium reliquit. Fabius Quintilianus 6. cap. 4. de riſu.

Seruilius Vacia Diues, Prætorius, nulla alia re quam ocio notus conſenuit. Vide Senecam epiſt. 55. & Cælium 6. cap. 23. Item Volaterranum in Vacia, Eraſmum in Apophthegmatis.

Setuilia, Lepidi iunioris vxor, viuo igni deuorato, præmaturam mortem immortali nominis ſui memoria penſauit. Paterculus.

M. Seruilius Cos. ſub Auguſto, anno V.C. DCCLV. Meminit eius Valerius Max. lib. 1. cap. 8.

¶ M. Seruilius Nonianus, princeps ciuitatis, quem Quintilianus audiuit. Eidem Claudius, cum recitare illum cognouiſſet, ſubitus ſuperuenit. Plinius epiſtolarum 1. ad Soſium. Cos. fuit ſub Tiberio. Plinius auunculus aduerſus lippitudinē duas Græcas litteras ρ. & α. inſcriptas chartæ collo geſtare ſolitum tradit 28. cap. 2. Huius filia, vt opinor, curata eſt a Democrate.

¶ Seruilius Democrates, Medicus Plinio 25. cap. 8.

Seruilia, Sorani F. vna cum patre & Thraſea ſub Nerone ad mortem adigitur, Annio Pollione marito nuper in exilium pulſo. Tacitus in fine 16.

Q. Fabius Maximus Seruilianus, alii familiæ inſertus, ex hac gente deſcendit. Conſul fuit ann. V.C. DCXII.

¶ C. SERVILIVS GLAVCIA, Prætor, oppreſſus eſt cum L. Saturnino. Vide Ciceronem in Bruto, plura de hoc commemorantem, & 2. de Oratore, item Appianum, Florum, Plinium in viris illuſtr.

C. Glaucia, vltimæ ſortis homo, per cōtemtum Dictator nominatur a P. Claudio Pulchro: & magiſtratu ſe abdicare coactus, poſtea ludos prætextatus ſpectauit. Liuius lib. 19.

Glauciæ reſcribit Philippus Imperator, 4. Cod. tit. 32.

¶ P. SERVILIVS RVLLVS, Trib. pl. Cicerone Cos. contra quem ſunt Ciceronis actiones. Huius pater P. Seruilius Rullus, primus omnium ſolidum aprum in epulis appoſuit. Plinius 8. cap. 51.

¶ P. Seruilius Caſca, Tribun. pleb. belli Pun. ſecundi anno VII. Liuius 25. Ex huius poſteritate fuere Seruilii Caſcæ, fratres, qui vna cum cæteris coniuratis Cæſarem interemerunt, vt Cicero Philippica 2. & Plutarchus in Cæſare. P. Seruilium Caſcam Tribunū pleb. fuiſſe Hirtio & Panſa Coſſ. & ſub ingreſſum Cæſaris Cos. vrbe ceſſiſſe, ſcribit Dion 46.

¶ Seruilius Strabo, commendatur a Cicerone P. Silio, Proprætori Bithyniæ, epiſt. famil. 13.

¶ C. & P. Seruilii Panſæ fratres, quorum C. ſubito periit, cum ſtaret in foro ad tabernam hora diei ſecunda in P. fratrem innixus. Plinius 7. cap. 53.

¶ P. Seruilius Globulus, Tribunus plebis C. Piſone M. Glabrione Coſſ. Cornelio collegæ rogationem minus gratam Senatui ferenti interceſſit. Aſconius Pedian. Eundem puto eſſe Globulum, quem Cicero in orat. pro L. Flacco Prætorem Aſiæ fuiſſe ſcribit.

¶ L. Seruilius Poſthumus, hæres cum aliis Q. Turii, commendatur a Cicerone Cornificio lib. 12.

¶ P. Seruilius Caluus, præſes Bithyniæ ante Plinium, lib. 10.

¶ Seruilius Pudens, legatus ſub Traiano. Plinius epiſtolarum 10.

¶ Seruilius Haſta, Conſul ſub Traiano ann. V.C. DCCCLXVI.

¶ Seruilius Syllanus, occiſus ſub Commodo. Lampridius.

¶ Seruilia Irene. De hac Antiq. Fabricii pagina 74.

¶ Seruilia Nais, amica Cn. Domitii, proaui Neronis. Suetonius.

¶ A. Seruilius Epitynchanus, cum vxore Iunia Læſia, refertur Inſcript. ant. pag. 258. Fit & mentio Epitynchani, ſed neſcio an eiuſdem, pag. 27.

Seruilius Polian. F. Seruilius Verus pater. Ibidem pag. 66.

¶ SERVILIANVS, vir clariſſ. tempore Gellii 1. cap. 2.

SESTII.

P. Seſtius Vaticanus, Conſul anno vrbis cond. CCCI. fit ſequenti anno X. vir ferendis legibus.

¶ M. Seſtius Sabinus, Ædilis cum Cn. Tremellio Flacco ludos Rom. ac plebeios exhibuit. Inde Prætor Galliam ſortitus eſt, duabus legionibus acceptis a deceſſore P. Quintilio Varo, M. Seruilio, T. Claudio Coſſ. Liuius lib. 30.

L. Seſtius, Trib. pl. reliquis honoribus vti voluit. Cicero in oratione pro Seſtio F.

¶ P. Sestivs F. cognomento Gallvs, vt exiſtimat Paulus Manutius, vxorem habuit Corneliam, C. Cornelii Scipionis exulis F. cum ante C. Albini, Senatoris, filiam habuiſſet, duobus ex ea liberis, filio videlicet & filia, ſuſceptis. Quæſtor cum C. Antonio Coſ. in Macedoniã abiit. Inde regreſſus, factusque Trib. pleb. valde ſtuduit Ciceroni reuocando, eſtque a Clodianis propemodum interemptus, cum in templo Caſtoris Conſuli obnunciaſſet. Poſt eum diem armis ſe ſepſit, iisque Clodianorum impetum & furorẽ repreſſit. Vnde accuſatum a M. Scauro de vi, Cicero defendit. Interiectis aliquot annis cum Prætor deſignatus foret, damnatus eſt ambitus, accuſante illum T. Iunio L. filio tribunicio, teſte Cicerone in Bruto. Aberat per id tempus Cicero, Ciliciam adminiſtrans. Quare periclitanti ſuccurrere non potuit. Paulo poſt tamen in Italiam reuerſus, digreſſum iam in exilium per litteras conſolatur. Ea eſt epiſtola libri 5. familiarium 17. Idem ad Q. fratrem libri 2. epiſtola 4. peruerſum & moroſum hominem vocat.

T. Seſtius Gallus, refertur Ciceroni pro Milone, vt cuius in fundo Bonæ Deæ ſacrarium fuerit.

¶ L. Seſtius Panſa, & eius poſtulatio, memoratur a Cicerone ad Q. fratrem lib. 2. epiſtola, *Epiſtolam hanc &c.*

M. Seſtius. Eques Romanus ætate Pompeii Magni. Meminit eius Plinius 10. capite 22. Dubito, an idem ſit, de quo Cicero lib. 7. ad Atticum epiſtola 16.

L. Seſtius P. F. ſtudioſus M. Bruti, & in omnibus illi bellis commilitans, etiam Auguſto rerum potiente, memoriam eius colere perrexit, cum imagines eius haberet, eumque laudare ſoleret. Hanc amicitiæ obſeruantiam ipſius, & fidem non modo Auguſtus non odio, ſed honori quoque habuit, ideoque in ſecundo ſuo Conſulatu ſibi ſubſtituit, vt ſcribit Dion libro 53. Fors eſt idem, ad quem ſcribit Horatius 1. Carminum Oda 4. De eodem Appianus belli ciuilis libro 4.

¶ Seſtius Paconianus, ſub Tiberio Prætorius, vir maleficus & audax, omniumq; ſecreta rimans. Tacitus libro 5.

¶ Seſtius Niger, diligentiſſimus in medicina fuit, de qua ſcripſit Græce. Plinius 32. capite 3.

Seſtius, e Romanis ſapientiæ ſectatoribus, Athenis Democriti exemplum in coemendo oleo ad imminentem penuriã imitatus eſt. Plinius 18. cap. 28.

¶ Q. Sestilii meminit Cicero 2. ad Q. fratrem epiſtola prima. Ac neſcio, an idem ſit, cuius fundum a Curtilio Verberone Cæſariano, poſſideri quæritur ad Att. 14. epiſtola 6.

Severi, ſeparatim poſiti.

Seuerus, Prætor Aſiæ tempore Antonini Philoſophi: Ariſtides ſacr. ſerm. 4.

Seuerus Martianus, cum ſorore Seueria Martiale, refertur Inſcriptionum ant. pagina 528.

Flauia Seueriana. Ibidem.

Seuero reſcribit Alexander Imperator 4. Cod. tit. 56.

Severvs Cæſar, a Galerio contra Maxentium miſſus, Rauennæ occiditur, anno imperii 2. ¶ Vide Carolum Sigonium libro 2. de imperio occidentali, & Onuphrium Panuinium.

Severvs, gente Lucanus, Maioriano in imperio ſuccedit opera Richimeris, cuius & ipſe fraude & veneno tollitur anno principatus quarto. ¶ Sigonius & Onuphrius ibidem.

Seuerus, Sophiſta Romanus. Vide Suidam.

Seueriana pira memorantur Plinio 15. capite 15.

¶ Severianvs Gallus, cæſus cum omnibus copiis ab Othryade ſub Antonino Philoſopho. Lucianus in Alexandro.

Seuerianus, Africæ Proconſul. Apuleius.

Seuerianus, Damaſcenus, ſed qui ad Romanos generis ſui ortum referret, floruit ſub Zenone. De hoc multa Suidas.

Seueriana, virgo ſacra & Chriſtiana, refertur Alcimo Auito in libro de virginitate.

Seueriano reſcribunt A A. & C C. 4. Cod. tit. 30.

Seuerianæ Gordianus Imperator 7. Codicis, titulo 73.

SEVII.

C. Sevio Tertio C. Seuio Tempeſtiuo filio Celandus. Hæc inſcriptio legitur Salonæ, teſte Apiano pag. 369.

Seuius Nicanor, Grammaticus, De hoc Suetonius.

Seuius quidam, citatur Macrobio in Saturn. & Plinio 30. cap. 2. Seuius ſic hos repleuit vmbris. Puto enim proprium eſſe, etſi de Nerone ſermo præcedit.

¶ SEVIANVS rem ſtultiſſimam dixit: Diues me ſemper contempſit, nunquam niſi pro mortuo habuit. Vt aliquid & ipſe ſimile de Seuiano dicam, poſt hanc ſententiam Seuianum ſemper pro mortuo habui. Sic Seneca controuerſiarũ 5. controuerſia 2.

SEXTII, qui plebeii fuere.

¶ P. Sextius, homo patritiæ gentis, accuſatus eſt a C. Iulio x. viro. quod apud illũ domi defoſſum cadauer inuentum eſſet. Liuius 3.

P. Sextius Trib. pl. anno V. C. CCCXL. vir acer nec infacundus, eum rogationem ferre moliretur, qua Volas coloni mitterentur, per intereeſſionẽ collegarum, Senatui gratificantiũ, res diſcuſſa eſt. Liu. 4.

¶ L. Sextius Sex. F. Lateranus, ſtrenuus adoleſcens, & cuius ſpei nihil pręter genus patricium deeſſet, Tribunatũ plebis cum C. Licinio Stolone per 10. annos continuando, hoc effecit, vt x. viratus ſacrorum & Conſulatus plebi communicaretur. Itaque primus ipſe ex plebe Conſul factus eſt anno vrbis conditæ CCCLXXXIX. Liuius 6. & 7.

¶ C. SEXTIVS CALVINVS, Conſul an. V. C. DCXXX. victa Saliorum gente (plerisque Sallyes vocantur) coloniam Aquas Sextias cõdidit, ab aquarum copia, & calidis & frigidis fontib. de nomine ſuo ita appellatas. Liuius 61. Ingenio & ſermone eleganti fuit, valetudine incommoda; laborabat enim ex pedibus. qui ſi quando dolores remiſiſſent, aderat in cauſis, non ſæpe tamen id faciebat. Itaq; conſilio eius, quum volebant, homines vtebantur, patrocinio cum licebat. Cicero in Bruto.

C. Sextius (ſi tamen hic non fuit Ceſtius) Prætor Macedoniæ, in illa omnium barbarorum defectione, a Denſelitis, quæ natio ſemper obœdiens P. Romano fuit, defenſus eſt. Cicero in oratione, qua inuectus eſt in L. Piſonem.

P. Sextius, Ciceronem cum aliquot aliis ad cauſæ patrocinium adhibuerat. cumq; ipſe vellet omnia dicere, nec cuiquam dicendi locum daret, vbi iam cõſtaret, illum abſoluendum a Iudicibus, ferreturq; ſententia: *Vtere*, inquit Tullius, *hodie tempore: tras enim priuatus eris.* notãs hominẽ, quod in cauſſa ſuo arbitratu egiſſet omnia.

¶ P. Sextius Bibaculus, primi pili Centurio ſub Cæſare in Galliis, vir fortiſſimus, contra Neruios pugnans, multis vulnerib. confectus, vix vitam retinuit. Pugnauit poſtea contra Sedunos ſub Sergio Galba. Cæſar comm. 2. & 3.

T. Sextius, legatus Cæſ. in Galliis, deinde & in bello ciuili eidem adhæſit. Cæſar belli Gallici 6. 7. & 8. & belli ciuilis 4. Sed hic P. vocatur, vt fors erratum ſit in prænomine. A Cæſare Libyæ Numidicæ præfectus, Cornificium, veteri Libyæ præpoſitum, poſt illius cædem partes Senatus ſequentem, bello adortus ſuſtulit, ac vtramque prouinciam Triumuirorum imperio aſſeruit. Appianus 4. Dion 48. etſi inter ſe nonnihil variantes.

Q. Sextius, miles ſub Q. Caſſio, quem Cæſar Hiſpaniæ præfecerat, quod in eius necem coniuraſſet, 50. ſeſtertiis ab eo vitã ſibi redemit. Hirtius comm. 4. Valerius Max. 9. cap. 4. perperam Silium vocat.

Sextii, viri boni, & patris eius, cui plurimum ſemper tribuerit, a quo ſit etiam Nonis illis Decembribus ad fortitudinem extimulatus, meminit Cicero pluribus verbis initio libri 10. ad Atticum, & ante libro 9. epiſtola 6.

Q. Sextium, patrem, hominem Stoicum, eiusque librum laudat Seneca epiſtola 65. Cum legeris, inquit, Sextium, dices, Viuit, viget, liber eſt, ſupra hominẽ eſt &c. Eiuſdem cõmendatur, ſe ipſum quotidie ante nocturnam quietẽ examinantis, apud eundem Senecam lib. 3. de ira. *Dicere ſolebat, Iouem non plus poſſe, quam virum bonum.* epiſt. 74. lib. 10. Honores repulit, qui ita natus, vt rempublicam deberet capeſſere, latum clauum, Diuo Iulio dante, non recepit. Seneca epiſtola 99.

¶ L. Sextius Peruuincus Dec. ciuitatis Audeτienſium cauſidicus. Refertur apud Apianum in mem. antiquis pag. 467.

¶ Sextius Syllas, vir Carthaginenſis, homo doctus temporib. Plutarchi, & ipſi familiaris, citatur in vita Romuli.

¶ Sextius Naſo, ab Appiano inter percuſſores Cæſaris nominatur lib. 2.

Sextius Trib. pl. Antonio & Poſthumio Coſſ. ann. V. C. DCLV. cum de agris diui-

dendis, repugnantibus collegis, legem ferret, corui duo in alto volantes ſupra concionem ita pugnauerunt, vt roſtris vnguibusq; lacerarentur. Itaq; haruſpices ſacra Apollinis litāda, & lege, quæ ferebatur, ſuperſedēdū pronunciauerūt. Iul. Obſequēs.

Sextius Paconianus, ob carmina in Tiberiū facta, ſtrāgulatur in carcere. Tacit. 5.

Sex. Sextius Oneſigenes. Inſcript. ant. pagina 59.

¶ Sexticia, marito ſuo Mamerco Scauro & incitatrix mortis & particeps fuit ſub Tiberio. Tacitus 5.

SEXTILII.

Sextilii, & ipſi plebeii, ad honores euecti ſunt, ſed vltra Præturam conſcendiſſe, non legi.

C. Sextilius, Trib. mil. Conſ. poteſt. creatus, emicuit ann. V. C. ccclxxv. cum Patriciorum plebeiorumque numerus æquatus eſt, tribus vtrinque lectis.

L. Sextilius, Triumuir, quod ad incendium nocturnum, in Sacra via ortum, extinguendum tardius accurriſſet, die dicta a Trib. pleb. damnatus eſt. Valerius Maximus 8. cap. 1.

¶ M. Sextilius Fregellanus, bello Pun. ſecundo negantibus 12. coloniis eſſe, vnde milites pecuniamque darent, pro duodeuiginti coloniis reſpondit, & milites ex formula paratos eſſe, & ſi pluribus opus eſſet, plures daturos. Liuius 27. Volaterranus hic mendoſus eſt.

Sextilius, Prætor Libyæ, C. Marium ad eam appellentem, prouincia excedere iuſſit. Plutarchus.

P. Sextilius, patronum ſuum L. Cæſarem, a quo defenſus fuerat, dominatione Cinnana percuſſoribus tradidit. Valerius Max. 5. cap. 3.

Sextilius, legatus L. Luculli in bello Mithradatico. Fors idem Prætor fuit, quem a Piratis abductū ſcribit Plutar. in Pompeio.

¶ P. Sextilius Rufus, hæres Q. Fabii Galli, Cicerone adoleſcente, magnam hæreditatem non honeſte conſecutus eſt. Cicero Finium 2.

P. Sextilius (fors P. F. & Rufus) Quæſtor cum M. Curio; Piſone, quemadmodū opinor, & Meſſala Coſſ. Cic. pro L. Flacco.

C. Sextilius Rufus, Quæſtor Ciliciæ, poſt præf. claſſis C. Caſſii. Cicero epiſtolarum fam. 12. & 13.

C. Sextilius, M. Lurconis, qui familiaris fuit Ciceronis, ſororis F. homo prudens & grauis. Cicero pro L. Flacco.

¶ Sextilius Ena, patria Cordubenſis, homo ingenioſus magis, quam eruditus, Poeta inæqualis, & pene quibuſdam locis talis, quales eſſe Cicero Cordubenſes Poetas ait, pingue quiddam ſonantes atq; peregrinum, cum carmen de proſcriptione & interitu Ciceronis in domo Coruini Meſſalæ recitaret hoc principio:

Deflendus Cicero eſt, Latiaq; ſilentia linguæ: Aſinius Pollio, qui aderat, Ciceroni ſemper infeſtus: *Tu*, inquit, *Meſſala videris, quid tibi liberum ſit in domo tua. Ego iſtum non ſum auditurus, cui mutus videor*, & conſurgens diſceſſit, ne cæteros verſus audiret. Seneca Suaſoria penultima, & Crinitus.

¶ Sextilius Andro, coniugem habuit Valeriam, cuius inteſtatæ mortuæ bona L. Flaccus, tum Prætor, ad ſe & ad L. Flaccum adoleſcentem æqualiter pertinentia, ipſi adoleſcenti, propinquo ſuo, conceſſit, relata per Antiochum, paternum adoleſcentis libertum, ſeni Flacco probatiſſimum. Cicero pro L. Flacco.

Sextilio reſcribit Anton. A. 7. Codicis titulo 45.

¶ Sextilius Felix, dux Flauianarum partium contra Vitellianos. Tacitus 19.

¶ P. Sextilius Primus, cum vxore Sophronia, quæratur in Sophron.

Sextilia, virgo Veſtalis, inceſti damnata, viua defoſſa eſt. Liuius 14. Eutropius 2.

Sextilia, mater Vitelliorum, defuncta imperante filio. Tacitus & Suetonius.

¶ Sextiliæ Baſſæ reſcripſit D. Pius, quomodo refert Scæuola Pand. 34. de alimētis & cibariis legat. Eius apparet maritum fuiſſe Claudium Iuſtum. Libertis reſcribit Pius 6. Cod. tit. 37.

Sextiliana pira ſera memorantur Macrobio lib. 3. cap. 19.

¶ Sicilius Coronas, Senator, exercente Octauiano Cæſare iudicium ſuper percuſſoribus patris, M. Brutum abſoluit. Eam ob rem poſtea proſcriptus, interiit. Dion lib. 46.

Sicinii Patricii.

T. Sicinius, Conſul ann. V. C. cclxvi. vicit Volſcos, deque iis in magiſtratu triumphauit, quomodo tradunt tabulæ Capitolinæ, in quibus illi Sabini cognomen adiicitur. Liuius triumphi non meminit. Dionyſius & Caſſiodorus pro Sicinio Sicium

cium vocant, ſed perperam & mendoſe. Sciendum autem cum primis eſt, Siciniæ gentis non temere quenquam, niſi plebeiũ inueniri, præter hunc vnum, quem Patricium oportet fuiſſe: nec enim tum alii ad Conſularem dignitatem euehebantur.

SICINII plebeii.

C. Sicinius Belurus, quo auctore plebs Romana in Sacrum montem ſeceſſit, primus ex lege ſacrata Tribunus plebis creatus eſt, addito illi collega L. Iunio Bruto. ſic enim a pluribus nominatos lego. Voluebatur tum annus vrbis conditæ CCLX. Sp. Caſſio Poſthumio Cominio II. Duos autem primum creatos in hunc annum, deinde vigeſimoſecundo anno poſt tres adiectos, ſentio cum Piſone, non ignarus Dionyſium & Plutarchum 5. Tribunos primũ factos tradere. Liuius lib. 2. vtramque ſententiam ſubieciſſe contentus, nihil ex arbitrio ſuo determinat. ¶ Meminit Fragment. Sex. Pompeii pag. 127. Vide in idem Notas pag. 32.

C. Sicinius, alius a ſuperiore, Trib. pleb. lectus eſt cum quinque ſimul creari placuiſſet, anno, quomodo ſupra meminimus, CCLXXXII. Hic & M. Duilius collega App. Claudio, quod acerrime legem agrariam diſſuaderet, diem ad populũ dixere, damnaturi haud dubie, niſi morbus ante diem deſtinatam vitum abſtuliſſet. Liu. 2.

T. Sicinius, Cos. cum C. Aquilio anno V. C. CCLXVII. ¶ Variat de collega Fragment. Sex. Pompeii pagina 23. Nautii Conſulatu, inquit, & T. Sicinii, Volſci populi cum atrox prælium iniiſſent aduerſus Rom. Tribuni militum in Circo combuſti feruntur, & ſepulti in crepidine, quæ eſt proxime Circum, qui locus poſtea fuit lapide albo conſtratus &c.

¶ L. SICINIVS DENTATVS, ſtrenuus bellator, Tribunus plebis creatus anno vrbis conditæ CCXCIX. T. Romulio, prioris anni Conſuli, diem dixit, ob ſtructam ſibi perniciem, condemnauitq; nec multo poſt Decemuirorum fraude periit, occiſus a militibus, quos illi non defenſores ſed futuros percuſſores addiderant. Liuius libro 3. Dionyſius 10. & 11. Gellius 2. capite 11. De fortitudine illius lege Val. Maximum lib. 3. cap. 2. Plinium lib. 7. cap. 38. & libri 22. cap. 5. Gellium loco proxime citato & Sex. Pompeium libro 13. qui poſtremi duo Achillem Romanum nominatum tradunt. Sigiſmundus Gelenius, vir doctiſſimus, in caſtigationibus Plinianis admonet L. Siecium a Plinio & Liuio vocari. quod etſi verum eſſe non diffitemur, malumus tamen Dionyſii & Gellii lectionem ſequi. Verba vt genuina & ſincera multis argumentis oſtendere poſſumus.

C. Sicinius, ad eundem honorem euehitur anno V. C. CCCIV. cum plebs ſecundum ſeceſſit, inſolentem Decemuirorum libidinem deteſtata. Liuius libro 3. Sicinium hunc eius, quem in ſacro monte primum Tribunum creatum conſtat, progeniem vocat, id eſt, vt ego accipio, nepotem.

T. Sicinius, Trib. pl. ann. V. C. CCCL. legem tulit, vt pars P. R. Veios migraret: duas enim vrbes a P. R. incoli poſſe. Liuius lib. 5. Eam rogationem Patres ſummis adnixi viribus abrogarunt.

L. Sicinius, Trib. pl. an. V. C. CCCLXVIII. de agro Pomptino egit frequentiore iam populo, mobilioreq; ad cupiditatẽ agri, quam fuerat. Liuius lib. 6.

Cn. Sicinius, cum Ædilis fuiſſet, Prætor factus Sardiniam obtinuit. Iterum Prætor anno vrbis cond. DLXXXI. iurisdictionem inter peregrinos conſecutus eſt. Liuius 39. & 45.

C. Sicinius, nepos ex filia Q. Pompeii Cenſoris Quæſtorius mortuus, probabilis Orator fuiſſe traditur Ciceroni in Bruto.

Cn. Sicinius, Trib. pl. Curione & Octauio Coſſ. homo impurus, ſed admodũ ridiculus, multum laborauit, vt Tribuniciam poteſtatem populo darent Coſſ. Cn. Pompeius Magn. & M. Licinius Craſſus. Sic Aſconius. Plura Cicero in Bruto, dictũ eius in Curionem referens. Plutarch. in quouis probra iacere non metuentem, rogatũ aliquando tradit, cur ſoli Craſſo in conuiciis parceret? tum illũ reſpondiſſe, quoniã fœnum in cornu gereret, ſignificãs cornupetam eſſe, nec a quoquã impune laceſſi.

¶ C. Sicinius Zoſimus, cum vxore Pompeia Aphrodiſia, refertur Inſcript. ant. pagina 290.

¶ L. SIDICINVS, potentiſſimus homo, ſed infamis ſingulari ſtudio rerum nouandarum. Porcius Latro in declam. contra Catilinam.

SILII.

Silii videntur a Silo quodam, Id eſt, aduncum naſum habente, nomen ſortiti.

Fuit horum familia plebeia quidem, ſed nobilis & honorata, maxime circa Augusti tempora, cum etiam ad Conſulatum aſcendit: nam antea Quæſturis & Præturis contenta ſubſtitit.

Primus Siliorum, qui litteris traditus ſit, occurrit Q. Silius, Quæſtor lectus, quo tépore primum tres ex plebe Quæſtores creati ſunt an. V. C. CCCXLIV. Liuius lib. 4.

¶ P. & M. Silii, Tribuni pl. Vide Fragment. Sex. Pompeii pag. 55. & ſeq.

Silius quidam, itidem Quæſtor anno poſt, quam Conſul Mumius fuit. Erat is annus V. C. DCVIII. Cicero.

T. Silius, Trib. mil. ſub Cæſare in Galliis. Comment. 3.

M. Silius, coniurauit in Q. Caſſium, & deprehéſus cum pugione, quinquagies ſeſtertium vitam redimit. Hirtius de bello Alexand. Valerius Max. lib. 9. cap. 4.

P. Silius, Proprætor Bithyniæ, cum Cicero Proconſul rexit Ciliciam, Bibulus Syriam, Thermus Proprætor Aſiam. Vide Ciceronem in epiſtolis ad Att. lib. 7. Commendat huic familiarium libro 13. T. Pinnium. De hoc ipſo Silio puto ſcribere Ciceronem ad Att. 12. Silius filium habet, quomodo vult. &c.

¶ P. Silius P. F. Netua, primus in gentem ſuam Conſulatum intulit, anno V. C. DCCXXXIII. Legatus Cæſaris Augusti præſedir Hiſpaniæ.

A. Silius, memoratur Ciceroni vt amicus & familiariter notus, epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum lib. 12.

A. Licinius Nerua Silianus P. F. teſte Paterculo, adoptione tranſiit, in gentem Liciniam. Conſulatum geſſit ſub Auguſto DCCLIX.

C. SILIVS P. F. P. N. quomodo eſt in tabulis Capitolinis, quibus credere malo quam Dioni, qui C. F. vocat, Conſulatum obtinuit circa extremam ætatem Auguſti ann. V. C. DCCLXV. Legatus ſuperioris exercitus apud Rhenum, cum Germanico Cæſare in Germaniam deſcendit, vbi rebus cum Germanico præclare geſtis aſſecutus eſt inſignia triumphalia. Ad extremum nocuit illi apud Tiberium Germanici Cæſaris amicitia, quodq; ingentis exercitus per ſeptem annos moderator, partis triumphalibus, belliq; Sacrouiriani victor, nonnunquam inſolentius de rebus a ſe geſtis gloriaretur. Proinde quæſtione repetundarum & maieſtatis arreptus, damnationem inſtantem voluntaria morte præuenit. Vxor Soſia charitate Agrippinæ ſimiliter inuiſa Tiberio, in exilium pellitur, bonorum, in quæ etiam ſæuitum eſt, liberis, æquitate M. Lepidi, dodrante conſeruato. Tacitus 1. & 4.

P. Silius Netua, Conſulatum obiuit ſub Tiberio ann. V. C. DCCLXXX. cum App. Iunio Syllano. Meminerunt eius Conſulatus Plinius libri 8. cap. 44. & Corn. Tacitus in fine 4.

C. SILIVS C. Silii & Soſiæ F. Romanæ patriciæq; iuuentutis optimus & fortiſſimus, adhæc Conſul deſignatus, ex altiſſimo felicitatis gradu per Meſſalinã, vxorem Claudii Cæſ. decidit. Ea namq; ſpecie & dignitate viri commota, in illum deperire cœpit, nec contenta furtiuis amoribus, nubere illi voluit, idque, cum coniugẽ illius Iuniam Syllanã domo eieciſſet, ſpectante P. Romano (tanta fuit amborũ vecordia) perfecit. Claudius vbi facinus id reſciuit, Silium, multoſque cum illo vita priuauit. Lege Tacitum 11. Suetonium in Claudio & Iuuenalem Sat. 10.

¶ P. SILIVS ITALICVS, Poeta, patriam habuit Italicam, non illam Hiſpaniç, ſed Pelignorum metropolim, Corfinium, quam Samnites, cõmunem vniuerſis Italis ciuitatem demonſtrantes, Italicam appellauerunt. Egit cauſas in foro non ſine ſucceſſu & laude. Sedit iudex inter Centumuiros, Conſulatus tres obiuit. Primum vltimo imperii ſui anno Nero contulit, ſub quo famam læſit, creditus accuſaſſe ſponte. Reliquos dedit Cæſar Domitianus, quo imperante ex Proconſulatu Aſiæ gloriam reportauit. Vnde abluta veteri macula, totum ſe ſtudiis Poeticis dedit, ſcriptis de bello Pun. ſecundo 17. libris. Grauis autem iam ætate, & inſanabili valetudine laborãs, inedia vitam finiuit, natus annos 75. Ex duobus filiis iuniorem, Seuerum nomine, etiamnum in adoleſcentia conſtitutũ amiſit. Alterum auctum opibus, & ætate florentem ſuperſtitem reliquit. Plura de moribus illius & exitu refert Plinius epiſtolarum 3. ad Caninium ſcribens. Imprimis admiratur illum & laudat in Epigrammatis ſuis Martialis.

Silius Meſſala, geſſit Conſulatum Didio Iuliano imperante. Sub Heliogabalo reus fit, quod rebus, quas ille faceret, minime obleçtaretur. Dion.

¶ SIMILIS, ex qua familia prognatus, incertum

incertum eſt, floruit ſub Hadriano principe, cæteros illius præfectos ætate & honore antecedēs. Centurio cum eſſet, vocatus in conſilium ante præfectos: Turpe eſt, inquit, o Cæſar, te cum Centurione diſſerere, præfectos vero non admitti. Præfecturam dein inuitus accepit, quam tandem depoſuit, vacatione data. Vixq; dimiſſus in agro 7. annis, quod reliquū vitæ fuit, in ocio & quiete exegit, atq; hæc moriens ſepulchro inſcribi iuſſit: Similis hic iacet, cuius ætas quidē multorum annorū fuit, 7. tamē duntaxat annis vixit. Hæc Dion in vita Hadriani, interprete Merula.

SIMPLICII.

Simplicio reſcribit Philipp. A. 9. Codic. titulo 32.

Simplicio alii Valentin. Valens & Gratianus, ibidem 35.

Simplicio, Procoſ. Aſiæ, Hon. & Theodoſius 1. Cod. de off. Comitis ſacr. patrim.

Simplicius, Senator, cum vxore, filiis & familia ſua ad numerum 68. cæſi.

SISINNII.

Siſinnius, Grammaticus. Suetonius.

Siſinnius, ſe a Triumuiris proſcriptum negans, ad tabulam adductus, lectoque ibi nomine ſuo cæſus eſt. Appianus 4. Idem fors eſt, quem Ioſephus nominat inter duces Gabinii Proconſulis, cum reſtitueret Ptolemæum, & pacaret Iudæam.

¶ Siſinnius Capito, ſcripſit libros ſpectaculorum. Citatur a Lactantio Firmiano li. 6. ca. 20. a Feſto Pompeio prouer. Vapula Papyria. ¶ Fragmento Sex. Pompeii perpetuo eſt Siſinnius Capito, qui Epitomæ Pauli nunc Aſinius nunc Siſinnius Capito.

¶ Siſinnius Feſcennus, præf. in Galliis apud Pariſios animaduertit in Dionyſium Epiſcopum & Ruſticum Diaconum 9. Octobris.

Siſinnius, Nouatianorum Epiſcopus, vir eloquentiſſimus. De hoc Suidas.

¶ P. SISER, refertur Ciceroni ad At. 11. epiſt. A. Murænæ liberto, &c.

SITII.

L. Sitius, legatus Scipionis, cum L. Fabio & L. Seruio miſſus Carthaginem ſuper conditionibus pacis. Polybius initio 15. Liuius a Polybio varians, L. Bæbium, M. Seruilium, L. Fabium legatos fuiſſe tradit, libro 30.

P. SITIVS, accuſationem in vrbe non ſuſtinens, fugit in Libyam, ibique comparato exercitu, contendentibus per partes ſe miſcuit, victoria ſemper exultans. Iuuit demum partes Cæſaris contra Pompeianos, occiſus ad extremum ab Arabione, Manaſſis regis F. Vnde Cicero ad T. Pomp. 15. *Arabioni, inquit, de Sitio nihil iraſcor.* Vide Appianum & Cæſaris commentarios de bello ciuili lib. 5.

P. Sitius P. F. Cæſaris Octauiani partes ſecutus eſt. Appianus 4.

Sitius, proſcriptus a Triumuiris, a Calenis aſſeruatus eſt, donec vita donaretur. Appianus lib. 4.

Sitianam ſyngrapham commendat Ciceroni Cælius lib. 8. epiſtola 2. Sed & Sitiarum in vrbe balnearum meminit Gellius initio 3.

¶ SOLANVS, vnus ex amicis Ouidii, ad quem ſcribit 2. de Ponto.

¶ C. SOLLIVS SIDONIVS Apollinaris, patre natus Apollinari, qui Præfectus prætorio, Gallicanis, vt ipſe ait, tribunalibus præſedit. Floruit in ipſa ruina imperii, id quod indicant Panegyrici eius, Auito, Maioriano & Anthemio, qui ſolam Italiam tunc ex imperio reliquam vtcunque tenuere, dicti. Extant eius epiſtolæ & poemata. Poſt collapſam Rom. potentiā Aruernorū factus Epiſcopus, tempore famis egenorum M. cotidie domi ſuæ pauit.

¶ SOPHIÆ reſcribitur a Seuero & Ant. AA. 4. Cod. tit. 26.

¶ SOPHRONIA C. L. Tertia ſibi, & P. Sextilio Primo, haruſpici Seuiro Aquini &c. Manutius in Orthographia.

SOSII.

Q. Soſius, Eques Romanus ex agro Piceno, tabularium ſe incendiſſe teſtatus eſt. Cicero de natura Deorum lib. 3.

C. SOSIVS C. F. C. N. (ſic enim vocatur apud Dionem) Quæſtor fuit M. Lepidi. Militauit ſub Gabinio in Syria & Ægypto. Præturam geſſit initio belli ciuilis, teſte Cicerone ad Att. 8. epiſt. 6. Poſt cædem Cæſaris adhæſit Antonio, a quo peracto bello Philippenſi miſſus in Iudæam cum Herode, Hieroſolyma cepit, quomodo tradit Paterculus. Conſulatū deinde aſſecutus, Antonii partes cōtra Cæſarem iuniorē tutatus eſt, nec multo poſt in pugna Actiaca claſſis Antonianæ ſimul cū Publicola præfectus fuit. Antonio ſuperato, quanquā difficulter, veniā tamē impetrauit a Cæſare, interueniente fide & deprecatione Aruntii.

Soſia Galla, fors C. Soſii neptis, vxor C. Silii fuit, a Tiberio poſt cædem mariti in exilium pulſa.

Soſii fratres, bibliopolæ & librorum concinnatores, haud dubie de plebe, fuerunt. Meminit illorum Horatius in Arte Poetica, & epiſtolarum 1. ſub finem.

¶ Soſius Senecio, ſub Traiano Imp. floruit, a quo ad ſecundum, tertium & quartum Conſulatum euectus eſt. Huic Plutarchus vitam Theſei, Dionis Syracuſani & Bruti, prætèrca commentarium de profectu morum dedicauit. Extant ad hunc ipſum epiſtolæ nonnullæ Plinii iunioris.

¶ Soſius Pappus, Senatorii ordinis, magnus in amicitia Hadriani principis extitit, præcipue Parthicæ expeditionis tempore. Dion ſcribit dilectum ab Imperatore & ſtatua publica honoratum.

¶ Soſius Alexander, cum Soſia coniuge, refertur a Manutio in Orthographia in voce, Coniunx.

¶ SOSIANO, Præf. præt. reſcripſit Alex. Imp. 5. Cod. tit. 39. & 8. Cod. tit. 28.

¶ SOSIBIVS, educator Britannici, cuius opera Meſſalina Claudii, Val. Aſiaticum, bis Conſulem, interemit, marito ad id facinus iubendum impulſo. Tacitus libro 11. Quæri poſſit, idemne ſit, de quo Arnobius libro 4. Clemens Alexandrin. ad gentes. Sed & Suidas litteratoris meminit hoc nomine Σωσίβιος.

Soſibianus, notatur Martiali, quod ſcriptorum ſuorum nihil edat, lib. 1.

¶ SPANIVS quidam, vnus ex turba lucifugarum, deſcribitur Senecæ epiſt. 123.

¶ SPENDOPHORVS, ſeruus, memoratur Pand. 40. de fidei cõmiſſ. libert. l. 41.

¶ SPERATI aliquot. Inſcript. ant. pag. 465.

Sperato reſcribit Anton. 8. Cod. tit. 15.

Speratæ, Seuerus & Anton. 5. Cod. de teſtament. tutela.

¶ SPONGIA, inter corruptos iudices fuit, cum eſt abſolutus Clodius. Cicero ad Attic. 1.

¶ C. SPVRIVS Saturninus, refertur in memoriis Mediolanenſium pag. 43.

¶ SPVRILIVS, Trib. pl. ex equitum præfecto ann. V. C. CCCXXXII Liuius 4.

¶ SPVRINA, formoſus adoleſcens, de quo eſt apud Val. Maximum lib. 4. cap. 5. & apud Ambroſium de virg. 3.

Spurina, haruſpex, Cæſari cauendas Idus Martias prædixit. Valerius Max. 8. cap. 11. Cicero de diuinatione & in epiſtolis ad Pætum, Suetonius & Plutarchus in Cæſare.

STABERII.

Staberius, ea locutus, bonis viris ſubauſcultantibus, interpoſito pariete, quibus patefactis, in iudiciumque prolatis, rei capitalis iure damnatus eſt. Cicero in Topicis, vbi tamen mendoſe Stalerius legitur.

Staberius, apud Horatium Sermonum 2. Satyra 3.

Hæredes Staberi ſummam incidère ſepulchro.
Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum arbitrio
Arri, &c.

Staberia P. L. Flora, refertur Inſcript. ant. pag. 129.

¶ STADIVS, citatur Perſio Sat. 6.
-- quod mihi quondam
Legarat Stadius.

¶ STAIVS, vt homo nocens & auarus notatur Perſio Sat. 2.

STATII.

T. Statius, Trib. pl. anno V. C. CCLXXIX. Liuius 2.

Sex. Statius, vt Cn. Pompeii in Aſia procurator, memoratur a Cicerone ad Atticum 6. pag. 286.

¶ T. Statius Murcus, Cæſaris partium. Inde ſecutus Caſſium & Brutum, poſtremo Sex. Pompeium, ab eodem interemptus eſt. Appianus 5. In epiſtolis Ciceronis lib. 12. L. prænomen ei tribuitur. ¶ Plenius de hoc Murco agit Fuluius Vrſinus.

¶ STATIVS Seboſus, vicinus Ciceronis, & Catuli familiaris. Ad Att. 2. epiſtola 14. Scripſit de actis triumphorum. Citatur a C. Plinio libri 9. capite 15. & libri 6. capite 31..

¶ P. Papinius Statius, Poeta temporibus Domitiani, quibuſdam P. Papinius Statius vocatur. Quære Papinios.

¶ Statius Tullianus, citatur Macrobio de vocabulis.

¶ Statius Priſcus, ſub Antonino Philoſopho rem proſpere geſſit, eſtque tum bellum Parthicum, adiuuantibus duob. aliis, confectum. Cataneus. Conſulatum geſſit ſub eodem Imperatore cum Apollinari ann. V. C. DCCCCXXI.

¶ Statius Surculus, vt quidam, Vrſulus Toloſanus, alius a Statio Cæcilio Poeta, teſte Laurentio Valla, in Gallia celeberrime Rhetoricam docuit. Euſebius in Chron.

¶ Statius

¶ Statius Achilles, ſcripſit 8. libros Græce de Leucippe & Clitiphonte, & alia amatoria, qui extant Romæ in Vaticana bibliotheca. Tandem factus eſt Chriſtianus & Epiſcopus. Scripſit & de ſphæra & Etymologia, & hiſtoriam miſcellaneam, in qua multorum magnorum & admirabilium virorum meminit. Vide Suidam Ἀχιλλεὺς Στάτιος.

¶ L. Statius Diodorus. Inſcript. ant. pagina 327.

M. Statius Surio, cum coniuge Ælia Syria. Ibidem pag. 351.

C. Statius O. V. F. pag. 33.

Statius Rufinus, præf. vrb. ſub Dioclet.

¶ Statius Florus, deceſſit, Pompeio & Fauſtino hæredibus inſtitutis, ſub Diuis fratribus, vel certe ſub Seuero & Antonino. Paulus Pand. 49. de iure fiſci.

¶ Statius Rufinus, ſub diuis fratribus vixit, de quo iidem Impp. Flauio Celſo reſcripſerunt, probe facturum illum, ſi opus proſcenii, quod Gabinis ſe exſtructurum promiſerat, perficiat: nam etſi aduerſa fortuna vſus in Lemnum a præfecto vrbi relegatus eſſet, tamen gratiam muneris, quod ſponte obtulerit, minuere non debere &c. Pand. 50. de pollicitationibus.

¶ Statius Valens, Traiani & Alexandri Imperatorum vitas & res geſtas ſcripſit.

Statio reſcribitur a Diocletiano Cod. 1.

Statiæ ab Alex. 5. Cod. tit. 12.

¶ STATIANVS, legatus Antonii bello Parthico, cum duabus legionibus cæſus. Paterculus.

STATILII.

M. Statilius Lucanus, præfectus Lucanorum in caſtris Æmilii & Varronis apud Cannas. Liuius 22.

Statilius, Catonis æmulus, eum vna ſe interimere vellet, vix tunc a Philoſophis diſſuaſus & prohibitus, ſequenti tempore cum Bruto in Philippis periit. Plutarchus in Catone.

Statilius, ſocius Catilinæ, ſtrangulatus. Saluſtius.

L. Statilius, ſynchronus Ciceronis, cuius meminit ad Attic. 12.

¶ T. Statilius Taurus, collega Augusti in 8. illius Conſulatu, & iterum Conſul triennio ante illius obitum. Vide Velleium volum. poſter. Appianū lib. 5. bel. ciu. Dionē lib. 49. Meminit Suetonius in Nerone.

M. Statilius Taurus, fors ſuperioris F. aut nepos, Conſul fuit ſub Claudio anno V. C. DCCXCVI.

Tauro reſcribunt Dioclet. & Max. AA. Cod. 1. de iuris & facti ignorantia.

Q. Statilius, Trib. pl. ſub Auguſto IV. Cōſule, quem magiſtratum gerere ab ipſo coactus eſt. Dion lib. 52.

Statilia, Claudio principe ex nobili domo 99. vitæ annos habuit. Plin. 7. cap. 48. Forte T. Statilii Tauri, bis Conſulis, filia.

STATILIA MESSALINA, Statilii Tauri, bis Conſulis, abneptis, vxor Attici Veſtini, qua Nero potiri cupiens, maritum eius in eo honore trucidauit, illamque rapuit. De hac egimus in familia Cæſarum, Neronis vxores exponentes.

¶ Statilius Maximus, Grammaticus, de ſingularibus apud Ciceronem poſitis ſcripſit, teſte Chariſio. Commentatus eſt quoque in Catonem & Saluſtium.

Statilia Maxima, citatur in ſcripto ſeu libello Hadriani Cæſaris, vtpote in eius hortis dato, L. Ceionio & Pompeiano Ciuica Coſſ.

¶ Statilius Carfulenus, Senator ſub Seuero. Capitolinus in Albino.

¶ Statilius Seuerus, cui reſcripſit Traianus 2. Inſt. 11.

¶ Statilius Coruinus, Oratoris Meſſalæ nepos, conſpirauit ad res nouas ſub Claudio Imp. Suetonius.

¶ T. Statilius Valens miles, refertur Inſcript. ant. pag. 239.

¶ Statilio Secundo legato reſcripſit D. Hadrianus Pand. lib. 48. tit. de cuſtodia & exhibitione reorum.

¶ Statilius Siſenna, ſub Tiberio domum Ciceronis poſt Cenſorinum poſſedit. Paterculus lib. 2.

Statilii Flacci hexaſtichon citatur lib. 4. Anthologii, & rurſus 5. verſus lib. 6.

STATORII.

Q. Statorius, Centurio in exercitu Scipionum in Hiſpania tempore belli Pun. 2. miſſus legatus ad Syphacē, regem Numidiæ, copias eius ad morem Romanæ militiæ inſtruxit, exercuitque. Liuius 24.

L. Statorius, cum C. Lælio ad Syphacem profectus memoratur Iulio Frontino lib. 1. capite 1.

Statorius Victor, citatur Senecæ inter celebres ſui temporis declamatores.

¶ STEDIA Paulina memoratur Inſcript. ant. pag. 303. & 367.

¶ Stenia Veneria, cum C. Stenio Aulace coniuge, ibidem pag. 175.

¶ Stlaccii referuntur pag. 262.

STERTINII.

L. Stertinius, Proconſul Hiſpaniam vlteriorem rexit triennio. Reuerſus 50. millia pondo argenti in ærarium tulit, & de manubiis duos fornices in foro boario ante Fortunæ ædem & matris Matutæ, vnum in Circo maximo fecit, & his fornicibus ſigna aurata impoſuit. Liu. in fine 31. & 33.

C. Stertinius, Prætor anno vrbis cond. DLXVI.

L. Stertinius, Quæſtor cum L. Manlio ann. V. C. DLXXXVI. Liuius 45.

Stertinius, apud Horatium ſapientum octauus.

Q. Stertinius apud Plinium 29. cap. 1. Medicus, qui principib. imputauit, quod H S. quingenis annuis contentus eſſet, cum ſexcenta ſibi quæſtu vrbis fuiſſe, numeratis domibus, oſtenderet. Exornauit operibus Neapolim, & quanquam ſic cenſibus exhauſtis, hæredi tamen H S. trecenta reliquit. habuit & fratrem, cui a Claudio par merces numerata eſt.

Stertinius, auctore Fabio lib. 3. cap. 1. quædam de Rhetorica prodidit. Quis hic fuerit, adhuc dubito.

L. Stertinius, Germanici Cæſaris legatus in Germania, fuſis Bructeris, vndeuiceſimæ legionis aquilam, cum Varo amiſſam, inter cædē & prædam reperit. Tacit. 1.

¶ Stertinius Auitus, celebratur epigrammate apud Martialem initio lib. 9, qui eius imaginem in bibliotheca ſua ponere voluit.

Ioui Hammoni & Syluano P. Stertinius Quartus dd. Vide Inſcript. ant. pag. 316.

¶ Stertinius Maximus, citatur Senecæ controuerſiarum libro 3. controuerſ. 10. & Declamationum 2. declam. 1. Aduerſus hunc, cum ab ipſo premeretur, dixit Syriacus Vallius, cum comes eius fuiſſet: Per annos 12. in officio tuo fui, dic, quid peccauerim? Sed hæc eſt conſuetudo veſtra, iniuriam vocatis finem ſeruitutis.

STRABERII.

L. Straberius, Pompeianus dux, præfectus Apolloniæ, veniente Cæſare aufugit. Commentar. 3. Appianus 2. vbi male Stamerius vocatur.

L. Straberius, Grammaticus, quæratur in Suetonio Tranquillo & Plinio lib. 35. cap. 15. vbi cognomento Eros appellatur, quod magis quam Hiera probauerim.

¶ Studius, vir clarus Romæ, Conſtantinopolin veniens, Diuo præcurſori templum ibi condidit. Nicephorus Hiſt. Eccleſ. lib. 15. cap. 23. Præfecturam vrbanam adminiſtrauit ſub Arcadio & Honorio. Fit eius mentio 1. Codicis. Puto eidem ſcribere Ambroſium libro epiſtolarum 7.

¶ Suberinus Calenus, Cicero epiſtolarum 9.

¶ Subrius Flauius, Prætoriæ cohortis Tribunus, particeps Piſonianæ coniurationis in Neronem, cum ab eodem interrogaretur, quibus cauſis ad obliuionem ſacramenti proceſſiſſet: *Nemo*, inquit, *tibi fidelior militū fuit, dum amari meruiſti: odiſſe cœpi, poſtquā parricida matris & vxoris, auriga, hiſtrio & incēdiarius extitiſti.* Tacit. lib. 15.

¶ Succius Comicus, citatur a Grammaticis.

¶ Succeſſus, vnus ex 18. Martyrib. Cæſarauguſtanis Prudentio.

Succeſſus alius, Epiſcopus Africæ, nominatur a Cypriano epiſtola 12.

SVETONII.

Suetonius Paulinus, vir Conſularis, primus Rom. ducum transgreſſus Atlantem aliquot millium ſpatio. Hæc & plura Plinius 5 cap. 1. ſæpius eundem citans. De eodem multa Tacit. lib. 13. & 18. itē in Agric.

C. Suetonius Lenis 13. legionis in bello Othoniano Tribunus, pater Suet. Tranq.

C. Suetonius Tranquillus, Hadriani principis epiſtolarū magiſter, ſcripſit 12. Cæſares, item Grāmaticos & Rhetores claros. Citatur & illius de ludicra hiſtoria liber apud Gellium 9. c. 2. ¶ Plenius de Suetonii huius vita Suidas Τράγκυλλος, pleniſſime Elias Vinetus Santo, quam deſcriptionem, Suetonii Cæſaribus præmiſſam, habet editio Lugdunenſis Antonii Gryphii. Cæſares eius ἀκέφαλος ſuppleuit Lud. Viues. Sed & de Rhetorib. libro multa deeſſe, probat Achilles Statius ex eorū Rhetorū catalogo, qui principio libri manuſcripti eiuſmodi legatur: *L. Caſtius Pius. M. Portius Latro. Q. Curtius Rufus. L. Valerius Primanus. Vergilius Flauus. L. Statius Vrſulus. P. Clodius Quirinalis. M. Antonius Liberalis. Sex. Iulius Gabinius. M. Fabius Quintilianus. Iul. Tiro.*

Suetonius Optatianus, Taciti principis tempore, cuius vitam ſcripſit.

¶ Sueuius, vir doctiſſimus, citatur Macrobio in Idyllio, qđ moretū inſcribitur.

¶ Sur-

¶ Svffenvs, vt ineptus Poeta notatur Catullo.

Suffenas tempore Pompeii. Meminit eius Valerius Maximus 7. cap. 7. De eodē forte Cicero lib. 4. ad Attic. epiſt. 15.

SVFFIDII.

Q. Suffidius Q. F. Eques Rom. priuignus M. Caſſii, & Trib. mil. ſub Cicerone in Ciliſia fuit, Commendatur Bruto epiſtolarū 13. idque duabus epiſtolis.

Suffidius, primus Rom. de architectura volumen edidit. Vitruuius in prologo 7. apud quem tamen vulgo legitur Sufficius.

SVILLII.

P. Suillius Rufus, Veſtiliæ F. accuſator terribilis ac venalis ſub Claudio, quæſtor aliquando Germanici, & Aſiæ prouinciæ rector, ſub Nerone pellitur in Baleares, parte etiam bonorū adempta. Filius illi fuit Nerulinus & nepris. Plinius lib. 7. cap. 4. Tacitus 11. & 13. Conſul fuit cum Hoſtorio Scapula ſub Claudio. Inſtitutionum 3. titulo 9. Huic, opinor, ſcribit Ouidius lib. 4. de Ponto, oſtenditque illum priuignam ſuam duxiſſe:

Nā tibi quæ coniunx, eadē mihi filia pene eſt.

¶ M. Svillivs Servilianvs, Conſul ſub Claudio anno V. C. dcccii.

¶ Suillius Cæſoninus, donatus vita ſub Claudio, cum conſcii flagitiorum Meſſalinæ, C. Silio adulterio nubentis, punirentur. Tacitus 11.

¶ Suillius Cincinnatus, cum Sex. Pompeio & Attico, item Q. Martio, & C. Septimio, & C. Seſtio, nominatur in teſtamento L. Cuſpidii.

¶ *C. Suillius Ariſtænetus VII. vir Epul. ſodalis Auguſtalis*, &c. refertur Fabricio in antiquitatibus CC. 8.

SVLPITII Patricii.

Sulpitiorum, quis primus Galbæ cognomen, & vnde tulerit, incertum eſt. Quidā quod Galbano facibus illitis oppidum in Hiſpania ſuccenderit, cum id fruſtra diu oppugnaſſet, appellatum Galbam putant, alii quod in diuturna valetudine Galbeo, id eſt, remediis lana inuolutis aſſidue vteretur: nonnulli quod præpinguis fuerit viſus, quem Galbam Galli vocant, vel contra, quod tam exilis, quam ſunt animalia, quæ in æſculis naſcuntur, appellanturque Galbæ. Suetonius in Galba.

Antiquiſſimum in Galbarum gente inuenio P. Sulpitium Sergii F. qui nullo antea curuli magiſtratu geſto, Conſul factus eſt, miſſuſque contra Philippum, Macedonum regem. Idem ad reuocandum ex Sicilia Cn. Seruilium Conſulem, parantem in Africam traiicere, Dictator dictus, ipſum pro iure maioris imperii in Italiam retraxit. Liuius in fine 25. & 30. Iterum Conſul anno a primo conſulatu 11. bellum Macedonicum aduerſus Philippum ſortitus eſt. Liuius 31. Quidam tamen alium hunc eſſe volunt, qui in Macedoniam tranſierit ab eo, qui contra eundem res in Græcia geſſerit, Dictatorque fuerit.

¶ Serg. Sulpitius Galba, Ædilitius, mittitur legatus vna cum aliis in Aſiam ad tranſportandam ex Aſia matrem Deûm, anno vrbis conditæ dxlix. Mortuo Q. Fabio Maximo in eiuſdem locum Pontifex in auguratus eſt. Deceſſit ann. dlvi. Liuius lib. 29. & 32.

¶ L. Sulpitius Galba, Pōtifex & ipſe, eodem quo Serg. Sulpitius anno vitam cum morte commutauit. Liuius 32.

Serg. Sulpitius Galba, Ædilis cur. anno V. C. dlxvi. cum P. Claudio, a quibus 12. clypea ærata in Capitolio poſita ex pecunia, quo frumentarios ob annonam compreſſam damnarunt. Sequenti anno Prætor vrbanam iuriſdictionem tenuit. Liuius 38.

C. Sulpitius Galba, fit Pontifex in locū Tuditani, anno V. C. dlxxx. deinde interiecto triennio Prætor. Liuius lib. 41. & ſeq.

Serg. Sulpitius Galba, Trib. mil. ſecundæ legionis in Macedonia ſub L. Æmilio Paulo imp. triumphum illius, quē de Perſe rege egit, impedire conatus eſt, feciſſetque, ni M. Seruilius, qui Conſul & Magiſter equitum fuerat, graui oratione populum in diuerſam ſententiam traduxiſſet. Liu. 45.

Serg. Svlpitivs Galba, ætate ſua Rom. omnium eloquentiſſimus, conſulatum geſſit cum L. Aurelio Cotta anno V. C. dcx. Prætor principio aduerſus Luſitanos male pugnauit. Liuius 48. Inde 30000. Luſitanorum ſumma perfidia trucidauit. Ob quod facinus cum ſe damnati videret, complexus duos filios prætextatos & F. C. Sulpitii, cuius tutor erat, ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt, vt rogatio antiquaretur. Vide Ciceronem in Bruto, Liuium 49. Sueton. in Galba, Valerium Maximum lib. 8. capite 1. lib. 9. capite 6. Oroſium lib. 4. capite 21.

C. Sulpitius Galba, Oratoris Sergii F. P. Craſſi, eloquentiſſimi Iuriſperiti, gener, primus e collegio ſacerdotū publico iudicio damnatus eſt. Vide Ciceronem in Bruto plura commemorantem.

Serg. Sulpitius Galba, Conſul an. V.C. DCXLVI. bello ſociali comprehenſus à Lucanis viuis, fœminæ opera, ad quam diuertebatur, captiuitate exēptus eſt. Liu. 72.

P. Sulpitius Galba, Ciceronis in ambiēdo Conſulatu competitor. Aſconius Ped. Meminit eius 1. ad Att.

Serg. Sulpitius Galba, Oratoris nepos, legatus Cæſaris in bello Gallico, infenſus illi ob repulſam Conſulatus, cum Caſſio & Bruto cōſpirauit: Propter quod Pedia lege damnatus eſt. Hic, teſte Suetonio, Galbæ Imperatoris proauus fuit. Ac neſcio an idē ſit, qui ſponſor pro Pompeio, bonorū illius venditionē Cæſari pro tribunali nō obſcure obiecit, vt eſt apud Valer. Max. 6. cap. 2.

Serg. Sulpitius Galba, Imp. auus, ſtudiis quam dignitate clarior (non. n. egreſſus eſt Præturæ gradū) multiplicē nec incurioſam hiſtoriā edidit. Suetonius. Huius eſſe arbitror, quod citat Fabius 6. c. 4. in negligenter petentem pilā: *Petis tanquam Cæſaris candidatus.* De prænomine tamē nōnihil adhuc dubito: nec enim idē eſt apud Suetonium.

C. Sulpitius Galba, Imp. pater, vir Conſularis, breui corpore atq; etiā gibber, modicęq; in dicēdo facultatis, cauſas induſtrie actitauit. Vxores habuit Mummiā Achaicā, neptē Catuli, proneptemq; L. Mūmii, qui Corinthū excidit, & Liuiā Ocellinā, ditem admodū & pulchrā, a qua nobilitatis cauſa appetitus fuit. Ex Achaica liberos C. & Serg. procreauit Suetoni⁹. In hūc, arbitror, eſt dictū M. Lælii: *Ingeniū Galba male habitat.* Vide Macrob. Satur. l. 2. vbi & Auguſti Cęſ. & Orbiliū Grām. in eū dicteria cōmemorātur.

C. Sulpiti⁹ Galba, Cōſul ſub Tiberio an. V.C. DCCLXXIX. attritis facultatibus, vrbe ceſſit, prohibituſque a Tiberio ſortiri anno ſuo Proconſulatum, voluntaria morte deceſſit. Suetonius & Tacitus lib. 5. Meminit huius & Plin. 33. c. 2. Sigillo vſus eſt progenitorū cuiuſdā ſui, in quo erat canis ex naui proſpectans. Dion lib. 51. pagina 301.

SERG. SVLPITIVS GALBA, Imp. natus eſt M. Val. Meſſala Cn. Corn. Lentulo Coſs. Liberalibus artibus inſtitutus, etiā iuri operā dedit. Per dignitatis gradus ad Cōſulatū, & Hiſpaniæ Procōſulatū euectus, imperio dignus habitus, ſed in ipſo repertus minor, ſæuus & ſordidus, eoque militibus inuiſus, inſidiis Othonis in foro occiditur, imperii menſe 7. anno ætatis 73. Plura Suetonius, Tacitus & Plutarchus.

¶ *Rideo, inquit Galba, canteri, prouerbiū eſt, quod Siſinnius Capito de iis interpretatur, qui principio rei alicuius inchoatæ deficiunt animo. Sulpiti⁹ Galba, cū in prouinciā exiēs ad portā ipſā cāteriū ſuū animaduertiſſet cecidiſſe: Rideo, inquit, canteri, te iam laſſum eſſe, cū iam longū iter iturus, vix idſis ingreſſus.* Fragmentum Sex. Pōpeii p. 92. & Pauli epitome lib. 16.

L. Galba, ſcurra Cæſaris, cuius meminit Iuuenalis Sat. 5. & Martialis ſub finem 10. Huic Eraſmus tribuit dictum illud in pilam negligentius petentē. De hoc paulo ſupra.

Serg. Galba, tempore Horatii I C. fuiſſe traditur, in quē dictū ſit illud Horatii, de deprehēſis & puniris in adulterio, ſerm. Sat. 2.

Iure omnes Galba negabat.

Rutilius vult hūc patrē Imperatoris fuiſſe.

¶ Ser. Sulpitius P.F. Camerinus, Cōſul anno V.C. CCLIV. ſub quo euulgata eſt cōiuratio, ad prodendā vrbē Tarquiniis inita. Idem Curio Maximus fuit. Moritur anno CCXCI. Liuius & Dionyſius.

Q. Sulpitius Camerinus, Conſul an. V.C. CCLXIV. quo tēpore peſtis grauiter vrbē depopulata eſt. Dionyſ. 7. fors Seruii fr. fuit.

Ser. Sulpitius Camerinus, Conſul an. V.C. CCXCIII. quando in exiliū actus eſt Cæſo Quintius Cincinnatus. Liuius 3.

P. Sulpitius Camerinus, vnus ex tribus legatis, qui ad deſcribēdas Solonis leges Athenas miſſi ſunt, deinde ferēdis iiſdē creatus X. vir, ann. V.C. CCCIII. Liuius 3.

Q. Sulpitius Camerinus, Trib. mil. cōſ. poteſt. an. V.C. CCCLIII. & iterū biēnio poſt.

Ser. Sulpitius Camerinus Conſul an. V.C. CCCLXII. Cenſor anno CCCLXXV.

Ser. Sulpitius Camerinus, Conſul anno V.C. CCCCX.

Q. Sulpitius Camerinus, Conſul ſub Auguſto an. V.C. DCCLXI. Meminerunt huius Plinius 7. cap. 48. Suetonius in Veſpaſiano. Hūc opinor eſſe, quem Ouidius citat inter Poetas ſui temporis in fine 4. de Ponto.

Sulpitius Camerinus cum F. interfectus a Nerone, accuſante Helio. Vide Dionem & Tacitum lib. 13.

¶ Q. Sulpiti⁹ Coſs⁹, Cos. an. V.C. CCCXXI.

¶ Ser. Sulpitius Rufus, Trib. mil. Conſ. poteſt. ſexies. In quinto Tribunatu cū collega L. Quintio Cincinnato Tuſculanos obſidione ſoluit, & Latinos cecidit. Hic M. Fabii

Fabii Ambuſti gener fuit, cuius vxor ſororem irridens, quod fores lictorum faſcibus percuſſas expauiſſet, cauſam præbuit, vt C. Licinius Stolo maritus ſimiliter atq; Trib. pl. factus eſt, legem ferret, vt conſulũ alter e plebe fieret, qua lege & ipſe paulo poſt Cõſulatũ homo plebeius conſecutus eſt. Li. 6.

¶ Ser. Sulpitius, Ser. F. Augur. Fragmẽt. Sex. Pompeii pag. 150.

P. Sulpitius Rufus, C. Cæſaris legatus in Galliis. Meminit eius Cęſar Comm. 4. & 7. Opinor Iureconſulti fratrem fuiſſe.

Ser. Sulpitius, alius haud dubie a Iurecõſulto, memoratur Cæſari in partibus Pompeianis Comment. 2. in fine.

Ser. SVLPITIVS Q F. Rufus, vir ſummæ nobilitatis & I C. natus tamen patre Equite Romano, auo nulla inſigni laude celebrato, vt Cicero pro Muræna. Ad hunc ſunt epiſt. Cic. lib. 4. Vide annotationes noſtras. Prætor quęſtionẽ peculatus exercuit. Cicero pro Muræna. Cõſulatũ geſſit cũ M. Marcello an. V. C. DCCIII. Accuſauit L. Muręnã, a quo petitione Cõſulatus victus erat, quẽ tũc Cõſ. deſig. Cicero Cõſul defendit. Audiuit L. Lucilũ Balbũ & C. Aquiliũ Gallũ. Obiit bello Mutinẽſi in legatione, vnde & illi ſtatua decreta. Cicero Philip. 9. Laudatur impenſius ibidẽ & in Bruto. Locum in Philipp. ita claudit: *Omnes qui ex omni ætate in hac ciuitate intelligentiam iuris habuerũt, ſi vnum in locum conferantur, cũ Ser. Sulpitio nõ ſunt comparandi. Neq; enim ille magis iuris cõſultus q̃ iuſtitiæ fuit. Itaq; q̃ pficiſcebantur a legibus, & a iure ciuili, ſemper ad facilitatẽ æquitatemq; referebat. Neq; cõſtituere litium actiones malebat, quã controuerſias tollere*, &c. Quintilianus ait, trib. cũ orationib. inſignẽ laudem meruiſſe. Ex his pro Aufidia citatur in Fragmento Sex. Põp. p. 3. Plura Volater. Vxor illi fuit Poſthumia, teſte Suet. in Cęſ. De Seruio filio Cic. Philip. 9. & epiſt. lib. 4. epiſt. 3.

Sulpitius Rufus, ludi procurator ſub Claudio, occiſus ab eo propter nuptias Meſſalinæ cum C. Silio celebratas. Tacit. li. 11.

¶ P. Sulpitius Longus, Trib. mil. Conſ. poteſt. ann. V. C. CCCLXV.

C. Sulpitius Lõgus, Conſul an. CCCCXVIII. iterum CCCCXXXI.

Sulpitius Longus, cum fœdiſſimus eſſet, eum, cõtra quem in iudicio liberali, aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Cui reſpondens Domitius Afer: *Tu*, inquit, *ex animi ſententia, Longe? qui malam faciem habet, liber non eſt?* Fab. Quint. 6. c. 4.

¶ C. Sulpitius Peticus, Trib. mil. Conſ. poteſt. ann. V. C. CCCLXXIII.

C. Sulpitius Peticus, Conſul quater & Dictator, Gallos inſigni pugna ſtrauit, deq; iis triumphauit.

¶ Sulpitius Aſper, Centurio, dedit coniurationi Piſonianæ nomen ſub Nerone. A quo interrogatus, cur in cędem ſuã conſpirauiſſet, reſpondit: Non aliter tot flagitiis eius ſubueniri potuiſſe. Tacitus lib. 15. Dioni eſt Σουλπίκιος Ἄσπρος.

¶ P. Sulpitius Auerrio, Conſul ann. V. C. CCCCL. triumphauit cum collega T. Sẽpronio Sopho de Æquis, cũ intra dies 60. oppida 47. oppugnando cepiſſent. Idem Cenſor fuit quadriennio poſt.

P. Sulpitius Auerrio, Conſul anno V. C. CCCCLXXIV.

¶ C. Sulpitius Paterculus, Conſul anno V. C. CCCCXCV. Ad hunc refero ſtratagema, quod narrat Frontinus lib. 2. cap. 4. male, vt opinor, Petreium vocans.

Ser. Sulpitii Paterculi filiam Sulpitiam, caſtiſſimam fuiſſe matronam, e centũ delectam, quæ ob pudicitiam Veneris ſimulachrum dedicaret, ſcribit Val. Max. 8. c. 16. De eadẽ Ouid. 5. Faſt. Iul. Obſequens, Plinius 7. cap. 35. Solinus capite 7.

Sulpitia, ex nobiliſſima Sulpitiorum familia, Poetria temporibus Domitiani, Neruæ & Traiani, cuius carmina laudant Martialis & Apollinaris. Maritum habuit Calenum. Extat eius titulo carmen Satyricũ de edicto Domitiani, quo Philoſophos vrbe exegit, inter epigrammata Auſonii.

Sulpitiam, Seruii filiam, vt elegantem & amicam celebrat Tibullus Eleg. 2.

¶ Sulpitius Flauus Claudio Imperatori in ſcribenda Hiſt. adiutor extitit, teſte Suet.

Sulpitianus Flaccus, a Pertinace Imp. cuius ſocer erat, præfectus vrbis factus eſt, cæſus a Seuero, Dion.

¶ C. Sulpitius Gallus, Conſul anno vrbis conditæ DX.

C. SVLPITIVS GALLVS, Prætor fuit anno V. C. DLXXXV. Triennio poſt Conſul Ligures ſubegit. Liuius 46. Maxime omniũ nobilium Græcis litteris ſtuduit, & in Oratorum numero habitus eſt. Quo Prætore ludos Apollini faciente, Ennius Thyeſtem fabulã docuit, Cõſule vero mortem obiit. Trib. mil. in exercitu Pauli Æmilii Lunæ defectũ prædixit. Cic. in Brut. Liu. 44. Plut. in Paulo, Val. Max. 8. c. 11. Plin. 2. c. 12. Quintilianus lib. 1. c. 17. Frontinus lib. 1. cap. 12.

P. Sulpitius Gallus, fors C. fr. homo delicatus, cui inter alia, quod tunicis totas manus operientibus vteretur Scipio Æmilianus ꝓbro dedit. Legatur A. Gellius 7. c. 12.

Q. Sulpitius Gallus C. F. quem pupillũ Galba in iudicium tulit. Cic. de Oratore 1.

C. quidam Sulpitius Gallus, vxorem dimiſit, quod capite aperto foris verſatã cognouiſſet. Valerius Max. 6. cap. 3.

C. Sulpitius, Prætor Cicerone Conſule. Cicero in Catilinam oratione 3.

¶ Sulpitius Craſſus, Proconſul Aſiæ, occiſus ſub Commodo. Lampridius.

¶ Sulpitius Canꝰ, occiſus a Seuero. Spart.

Sulpitio reſcripſit Gordianus Imp. 4. Cod. tit. 32.

Sulpitio Maximinus Imp. 5. Cod. tit. 12.

¶ M. Sulpitius M. F. Acceptus. Inſcript. ant. pag. 34.

M. Sulpitius Eros. Ibidem.

C. Sulpitius, Prætor ann. V. C. DXLIII.

P. Sulpitius, Tribunus pl. accuſauit ſeditioſum ac inutilẽ ciuem, C. Norbanũ, quæ actio ipſius eloquentiam valde illuſtrauit. Cicero Off. 2. cæſus iuſſus Syllæ, de cuius improbitate multa Plutarchus in vita Syllę. Cicero hũc in Oratore ſuo cũ L. Craſſo, M. Antonio & C. Cotta inducit. Fratrẽ habuit M. Seruium Sulpitium, vt tradit Nepos in vita Attici. Plura Volaterranus. Cicero hũc in de Haruſpicũ reſponſis ab optima cauſa profectum, Caioque Thuſcio, Conſulatũ contra leges petenti, reſiſtentem, longius q̃ voluerit, aura populari prouectũ ſcribit.

Sulpitia, quanquam retinente matre Iulia, Lentulum Cruſtellionem maritũ, proſcriptum a Triumuiris, in Siciliã ſecuta eſt. Valerius Maximus 6. cap. 7.

¶ Q. Sulpitius Marcellinus, refertur Inſcript. ant. pag. 66.

Ser. Sulpitius Trophinus. Ibidem p. 187.

¶ P. SVLPITIVS QVIRINIVS, Conſul ſub Auguſto, anno V. C. DCCXLII. nihil ad veterem Sulpitiorum familiam pertinens, ortus apud Lanuuium municipium. Tacitus 3. Hic eſt haud dubie, qui apud Lucam Græce recte Κυρήνιος, ſed Latine perperã Cyrenius vocatur. Dioni etiam 54. & Ioſepho li. 18. c. 1. Cyrinius eſt. Euſebius hunc ex S. C. in Iudæam ad hominum cenſus deſcribendos miſſum tradit.

¶ Sulpitius Poſthumius, Prætorius, datus adiutor Meſſalę Coruino in curatione aquarũ ſub Auguſto, an. V. C. DCCXLIII. Q. Ælio P. Fabio Coſs. Frontinus de aquæductibus.

¶ Sulpitia Prætextata, vxor M. Licinii Craſſi Scriboniani, 4. liberorum ex eo mater. Tacitus lib. 20.

¶ Sulpitius Victor, ſcripſit de arte Oratoria ad M. Silonem, generum ſuum.

¶ Sulpitius Apollinaris, vir doctiſſimus prædicatur Gellio. Scripſit epigrammata Græca, & argumenta in Comœdias Terentii. Floruit ſub Hadriano, vt vult Benedictus Philologus Florentinus. Martialis ad illum ſcazonta ſuum miſit.

Sulpitio Antigono cum patre ſuo reſcripſit Antoninus Pand. de quæſtionibus.

Sulpitius Seuerus, vir genere & litteris nobilis, ſcripſit non contemnenda opuſcula. De hoc Gennadius.

¶ SVPERIANVS, Sophiſta, ſero ille quidem ad diſcendum acceſſit, & ingenio tardiore fuit, ſed adeo laborioſus & diligẽs, vt cum annos natus 30. oratorum libros legere cœpiſſet, & liberalibus diſciplinis operã dare, a ſeipſo illa per vim exigeret, nec obiurgationibus nec flagris parcens. Nequaquã igitur ſpe fruſtratus Athenis deſignatus Sophiſta fuit. Plura de eo Suidas.

SVRDINII.

Surdinius Næuiani liberti bona, quæ ille Genutio cuidam, matris magnæ Gallo, teſtamento reliquerat, ſibi vendicauit, edicente Conſule Mamerco Æmilio, Genutiũ neq; virorum neq; mulierũ numero habendũ, qui ſibi ſpõte genitalia amputaſſet. Valerius Maximus lib. 7. cap. 7.

Surdinius, Declamator, Senecæ citatur vt ingenioſus adoleſcens, & a quo Græcæ fabulæ eleganter in Latinum ſermonem conuerſæ ſint, quiq; ſolitus ſit dulces ſentẽtias dicere, frequentius tamẽ prædulces & infractas. Declamauit aliquando apud Ceſtium Prætorem. In fine ſuaſoriarum.

Surdinia Aphrodiſia. Inſcript. ant. p. 47.

SVTORII.

L. Sutorius Turpio, memoratur Ciceroni ad Attic. 6.

L. Sutorius Priſcus, a quo Seianus ſpadonem emit III. M. D. Plinius 7. cap. 39.

L. Sutorius Priſcus LL. Amaranthus, cum Sutoria LL. coniuge, memoratur Inſcript. ant. pag. 74.

Sutorius Callinicus, Sophiſta. Suidas Καλλινίκη.

¶ SVTRIVS Comicus, citatur Fulgẽtio.

¶ SYAGRIVS, notariꝰ ſub Valẽtiniano. I.

postea

poſtea Coſ. & Præf. Ammian. lib. 28. Cõſulatũ geſſit ſub Gratiano an. V. C. MCXXXIV.

SYLVANI.

Syluani pleriq; dicti in Plautiis.

Syluanus, vir Conſularis ſub Ant. Pio.

Syluanus Bonitii, viri fortis F. ſub Conſtantio ſumſit imperium. Ammianus 15.

Syluano reſcribit Antoninus 8. C. tit. 18.

SYLVII.

Syluii reges apud Albanos regnarunt.

Syluiorum familia, ex qua Otho Imp. deſcendit, vetus & honorata fuit in oppido Ferentino.

M. Syluius Otho, auus, patre Equite Roman. matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Liuiæ Auguſtæ, in cuius domo creuerat, Senator factus eſt, nec Præturæ gradum exceſſit.

L. Syluius Otho, pater, materno genere præclaro, & magnatum propinquitatum, tam charus tamque non abſimilis facie Tiberio principi fuit, vt plerique procreatum ex eo crederent. Vrbanos honores, Proconſulatum Africæ & extraordinaria imperia ſeueriſſime adminiſtrauit. Hæc & plura Suetonius. Suſtulit ex Albia Terentia, ſplendidiſſima fœmina, filios duos & filiam, quã nondum nubilem Druſo, Germanici F. deſpondit.

M. SYLVIVS OTHO L. F. natu minor, in adoleſcentia prodigus & procax, facile ſe morum ſimilitudine Neroni principi inſinuauit. Apud quem cum multum potentiæ obtinuiſſet, tandem ob Poppæam Sabinam pertinaci' adamatã, per cauſam legationis, in Luſitaniam remotus eſt. Quare poſtea conatibus Galbæ primus acceſſit. Sperans autem a Galba ſe adoptandum, vbi Piſonẽ prælatum vidit, milites largitionib. & promiſſis corrupit. A quibus Galba & Piſone interẽptis, ipſe Imperator ſalutatus eſt. Sed breue gaudium fuit: nam eodem tempore Vitellius in Germania imperium arripuit. Per cuius duces copiis ſuis profligatis, cum tamen adhuc plures illi, eæq; integræ ſupereſſent, moriendi conſilium iniit, dimiſſiſque omnibus, cum & fratris filium hortatus eſſet, ne ſe patruum ſuum aut obliuiſceretur vnquam, aut nimium meminiſſet, mortem ſibi ſua manu conſciuit, ætatis anno 38. imperii menſe 4. hoc vno laudẽ adeptus, quod publico bono volẽs & fortiter interiiſſet. Auctores Tacitus, Tranquillus & Plutarchus.

L. Syluius Titianus Othonis fr. natu maior, ſtatim a cæde Galbæ cum eodẽ Cõſulatum iniit. Profecto illo contra duces Vitellii, reb. vrbanis præfuit, donec accitus a fratre, toti bello præponeretur. Cenſentib' autẽ cæteris ducib. morã ipſis vtilẽ eſſe, feſtinationẽ hoſtibus, eoq; lentius agendum, pperatione ſua rẽ afflixit. Victis partib. Othonianis, nullũ diſcrimẽ apud victorẽ adiit, pietate & ignauia excuſat'. Tac. 17. & 18.

M. Syluius Coccianus, Titiani F. a Domitiano interemptus eſt, q. Othonis Imp. patrui ſui, natalem celebraſſet, teſte Suetonio. Eius filiã Cocciã vxorẽ duxit Veſtricius Spurina, ex eaq; filiũ ſingularis indolis Cocciũ ſuſcepit, qui iuuenis admodũ mortuus, ab Imp. Traiano in ſolatiũ orbitatis paternæ, & victoriæ præmium de Bructeris, triumphali ſtatua donatus eſt. Plinius lib. 2. epiſt. ad Lupercum.

SYLVINI.

Coſta Præt. L. Syluini Helpidiani. Manutius in Orthographia.

P. Syluinus, vir clarus, ad quem L. Iunius Columella libros de re ruſtica ſcripſit.

Syluinus, Rhetor, ab Heliogabalo occiſus eſt, vt ſcribit Lampridius.

¶ L. SYLVIVS Sabinus, cecidit in bello Vitiatino, vt eſt apud Fabricium.

SYMMACHI.

Symmachi ad quam gentem pertineant, ſtatuere non poſſum. Vnũ Aurelii nominis inuenio, de cæteris idẽ affirmare nõ audeo.

Symmacho & Diotimo reſcribit Alex. A. 5. Cod. tit. 3.

Symmachus, Conſulatu functus eſt ſub Conſtantino anno MLXXII. Huic, opinor, reſcribũt Cõſtantin' & Licinius 5. C. t. 40.

Symmachus, cum Maximo a nobilitate Rom. miſſus ad Conſtantium eſt, ex quib. ille poſthabito potiore, Maximo præfecturã vrbis contulit. Succeſſit poſtea ſub Valentiniano in eodẽ honore Aproniano, vir inter præcipua nominandus exempla doctrinarũ atq; modeſtiæ. Hæc & plura Marcellinus lib. 28. p. 732. Geſſit & Conſulatũ, opinor, ſub Theodoſio, ann. V. C. MCXLIV.

Q. Aurelius Symmachus, Conſulatum obtinuit anno V. C. MCXCIX. Aetii collega.

Symmachus, alius, eodẽ honore potitus eſt anno V. C. MCCXXXVIII. & quidẽ ſolus.

Symmachus, ſocer Boethii, cũ ipſo genero Cõſulatũ geſſit an. V. C. MCCLXXV. in quo honore ambo iuſſu Theodorici Gothorũ regis, interempti ſunt. Vide Aurelios.

Symmachi, Medici opinor, meminit Martialis.

Symmachus, ſacrorũ librorũ interpres, Ebionita fuit teſte Euſeb. Hiſt. Eccl. 6. c. 14.

¶ Symphoro reſcribunt AA. & CC. 6. Cod. tit. 54.

¶ Symphorianae Alexan. A. 7. Cod. titulo 74.

¶ Symphronius præf. vrbis. Aſpaſius, Vicarius eius. in paſſione Agnetis.

¶ Syricio ſcribit D. Ambroſius epiſtola 7.

T.

Tadius locutus eſt mecũ, &c. Cicero ad Att. 1. epiſtola 4.

T. Tadi⁹ T. F. Catian⁹ quęratur in Inſcript. ant. pag. 88.

Q. & P. Tadii, citantur Ciceroni in Verrinis.

¶ Thalassio, Præf. præt. reſcribunt AA. & CC. 7. Cod. tit. 42.

Thalaſſio, alii, Proconſuli Africæ, reſcribunt Valẽs, Gratianus & Valentin. 7. Cod. titulo 65.

TAMISII.

L. Tamiſius, a Catilina occiſus. Aſconius Pedianus. Alii tamen L. Tanuſius, alii L. Tantatius legunt.

Tamiſiorum, vt gentis alicuius, in quam ſæuierit Sylla, meminit Cicero in petitione Conſulatus ad fr.

Tamiſius Geminus, Hiſtoricus, citatur a Suetonio & Plutarcho in Cæſare.

Tamaſią matrona, T. Iunium maritum, proſcriptum a Triumuiris, arcæ incluſit, & apud libertum tantiſper occuluit, donec vitam illi a Cæſare impetraret. Cæſar etiam ſeruum ob ſeruatum patronũ equeſtri dignitate remuneratus eſt. Dion lib. 47.

Tamiſius Muſtela, Antonianus, memoratur Ciceroni Philipp. 2.

¶ Tantillae reſcribitur ab AA. & CC. 3. Cod. tit. 18.

TARATII.

C. Taratia, virgo Veſtalis, campum Tiberinũ populo gratificata dedit, cui obid decreta ſtatua. Plinius 34. cap. 6. De prænomine huius, itẽ C. Cæciliæ, quæ eſt Tanaquil, Tarquinii Priſci vxor, probat Sex. Pompeius lib. 14. etiam fœminas prænominibus appellatas.

Taratius Baſſus cum fratre Camenio vixit ſub Valentiniano primo, poſtea præf. vrb. Ammianus 28.

¶ Tarius, filium deprehenſum in parricidio, cauſſa cognita, cum etiam Auguſtũ aduocaſſet, Maſſiliam relegauit, & annua illi præſtitit, quanta præſtare integro ſolebat. Seneca 1. de Clementia.

TARPEII.

Sp. Tarpeius, cuſtos arcis, quã Tarpeia filia virgo, auro corrupta, Sabinis prodidit. Liu. 1. Suidas Τάρπ., Varro lib. 4. de ling. Lat.

Sp. Tarpei⁹ Capitolin⁹, Cõſ. an. V. C. ccc.

Tarpeia, lecta inter primas Veſtales, quæ quatuor fuere. Plutarchus in Numa.

TARQVINII.

L. Tarquinius Priscus, a patria nomẽ habens, dictus antea Lucumo, patre natus Demarato, Corinthio exule, V. Romæ Rex factus eſt. De hoc Val. Max. 3. c. 4. alii.

L. Tarquinius Superbus, Priſci regis F. ſeu, vt Dionyſius vult, nepos, ſeptimus & vltimus Rex, cum 25. annis præfuiſſet, ob ſcelus Sexti F. cum liberis pulſus eſt. Obiit Cumis nonagenarius, nequicquam tentatis omnibus, vt in regnum reſtitueretur.

T. Aruns, Sextus, Tarquinii Superbi filii, quorum Sextus, ſtuprata per vim Lucretia, cauſam Rom. præbuit, vti pater cum tota domo pelleretur. Idem apud Gabios, quos ante patri prodiderat, cæſus eſt. Liu. 1. Ouid. Faſt. 2. Aruns cũ Bruto Conſule cõgreſſus, mutuo vulnere interiit. T. apud lacum Regillum occubuit. Liuius.

L. Tarquinius Collatinus, Egerii F. Aruntis, qui Tarquinii Priſci fr. erat, nepos, Lucretiæ maritus, primus cũ Bruto Romæ Conſul creatus eſt, quo tamẽ in honore, ob nomen Tarquiniũ, in exiliũ ire coactus eſt.

¶ L. Tarquinius, Patriciæ gentis M. equitum dictus a L. Quintio Cincinnato Dict. Liuius 3.

P. Tarquinius, Trib. pl. cum M. Liuio Druſo, quorum leges bellum Italicum excitarunt. Iulius Obſequens.

L. Tarquinius, coniurationis Catilinæ falſus iudex. Saluſtius. Per L. Tarquinium (neſcio an eundẽ) cũ ſimul e portu Epheſi egrederetur, ſed expeditius nauigantem, Cicero ad Atticum litteras dedit. Ad Attic. 6. epiſtola 8.

¶ Tar-

¶ Tarquinius Priſcus, dux Sertorii cōtra Pompeium apud Lauronē. Vide Frōtinum 2. cap. 5. item locum Saluſtii, adductum a Seruio in lib. 1. Æneid.

Tarquinius, præf. vrb. Syluestro Pontifici moleſtus. Mantuanus in Faſtis.

¶ Tarquinia Fauſtina, cum coniuge M. Caluentio Sabiniano, refertur Inſcript. vetuſt. pag. 488.

Tarquinia Modeſta. Ibidem pag. 102.

TARQVITII.

L. Tarquitius Flaccus, Magiſter Equitū anno V.C. ccxcv. Tabulæ Capitol.

Tarquitius Creſcēs, de quo Tacit. li. 15.

L. Tarquitius Trophimus & Tarquitia Eutychia coniunx. Inſcript. ant. pag. 294.

M. Tarquitius, Tarquitia Lacæna, coniuges. Ibid. pag. 314.

Tarquitius, ſcripſit de Hetruſca diſciplina. Citatur a Plinio lib. 1. Sex. Pomp. Fragment. pag. 83. Macrobius Tarquinium Priſcum, & librum oſtentarium arborariū vocat. Si tamen eſt idem.

¶ Tarvla, L. Syllæ Dictat. ſeruus. Lepidus apud Saluſtium illius commeminit.

TARVTII.

L. Tarutius Firmianus, familiaris Ciceronis, Chaldaicis litteris inprimis eruditus. Cicero 2. de diuinatione. Huic Varro propoſuit Romuli natalem diem horamq; ex iis, quæ ei in vita ſua euenifſent, colligendā ſupputandamq;. Vide Plutarchum in Romulo. De nominis ſcriptura iſta conuenit cum Cicerone Auguſtinus. Nam Varroni li. 5. de ling. Lat. Taruntius, Stephano Αὔνιος Θαῤῥαῖος dicitur. Variat longius Cenſorinus cap. 17. & Vettium vocat.

Tarutius Paternus, citatur inter Iurecōſultos. Scripſit 4. militariū libros, teſte Marciano I C. Vegetius diligentiſſimum iuris militaris aſſertorem vocat. Apud nonnullos legitur Taruntius.

Tarutius Paternus, Præf. præt. Commodi Imp. homo nefarius & rapax, qui Commodum deprauauit, occiſus tandē ab Imp. Hunc mendoſe Lampridius, opinor, Tarrutinum vocat.

TATII.

T. Tativs, rex Sabinorum, poſt compoſitum cum Romulo bellum conſors illi regni factus eſt, cæſus in Laurētibus Liu. 1.

Tatia, T. Tatii regis filia vnica, quæ a patre Pōpilio Numæ in Sabinis collocata 13. eius cōiugii anno deceſſit. Numa ipſe poſtea Romæ regnauit. Plutarchus in Numa.

Tatia, Cæſonis F. ſeculo ſuo maximam dotem, id eſt, X. millia æris ad maritum attulit. Val. Max. lib. 4. cap. 4.

Q. Tatius, legatus Claudii Neronis Coſ. bello Pun. ſecundo caſtris præpoſitus eſt, cum ille contra Hannibalem pugnaturus, ad Liuii collegæ caſtra tenderet. Liuius.

¶ L. Tatius Rufus, amicus Auguſti, ab eodem ad Conſulatum euectus. Vide Plinium 18. cap. 6.

¶ Tatius Maximus, ſucceſſor Gauii Maximi in præfectura Prætoriana ſub Pio.

¶ Tatius Cyrillus, ſub Conſtantino Magno Græca ſolitus in Latinum vertere. Capitolinus in Maximino.

¶ Tatiano reſcribitur a Diocletiano & Max. AA. 2. Cod. de tranſactionib. & 5. Cod. tit. 4.

Tatiani duo fuere, pater & filius, incertū vero vtrius meminerint Auſonius & Sidonius, vt eloquentis viri, & qui apud Viſontium municipalem ſcholam rexerit. Meminit & Tatiani D. Hieron. in viris illuſtribus. Hæc ex Egnatio. Capitolinus de Maximino iuniore: *Oratore*, inquit, *vſus eſt Tatiano, filio Tatiani ſeniore, qui prouinciarum libros pulcherrimos ſcripſit, & qui ſui temporis dictus eſt ſimia, quod cuncta imitatus eſt.*

TAVRI, ſeparatim poſiti.

Taurus, iudex Rauennæ, filium habuit cæcum, cui Apollinaris, Petri Apoſtoli diſcipulus, viſum reſtituit. Vide Martyrologium 22. Iulii.

Tauro reſcribit Gordianus A. 5. C. tit. 62.

Taurus, Præf. præt. & Conſul cū Florentino, ſub Iuliano in exiliū actus. Marcel. 22.

¶ Tavrinvs, dictus Imp. ſub Aur. Alexandro, in Euphratem fluuium ſe abiecit. Aur. Victor.

TEDII.

Tedius Afer, Conſul deſignatus, quod factū aliquod Cæſaris Octauiani maligno ſermone carpſiſſet, tantis ab eo minis conterritus eſt, vt ſe præcipitarit. Suetonius.

Tædia non lambit Cluuiam nec Flora Catullam. Iuuenalis Sat. 2.

¶ M. Teivs, ſub Sylla militans cum caperentur Athenæ, primus omnium in murum euaſit, teſte ipſo Sylla in commentariis. Plutarchus in Sylla.

¶ Sex. Tempanivs, ſpectatæ vir fortitudinis, & equitum decurio, Trib. pl. factus, anno cccxxxii.

TENACII.

P. Tenacius Gemellinus Aug. Col. Epul. Inſcription. ant. p. 491. cum Cocceia Val. coniuge.

M. Tenacius Niger & C. Tenacius Probus C. filii P. nepotes, cum Domitia C. F. Secunda matre, referũtur in Antiquitatib. Paronæ ciuitatis Ægypti pag. 512.

¶ T. TERASIDIVS, Trib. mil. ſub Cæſare in Galliis. Comm. 3.

TERENTII.

Terentios a Tereno, quod eſt lingua Sabinorum molle, nominatos putat Varro ad Libonẽ 1. citante Macrobio li. 3. Sat. c. 18.

C. Terentius, Tribunus pl. anno V. C. ccxci. Liuius lib. 3. Halicarnaſſeus 10.

Q. Terentius & M. Antiſtius bello Pun. ſecundo miſſi ad reuocãdum retrahendũque in vrbem C. Flaminiũ Cos. cũ ille honorẽ iſtũ in vrbe inire nollet. Liu. in fin. 21.

¶ Q. Terentius Culeo, Prætoria familia natus, in eodẽ bello capitur a Pœnis. Facta pace cum 4. millibus captiuorum Scipioni redditus, currũ triũphantis pileo tectus ſecutus eſt. Idẽ poſtea Prætor factus eſt anno V. C. DLXVII. Vide Liuium in fine 30. & 38. Val. Maximum 5. capite 2.

Terentius Culeo, Trib. pl. T. Flaminio & M. Marcello, Cenſoribus. Vide Plutarchum in vita T. Flaminii.

Terentius Culeo, partium Lepidi & Antonii. Cicero epiſt. 10. Appianus 3.

Culeolus, Proconſul. Cicero epiſtolarũ 13. De hoc an de alio, neſcio, Cicero ad Atti. 6. Meira appellauit, Culeolũ vix auderẽ.

¶ L. Terentius Maſſaliota Ædilis pl. anno V. C. DLIV. Prætor cum Q. Terentio Culeone Siciliam ſortitus eſt. Liuius.

¶ C. Terentius Iſtra, Prætor an. DLXXII. Sardiniam tenuit. Liuius initio 40.

¶ P. Terentius Tuſciueicanus, nominatur inter alios annu V. C. DLXXXVII. legatus in Illyricum. Liuius 45.

¶ P. Terentius Lucanus, Senator, cui ſeruiuit ſeruitutem P. TERENTIVS AFER, Poeta Comicus, mature tamen ab eo ob ingenium & formam manumiſſus. Fors idem cum ſuperiore.

C. Ter. Lucanus quæratur apud Plinium 35. capite 7.

¶ Terentius Veſpa, Titium, ſtudioſe pila ludentẽ, & noctu ſigna ſacra frangere putatum; eum gregales eum in campum non veniſſe requirerent, excuſauit, quod eum brachiũ fregiſſe diceret. Cic. 2. de Oratore.

Terẽtius, filiorum octo pater, oppugnauit filii in adoptionem dati teſtamentum, & euicit. Valerius Max. lib. 7. cap. 7.

L. Terentius, comes contubernaliſque Pompeii Magni, patrẽ Strabonẽ interimere voluit, quod ne faceret, a filio callide, citra noxam tamen, præuentus eſt. Plutarchus in Pompeio.

Cn. Ter. Senator Cicerone Coſ. Saluſtius in Catilina.

Q. Terentius, Pontifex, tempore Ciceronis. Idem in de Haruſpicum reſponſis.

¶ P. Terentius Hiſpo, commendatur a Cicerone, vt familiaris P. Silio epiſtolarũ 13. Eiuſdem meminit ad Att. li. 11. epiſt. 10.

Ser. Terentius, pro amico D. Bruto mori voluit, ſed agnitus, ſeruatus eſt. Valerius Maximus 4. cap. 7.

¶ M. Terentius Corax, ſubito mortuus, dum tabellas ſcribit in foro. Plin. 7. c. 53.

TERENTIA Ciceronis, 93. vitæ annum expleuit: Val. Max. 8. c. 14. Plinius 7. capite 48. 117. annos vixiſſe tradit. Repudiata a Cicerone, nupſit Saluſtio, inde Meſſalæ Coruino. Hieronymus contra Iouinianũ: *Illa coniunx egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauſerit ſapientiam, nupſit Saluſtio inimico eius, & tertio Meſſalæ Coruino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentia deuoluta eſt.* De Terentia flebiliter Cicero ad Attic. 12. p. 454. & lib. 11. *De Terentia*, inquit, *auditum ex Philotimo, eam ſcelerate quadam facere.*

L. Terentiũ ex Africa diſceſſiſſe ſcimus, Pæſtumq; veniſſe, &c. Dicitur per Naſidiũ emiſſus. Cicero ad Attic. 11. epiſtola 17.

¶ C. TERENTIVS VARRO, natus patre lanio, proclamando pro ſordidis hominibus, cauſisq; aduerſus rem & famam bonorũ, non Quæſtura modo enituit, ſed & duplici Ædilitate, plebeia & curuli & Prætura perfunctus, Conſulatũ aſſecutus eſt, homo temerarius & cladis Cannenſis auctor. Cui poſt fugã in vrbẽ reuertenti actæ gratię ſunt, quod de Republica nõ deſperaſſet, & Dictatura oblata. Liuius Dec. 2. & alii; item Val. Max. li. 3. c. 4. li. 4. c. 5. Frontinus 4. c. 5.

A. Terentius Varro, Prætor an. DLXX. ouauit biennio poſt ex Hiſpania.

M. TERENTIVS VARRO, doctus ille, ſynchron' Ciceronis, militauit ſub Põpeio bello Piratico, a quo & corona nauali donatus eſt. Per idẽ tẽpus cũ Corcyræ eſſet exercit', ac claſſis & oẽs domus repletæ eſſent ægrotis ac funeribus, immiſſo feneſtris nouis Aquilone, & obſtructis peſtilentibus, ianua-

que

que permutata, cæteraque eius generis diligentia, ſuos comites ac familiam incolumes reduxit. Auctor ipſe Varro lib. 1. de re ruſtic. cap. 4. Eiuſdem in bello ciuili legatus Põpeii in Hiſpania fuit. Proſcriptus a Triũuiris, apud Fuſium Calenũ delituit, donec vitam impetraret. Vixit annis plus minus 100. Huic vni viuẽti imago ab Aſinio Pollione in Bibliotheca, quæ prima in vrbe publicata fuit, poſita eſt. Honorificũ illi eruditionis & litteraturæ teſtimoniũ tribuit Cicero in Academicis quæſtionibus. Itẽ Val. Max. li. 8. c. 7. *Terentius Varro*, inquit, *humanæ vitæ exemplũ, ætatiſq́ ſpatiũ nominandus: non annis, quibus ſeculi tempus æquauit, quam ſtylo viuacior fuit. In eodẽ enim lectulo & ſpiritus eius & egregiorũ operũ curſus extinctus eſt.* Sed & Auguſtinus noſter tam multa illum legiſſe ſcribit, vt mirum ſit, aliquid ſcribere potuiſſe: rurſum tam multa ſcripſiſſe, quã vix quenquam legere poſſe, veriſimile ſit. In cæteris reliquit antiquitatũ ſeu diuinarũ & humanarum rerũ libros 42. Scripſit etiã de gẽte populi Rom. de bibliothecis, de vita ſua. Vxorem habuit Fũdaniam nomine, de qua ſupra. ¶ De coronæ naualis honore eius Fragm. Sex. Pomp. p. 11. Itẽ Plin. lib. 3. c. 11. lib. 7. c. 30. lib. 16. c. 4. Scriptorũ eius fragmenta, ſumma diligentia e veteribus auctoribus a Roberto Stephano collecta, ſuperioribus annis Henrici Stephani typis prodiere. De quorũ ſcriptorum vi ipſe explicans: *Vereor*, inquit, *ne plures ſint futuri, qui quod nimiũ multa ſcripſerim, reprehendãt, quam quod reliquerim quædam, accuſent.*

Terentius Varro, poſtulatus eſt repetũdarum ex Aſia ab App. Claudio, adoleſcẽte nobili, apud L. Furiũ Prætorem, deinde apud P. Lentulum Suram, abſolutus autẽ opera Hortenſii, datis iudicibus tabulis, quę ceras diſcolores haberent. Aſconius in diuinationem Ciceron.

A. Terentius Varro Muræna, collega Auguſti Cæſaris in II. Cõſulatu, in eo magiſtratu mortuus eſt, ſuffectuſque illi Piſo, adoptatus fortaſſis ex gente Licinia.

P. Terentius Varro Ataeinus, ab Atace, vico Narbonẽſis Galliæ, vbi natus eſt, Poeta, ſcripſit Argonautica libris 4. & Epigrãmata. Celebrauit & carmine amicam Leucadiam. Maria Cataneus hunc eundem facit cum M. Terentio docto illo, ſed prorſus indocte. Eundem P. eſſe Varronem arbitror, cuius bellum Sequanicum citatur a Priſciano lib. 10.

TERENTIA, Mœcenatis vxor, alia ab illa Ciceronis. Hãc perdite amauit Mœcenas, poſtea tamen repudiauit, cuius deſiderio mœrentem, diu ſomno caruiſſe tradunt, vt huc referendum ſcias, quod de illo ſcribit Plini[*]. De hoc diuortio, & donatione facta, vt ad ſe reuerteretur, fit mentio ff. 24. tit. 1. l. 64. Dion Murænæ ſororẽ fuiſſe ſcribit, qui in Auguſtum conſpirauit, & adamatam ab Auguſto, vnde & Mœcenas in gratia apud Auguſtum tepeſcere cœperit.

Terentius Varro, ſub Auguſto, vt videtur, Salaſſos domuit. Strabo lib. 4.

¶ Terentius Lẽtinus, Eques Rom. ſub Nerone lege Cornelia damnatus. Tac. 14.

Terentius Libo, memoratur a Donato ex Suetonio, & videtur de eodem loqui Varro lib. 5. de ling. Lat.

¶ Terentius Priſcus, a Martiale celebratur tanquam Poetarũ præſidiũ lib. 8. & 12.

¶ Terẽtius Rufus, cũ Tito in oppugnatione Hieroſolymorũ fuiſſe memoratur Ioſepho lib. 7. c. 20. & Hegeſippo lib. 5. c. 49.

¶ Terentius Maximus, Domitiani in Bithynia procurator.

¶ Terentius Iunior, celebratur a Plinio in epiſtolis, & maxime lib. 7. vbi ſtudia eius commendantur.

¶ Terentius Gentianus, inuiſus Hadriano fuit, q ipſum a Senatu tanquã futurum Imperatorem diligi videret. Spartianus.

Genciano (an Terentiæ familiæ neſcio) reſcribit Alexander Imp. 9. Cod. tit. 51. Idẽ, opinor, Conſul fuit anno V.C. DCCCCLXIII.

¶ TERENTIVS SCAVRVS, nobilis Grãmaticus Diui Hadriani temporibus, compoſuit quædam de Ceſelli Vindicis erroribus. Gellius 11. c. 15. Huius filiũ, eiuſdẽ cognomenti Grammaticum, auditũ a Vero Imp. Capitolinus refert. Eiuſdẽ fortaſſe eſt ſcriptũ de Orthographia, quod vulgo circumfertur typis excuſum.

¶ Terẽtius Clemẽs IC. ſub Marco Philoſopho. Citantur eius libri 8. ad legem Iuliã Papiam Pand. 23. de ritu nuptiarũ, & Pandect. 28. de hæred. inſtituẽdis l. 70. Scripſit item ad leges libros 20.

Terentio reſcribitur ab Alex 8. C. tit. 45.
Terentio ab Ant. A. 6. C. tit. 3. (tit. 23.
Terẽtię ab AA. & CC. 3. C. tit. 12. & 6. C.
Terentia Flauola V.V. Maxima. Inſcript. ant. pag. 249.

C. Terentio C. L. Pamphilo C. Terentio C. L. Rufioni Terentius C. libertus. Ibid. pag. 306.

A. Terentius A. L. Fœlix. 313.

Terentia Valentiniana 183.

C. Terentius Philetus. 14.

C. Ter. Denter. 254.

Terentius, Tomitanus Epiſcopus, Nicephoro lib. 12. capite 13.

¶ M. Terentius Aſclepiades, citatur in Catalogo Medicorum.

C. Terentius Oneſimus & C. Terentius Vrſus F. Inſcript. ant. pag. 22.

L. Terentius Acutus Conc. Aug. L. Terentio Optato filio Conc. Terentiæ Saturninæ L. Vxori Caſsiæ L. Luciano lib. Pudentis libertæ. Citatur Scardeonio pag. 68.

¶ P. Terentivs Afer, Comicus, Terentii Lucani Senatoris libertus, teſte Donato. Euſebius de eo ita: *P. Terentius Carthaginenſis, Comœdiarum ſcriptor, ob ingeniũ & formã libertate donatus, moritur in Arcadia: qui primam Andriam antequam Ædil. lib. venderet, Cæcilio multũ ſe miranti legit.* P.ura de vita eius idem Donatus.

¶ L. Terentius Fregellanus, & ipſe Comic' & libertus, auctorib. Metio & Donato.

¶ M. Terentius Varro Gibba, defendit cum Cicerone Saufeium, ſociũ Milonis in occidendo Clodio. Aſcon. 11. Neſcio doctus ne Varro hic ſit, an alius.

¶ C. Terentius T. F. Terent. patricia gẽte Rom. ortus, militauit ſub Cæſare in Hiſpania, ibiq; interiit. Vide Inſcript. ant. p. 11.

L. Terentius Verus & L. Terentius Verinus. Ibidem pag. 445.

¶ Terentius Victor, ſynchronus Iuliani I C. deceſſit relicto hærede fratre ſuo. Vlpianus ex auctoritate Iuliani, Pand. 19. de act. empti & venditi.

¶ C. Terentius Arſa, Trib. pl. ann. V. C. ccxcii. ad populum tulit de legibus Conſulari imperio præſcribendis. Liuius 3.

¶ L. Terentius Fraternus. Inſcr. ant. p. 21.

P. Terentius Felix. Ibid. pag. 123.

C. Terentius C. F. Mercator pag. 74.

Ter. Exſoninus Ter. F. 475. Puto ad Tertios pertinere.

¶ Terentianvs, Grammaticus, cuius opus extat de litteris & ſyllabis.

Terentianus, Epiſcopus & Martyr apud Tudertum ſub Hadriano.

Terẽtiano reſcribit Ant. A. 4. C. ti. 52. & 65

¶ Termvtia olea citatur Macrobio. Neſcio an gentis nomen ſit, vt Sergiana.

TERTII.

T. Tertio Seuero A. L. Auenticenſes, ob eius erga ſe merita donum poſuiſſe, teſtatur vetus inſcriptio Wilerii in Heluetiis, auctore Beato Rhenano. Vide inſcript. antiq. pagina 454.

Tertia Seruilia, Seruiliæ Catonis filia, de qua eſt iocus Ciceronis: *Quo melius emtum ſciatis, Tertia deducta eſt.*

P. Tertius, commentator Vergilii, citatur apud Macrob. 3. cap. 7.

Tertio reſcribunt Seuerus & Anton. 5. Cod. tit. 47. & ſeorſim Ant. 7. Cod. tit. 1.

TERTVLLI.

Tertullus, Eques, cuius filiam T. Cæſar vxorem duxit. Suetonius.

¶ Tertullus Cornutus, collega Plinii in præfect. ærarii & Cõſulatu. Plinius in epiſt. Vir grauis & ſanctus. Idem & Æmiliæ viæ curator fuit.

Tertulli & Maximi Conſulatus meminit Vlp. Pand. 48. ad legem Iuliã de adulteriis l. 29. Glareanus Tertullo Clementem iungit ſub Seuero. Citatur 2. ff. 27. tit. 9. l. 1.

Tertullus, adulter in vxore Antonini, deprehenſus aliquãdo prandens cum illa. De quo mimus in ſcena quærenti ſæpius adulteri nomen, *Iam tibi dixi, Tertullus dicitur Capitolinus.* Hic puto eſt, quem conſulem habuit cum Sacerdote annus DCCCCX.

Tertullum, virum grauem & Philoſophum, Ædilem futurum clamaſſe in auribus ciuitatis, inter cætera ſui magiſtratus officia ſibi Floram matrem ludorum celebritate placandam, Auctor D. Auguſtinus.

¶ Tertullo Scapulæ reſcripſerunt D. Marcus & Cõmodus AA. teſte Marcello Pand. de off. præſidis.

Ad Scapulam, præſidem Carthaginis, fors Tertullum, extat liber Tertulliani pro Chriſtianis.

Tertullus, præf. vrb. ſub Conſtantio A. & Iuliano. Ammianus 21. dedit illi ſucceſſorem Iulianus Maximum, F. ſororis Rufini Vulcatii.

Tertullus, Conſul ſub Honorio anno MCLXIII. quo anno Roma a Gotthis capta & direpta eſt. Oroſius 7. cap. 42. de Attalo Tyranno loquens: *Nec mirum*, inquit, *ſi iure hac pompa miſer luſus eſt, cuius ille vmbratilis Conſul, Tertullus, auſus eſt in curia dicere: Loquar vobis Patres Conſcripti, Conſul & Pontifex, quorum alterum teneo, alterum ſpero, ſperans abeo, qui non habebat ſpem*, &c. Blondus hunc Tertullum Patricium virũ fuiſſe, & arrepto imperio, paulo poſt a Romanis, Honorio ſtudentibus, occiſum eſſe ſcribit.

Tertullus, Senator, pater Placidi Monachi, & diſcipuli D. Benedicti.

Q. Ter-

Q. Tertullo, præſidi prouinciæ Myſiæ inferioris, reſcripſerũt Antoninus & Diuus pater. Pand. 49. de captiuis & poſtliminio reuerſis.

O. Tertull. F. O. Tertullus & Aurel. amannis. parent. po. Inſcript. ant. 362.

Tertullo reſcribũt AA. & CC. 4. C. ti. 20.

Tertullus, Orator Iudæorum aduerſus Paulum. Act. 24.

Tertulla, vxor Caſſii alicuius. Id innuere videtur Cicero 14. ad Atticum epiſt. 14.

¶ Tertvllianvm S. C. factũ temporibus D. Hadriani, quo matres filiis, inteſtato morientibus, ſuccedere permittuntur.

Tertullianus I C. 4. libros quæſtionum, & 1. de caſtrenſi peculio compoſuit. Riuallius Conſulem fuiſſe, & ab eo S. C. Tertullianum nominatum putat, quod mihi neutiquã probatur. Reſcribit ei Conſtantinus A. librũ 4. quæſtionũ citat Sex. Põponius ff. de acquirend. vel omittend. hæred. l. 30.

C. Tertullianus Quintulus. Inſcript. ant. pagina 168.

Tertulliano reſcribit Conſt. 8. C. tit. 4.

¶ Tetrici, pater & filius, ambo in 30. Tyrannis cõnumerati, victi ab Aureliano, ſeruatique, & in triumpho ducti. Pater etiã rector Lucaniæ factus eſt. Addit Pollio, domum illorum extare in monte Cælio inter duos lucos contra Iſium Metellinum.

Tetricus, Epiſcopus Lingonenſis, interfuit Concilio Aurelianenſi quinto.

¶ Tetrilivs Rogvs, nominatur a Cicerone lib. 4. Acad. quæſt.

¶ Tetrinivs Gallus, Senator, quod repente oculis captus eſſet, inedia mori deſtinauit: verum Auguſti conſolatione permotus, ſententiam mutauit. Suetonius in Auguſto. Quidam libri Tetrinius habent.

T E T T I I.

Tettii in clientela Claudiorum erant. In Valerio, excuſo Moguntiæ ann. 44. Tectii vocantur.

C. Tettius, accenſus C. Neronis, præſidis Aſiæ. Cicero 2. in Verrem.

¶ M. Tettius Damio, memoratur Ciceroni ad Att. 4.

C. Tettius infans, matre Petronia natus, ab Auguſto in bona patris, a quo facto teſtamento præteritus erat, ire iuſſus eſt. Valerius Maximus 7. cap. 7.

Sex. Tettius, videtur citari a Cælio ad Ciceronem epiſt. 8. teſte Manutio.

Oppius aduentat, comes eſt quoq; Tettius illi.
Vers᷒ eſt Terẽt. de mutis duplicatis agẽtis.

Cn. Tettius Q. F. refertur in legẽ ædificantium apud Georgium Fabricium.

T. Tettius. Inſcript. ant. pag. 107.

C. Tettius Chreſimus, refertur Fabricio in Antiquitatibus pagina 42.

¶ Theodoro reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 57.

¶ Theodosivs I. & II. AA. De hac familia Carolus Sigonius de imperio occident. & Onuphrius Panuinius.

¶ Theophanio reſcribũt AA. & CC. 4. Cod. Si certum petatur.

¶ Theophilvs, Cõſularis Syriæ interemtus a Gallo Cæſare. Ammianus.

¶ Theopompvs, cum F. Criſpina, refertur Pand. 33. de dote prælegata. l. 14.

Theopompo reſcribit Phil. Imp. 4. Cod. titulo 28.

T H V S C I I.

Thuſcius Fuſcianus, Numidiæ legatus, ad quem extat cõſtitutio D. Pii, teſte Africano. ff. 7. & 30. & 37. de legatis præſtãdis.

Thuſciano, reſcribũt AA. & CC. 4. C. 35.

¶ Thvscenvs, homo ſordidus & furioſus, memoratur Ciceroni ad Q. fratrem 1.

¶ Tiberio reſcribunt AA. & CC. 5. Cod. tit. 12.

Tiberius Alexander, F. Alexandri, in Alexandria Arabarchæ, ſucceſſit Fado in procuratione Iudææ. Ioſephus Antiq. lib. 20. c. 3. De eodẽ Tacitus lib. 15. vbi illuſtrẽ Equitẽ Rom. nominat, & iterum Ioſephus de bello Iud. lib. 3. cap. 10. lib. 7. cap. 9.

¶ Tiberiano, Vicario Hiſpaniarum, reſcribit Conſtantinus 5. Cod. tit. 3.

L. Tiberiano reſcripſerunt Diui fratres Pand. de quæſtionibus.

Iunius Tiberianus, præf. vrbis ſub Diocletiano. Meminit eius in vita Aureliani principis Fl. Vopiſcus, vt qui ſibi eius Imperatoris res geſtas deſcribẽdas iniunxerit.

Tiberianus ſub Cõſtantino Prætor Gallias rexit, Hieronymo teſte, vir diſertus, quem Seruius ſcribit epiſtolam induxiſſe velut ab Antipodib. allatam, quæ haberet inſcriptionẽ: *Superi inferis ſalutem*, reciprocum de antipodibus argumentũ tractans.

¶ Q. Tiberilivs, Cẽturio ſub P. Scipione in Hiſpania, corona murali ab ipſo donatus eſt. Liuius 26.

¶ Tibvllvs Flaccus, citatur in comœdia Melenæ & item Helena, ex qua Fulgẽtius verſum hunc adducit:
Tune amare audes edentule & capularis ſenex.

¶ L. Tiburtius, refertur in mem. Capuæ ciuitatis hac inſcriptione: Q. Tiburtii Q. L. Menolani cultrarii oſſa hic ſita ſunt, pagina 130.

L. Tiburtius, Cæſaris miles in bello ciuili. Cæſ. comment. 3.

¶ L. Ticida, Eques Rom. Cæſ. partiũ in bello Africano, captus a C. Vergilio, & ad Scipionem deductus eſt. Comm. 5.

C. Ticida, Poeta, ſcripſit epigrammata. Amauit Metellam, quã ficto nomine Perillam appellat. Meminit illius Ouid. 2. Triſt.

Quid referant Ticidæ? quid Memmi carmen, apud quos
Nomen adeſt rebus, nominibuſque pudor.

In Tranquillo perperam pro Ticida Sigida legitur.

TICINII.

P. Ticinius Mena, primus tonſores in vrbem adduxit, anno V. C. cccclIV. auctore M. Varrone 2. de re ruſt. cap. 11. & Plinio 7. capite 59.

C. Ticinnius Minturnenſis, duxit de induſtria Fãniam, fœminam impudicam, vt eam dote ſpoliaret. Vide Plutarchum in Mario, Valerium Maximum lib. 8. cap. 2.

Pro Ticinia Cottæ dixiſſe & perorasſe ſe ſcribit Cicero in Bruto.

Ticinius Gallus, dux Sex. Pompei in bello Siculo, partibus eius profligatis, per Agrippam Cæſari ſe tradidit. Dioni lib. 49. Ticienus, Appiano lib. 5. Tiſien⁹ vocatur.

Q. Ticinius, amicus Ciceronis: ſic enim inquit ad Atticum ſcribens vltima epiſtola lib. 5. *Has a noſtro Q. Ticinio ſordes accepim⁹.*

¶ C. Tidius Strabo, partium Caſſii & Bruti. Cicero epiſtolarum 12.

Q. Tidii & matris eius Tutiæ, meminerunt Antiquitates Italicæ pag. 184.

TIGELLII.

C. Tigellius Norbanus, vir Quæſtorius, vt annotauit in 7. Ciceronis. Gyb. Longolius.

M. Tigellius Hermogenes, Sardus patria, Muſicus eximius, Cæſari Iulio primum, deinde Auguſto gratiſſimus, morib. tamen & vita flagitioſus, quem Cicero ad Fabium Gallum ſcribens, patria ſua peſtilentiorem ait eſſe, rećteque notatum a Caluo Licinio Hipponacteo præconio. Eſt enim huius in illum iambicus ſcazon:

Sardi Tigelli putridum caput venit.

Cauſam diſſenſionis inter ſe & illum narrat ibidem Cicero, & præterea ad Atticum libro 13. epiſtola 47. Notatur idem Tigellius ab Horatio 1. Serm. Sat. 3.

---- Sardus habebat
Ille Tigellius hoc, &c.

¶ Fl. Timasius, de altiſſimo dignitatis gradu præcipitatus, Aſcæ vixit inglorius. Sic D. Hieronymus ad Heliodorũ de morte Nepotiani. Meminit eius calamitatis, ſimul etiam patris & fratris, Symmachus in Epiſtolis, etſi perperam illic Themeſius legitur. Geſſit Conſulatum cũ Promoto ſub Theodoſio Magno an. V. C. MCXLII. Nicephorus Hiſt. Eccleſ. ducem clariſſimum vocat, qui Tyrannidis affectatæ reus factus ab Eutropio, deportatus ſit Oaſin ad perpetuum exilium, vxoremque illi fuiſſe ſcribit Pentadiam. De eodem Suidas Τιμάσιος.

¶ Timocrati reſcribit Gord. A. 4. C. tit. 14. de pignoribus.

¶ T. Tinca Placentinus, homo dicax, & qui cum Q. Granio præcone certare ſolitus fuit. Cicero in Bruto.

¶ Q. Titatius Varus, ſingularis animi & prudentiæ vir, præf. equitum ſub Cæſ. in Galliis. Comm. 8.

¶ Titidius Labeo, cum vxore Veſtilia, refertur Tacito lib. 2.

TITII.

¶ Titiana pira memorantur Macrobio lib. 3. cap. 19.

M. Titius, Prætor anno V. C. DCX. Ser. Sulpitio Galba L. Aurelio Cotta Coſs. aquam in vrbem perduxit, quæ ab auctore ſuo Martia dicta eſt. Frontinus in de aquæductibus. Apparet illum Martiæ aquæ ductum collapſum reſtauraſſe.

C. Titius, Orator, de quo eſt apud Ciceronem in Bruto. Eiuſdem fere temporibus (loquitur de C. Claudio Pulchro) fuit Eques Rom. C. Titius, qui meo iudicio eõ perueniſſe videtur, quo potuit fere Latinus Orator ſine Græcis litteris, & ſine multo vſu peruenire. Huius orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habent, vt pene Attico ſtylo ſcriptæ eſſe videantur. Eaſdem argutias in tragœdias ſatis quidem ille acute, ſed parũ tragice tranſtulit, &c. Hic ſuaſit legem Fãniam, cuius quædam verba citat Macrobius, qui eũ ætatis Lucilianæ fuiſſe ſcribit.

Titius, equitum præf. ſub L. Piſone bello fugitiuorum in Sicilia, quod circumuentus ab illis arma tradidiſſet, multis variiſque

ignominiis

ignominiis a Conſule notatus eſt. Vide Valerium Max. 2. cap. 2.

Sex.Titius,Trib.pl.ſeditioſus M.Antonio Conſule, cōtra quē idem M.Antonius poſtea teſtimonium dixit. Cic. 2. de Orat. Idem cum ſe Caſſandrā eſſe diceret: *Multos,* inquit Orator ille, *poſſum Aiaces tuos Oileos nominare.* Ibidem. Fors idem eſt,qui ob imaginē Saturnini,quā domi habebat,damnatus eſt, auctorib. Cicerone pro C.Rabirio,& Valer. Max.lib.8.cap.1. Ab eodem dictum eſt ſaltationis genus,Titius,de quo M. Cic. in Bruto: *Sex. Titius, homo loquax ſane & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & mollis in geſtu,vt ſaltatio quædā naſceretur,cui ſaltationi Titius nomē eſſet. Ita cauendū eſt,ne quid in agēdo dicendoue facias,cuius imitatio rideatur.*

Q.Titius,non obſcurus inter Romanos ciues,qui in Græcia negotiatentur. Plutarchus è Syllæ commentario decimo.

M.Titio M.F.præf.claſſis Cos.deſig.patrono honoris cauſa. Sic eſt apud Manutium in orthographia in voce, Negotium.

¶ L.Titius Strabo, Eques Rom. Cicero epiſtolarū 13. Sic malo legere,quā quomodo vulgati Codices habēt,L.Titio Strabo.

C.Titius Strabo,commendatur a Cicerone C.Caſſio lib.12. etſi male,vt opinor, pro Titio Tidius legitur.

C.Titius quidam, duos filios amiſit bello ciuili Pompeiano, quem conſolatur Cicero epiſt. 5. Hunc eſſe puto C. illum Titium L. F. Rufum, ad quem in eius Prætura vrbana ſcripſit Cicero lib. 13.

T. Titius T.F. legatus,opinor, Cæſaris. Cicero ibidem.

M.Titius, militauit ſub Cæſare in Galliis. Miſſus ab eodē ad Ariouiſtum, & captus, victo illo a Cæſare, receptus eſt. Com. 1. Produxit vitam vſq; ad Triumuirorū tempora. A quib. proſcriptus,profugit ad Sex. Pompeium In Siciliam. Dion lib. 48.

C. TITIVS, legatus Antonii,natus ſorore Planci Oratoris, Sex. Pompeiū occidit,cui in tantum durauit hoc facinore cōtractum odium, vt mox ludos in theatro Pompeii faciens,execratione populi, ſpectaculo quod præbebat, pelleretur. Paulo ante bellū Actiacum ab Antonio ad Cæſarem profugit. Paterculus. Fors idem C.Titius legatus fuit Dolabellæ, quem Cicero epiſtolar.12.cum Sex.Mariōa claſſe deſcedentē fugiſſe ſcribit Per Pompeiū facta pace cum Triumuiris, patriæ reſtitutus eſt. Dion M. vocat, & de hiſtoria eius diſertius explicat lib.48.& ſeq. Ab eodē inter ingratitudinis exēpla cōmemoratur. Nam Menæ opera a Sex.Pompeio captus vitāq; donatus, eundem ipſe poſtea captū necauit.

Titius quidam Syriæ præfuit, cum quo collocutus Phraates, Parthorum rex, ſigna Craſſis adempta reddidit, & 4. filios obſides Cæſari dedit. Strabo 12.

P. Titius,Trib.pl. Hirtio & Panſa Coſſ. Cicero epiſtol. 10. Appianus 4. Is ingreſſus vrbem Triumuiris,legem tulit, Conſulatū Triumuirorum conſtitutione in quinquēnium vacare debere. Neſcio an idem fuerit P.Titius,qui Prætor anno proximo collegæ magiſtratū abrogauit propter diſſenſiones,ante annum mortuus, id quod prodigii loco habitum eſt. Iulius Obſequens.

Titius, Poeta, de quo Horatius libro 1. epiſt. 3. Plura de eo Porphyrio interpres.

¶ De Titio Sabino, comite Germanici vide Tacitum 4.

¶ Titius Maximus exeuntem de theatro Carpathiū rogauit, an ſpectaſſet? Non, inquit ille,ſed in orcheſtra pila luſi,dubitationem rogantis reſpondendo ſtultiorem efficiens. Fabius 6. cap. 4.

¶ Litius Montanus VII.vir, Ædilis II. reperitur in memoriis municipii Ticini.

Titius quidam, Prætura functus, marmorei ſigni faciem habuiſſe traditur, propter vitiligines, M. Varrone teſte. Vide Plinium 31. cap. 2.

L.Titius,Trib.mil. in legione Vernacula tempore belli ciuilis. Hirtius commentario 4.

¶ Titius Rufus ſub Caio periit, hoc ſolo nomine, quod dixiſſet, *Senatum alia quidē ſcire,ſed alia pronunciare.* Dion 58.

Fauſtus Titius liberalis VI.vir Aug. Inſcript.ant. pag. 203.

M.Titius M. F.cl. Ibidem pag. 371.

P. Titius Finitus V. F. pag. 402.

Sex. Titius Duumuir cum L. Geminio ſub Auguſto, pag. 315.

Titius quidam vt Clodianus proſcinditur a Cicerone de Haruſpicum reſponſis: nominat enim illius aſſeclas Gellios, Clodios & Titios.

M. Titius, refertur Dioni lib. 50. inter duces Auguſti,qui in bello Actiaco cū Statilio Tauro equitatū Antonii pepulit. Conſulatū geſſit ſub Auguſto, ſuffectus cum ille Conſulatu 3. ſe abdicaſſet. Idem lib.48.traditur captus a Sex. Pompeio, F. eius Titii, qui apud Pompeium tum militaret.

Titio reſcribunt AA. & CC. 9. Cod. titulo 4.

Titius Zoſimus. Inſcript. ant. pag. 340.

¶TITIANVS, tempore Auſonii Poetæ claruit, a quo in carmine ad Probum, præf. prær. fandi artifex appellatur, titanturq; ab eodem illius apologi. Scribit huic & Ambroſius, vt opinor, epiſtolarum 7.

T. Titianus leg. Augg. G. N. N. pr. pr. C. V. Proconſul Africæ &c. Vide Inſcriptiones ant. pag. 17.

Titiano reſcripſit D. Pius Pand. 25. de liberis agnoſcendis.

Titianus, vir eloquens, præfecturam Prætorii apud Gallias adminiſtrat ſub Cōſtante. Hieronymus.

Titianus Primus, refertur a Paulo Pand. Quod cum eo &c. l. 8.

Titianæ, cuius maritus fuit Claudius, certe ex illa pater fuit, reſcribunt fratres. 5. Cod. tit. 25. de liberis alendis.

Titiano reſcribit Gordianus Imperator 9. Cod. tit. 47.

TITINNII, qui plebeii fuere.

M. Titinnius, Trib. pl. mox a Decemuiratus abrogatione.

Sex. Titinnius, Tribunus pleb. an. V. C. CCCXVI.

P. Titinnius, Tribunus militum Conſ. poteſt. CCCLV.

¶L. Titinnius Longus, Trib. mil. Conſ. poteſt. anno ſequenti.

P. Titinnius, legatus L. Furii Purpurionis, Prætoris ann. V. C. DLIV.

M. & C. Titinnii, Tribuni pleb. anno V. C. DLXI.

¶M. Titinnius Curuus, Prætor anno V. C. DLXXVI.

Cn. Titinnius, Eques, M. Druſo Trib. pl. reſtitit. Cicero pro Cluentio.

Q. Titinnius, vnus ex numero iudicum, cum Cicero Verrem accuſaret, fr. germanus C. Fannii, Equitis Rom. Cicero in Verrinis. Fors idem eſt, qui filium Pontium Titinnianum orto bello ciuili miſit ad Cæſarem contra Pompeium morantē Brunduſii, vt refert Cicero ad Atticum 9. epiſt. 4. in fine, & duodecima, & in fine eius libri.

Titinnius, partium C. Caſſii, & in eius exercitu Centurio, quem ille profligatus ab Antonio, ſpeculatum, quo in ſtatu res Bruti eſſent, miſit. Idem mortem ſibi conſciuit, cum imprudentia & cunctatione ſua Caſſio cauſam mortis præbuiſſet. Valerius Max. 9. cap. 9. Appianus 4. Plutarchus in Bruto.

¶Titinnius Capito, cōmendatur a ſtudiis apud Plinium 8. ad Minutianum, ſimiliter lib. 1. ad Titianū, quod conſenſu principis L. Syllano ſtatuam poſuiſſet, & clarorum virorū imagines domi haberet, quodque illuſtriū virorum exitus componeret. Lactantius tradit, illum ſpectaculorū libros ſcripſiſſe. Citatur Titinnius alius ab hoc (quippe vetuſtior) apud Nonium in Gemina, Veliterna, Fullonibus, Barbato, Priuigno, Setina, Præliis &c. De eodem paſſim Sex. Pompeius. Fragmenta eius habet Robertus Stephanus.

Titinnii aliquot, vt Abaſcantus, Tertius & Euchariſtus, referuntur Inſcrip. ant. pagina 346.

Abaſcanto cuidā, neſcio cuius familiæ (nam in cōpluribus reperiuntur) reſcribunt Seuerus & Antoninus Auguſti 7. Co. tit. 8.

C. Titinnii meminit Siſenna Hiſtoriarum 4. his verbis: *C. Titinnius quidam, cui minus proprietas metus ab natura tradita videretur, primo ante teſtudinem conſtitit. Deinde apud Conſulem cauſam atque excuſationem præferre cœpit.* Citantur hæc apud Nonium in voce, *Teſtudines*.

¶TITVLLVS, notatur a Martiale vt auarus & ſordidus lib. 8.

TITVRII.

M. Titurius Rufus, cum mentione Titurìæ familiæ, memoratur Ciceroni epiſtolarum 13.

Q. Titurius Sabinus, Cæſaris legatus in Galliis, cæſus ab Eburonibus, Com. 5.

Titurius Robuſtus, pręf. vrbi ſub Probo.

¶C. TOGIONIVS Gallus, Senator, Tacito libro 5.

¶C. TOGIONIVS Cupitus. Inſcript. ant. pag. 409.

¶TONGILLVS, cauſidicus Iuuenali Satyra 7.

¶TORIBANDO, Duci Meſopotamiæ, reſcribunt Gratian. Valentin. Theodoſ. 4. Cod. tit. 40.

TORANNII.

C. TORANNIVS, tutor Cæſaris Auguſti, & collega patris in Ædilitate, proſcriptus tamen ab eodem. Sueton. in Aug. & App. 4. Hunc eſſe opinor, quē Oroſius virum Prætoriū vocat 6. cap. 18. cuius F. C. Toran-

Torannius, cum eſſet apud Antonium, pro patre deprecari non ſuſtinuit, poſtea furti damnatus. Val. Max. 9. cap. 11. Appian. 4.

C. Torannius, præfectus annonæ decedente Auguſto, teſte Corn. Tacito lib. 1. Hunc eſſe opinor, quem Ouidius inter Tragicos vates citat.

Torannius quidam exactæ diligentiæ ſenex fuit. Huic poſt annum 90. procurationis vacationem vltro C. Cæſar indulſerat. At is moleſte ferens, componi ſe in lecto, & velut exanimem a circumſtante familia plangi iuſſit. Lugebat domus otium domini ſenis, nec finiuit ante triſticiam, quam labor illi ſuus reſtitutus eſt. Seneca de breuitate vitæ in calce libri.

¶ TORANNIVS Gracula, genitus in Africa, citatur Plinio in procemio tertii & alibi.

Torannius, Pompeianus exul ſub Cæſare. Extant ad hunc epiſtolæ Cicer. lib. 6.

Torannia Spes, vxor Q. Plotii Q. F. Quir. Romani. Inſcript. ant. pag. 103.

Torannius, miſſus a Metello, cæſus eſt cum toto exercitu a Q. Sertorio. Plutar.

Torannius, Mango, per occaſionem admirandę ſimilitudinis duos pueros vendidit M. Antonio, iam Triumuiro, pro geminis, cum gemini non eſſent. Plinius 7. cap. 12. Eiuſdem Symphoniacis delectatus inter cœnam Auguſtus, donauit eos frumento, quum alios auditos ſoleret largiter donare nummis. Poſtea cum illos requireret, excuſans Torannius: *ad molas*, inquit, *ſunt*, exprobrans illi frumentarium munus. Macrobius 2. qui illum Turonium Flaccum vocat.

TORII.

¶ T. in voce hac aſpirandum, docet Manutius, & conueniunt Notæ Fului Vrſini in opera Ciceronis pagina 24.

Sp. Torius, ſatis valuit in populari genere dicendi, is qui agrum pub. vitioſa & inutili lege vectigali leuauit. Cicero in Bruto. Lex hæc Toria citatur Ciceroni 2. de Orat. Appianus lib. 1. bell. ciuil. ſcribit, hũc in Tribunatu diuitum agros, ex publico occupatos, quos Gracchi reſtitui diuidiq; volebant, populo lege lata vectigales feciſſe, quod eſt Ciceronis ſententiæ contrarium. Apud eundem corrupte pro Torius, Borius legitur.

¶ L. Torius Balbus Lanuuinus, homo impenſe voluptarius, & tamen eius animi, vt pro repub. in acie ſit interemptus. Cicero 2. Finium. De hoc eſt inſcriptio apud Manutium in Orthographia.

¶ Toria Agrippina, refertur Inſcript. ant. pag. 358. nempe ſic: Toriæ Agrippinæ Nigidius Capito maritus parui temporis.

T. Torius Italicenſis ex Hiſpania, bello ciuili cum eſſet Cæſaris miles, ſeceſſionem cum exercitu a Q. Caſſio Cæſaris partium duce, & Proprætore Hiſpaniæ, fecit. Vide Hirtium Comment. 4. de bello Alexandrino.

¶ TORVLVS, nominatur Appiano libro 5. in partibus Caſſii & Bruti. Puto eſſe Turulum, cuius meminit Cicero epiſt. 12.

TOXOTII ſeparatim poſiti.

Toxotios Capitolinus in Maximo ad gentem Iuniam pertinere indicat.

Toxotius, Senator, Iuniam Fadillam, Antonini proneptem, cum eiuſdem familiæ eſſet, vxorem accepit, deſponſam antea iuniori Maximino. Periit poſt Præturam, cuius etiam poemata extant. Spartianus in Maximino iuniore.

¶ Q. TRABEA, Comicus, quem citat Cicero 2. de Finib. & Tuſcul. 4.

¶ TRACHALI Ariminenſes, Septitiæ filii. De his Valerius Max. lib. 7. cap. 7.

TRAIANI.

¶ Traianus, vir generoſus tum manu tum animo, excæcatur ob neſcio quam offenſionẽ a Traiano Cæs. Qui cum eo tempore, dum in Parthos cogitat, in eum incidiſſet, tactus viri commiſeratione, eo ipſo in loco de nomine ipſius vrbem condi, & Traianopolim vocari iuſſit. Vide Curopalatem pag. 148.

Traianus, magiſter militum ſub Valente. Trip. 8. cap. 6.

Traianus, vir clarus & Senatorius, canitie & prudentia multos antecellens, legatus mittitur ad Choſroem, regem Perſarum, ſub Iuſtino & Tiberio. Nicephorus.

Traianus quidam in Gotthicis bellis ſuper oculi dextram partem ſic vulneratus eſt, vt adactum ſpiculum, dilapſo ligno occultaretur omnino, nec ille vim doloris vllam perſentiſceret, quin anno demum 5. citra moleſtiam promi ſpiculi ſummum cœpit, atque inde amplius emergens, liberum denique Traianum comparebat relicturum. Cælius 11. cap. 13.

Traianus, Patricius, floruit ſub Iuſtiniano Rhinotmeto. Scripſit opus Chronicon eximium, vir valde Chriſtianus & orthodoxus. Suidas.

¶ Tratorivs, Cicero epiſtolarum 12.

Tratotia Seuera, L. Octauii Seueri coniunx. Inſcript. ant. pag. 330.

TREBATII.

Trebatius, Samnitum dux in bello ſociali. Appianus.

¶ C. Trebatius Testa I C. Cæſari a Cicerone commendatus, ad quem ſunt epiſtolæ libri 7. Vide ibidem annotationes noſtras.

¶ C. Trebatius Rufio, legitur Romæ in lapide ad portam Latinam, teſte Paulo Manutio. Vide C. Vibius. Hic eſt, opinor, cuius meminit Cicero famil. 7. ad Trebatium Teſtam ſcribens.

¶ Trebatius Sergianus ſub Hadriano, cui ſcripſit ille, vt eſt in Pand.

¶ Trebatius Scæuola, alius a Trebatio Teſta, quemadmodum patet ex 9. ad Att. libro epiſtola 19.

Trebatii, Scæuolæ ne an Teſtæ dubito, meminit prima epiſtola lib. 10. Teſtæ eodem lib. 10. epiſt. 12. & 13. & lib. 9.

¶ Trebatio Marino reſcriptum, merito patrem eum nolle alere, qui eum detulerat. Pand. lib. 25. tit. 3. l. 5.

¶ Trebatius Germanus legatus de impubere ſeruo ſupplicium ſumſit, quod domini cædem, ad cuius pedes cubuerat, non prodidiſſet. Pand. lib. 29. tit. 5. l. 14. vbi tamen pro Germanus legendum Germanici, vt in quibuſdam libris Trebius legitur, non Trebatius.

TREBELLII.

Q. Trebellius, Hernicos deuicit, vnde illi ſtatua poſita ante Caſtoris. Cic. Philipp. 6.

M. Trebellius, datus arbiter a Sex. Næuio, diſceptante cum P. Quintio. Cicero pro Quintio.

L. Trebellius, Trib. pl. ferenti legem Gabinio, qua Pompeio aduerſus piratas bellum mandabatur, aliquandiu interceſſit. Vide Aſconium, item Dionem lib. 36.

¶ L. Trebellius Fidus, Ædilitius, adhæſit Antonio. M. Cicero in Philipp. & epiſtolarũ 11. Aduerſatus aliquando propter tabulas nouas Antonio, poſtea & ipſe tabulas nouas deſiderare cœpit. Hic & Dolabella (Ciceronis gener, puto) concitarunt Romæ ſeditionẽ, teſte Fuſio Caleno apud Dionem. Neſcio an idẽ ſit cum ſuperiore.

¶ Trebellius Maximus, concionanti pro libertate Sentio Saturnino, cum cæſus eſſet Caligula, annulum illi e digito, Caii habentem imaginem, extraxit. Ioſephus Antiquit. 19. cap. 2.

Trebellius Maximus, alius opinor a ſuperiori, Conſul cum Seneca ſub Nerone, vnde SC. Trebellianum dictum 2. Inſtit. 23. Pand. lib. 36. tit. 1. l. 1. De eodem Columella lib. 5. cap. 1.

¶ M. Trebellius Fregellanus, memoratur Liuio 43.

¶ Trebellius Calca, Clodium ſe ferens, adiutus fauore populari, dum de bonis eius contendit, non dubitauit in centumuirale iudicium deſcendere: ſed a iudicibus repulſus, irritus voti diſparuit. Valerius Max. lib. 9. cap. 16.

¶ Trebellivs Pollio, Hiſtoricus, cuius extant Valerianus & Gallienus, & præterea 30. tyranni. auum ſuum ſcribit familiarem fuiſſe Tetrico iuniori.

Pollioni, vt opinor, Trebellio reſcribitur a Dioclet. & Max. AA. Cod. 1. de iur. & facti ignorant.

¶ Trebellianvs, vnus ex 30. Tyrannis ſub Gallieno.

Trebellianus Rufus, ſub Tiberio Prætura functus, Thraciæ tutorio nomine præficitur. Tacitus 2. & 3.

TREBII.

Trebius, in Ædilitate aſſibus populo frumentum præſtitit: quam ob cauſam ſtatuę illi & in Capitolio & in Palatio poſitę ſunt: ipſe ſupremo die populi humeris in rogum portatus eſt. Plinius 18. cap. 3.

¶ Trebius Niger, vnus e comitibus L. Luculli, Hiſpaniæ Bæticæ Proconſulis, anno V. C. DCIV. C. Plinius 9. capite 30. Hic eſt ſcriptor ille, quem idem Plinius ſubinde citare conſueuit.

¶ M. Trebius Gallus, Trib. mil. ſub Cæſare in Galliis. Comm. 3.

Trebia C. F. Philumena ſibi & Titio Merulæ VI. viro, III. viro, IV. viro, teſtamento fieri iuſſit. Inſcript. ant. pag. 48.

TREBONII.

L. Trebonius, Trib. pl. an. V. C. CCCVII. Aſper cognomento dictus, quod multus in inſectandis patribus eſſet.

C. Trebonius, Tribunus pleb. anno vrbis cond. CCCLIV.

¶ M. Trebonius Flauus, Trib. mil. Conſulari poteſt. ann. V. C. CCCLXXII.

Trebonius, Legatus L. Papyrii Curſoris Cos.

ris. Cos. in bello aduerſus Samnites, inſtante pugna cum C. Cædicio equitibus præfectus eſt. Liuius 10.

P. & A. Trebonii, fratres, ex quibus A. proſcriptus eſt a Sylla, cui quo minus teſtamentum & liberalitas fratris prodeſſet, fecit improbitas C. Verris. Vide Ciceronem Verrinarum 3.

Trebonius adoleſcens, occiſo Tribuno, C. Lucio, a quo ſibi ſtuprum imminere vidit, a C. Mario, cuius ille ex ſorore nepos erat, abſolutus eſt. Plutarchus in Mario.

A. Trebonius, cōmendatur a Cicerone, P. Lentulo, Proconſuli Ciliciæ.

C. TREBONIVS, primum legatus Cæſaris in Galliis, dein Prætor & Conſul beneficio Cæſaris, nouiſſime cum Caſſio & Bruto in illum coniurauit, occiſus in Aſia a Dolabella. Ad hunc ſunt Ciceronis epiſtolæ lib. 10. & 15. Pater illi fuit Trebonius, vir ſalibus & iocis præſtans, vnde illū Antonius Philipp. 13. apud Ciceronem, ſcurram; & natum, ſcurræ filium vocat.

C. Trebonius, eques ſub Cæſare in Galliis, alius a ſuperiore. Fit eius mētio Cōm. 6.

¶ Trebonius Rufinus, vir egregius, Duumuir agona apud Viennenſes ſuſtulit. Plinius Epiſtolarum 4. ad Semproniū.

Trebonii ſua ætate in adulterio deprehenſi, meminit Horatius Serm. 1. Sat. 4.

-- Deprenſi non bella eſt fama Treboni.

TREMELLII

Cn. Tremellius Flaccus, Quæſtorius, miſſus cum aliis in Aſiam ad accerſendam matrem Deûm anno vrbis cond. DXLIX. Liuius 29. Ædilis anno DLI. proximo Prætor Siciliam prouinciam adeptus eſt. Idem 30.

Cn. Tremellius, x. vir agris diuidendis, anno V.C. DLXXXI. Liuius 42.

Cn. Tremellius, inter graues & ſanctos iudices refertur a Cicerone in Verrinis.

¶ CN. TREMELLIVM SCROFAM Plinius 17. cap. 23. vetuſtiſſimum poſt Catonem, peritiſſimumque rei ruſticæ ſcriptorem vna cum Saſernis, patre & filio, nominat. Triumuir fuit ad agros diuidendos Campanos, vir omnibus virtutib. politus, & de agricultura Rom. peritiſſimus exiſtimatus. Varro de re ruſtica 1. cap. 2. quicum alter eius locus conuenit libri 2. capite 1. vbi ſuam ætatem rerum ruſticarum omnium ei palmam detuliſſe, ait, qui melius poſſet dici, cum conuertiſſent in eum ora omnes. De cognomento Scrofæ vide Macrobium & Volaterranum, quanquam hic longe aliam quam ille nominis rationem affert, ex Varrone videlicet, qui hunc Tremellium libri 2. cap. 4. de re ruſtica hoc modo loquentem introducit: *Auus meus primum appellatus eſt Scrofa, qui Quæſtor cum eſſet Licinio Nerua Prætori in Macedonia prouincia relictus, vt præeſſet exercitui, dum Prætor rediret, hoſtes occaſionem rati victoriæ, impreſſionem facere in caſtra cœperunt. Auus cum adhortaretur milites, vt caperent arma, ac exirent contra, dixit ſe celeriter illos vt Scrofa porcos, diſiecturum, idq; fecit. Nam in prælio hoſtes ita fudit, fugauitque, vt Nerua Prætor propterea imperator ſit appellatus, auus cognomen inuenerit, vt diceretur Scrofa. Itaque proauus & ſuperiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus ſeptimus ſum deinceps Prætorius in genere noſtro.* Hactenus Varro.

Scrofæ meminit Cicero ad Atticum 13. pagina 497.

Scrofa, Quæſtor Craſſi in bello fugitiuorum, a Spartaco, quem perſequebatur, grauiter vulneratus, cum ille ſe conuertiſſet, vix e manibus hoſtium a circumſtantibus ereptus eſt. Plutarchus in Craſſo.

Tremellio reſcribit Philippus Imperator 7. Cod. titulo 2.

TRIARII

Triarii cognomento dicti ſunt quidam ex Valeriis, quos in eius gentis nomenclatura quære.

Triarius, fortitudine præſtans, cuius meminit Ælius Varro, citante Vopiſco, ſi tamen locus mendo vacat.

¶ Triarius Maternus, nobilis Senator, quem milites ſeditione mota contra Pertinacem Imperatorem ducere in caſtra voluerunt, vt rebus Romanis præſideret. Verum ille nudus fugit, & ad Pertinacem ad Palatinum venit, inde ex vrbe diſceſſit. Capitolinus.

Triarius quidam citatur Senecæ inter celebres ſui ſeculi Declamatores.

Triaria, L. Vitellii, qui frater Imperatoris fuit, vxor, bello ciuili, quod aduerſus Veſpaſianum gerebatur, armata virum ſecuta eſt.

¶ TRIBONIA. Inſcriptionum antiquarum pag. 34.

Tribonianus, Quæſtor Iuſtiniani principis, omnib. modis a Chriſtiana religione

alienus, adulator & impoſtor, qui perſuadere conabatur Iuſtiniano, eum non moriturum, ſed cum carne in cœlum aſſumtum iri. Plura de hoc Suidas. Ab eodem & alius Tribonianus Sidetes nominatur.

¶ TRIMATVS, vir doctus, citatur Gellio 6. cap. 6.

TRITANVS, gladiator, prodigioſæ fortitudinis homo, vti Milo. Solinus Collectaneorum lib. 4.

Tritani filius, eques in Pompeiano exercitu fortiſſimus habitus, cancellatim transuerſos per omnes artus neruos habebat. Auctor Varro.

¶ TROILÆ reſcribunt AA. & CC. 7. Cod. tit. 16.

¶ TROPHIMO Alexand. Imp. 2. Cod. de edendo.

¶ SEX. TRVTEDIVS. Inſcript. ant. pagina 34.

¶ TRYPHONI reſcribit Gord. Imp. 4. Cod. tit. 29.

Tryphoni alii, Præf. pr. AA. & CC. 9. Codicis titulo 51.

TVCCII.

M. Tuccius, Æd. cur. anno V.C. DLXII. Prætor biennio poſt.

Tuccia, virgo Veſtalis, inceſti criminis rea, cribrum arripit, eoque e Tiberi aqua hauſta, & in Veſtæ ædem perlata, innocentiam ſuā probat. Dionyſius 2. Valer. Max. lib. 8. cap. 1. Plinius lib. 28. cap. 2. Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 10. cap. 16.

M. Tuccius, refertur Ciceroni epiſtolarum 8. Accuſauit C. Sempronium, ab ipſo viciſſim accuſatus. Epiſtola 8.

A. Tuccius, cuius nomen in vetuſto repertum ſaxo ſcribit Volaterranus, effoſſo apud arcum Conſtantini, quod fundamentum putatur fuiſſe alicuius ædificii, a tibicinibus facti, ex hac inſcriptione: *Numini domus Auguſtorum victoriæ ſacrum Genio collegii Tibicinum Romanorum Q. S. P. P. Q. Q. II. S. P. D. D.*

¶ L. TVCCINVS, clarus decorusque iuuenis ſub Auguſto. Suetonius.

¶ CN. TVDICVS, Senator, dicente Cicerone pro A. Cluentio.

¶ M. TVGIO, memoratur Ciceroni pro L. Corn. Balbo, vt prædiator.

TVLLII.

¶ Tullios alii dixere eſſe Silanos, alii riuos, alii vehementes proiectiones ſanguinis arcuatim fluentis. Sex. Pomp. lib. 18. Tulliana pira memorantur Macrobio lib. 3. capite 19.

SERVIVS TVLLIVS, ſextus Rom. rex, Tarquinii Priſci gener, cæſus eſt a Tarquinio Superbo, cuius vxor Tullia, Seruii F. marito gratulatura, per occiſi patris cadauer carpentum egit. Liuius 1. De hoc Cicero Tuſcul. 1. *Regnante gentili meo.* &c. Pertinet eodem locus Silii.

Tullius aratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto. &c.

M. Tullius Duumuir, quod librum, ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodię ſuę commiſſum, corruptus Petronio deſcribendum dediſſet, iuſſu Tarquinii regis culeo inſutus, & in mare abiectus eſt. Dionyſius & Valerius Max. 1. cap. 1.

M. Tullius, gentis patriciæ, Conſul cum Sulpitio, anno poſt exactos reges 10. Cicero in Bruto. Video a pleriſque hunc appellari Manlium, ſed vt iudico, male & inſcite.

Sex. Tullius, primipilus & vir fortis in exercitu C. Sulpitii Dictatoris, anno V.C. CCCXCVII.

¶ Actius Tullius, princeps Volſcorum, concitator belli, quod contra Romanos duce Cn. Martio Coriolano geſtum eſt.

¶ M. Tullius Decola, Conſul an. V.C. DCLXXIII. Hunc defenſum a Cicerone vult Corradus, quoniam a Priſciano citatur oratio Ciceronis pro M. Tullio. Et Quintilianus: *Cicero pro Tullio.*

¶ Ciceronis aui dictum refert idem 2. de Oratore.

M. TVLLIVS CICERO, ex Arpino municipio, auum habuit M. Tullium Ciceronem, auiam Gratidiam, M. Gratidii ſororem. Pater illi fuit M. Tullius Cicero, L. patruus, & amita Tullia, quæ C. Aculeoni nupſit. Ipſe philoſophiæ & eloquentiæ ſtudioſus primum inter Oratores locū obtinuit. Et quanquā homo nouus eſſet, ſummos tamen honores a populo facile conſecutus eſt. Conſulatū cum C. Antonio gerens, Catilinæ coniurationē oppreſſit. Itaque Q. Catulus Patrem patriæ nominauit, & L. Gellius illi ciuicam coronam deberi dixit. Cicero ipſe in L. Piſonem. Pulſus in exiliū a Clodio, Trib. pl. ſummo cum honore reſtitutus eſt. Poſt cædē Cæſaris cum in Antonium populum Rom. armaſſet, ab eodē Triumuiro proſcriptus & occiſus eſt anno ætatis 63. 7. Idus, vt ſcripſit Tiro libertus,

bertus, citante Tacito in dial. de Oratoribus. Reliquit ex vxore Terentia filium & filiam Tulliam, quæ primum Piſoni Frugi, deinde Furio Craſſipedi, tertio mortuo illo Dolabellæ nupſit, apud quem in partu periit. Fratres habuit Q. & L. Tullios. Sed ex his L. adoleſcens obiit, de quo vide epiſtolas ad Attic. 1. Vitam ipſe ſuam propemodum narrat Cicero in fine Bruti. Sed & Tiro tribus eam voluminib. deſcripſit, teſte Pediano. Habet eãdem Plutarchus in Parallelis. Pręlongo & exili collo fuiſſe traditur. In Aſtrologia C. Sulpitium audiuit, in Geometria Sex. Pomp. cognouit. Off. 1. Rogatus ab Hirtio, repudiata Terentia, vt ſororem ſuam duceret, renuit, dicens, non poſſe ſe vxori ſimul & Philoſophiæ operá dare. Hieronymus contra Iouinianum. A Plinio in præfatione eo ornatur encomio, *vt extra omnem ingenii aleam poſitus dicatur.* Contra Fuſius Calenus apud Dionem lib. 46. Ciceculũ, Ciceracium, Cicerithum & Græculum vocat. familiares ipſius, & contemporanei ſub Cæſare, quorum ipſe meminit ad Att. 12. fuere, Apuleius, Balbus, Oppius, Lænas, C. Septimius, L. Statilius, Cocceius, Iunius, Cornificius pater & F. Philippus, Martianus, Laterenſis, Naſo, Torquatus, Strabo. Item Egnatius, Sulpitius, Libo, Sicca. Habuit & fratrem patruelem, L. Ciceronem, de quo initio 5. de Finibus. Mortem eius deflet ad Att. 1. epiſt. 4. Ad Q. fratrẽ 1. epiſt. 3. ſe ab Arrio & Hortenſio deceptum queritur, cum exulatum abiit. De morte Ciceronis diuerſæ auctorum diuerſorum narrationes extant apud Senecam in Suaſoriis. In recentioribus ſcriptorib. complexus eſt vitam & mores eius expoſitione non ineleganti Iacobus Angelus de Scarparia. Quam Roma allatam primum in Germania edidit Wolfgangus Periſterus Boruſſus.

Q. Tullius Cicero M. Fr. primum Cæſaris legatus in Galliis fuit, inde Aſiam ad triennium proconſulari imperio tenuit, ſucceſſor L. Val. Flacci. Vxorem habuit Pomponiam, T. Pomponii Attici ſororẽ, ex qua illi F. natus eſt Q. Vterque periit Triumuirali proſcriptione. Pater ad iracundiam pronior fuit. Vnde M. fr. in Epiſtolis: *Si abſit,* inquit, *iracundia, nihil iucundius Quinto.*

M. Tullius, Ciceronis filius, a Val. Maximo inter eos, qui a claris parentibus degenerarũt, collocatur, homo guloſus & bibax, nec quicquam patris, præter ſolam dicacitatem referens. Binos illum congios haurire ſolitum, ſcribit Plinius, perque temulentiam M. Agrippæ ſcyphum impegiſſe. Conſulatum tamen aſſecutus eſt, tribuente id memoriæ patris Auguſto principe, ſimulque fauorem colligente, cum in M. Antonium pugnaturus, ſeſe accingeret. Conſulatus eius meminit Plinius lib. 22. cap. 6. Aſiam cum obtineret, Ceſtium, negantem Ciceronem patrem litteras ſciſſe, flagris concidit. Vnde mox vulgatum eſt, Ciceronem patri de corio Ceſtii ſatisfeciſſe. Auctor Seneca & Cælius 8. cap. 6.

Tulliæ vitam pete ex annotationibus noſtris in epiſtolas Ciceronis.

¶ M. TVLLIVS TIRO, & M. Tullius Laurea, Ciceronis liberti, ambo doctiſſimi. De Tirone videto Gellium 7. cap. 3. & 13. cap. 9. Sed & Ciceroni ipſi epiſtol. 16. ep. 17. ſcriptorũ ipſius κανὼν dicitur. Patroni vitam tribus voluminibus perſecutus eſt, teſte Pediano. Eundem notas primum cõmentum ad celeriũ ſcriptionum vſum, & in Puteolano prædio vſque ad centeſimum annum cõſenuiſſe, docent Euſebius & Iſidorus. Laurea villam Academiam verſib. celebrauit, quos recitat Plinius lib. 31. capite 2. Eundem Ciceroni ſcribam in Cilicia fuiſſe, ſcribit P. Manutius. Epitaphium Laureæ habet lib. 3. Epigrammat. Græc. εἰς μανίς.

¶ L. TVLLIVS CIMBER, vnus ex percuſſoribus Cæſaris. Cicero Philipp. 2. Alius eſt ab hoc Cimber, qui fratrem occidit. De quo vide in Anniis. Meminit Tullii Cimbri Seneca epiſt. 84. *Tullius Cimber,* inquit, *& nimius erat in vino, & ſcordalus in hanc rem locutus eſt ipſe: Ego,* inquit, *quempiam feram, qui vinum ferre non poſſum?* Item lib. 3. de ira capite 30. vbi paulo ante partium Cæſaris acerrimum defenſorem fuiſſe, ait.

¶ P. Tullius Syrus, citatur in de Haruſp. reſponſ.

¶ Tullius Rufus, Quæſtorius, Cæſaris partium in Africa, a ſuis interemptus Comment. 5.

¶ M. Tullius Lepta, neceſſarius Ciceronis, & præf. eius fabrûm in Cilicia. De hoc cum alibi crebro, tum ad Att. libro 8. epiſt. 3. in fine. Vide quæ annotauimus in epiſt. 18. lib. 6. Epiſt. Ciceronis.

Tullia M.F.T. Aufidii Spintheris vxor. Iuſcript. ant. pag. 506.

¶ M. Tullius Cratippus, Tulliæ frater. Ibidem.

¶ L. Tullius Montanus, cum Ciceronis filio profectus. Cicero ad Atticum 12. pagina 479.

L. Tullius, legatus Ciceronis in Cilicia. Ad Attic. 6.

¶ Q. Tullius Statius, Q. libertus, de quo Cicero ad Att. 12. epiſt. 3. *Q. pater quartũ vel potius milleſimum nihil ſapit, qui lætetur Luperco filio, & Statio* &c. Manumiſſus, vt apparet, in Aſia, cum Q. eam Proprętor gubernaret. Cicero ad Q. fratrem 1. epiſt. 2.

¶ Tullius Marcellinus, adoleſcens quietus & cito ſenex, correptus morbo, & quidem ſanabili illo, ſed longo & moleſto, cum decreuiſſet mori, triduo abſtinuit, deinde in ſolio iacens placide defecit. Senecæ epiſt. 78.

¶ Tullius Senecio, de quo Tacit. lib. 15.

¶ P. Tullius Varro, vixit ſub Domitiano & Nerua. Vide Inſcriptiones antiquas pagina 178.

¶ Tullius Iuſtus, ſub Nerua floruit, ad quem extat epiſtola ipſius Neruæ apud Plinium epiſtolarum 10.

¶ Tullio Balbo reſcripſit D. Pius Pand. 22. de vſuris.

¶ Tullius Criſpinus, Præf. præt. Iuliani, cæſus a Seuero. Spartianus.

Sex. Tullius Sex. F. V. ſibi & ſuis & Primæ Valeriæ Sp. F. Extat Mutinæ, teſte Carolo Sigonio.

¶ Q. Tullius Seuerinus Sequanus Lugdunenſis, refertur in antiquitatibus Fabricii pagina 45.

¶ Tullia Priuata. Inſcriptionum antiquarum pagina 460.

Tulliæ reſcribit Alexander A. 2. Cod. de tranſactionibus.

Tullio A A. & CC. 5. Codicis titulo 17. de repudiis.

¶ TVLLIANVS, Magni Pompeii familiaris. Valerius Max. lib. 7. cap. 7.

TVRANNII.

C. Turannius Polybius. C. Turannius Florus. Inſcript. ant. pag. 201.

Turanniana pira memorantur Macrobio lib. 3. cap. 19. etſi ibi Turriniana legitur, mendoſe vt opinor: item Plinio 15. cap. 15. vbi legitur Tyranniana.

Turannius Niger, cui M. Varro librum ſecundum de re ruſtica dedicauit.

¶ TVRINIVS, memoratur Horatio.

¶ D. TVRRANIVS, homo χρηματικός. Cicero ad Att. 1. epiſt. 5.

¶ TYRANNIO, Grammaticus, captus a Lucullo Aminſi, & petenti Murænę donatus, ab eodem libertati redditus eſt.

TVRCII.

Turcius Apronianus, præf. vrbi ſub Auguſto, de quo volunt intelligendum edictum, quod extat apud Volaterranum in Anthropologia, & Apianum vetuſtarum Inſcript. pag. 256.

L. Aproniano & Iunio Auito Coſſ. propoſitum edictum a D. Auguſto &c. Pand. 48. tit. 18. de quæſtionibus l. 8.

Aproniano ſcribit Rufinus, ſe videlicet in gratiam ſororis ipſius Nariſſæ, conſcripſiſſe Xyſti Martyris ſententias, quas illam pro anulo in manibus geſtare cupit.

T. Apronianus, Conſul ſub Traiano anno V. C. DCCCLXIX.

Turcius Apronianus item quidam traditur præfectus vrbis fuiſſe ſub Conſtantino Magno.

Aproniani F. correptus, a dæmone, per Donatum Saturium & Hilarium, Martyres, liberatus eſt. Coronati autem hi ſunt ſancti viri ſub Iuliano. Vide noſtrum Martyrologium 7. Auguſti.

L. Turcius Secundus, præf. vrb. Aproniani F. Fit eius mentio in inſcriptione poſita Auguſto Cæſari his verbis: *Imp. Cæſar Diui Iulii F. Auguſtus Pont. Max. Conſ.* XIII. *Tribunicia pot.* XXVII. *P P. murum dedit curante L. Turcio Secundo Aproniani præf. vrb. Fi. Aſterio V. C. Correctore Flam. & Piceni.* Hanc inſcriptionem Antonius Fanenſis, interpres Faſtorũ Ouidii doctiſſimus, Fani in porta extare vult, contra Volaterranus Arimini Geographiæ 6.

TVRII.

Turius quidam in republica verſatus cognoſcitur tempore Catonis Cenſorii, vtpote pro quo Catonis ipſius oratio contra Cn. Gellium citatur a Gellio 14. cap. 2.

L. Turius paruo ingenio, ſed multo labore, quoquo modo poterat, ſæpe dicebat. Itaque ei paucæ centuriæ ad Conſulatum defuerunt. Sic Cicero in Bruto.

Turia, Q. Lucretium maritũ, a Triumuiris proſcriptum, duobus interclusum laquearibus, donec vitam illi impetraret, tutum præſtitit. Valerius Max. 6. capite 7. Appianus 4.

Q. Tu-

Q. Turius, refertur Ciceroni epiſtolarum 12. cuius relictam hæreditatem petentiũ cauſſam cõmendat Q. Cornificio.

Q. Turius Eros Q. lib. eandem patroni ſui hæreditatem auertere conatus eſt.

TVRPILII.

Sex. Tvrpilivs, Poeta Comicus, familiaris Terentii, moritur Sinueſſę ſenex admodum, teſte Euſebio. Citatur apud Nonium Marcellum in Philopatro, Demiurgo, Lindia, Demetrio, Leucadia, Lemniis, Boethuntib. Canephoro, Epiclero, Pedio, Thraſyleonte, Paraterula, &c. ¶ Inter fragmenta eius, collecta a Roberto Stephano, iſtud quoque legitur: *Profecto vt quiſque minime contentus fuit, ita fortunatam vitam duxit maxime.*

¶ L. Turpilius Syllanus, ciuis ex Latio, quod bello Iugurthino Vaccæ oppido minus vigilanter præfuiſſet, capite punitus eſt, vt tradit Saluſtius. Plutarchus inſontem periiſſe docet in Mario.

C. Turpilius, Ædilis cum C. Valerio ſub triumuiris, Domitio & Soſio Coſſ. Fit eorum mentio in memoriis antiquis Italiæ apud Apianum pag. 515.

Turpilius, Eques Rom. e Venetia, bonus pictor, & quidem læua pingens, quod de nullo ante memoratur. Plin. 35. cap. 4.

¶ L. Turpilius Dexter, Conſul ſub Seuero Imp. anno eius principatus tertio, V.C. dcccclxviii.

L. Turpilius L. F. M. Manlius M. F. Duumuiri, de Senatus ſententia ædem faciendam curauerunt, eidemque probauere. Hæc Inſcriptio extat Coræ in Italia, teſte Apiano pag. 184.

Turpilia, tempore Ciceronis. Meminit eius epiſtolarum 7. ad C. Trebatium.

¶ L. Tvrsetivs, quanquam fratrem haberet ſuperſtitem, tamen eius hæreditatem defuncti inuaſiſſe ſcribit M. Antonium Cicero Philipp. 2.

TVRVLII.

P. Turulius Quæſtor Caſſii fuit, teſtibus epiſtolis Ciceronis lib. 12. poſtea præfect. Antonii, cæſus poſt pugnam Actiacam ab Auguſti militib. Valer. Max. 1. cap. 2. Dion lib. 51. ſcribit illũ vnum ex percuſſorib. Cæſaris fuiſſe, & ab Antonio Cæſari indicatũ.

Turulius Cerealis, memoratur Tacito.

TVTII.

Tutia, Veſtalis, inceſti damnata. Liu. 20.

Tutius Cerealis, vir Conſularis. Plinius in epiſtolis.

TVTILII.

Tutilius, Eques Rom. ex cuius filia M. Fabius Quinnlianus filiolam ſuſcepit, collocauitque Nouio Celeri, claro viro.

V.

Vagellvs, Mutinenſis, cauſidicus temerarius notatur Iuuenali Sat. 15.

¶ Vagieni meminit Cicero in epiſtolis famil.

VALENTES.

¶ Valentes duo referuntur Trebellio Pollioni, quorum ille auunculus in Illyrico, hic in Achaia cæſus eſt, paucis diebus imperio geſtis.

Valens Licinianus, ſub Decio imperiũ arripuit, teſte Sex. Aur. Victore.

Valens alius, imperio ſumto, per Licinium Aug. cæſus eſt.

Valens, Mathematicus ſub Conſtantino, fatum Conſtantinopoleos prædixit.

Fl. Valens Aug. fr. Valentiniani, imperauit annis 15. ¶ Vide Carolum Sigonium lib. 7. & 8. de imperio occident. & Onuphrium Panuinium.

Valenti reſcribit Alex. A. 5. Cod. tit. 12.

¶ L. Valentivs Senecio, & L. Valentius Eutychus, referuntur in mem. ant. pagina 304.

VALENTINI.

Valentinõ & Materno reſcribit Ant. A. 5. Cod. tit. 54.

Valentinæ AA. & CC. 4. Codicis, titulo 50.

¶ Valentiniano Diocl. & Maximinus 2. Cod. de transactionibus.

Fl. Valentinianvs, imperauit annis 12. ¶ De Valentinianis Auguſtis conſule hiſtoriam Sigonii de imperio occidentali & Onuphrium Panuinium.

Valentiniano, Conſulati Piceni, reſcribunt Valentinianus & Valens AA. 9. Cod. titulo 3.

Valerii Publicolæ.

¶ Valeriana gens memoratur Macrobio 3. capite 19.

Valerius, Valeriæ gentis conditor, ſub Romulo Romanos & Sabinos in gratiam compoſuit. Plutarchus in Publicola, Zoſimus libro 2.

M. Valerius, ſuperioris haud dubie nepos, traditur in bello Albano ſub Tullo Hoſtilio Fecialis fuiſſe. Liuius 1.

M. Valerius Voleſus, memoratur a Dionyſio & Liuio, pater Publicolæ & M. Valerii, quibus ego L. Valerium addendũ puto, vt tres fratres fuiſſe accipias, vnius viri filios, P. Valerium Publicolam, M. Valerium Maximum, L. Val. Potitum, a quib. totidẽ familiæ profluxere, Publicolarum, Maximorum & Potitorum.

P. Val. Publicola, Voleſi F. ſocius & collega Bruti fuit in eiiciendis regibus, quater Conſul, de quo vide Liuium 2. Dionyſium, Plutarchum, Zoſimum lib. 2. Valerium Max. lib. 2. cap. 1. Plinium in viris illuſtribus & Volaterr.

Valeria, ſoror Publicolæ. Dionyſius 8.

P. Val. Publicola P. F. Voleſi N. Conſul ann. V. C. CCLXXIX. miſſus Veios, Sabinos & Thuſcos, duas potentiſſimas gentes ſuperauit, egitque triumphum. Iterum Conſul CCXCIII. dum Capitolium, ab Herdonio occupatum, armis recuperat, occiſus eſt. Liuius 3. Dionyſius 10.

P. Valerius Publicola, ſuperioris, vt colligo, nepos (nam de patre nihil inuenio) Tribun. mil. Conſulari poteſtate fuit anno V. C. CCCLXI. Inde magiſter equitum Dictatori Camillo, cum vrbs a Gallis recuperata eſt. Geſſit poſtea 4. Tribunatus mil. Conſulari poteſtate. Apud Liuium & Dionyſium huic L. prænomen eſt, ſed neſcio quam recte.

M. Valerium, quem Liuius Publicolam appellat, quique C. Sulpitio Dictatori, Gallos ſternenti, Magiſter equitum fuit anno vrbis cond. CCCXCVII. quære inter Maximos.

P. Valerius Publicola, Conſul fuit ann. V. C. CCCCIII. Prætor biennio poſt, Dictator feriarum cauſa anno CCCCXI.

M. Val. M. F. M. N. Publicola Coruinus, haud dubie ſuperioris filius fuit. Ab hoc Coruinorum & Meſſalarum genus deſcendit, de quo paulo poſt dicemus.

P. Val. Publicola, Coruini frater, M. equit. Dictatore M. Papyrio Craſſo, anno V. C. CCCCXXII.

Maximi.

M. Valerius Maximus Voleſi F. Publicolæ fr. Conſul anno V. C. CCXLIX. fœliciter contra Sabinos pugnauit. Triumphauit cum collega Poſthumio, fratris genero, vt ſcribit Plutarchus. Cecidit poſtea in acie ad lacum Regillum. Sed hic parum ſui memores ſunt Dionyſius & Liuius: nam eundem mox Dictatorem factum, Sabinos illuſtri pugna viciſſe ſcribunt, de quibus & triumpharit anno V. C. CCLIX. Liuius inſuper Augurem fuiſſe, & obiiſſe an. V. C. CCXCI. tradit. M. Cicero in Bruto refert, illum Dictatorem ſedauiſſe diſcordias ciuitatis, plebe ex Sacro monte reuocata. Ob quod meritum primus omnium appellatus ſit Maximus.

¶ Malim id de L. Valerio intelligere.

M. Val. M. F. Voleſi N. Maximus, Conſulatum geſſit anno CCXCVIII. quo tempore cum domi foriſq; otium eſſet, de Auentino tantum publicando lata lex eſt. Liu. 3. Dionyſius 10.

M. Val. Max. ſuperioris, opinor, nepos, Trib. mil. Conſulari pot. an. V. C. CCCLVII. & iterum triennio poſt.

M. Valerius Publicola. Sic vocat illum Liuius lib. 7. Ego conſiderata ſtemmatis & genealogiæ ratione, exiſtimo illum e Maximorũ eſſe familia: quare & Maximis adſcribendũ, & Maximum vocandũ cenſeo. Magiſter equitum fuit Dictatori C. Sulpitio cũ Gallos ſterneret, an. V. C. CCCXCVII. Conſul poſtea bis. Fors idem, qui Pontifex P. Decio in conflictu verba deuotionis præiuit, anno CCCCXV.

cccc. ccccIII.

M. Val. M. F. M. N. Maximus, legatus in caſtris L. Papyrii Dictatoris anno vrbis cond. CCCCXXIX. Iterum legatus ſub eodem Dictatore anno CCCCXLV. multum ad victoriam contulit. Quare & in annum ſequentem quartum declaratur Prætor, Conſul fuit anno CCCCXLIII. & Cenſor anno CCCCXLVIII.

M. Val M. F. M. N. Maximus, Conſul anno V. C. CCCCLXVII.

Potiti.

L. Valerius Voleſi F. Potitus Voleſus. Sic enim e tabulis Capitolinis malo, quã quo modo Dionyſius, qui lib. 9. Publicolã vocat, aſſerens illũ eius, qui reges eiecit, fratrẽ eſſe. Atqui ea de cauſa Publicolæ nomẽ nihil ad illum pertinebat, ne utiquã a patre acceptum, ſed natu maximo fratri a populo tributum, qđ deinceps in illius poſteris hæſit.

hæſit. Hic igitur L. Val. Potitus M. Voleſi F. P. Publicolæ & M. Val. Maximi frater, Quæſturam geſſit cum Cæſone Fabio, in quo honore Sp. Caſſium ad mortem pertraxit anno cclxviii. Biennio poſt Conſulatum adeptus, populo ob accuſationẽ Caſſii parum gratus fuit. Iterum Conſul anno V. C. cclxxxiv. quo minus Æquorum caſtra, cum in pugnam elici non poſſent, inuaderet, ſubita tempeſtate prohibitus eſt. Liuius 2.

L. Valerius Potitus, haud dubie L. F. Conſul an: V. C. cccvi. id eſt, proximo poſt abrogatum x. viris imperium, Volſcos & Æquos vicit. Triumphauit cũ collega M. Horatio Barbato, qui Sabinos ſuperarat, ſine auctoritate Senatus, iuſſu populi, id q̃d tum primum factum eſt. Dionyſ. lib. 11. hunc primi Publicolę, qui reges expulit nepotem, eius vero, qui contra Herdonium pugnans periit, filium facit. Quo loco videtur mihi prorſus mendoſus eſſe, cum diuerſæ ſint Publicolarum & Potitorum familiæ, quamuis a fratribus ortæ.

C. & L. Valerii Potiti, fratres opinor fuere, & quidem L. filii. C. Trib. mil. Conſulari poteſtate ann. V. C. cccxl. quinquennio poſt Conſul ouauit de Æquis, cui honori deinceps duos Tribunatus militum adiecit. L. quinq; Tribunatus militũ Conſulari poteſtate, deinde an. ccclxiii. & Conſulatum geſſit.

L. Valerius Potitus, ſex Tribunatus mil. Conſ. poteſtate adminiſtrauit. Horũ quarto ann. V. C. ccclxxviii. Latinos & Volſcos cum collega L. Æmilio Mamertino acie vicit. Arbitror C. filium fuiſſe. Apud Liuium P. prænomen illi datur: at ego L. malo. Puto huius filium primum ex Flaccis eſſe, & filios C. & L. Flaccos reliquiſſe, vt Potiti & Flacci iidem ſint.

A. & C. Valerii, ambo ſimul Tribuni mil. Conſ. poteſtate, anno ccclxxxiv. Hi, Potitorum familiæ fuerint, nec ne, dubito.

L. etiam Valerius Magiſter equit. fuiſſe traditur Cn. Quintio Dictatori claui figendi cauſa, anno V. C. cccxxiii.

T. Valerius, M. Val. Leuini, bis Conſulis, legatus.

Val. Potitus, Cos. tempore belli Actiaci. Dion 50.

L E V I N I.

¶ Manutius Latinos ſcribendum vult.

¶ Valerius Leuinus, cecidit in prælio contra Volſcos. Fragment. Sex. Pompeii. pagina 23.

P. Valerius Leuinus, Conſul ann. V. C. cccclxxiii. parum proſpere aduerſus Pyrrhum pugnauit, elephantorum maxime inuſitata facie territis militibus. Liuius 13. Ab hoc cœpit prouerb. *Oſculana pugna*, quo ſignificabatur, victos vincere: quia in eadem a Pyrrho erat victus, & bi cui eundem regem deuicit. Auctor Sextus Pompeius libro 13.

M. Valerivs Levinvs, ſuperioris, opinor, nepos, Conſul anno V. C. dxxviii. tempore belli Gallici. Prætor belli Pun. 2. anno 4. cum illi ſors peregrina obueniſſet, Apuliæ & oræ maritimę tutandæ prẹfectus eſt. Vnde in Macedoniam traiiciens, per 4. annos magnas res contra Philippum, Macedonũ regem, terra mariq; geſſit. Quare abſens ſecundum Conſul factus, Siciliam prouinciam accepit. Ex qua prorogato imperio Proconſul in Africam transmittẽs, magnas prædas egit, claſſem Punicam occurrentem 17. nauibus captis, 4. ſubmerſis, fudit fugauitq;. Inde miſſus eſt legatus cum quatuor aliis in Aſiam ad afferendam in vrbem e Peſſinunte matrem Idæam. Obiit poſt cõfectũm bellum Punicum ſecundum anno V. C. dliv. cui ludi funebres in foro per quatriduum & munus gladiatorium a P. & M. filiis datum. Liuius.

M. Valerius Leuinus, M. bis Conſulis F. Prætor anno V. C. dlxxii. peregrinam iuriſdictionem tenuit. Sexto anno poſt, Cn. Cornelio Scipione Hiſpalo in Conſulatu mortuo, ipſe ſuffectus eſt.

L. Valerius Leuinus, haud dubie Marci fr. & ipſe Leuini, bis Conſulis F. Prætor anno V. C. dlxxv. Sardiniam prouinciam ſortitus eſt. Neſcio an hic pro L. dicendus ſit P. Sic enim Liuio vocantur Leuini filii, M. & P.

Item Decadis 4. lib. 8. C. Valerius traditur Leuini F. & M. Fuluii Nobilioris, Conſulis anno V. C. dlxv. ex matre frater.

Q. Val. Q. F. P. N. Falco, Prætor, & C. Luctatius Cos. anno vrbis conditæ dxi. circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleuerunt. Valerius Max. lib. 2. capite 3. Idem Cos. fuit anno dxiv. Vide tabulas Capitolinas.

M. Valerius Falco, Quæſtorius, miſſus cum M. Valerio Leuino & aliis tribus in Aſiam matris Idææ nomine, anno V. C. dxlix. Inde Ædilis curulis cum M. Fabio Buteone anno dli. Prætor biennio

poſt Brutios prouinciam obtinuit. Prorogato autem imperio, Proprætor in Sardiniã traiicere, eamq; tutari iuſſus eſt. Liuius.

Coruini & Meſſalæ, qui & ipſi Publicolæ erant, teſte Liuio pagina 172.

M. Valerivs Pvblicola, Tribunus militum ſub Dictatore Camillo, Senonum reliquias perſequente, Gallum ex prouocatione vicit, adiuuante Coruo, vnde illi cognomen inditum Corvini, quod deinceps cupidiſſime poſteritas vſurpauit. Tam eximio vero facinore ita commendatus eſt P.R. vt proximis comitiis, hoc eſt, ann. V.C. cccc vii. cum eſſet annorum 23. Conſul crearetur. Liuius illum 6. Conſulatus, quod ante eum nemo, duas Dictaturas, tres triumphos, conſecutum ſcribit. Samnites certe, Sidicinos & Hetruſcos domuit, ſeditionẽ militũ, qui a republica diſceſſerãt, compoſuit, impleuitque annos vitæ centum, corporis & animi viribus integris, cuius inter primũ & ſextũ Conſulatum 46. anni interceſſere. Idem ſella curuli ſemel & vicies ſedit, quoties alius nemo. Vide Liuium 7. 8. & 10. Valerium Max. lib. 3. & 8. cap. 14. & 16. Ciceronem in Catone maiore, Plinium libri 7. capite 48. auctorem de viris illuſtribus Gellium 9. cap. 11.

M. Val. Publ. Coruinus, primi Coruini F. Conſulatum geſſit cum Q. Cædicio Noctua, quemadmodum ex Caſſiodori, Haloandri & Glareani ſcriptis conſulum catalogis liquet. De rebus geſtis eius, quando Liuius, Dionyſius cæterique ſcriptores hic ſemilaceri mutilatiq; circũferuntur, nihil afferre certi poſſumus. ¶ Forte hic eſt, de quo Fragment. Sex. Pompeii pag. 148. Nam L. Papyrii Curſoris & C. Iunii Bruti Conſulatus iſte pertinet ad annum V. C. ccccxlii.

CDLXIV.

M. Val. Corvinvs, M. Coruini F. primi Coruini nepos, Conſul ſemel atq; iterum bello Punico primo, tranſgreſſus in Siciliam, Meſſanam vrbem cepit, vnde cognomento Meſſana primum, deinde mutata littera, Messala dictus eſt, a quo Meſſalarum clariſſima familia deſcendit. Carthaginenſes & Hieronem regem deuicit, cuius prælii tabulam pictam propoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ anno ccccxc. Deportauit & horologium, capta Catina, & in publico ſecundum Roſtra ſtatuit. Poſtremo Cenſuram geſſit cum P. Sempronio Sopho, a quib. 13. Senatu moti, & 400. quod in Sicilia ad munitionum opus explicandũ ire iuſſi, facere id neglexiſſent, equis publicis ſpoliati, & in ærarios relati ſunt. Auctores horum Valerius Max. 2. cap. 4. Seneca de breuitate vitæ pagina 403. Plinius 7. cap. 60. & lib. 35. cap. 4. Florus in epitome.

¶ Manutius monuit Meſſalla.

M. Valerius Meſſala, ſuperioris F. & haud dubie Conſulatis, in bello Pun. ſecundo præf. claſſis, agrum Vticenſem in Africa deprædatus eſt, belli eius anno 9. dicendus Dictator, ſi ad vrbem vel in agro Rom. fuiſſet. Liuius 27.

M. Val. Meſſala, Prætor factus in annũ V.C. dlxi. iuriſdictionem peregrinam tenuit. Conſul quinquennio poſt, Ligures prouinciam ſortitus eſt: vbi diu moratus, nulla tamen re memorabili geſta, in vrbem ad comitia rediit. Defuncto Æmilio Pappo, x. viro ſacrorum, in locum eius ſuffectus eſt, anno dlxxxii. Liuius 34. 38. & 42.

M. Valerius Meſſala, Conſulatum geſſit cum C. Fannio Strabone anno vrbis conditæ dxcii. quo tempore Philoſophi & Rhetores vrbe pulſi ſunt, vt eſt apud Gellium 15. capite 14. & Suetonium in de claris Rhetoribus. Sexto anno poſt cum Q. Caſſio Longino Cenſuram adminiſtrauit, quemadmodum indicant, Liuius ſiue Florus 48. Paterculus volumine priore, Plinius 17. cap. 25. & Valerius Max. libri 2. capite 1. & 4. qui prius quã ad Cenſurę faſtigium conſcenderet, Cenſoria nota perſtrictum ſcribit, & cum ab ipſo pariter & collega manſurũ theatrum extrueretur, Scipione Naſica, qui tum Conſul erat, auctore, tanquam inutile, & publicis moribus nociturum, ex S. C. deſtructum memorat. ¶ De Cenſura eius Fragmentum Sex. Pompeii pag. 94.

¶ Hic neſcio quo fato, quave calamitate preſſa clariſſima Coruinorum & Meſſalarum familia, totis fere centum annis nullis magnis honoribus, aut rebus geſtis enituit: nec enim a ſcriptoribus quicquã proditur. Niſi quod lego, quendã M. Valerium Meſſalam accuſatum a Q. Metello Numidico, cuius accuſationis liber tertius citatur apud Gellium 15. cap. 14. & Valeriã, incertum huius an fratris, certe Meſſalæ filiam, quæ Q. Hortenſii Oratoris ſoror nupta fuerit L. Syllæ Dictatori, vnde illi

illi nata Poſthuma filia, anno vrbis conditę DCLXXVI. Quod ſi quid coniecturis dandū, ſuſpicari libet, M. Valerium Meſſalā, quē diximus, ſuperioris M. Valerii Meſſalæ nepotem fuiſſe, vt hoc rurſus nati credantur Valeria Syllæ & Meſſala Niger. De Valeria vide Plutarchum in Sylla. Sed & alius Meſſala eodem tempore floruit, natus ſorore Hortenſii. De hoc Cicero in Bruto & ad Atticum lib. 5. Cælius lib. 8. epiſtol. Ciceronis epiſtola 2. & 4. Valerius Maximus libri 5. capite 9.

M. Val. Coruinus Meſſala, M. F. cognomento Niger, vt eſt apud Dionem, Conſulatum geſſit cū M. Calphurnio Piſone ann. V. C. DCXCIII. Commendatur a Cicerone in epiſtolis ad Atticum, vt vir egregius & fortis, & in dialogo ad Brutum, vt Orator prudens, acutus, minime incautus, patron' in cauſis cognoſcendis componendiſque diligens, magni laboris, multæ operæ multarumque cauſarum. Aſcon. Pedianus etiā M. Scaurum, cum ad populum reus eſſet, cum Q. Hortenſio & M. Cicerone defendiſſe ſcribit. Præterea ad hunc Meſſalā pertinere videntur, quæ habet Valerius Maximus lib. 9. capite 15. Plinius lib. 7. capite 12. Solinus cap. 7.

M. Val. Meſſala, ſuperioris haud dubie frater patruelis, Conſulatum geſſit cū Cn. Domitio Caluino anno vrbis cond. DCCI. Hunc Macrobius Saturnalium 1. capite 9. 55. annis Augurem fuiſſe ſcribit, eiuſque verba de Iano Deo aduocat. Citat eundem de explanatione auguriorū Sex. Pompeius in voce, Marſpedis, & Fragment. pag. 130. Cicero in oratione pro Sex. Roſcio Amerino cauſam eam ſibi a M. Meſſala traditā adſerit, quod ipſi nondū ſatis ætatis & roboris ad dicendum eſſet. Dixit autem pro Sex. Roſcio Cicero anno ætatis ſuæ 27. quo tempore Meſſalam admodum adhuc adoleſcentem fuiſſe, conſtat. Cæterum an de hoc vel de ſuperiori loquatur Cicero, nondum exacte compertum habemus.

M. VAL. CORVINVS MESSALA, Oratoris F. & Orator ipſe egregius, omnium ſuæ ætatis clariſſimus euaſit, quem etiamnū adoleſcētem quanti fecerit Cicero, docet epiſtola eius, qua illum Bruto commendauit. Vnde operæprecium fuerit, verba Ciceronis ſubtexere: *Meſſalam*, inquit, *habes. Caue exiſtimes, Brute (quamquam non eſt neceſſe, ea me ad te, quæ tibi nota ſunt, ſcribere) ſed tamē tantam omnium laudum excellētiam non queo ſilentio præterire: caue putes, probitate, conſtantia, cura, ſtudio reipub. quicquam illi eſſe ſimile, vt eloquentia, qua mirabiliter excellit, vix in eo locum ad laudādam habere videatur. Quanquam in hac ipſa ſapientia plus apparet. ita graui iudicio multaque arte ſe exercuit in veriſſimo genere dicendi. Tanta autem induſtria eſt, tantumque euigilat in ſtudio, vt non maxima ingenio, quod in eo ſummum eſt, gratia habenda videatur.* Hoc Ciceronis teſtimonio quid grauius aut honorificentius eſſe poteſt? Turbata cæde Cæſaris republ. cum (Appianus.) ſe Bruto coniunxiſſet, ideoque ſimul proſcriptus eſſet, veriti Triumuiri prudentiam eius, inducto decreto, reditum ei in patriā permiſerunt, quod ille beneficium eorum deſpexit. Poſt interitum Caſſii & Bruti cū (Paterculus.) eſſent, qui eum tanquam auctoritate proximum ducem poſcerēt, ſeruari beneficio Cæſaris maluit, quam dubiā ſpem armorū tentare. Nec aut Cæſari quicquam ex victoriis ſuis lætius fuit, quam ſeruaſſe Coruinum, aut maius exemplum hominis grati ac pii, quam Coruinus in Cæſarem fuit. Miſſus contra Salaſſos, gentem eā domuit, (Dion.) & triumphauit, vt Appianus. Celebratur is triumphus etiam Tibullo elegiarum 7. Geſſit deinde Conſulatum cum ipſo Cæſa- (Plutarchus.) re, ſuſcepto iam bello cōtra M. Antonium, ad quod vna profectus eſt. In quo, cum a Cæſare laudaretur, quod qui in Philippis acerrimus hoſtis fuiſſet, nunc ſe promptiſſimum comitē præberet: *Ego*, inquit, *o Cæſar, ſemper iuſtioris in repub. partis fui.* Sunt (Paterculus.) qui tradant, in conflictu nauali ad Actium dextrum cornu Valerio commiſſum, cum Aruntius læuo præeſſet. Appellationē Pa- (Suetonius.) tris patriæ aliquoties a plebe Cæſari delatā, ipſe mandantibus in curia Patribus pertulit, his verbis: *Quod bonum fauſtumque ſit tibi, domuique tuæ, Cæſar Aug. (ſic enim nos perpetuam felicitatem reip. & læta huic precari exiſtimamus) Senatus te conſentiens cum P. R. ſalutat patriæ patrem.* Euectus ad Præfectu (Tacitus.) ram vrbis, quem magiſtratum Aug. tū primum inſtituerat, ſexto mox die ſe abdicauit, immodicam & non ciuilem poteſtatē profeſſus. Vixit vſque in medium Auguſti (Euſebius.) principatum. Ante biennium vero quā decederet, ita memoriam ac ſenſum amiſit, vt proprii nominis oblitus vix paucula verba coniungeret. Ad extremum enato circa ſacrum os vlcere, inedia ſe confeciſſe traditur. Scripſit ſenex volumina de Rom. fa- (Plinius.) miliis, cum Scipionis Africani tranſiſſet

atrium, vidiſſetque adoptione teſtamentaria Salutionis (hoc enim illi cognomen erat) Africanorum dedecore notam irrepẽtem Scipionũ nomini. Ex ſimili cauſa publicata eſt eius indignatio, qua prohibuit genti ſuę Leuinorum alienam imaginẽ inſeri. Librum etiam de S. littera compoſuit. Adeo virum maximum, & in ſummis honoribus verſantem, non etiam puduit Grãmaticã rem curare. De genere dicendi eius non diſſentit a Cicerone Fabius, qui nitidũ illum & candidum eſſe, & quodammodo præ ſe ferre nobilitatem ſuã iudicat. Idẽ cũ Cæſari vim, grauitatẽ Bruto, diligentiã Pollioni, ſanctitatem Caluo cedat, dignitatem Meſſalæ tribuit. Liberos tres reliquit, M. & L. Meſſalas, & Valeriam filiam, cum etiam poſt Saluſtium Ciceronis Terentiam duxiſſet, vt eſt apud Hieronymum.

M. Val. Meſſala Barbatus, conſanguineus Oratoris, forſan M. Meſſalæ, Auguris & Coſ. F. Conſulatũ geſſit cũ P. Sulpitio Quirinio, an. V. C. DCCXLII. Glareanus, vir doctiſſimus, eundẽ fecit cũ ſuperiori, & adiungit illi numerũ II. in Conſulatu, cui equidem, vt ſoleo, libenter ſubſcriberẽ, niſi me moueret auctoritas Dionis, qui huic Barbati cognomentũ apponit, quod Oratorẽ nuſquã vſurpaſſe, legimus. Tũ etiam Suetoni' Barbati Meſſalæ meminit, cuius cõſobrini ſui Meſſalinã filiã Claudius Imp. vxorẽ duxerit, quẽ quidẽ huius filium, & Meſſalinã Auguſtã neptẽ fuiſſe, iudico, tẽporũ ratione ad amuſſim nobis ſuffragãte.

¶ Pro L. Coruino dixit Cicero ante Conſulatum ſuum, vt indicat Q. frater in de petitione Conſulatus.

M. Valerius Meſſala, Coruini Meſſalæ Oratoris F. Cõſulatum geſſit ſub Auguſto cum Cn. Lentulo Getulico, an. vrb. cond. DCCLI. qui & natali Seruatoris Chriſti & Galbæ Cæſaris ortu clarus fuit. Bello Pannonico præpoſitus Illyrico, ſubita rebellione circundatus hoſtili exercitu, cũ ſemiplena legione 20000. hoſtium fudit, fugauitq;, & ob id triumphalibus ornamentis honoratus eſt, vir animo quam gente nobilior, digniſſimus, qui & patrẽ Coruinum habuiſſet, & cognomen ſuum Cottæ fratri relinqueret. Paterculus.

¶ Meſſalini Conſularis & Patricii mors refertur Plinio 32 cap. 10.

L. Cotta Meſſalinus, & ipſe Coruini Meſſalæ Oratoris F. M. Meſſalæ fr. ſed Aurelię genti per adoptionẽ datus, Cõſulatu ſexto poſt fratrẽ anno potit' eſt, ſæuiſſimæ cuiuſque ſententiæ ſub Tiberio auctor, vt ſcribit Tacit. Plin. li. 10. de anſeribus agens, huius inuentum eſſe tradit, palmas pedũ torrere, & cũ gallinaceorũ criſtis condire. Ad hunc ipſum ſcribit Ouidius li. 3. de Ponto ſic inter cætera:

Quos Voleſus patrũ cognoſcat nominis auctor,
Quos Numa maternus non neget eſſe ſuos.
Adiectique probent genuina agnomina Cotta,
Si tu cras eſſes interitura domus.

Et in fine libri 4.

Te tamen in turba non auſim Cotta ſilere,
Pieridum lumen, præſidiumque fori.
Maternos Cottas cui Meſſalaſque paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Periit ex vulnere, cũ hirudinem ad genuã admiſiſſet. Plinius 32. cap. 10.

Valeria, horũ Meſſalarũ ſoror, rogata, cur amiſſo Seruio marito, nulli denuo nuberet? *Quoniã*, inquit, *mihi ſemper viuit Seruius maritus.* Hieronymus 1. contra Iouinianum. Forſan aũt ab hac diuerſa eſt Valeria, nupta Statilio, qua natus Statili' Coruin', coniurauit in Claudium. Vide Suetonium.

M. Valerius Meſſala M. F. Coruini Oratoris nepos, Conſulatũ geſſit ſub Tiberio, & quidẽ, quod rariſſimi exempli eſt, cum fratre patruele M. Aurelio Cotta, qui & ipſe nepos Oratoris fuit, vtpote ex L. Cotta Meſſalino prognatus.

M. Val. Meſſala M. F. M. N. Oratoris pronepos, collega Neronis in tertio Cõſulatu fuit, cuius abauus Auguſtus, Meſſalæ proauum in eodẽ magiſtratu collegã habuerat. Huic Meſſalæ ob generis nobilitatẽ quingẽta ſeſtertia, quib. innoxiã paupertatẽ ſuſtẽtaret, in ſingulos annos obtulit Nero, cũ & Aurelio Cottæ & Haterio Antonino pecuniam annuã ſtatuiſſet, quamuis per luxum habitas opes diſſipaſſent. Tacitus 13. Perſius Sat. 2. hunc Meſſalã vt luxurioſum & decoctorem notat, ſic canens:

Quin damus id ſuperis, de magna quod dare (lance
Non poſſit magni Meſſalæ lippa propago
Compoſitum ius, faſq; animi, ſanctoſq; receſſus
Mentis, &c.

VALERIA MESSALINA, Barbati Meſſalæ, de quo ſupra egimus, ex Lepida coniuge filia, Claudio Imp. nupta, Octauiã & Britannicũ peperit, mulier perditæ libidinis, & quæ, quemadmodũ pdit Iuuenalis, noctu inter meritoria ſcorta ſe proſtituere nõ dubitarit, imo etiam, vt memorat Plin. 10. c. 63. cũ ancilla ſuſcepto certamine, eã, nõ auſim dicere quoties concubitu ſuperarit. Nouiſſime multis patratis adulteriis, cũ in

C.Si-

C. Silium, Romanę iuuētutis pulcherrimū & tum Conſulē deſignatum, furialiter exarſiſſet, abſente Claudio nuptias cū illo celebrat. Quod flagitiū vbi Claudius reſciuit, ipſam cum Silio & omnibus aliis conſciis interemit. Tacitus 11.

Valerius Catullus Meſſalinus, Cyrenes & Libyæ rector ſub Veſpaſiano, multa crudelia & nefanda commiſit, ſed clementia principum, patris & filii Titi, quamuis deprehenſus, pœnā effugit. Mox Domitiano rerū potiēti, cui & in duob. Cōſulatib. collega fuit, ob adulationē & delationē gratiſſimus, multis exitiū attulit. Quapropter & a Iuuenale Satyra 4. ſic proſcinditur:

Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ
Grāde & conſpicuū noſtro quoq; tēpore mōſtrū,
Cæcus, adulator, dirusque a ponte ſatelles, &c.

Tādē multiplici & inſanabili morbo correptus, cū nō corporis modo cruciatus acerbiſſimos ſuſtineret, ſed & crebro terrorib. expauefactus eſtrato exileret, q sibi inſtātes occiſorū manes videret, defluentib. extis, miſerabiliter animā exhalauit, vt tradit grauiſſimus auctor Ioſeph. bell. Iud. lib. 1. c. vlt. Meminit huius Catulli Meſſalini etiam Plinius epiſt. 4. ad Sempronium Rufum.

Valerius Meſſala, Conſul ſub Traiano anno DCCCLXVII.

Meſſalinus, Coſ. ſub Hadriano an. 899.

Meſſala, vir nobilis familiæ, cum primis doctus & Orator eximius, ſub Alexandro Seuero floruit, cuius optionē Imperator ſorori Theocliæ detulit. Capitol. in Maximi.

Meſſala, ſub Decio pręf. Achaię, ad quē extat apud Pollionem Decii epiſtola.

Meſſala Præf. præt. ſub Arcadio & Honorio. C. 3. & 1. de aſſeſſoribus & domeſticis & cancellariis iudicum. Reſcribitur illi 9. Cod. tit. 41.

Voleſus Meſſala, ſub Diuo Auguſto Proconſul Aſiæ, cū 300. vna die ſecuri percuſſiſſet, incedēs inter cadauera vultu ſuperbo quaſi magnificū quiddā conſpiciendumq; feciſſet, Græce proclamauit, O rem regiā. Quis hæc rex feciſſet? Seneca de ira 2. Apparet ex lib. 3. Corn. Taciti, eundē, facto in ipſum S.C. ſub Auguſto damnatum.

Meſſalæ reſcribunt Arcadius & Honorius 9. Cod. tit. 41.

Meſſalinus Vicarius, Præf. præt. & ſucceſſor Rufi crudeliter torſit Apollinarem Martyrem, eum, qui cum Petro Romam venit. Vide Martyrologium 22. Iulii.

Flacci.

Flaccos ex eadem gente eſſe, vnde Val. Publicola, liberator patriæ, fuerit, indicat Cicero in oratione pro L. Val. Flacco.

C. Valerius Potitus Flaccus, Coſ. an. V. C. CCCCXXIII. Liuius dubitat, Flaccus an Potitus fuerit, varieq; in annalibus nomen eius reperiri ſcribit, ac a quibuſdam tradi, illum cum collega M. Claudio Marcello venenis abſumtum, libro 8.

L. Val. Flacc' M. Equitū an. V. C. CDXXXIII

L. Val. M. F. L. N. Flaccus, Conſul an. V. C. CCCCXCII.

P. Val. L. F. M. N. Flaccus Conſul ann. V. C. DXXVII. Liuius 26.

L. Val. P. F. L. N. Flaccus, ſuperioris P. filius, Conſul cum M. Catone anno V. C. DLIX. Cenſor cum eodem anno XI. poſt, quo tēpore & princeps Senatus lectus eſt. Fuit etiam in numero Pontificū ann. 574.

C. Val. Flaccus L. fr. Flamen Dialis, captus a P. Licinio Pontif. Max. anno V. C. DXLV. Ædilis anno DLV. De hoc plura Liuius 27. Valerius Maximus lib. 6. cap. 9.

L. Val. L. F. P. N. Flaccus, Conſul anno V. C. DCII. collega M. Claudii Marcelli in tertio illius cōſulatu, mortu' in magiſtratu.

L. Val. L. F. L. N. Flaccus, Conſul anno DCXXIII. collega P. Licinii Craſſi Mutiani.

L. VALERIVS FLACCVS, Conſul ann. V. C. DCLIV. collega C. Marii in ſexto illius Conſulatu. Cenſor fuit cū M. Antonio Oratore. Val. Max. 2. c. 4. Idem princeps Senatus fuit. In locū C. Marii demortui Coſ. ſuffectus collega Cinnæ, miſſusq;, vt Syllæ ſuccederet, quia exercitui inuiſus erat ob auaritiā, a C. Fimbria legato, vltimæ audaciæ homine, occiditur. Liu. 82. Hic auctor extitit turpiſſimæ legis, qua creditoribus quadrantem ſolui iuſſit. Paterculus.

C. Val. Flac. fors L. fr. Conſ. an. V. C. 662.

L. Flaccus, poſt mortē Carbonis & Marii Coſs. Interrex de Sylla tulit, vt quæcunq; is feciſſet, eſſent rata. Vide Appianum & Ciceronem in orat. contra Rullum.

L. Val. Flaccus, Conſularis viri F. P. Seruilio in Cilicia Tribunus militū, M. Piſoni Quæſtor in Hiſpania, bellum Cretenſe ex magna parte geſſit, tū Metelli legatus. Prętor inde vrbanus, Cicerone Coſ. vt eſt videre in orat. in Catilinam ſecunda, mox Aſiæ, legatus itē Piſonis in Macedonia, teſte Cicerone in L. Piſonē, qui inibi coniunctū ſibi fuiſſe ſcribit. Eſt. n. is ipſe, pro quo extat Ciceronis oratio. Filiū habuit, qui periit in

partibus Pompeianis ante pugnã Pharſalicam. Cæſ. comm. 3. Patrem puto, Flaminẽ Martialem vocat Cicero 1. de diuinatione. Et in oratione pro eo habita, veterẽ Valeriæ gentis in liberanda patria laudẽ prope 500. anno, in ſuo Cõſulatu retuliſſe ſcribit. Succeſſit illi in Prætura Aſiæ Ciceronis frater Q. Ibidem.

C. Val. Flaccus L. F. fuit cum App. Claudio in Cilicia. Cic. epiſt. 3. Ac fors hic eſt in partibus Põpeii cæſus, vt eſt apud Cæſarẽ.

L. Val L. F. (opinor Flaccũ fuiſſe) Prætor extitit ſub Cæſare, teſte Ioſeph. 14. c. 16.

L. Flacci, & patris & fratris, doctiſs. virorum, domus Brunduſii Ciceronem exulantem recepit. Cicero pro Seſtio.

C. Valerius Flaccus, ſcripſit de indigitamẽtis ad Cæſ. Cenſorinus in de die natali.

C. Valerius Flaccus, ſcripſit Argonautica, genere Patauinus. Nam Martialis illum Antenorei laris alumnum vocat. Alii Setinum, ex vrbe Campaniæ Setia volunt. In huius obitu Quintilianus multum fuiſſe amiſſum queritur.

C. Flaccus, legatus Vibii Criſpi Proconſulis, ex Africa Oſtiã altero die venit molliſſimo etiam flatu. Plin. in præfatione 19.

Val. Flaccus, nobilis adoleſcens, a Probo Tribuno, eo, qui poſt imperauit, e Quadorum manu liberatus eſt: vnde illi Valerianus Imp. coronam ciuicã dedit. Vopiſcus.

¶ Valerios Lactucinos quoq; vocatos, ab herbis hortenſibus, indicat Plin. 19. c. 4.

VALERII alii, ſecundum cognomenta expoſiti.

L. Valerius Antias, ſcriptor Hiſtoricus, militauit bello Pun. ſecundo ſub Q. Fuluio Flacco, ab eoq; cuſtodiendis auehendiſq; in vrbem Macedonum intercepti legatis præfectus eſt. Liuius 27.

M. Val. Achilleus lictor proximus Laures Lauinus agens annum ætatis LXV. viuus mihi comparaui & poſui. Romæ, citante Fabricio in caſtig. Terent.

Valerius Æditúus, Poeta, cuius epigrãmata citantur a Gellio.

L. Valerius Amãs VI. vir & Aug. Inſcript. ant. pagina 74.

P. Val. Aſiaticus, bis Conſul, damnatus a Claudio, venas ſibi incidit. Natus fuit Viẽnæ. Cæſo Caligula, cum populus auctorẽ eius facti noſſe cuperet: *Vtinam*, inquit, *ego*. vt tradit Ioſephus 19. c. 1. Plura de eo Seneca lib. 2. de tranquillitate cap. 18.

P. Val. Aſiaticus, Cõſul deſignatus Cæſo Vitellio, gener fuit Vitellii. Tac. 18. & 20.

Aſiaticus, procurator Aſianæ Libaneſiæ in Phœnicia, Nicephoro hiſt. Eccleſ. lib. 16. capite 27.

Val. Baſſianus, occiſus ſub Commodo. Lampridius.

C. Val. C. F. O. V. F. Broccus refertur in mem. Mediolanenſium pag. 51.

Val. Max. Baſilius, præf. vrb. ſub Conſtantino.

M. Val. Calliparienus, refertur in monumentis Italicis, Inſcript. ant. pag. 264.

Val. Capito, pulſus olim ab Agrippina, poſt ei' cædẽ a Nerone reuocatur. Tac. 14.

Valerius Cato, memoratur a Suetonio de claris Grãmaticis, vt Poeta ſimul Grãmaticuſque notiſſimus. De vita eius conſule eundem ibidem.

C. Val. Catullus Veronenſis, Poeta, natus anno ante Salluſtium, Syllæ Mariiq; tẽporibus, in poematis laſciuus & mordax, ne Cæſari quidem pepercit, iambis eũ inſectatus: cui tamen reconciliatus, eodem die ab illo cœnæ adhibitus eſt, teſte Tranquillo. Moritur anno ætatis 30. teſte Euſebio.

Val. Catulinus, miſſus a Iuliano ſucceſſor Seuero Imp. ab hoc poſtea cæſus eſt. Spartianus.

Val. Cordus, præceptor in primis ſtudiis Alexandri Seueri. Lampridius.

Valeria Copiola Emboliaria 104. annũ agens, ludis pro ſalute D. Auguſti votiuis in ſcenam reducta eſt. Plinius 7. cap. 48.

Valeria Didia, mater, cũ Valeria Tertia filia, refertur in memoriis Dalmat. p. 368.

Valerius Diodorus, Philoſophus Alexãdrinus vixit ſub Hadriano. Suidas Διόδωρος.

Valerius Fabianus, ſub Nerone, quod falſum teſtimonium ſubdidiſſet, lege Cornelia dampatus. Tacitus 14.

Valerius Feſtus, legatus legionis in Africa ſub Vitellio, cuius affinis erat, L. Piſonem Procos. interemit. Tacitus 20. Plinius lib. 3. epiſtol. ad Caninium.

Val. Florus, refertur in memoriis Germanicis. Inſcript. ant. pag. 441.

Valeria Felicitas. Ibidem pag. 42.

P. Val. Q. F. P. N. Conſul an. V. C. DXV.

L. Val. L. F. Gall. Fauentinus Duumuiralis, &c. Inſcript. ant. pag. 7.

Valeria Glauca. Ibidem pag. 297.

Valerius Gratus, Iudæam ſub Tiberio 11. annis tenuit. Succeſſit illi Pontius Pilatus. Ioſephus lib. 18.

L. Val. Heptachordus, hoſtem & accuſatorem ſuum Cornelium Balbum hæredem reliquit. Valerius Max. 7. cap. 9.

L. Val. I.C. quem irridet Cicero in fine epiſtolæ ad P. Lentulum.

M. Val. Homullus, Conſul anno V. C. DCCCCIV. ſub Pio; de cuius iocis in ipſum Imperatorem vide Capitolinũ. Citat & Plinius in epiſtolis Homullum, forte patrem, certe alium, vt temporum ratio conuincit. Refertur M. Inſcript. ant. pag. 134.

Valerius Iulianus. ibidem pag. 274.

Val. interpres, memoratur Ciceroni ad Att. 1. epiſt. 9. Fors hic eſt P. Valerius, quẽ vocat hominem officioſum libro epiſtolarum ad Terentiam 14. epiſt. 2.

Val. Largus, accuſator Corn. Galli, Poetæ, cuius familiaris & conuictor erat, ſub Auguſto. Huic Proculeius aliquando occurrẽs, os & nares ſibi manu communiuit, ſignificans, illo præſente, ne reſpirare quidem tutum eſſe. Dion 53.

P. Val. Leo, vnus ex accuſatoribus Milonis. Pedianus.

Val. Leo, Cæſaris hoſpes Mediolani. Plutarchus in Cæſare.

Valerius Licinianus, vir Prætorius, confeſſus inceſtum, dubium verean metu, a Domitiano in exiliũ miſſus eſt. Vide Plinium epiſtolarum 4. ad Minutianum.

Val. Licinianus, Poeta, memoratur Martiali, cuius volunt hoc epitaphiũ eſſe, repertum ante portam Latinam: Muſa hoſpitis Liciniani. Vix. ann. 35. Vide Gyraldum.

Val. Ligus, ſub Auguſto refertur Dioni 58

Val. Marcellus, ſcriptor Hiſtoricus, quẽ citat Capitolinus in Max. & Balbino.

Valerius Marinus, deſtinatus a Galba Conſul, dilatus a Vitellio, vir mitis & manſuetus. Tacitus 18.

Val. Marianus, vir Prætorius & Senator tempore Plinii, a Puteolis Alexandriam 9. die peruenit leniſſimo flatu. Plinius in præfatione 19.

C. Val. C. F. Pap. Marianus, vir honoratus, refertur in mem. antiquis valde honorifica inſcriptione pag. 347.

M. VAL. MARTIALIS, Poeta, Hiſpanus ex oppido Bilbili, Domitiano gratiſſimus, hortos amœniſſimos habuit in Ianiculo, vt ipſe libro primo teſtatur. De hoc Plin. iunior li. 3. epiſt. ad Corneliũ Priſcum. Quãtopere Martialis carmina Ceioni' Cõmodus Cæſ. adamarit, ſicut Virgilium ſuum dixerit, docet Spartianus in Ælio Vero.

VAL. MAXIMVS, ſcripſit ad Tiberium Cæſ. rerum dictorumque memorabilium libros 9. Militauit ſub Sex. Pompeio, vt ipſe de ſe teſtatur, de inſtitutis antiquis differẽs.

M. Valerius Maximus Sacerdos. Vide Inſcriptiones ant. pag. 44.

Val. Max. Baſilius præf. vrb. ſub Conſtantino, a quo & illi reſcribitur 5. C. tit. 3.

Sex. Val. Mercurialis Augur, refertur in mem. Italicis pag. 129.

¶ L. Valerius Meſſala Thraſia Priſcus Coſ. memoratur I. Lipſio de antiqua inſcriptione commentario in lib. 16. Taciti.

Valeria Montana coniugi opt. L. D. D. D. Inſcript. ant. pag. 367.

Valerius Naſo, Prætorius ſub Tiberio. Tacitus 4.

C. Valerius Nepos, accuſauit cum aliis Milonem. Pedianus.

Val. Nepos, deceſſit ſub M. Antonino, qui illius teſtamentum, quanquam inductis hæredum nominibus, valere iuſſit. Pand. 28. de iis, qui in teſt. delen.

Q. Valerius Q. Orcæ F. Prætor anno V. C. DCXCVIII. legatus Cæſaris, & initio belli ciuilis præfectus Sardiniæ, ex ea Cottam expulit. Cæſ. 1. & Appianus. Cicero epiſtolarũ 13. diuidundis agris a Cæſare per bellũ ciuile propoſitum docet. Ceterũ Orcæ cognomentum inditũ arbitramur, vel a belua marina confecta, vel a vaſe vinario ficariove, q̃ illius ſimilitudinẽ retulerit, cui primo inter Valerios hęc appellatio cõtigit.

C. Valerius Paulinus, circumiectas Galliæ Narbonenſi ciuitates Vitelliana tempeſtate in verba Veſpaſiani adegit, ante fortunam illi amicus. Patriã habuit Forũ Iulii. Tacitus 19. Extant ad hũc cõplures epiſtolę Plinii, cui moriens libertorum ſuorum ius reliquit, quorũ tribus ius Quiritium a Cæſ. Traiano Plinius impetrauit, C. videlicet Valerio Æſtiuo, C. Valerio Dionyſio & C. Val. Apro.

Val. Patronus, procurator Imp. litigans cum Flauio Statilio, citatur Paulo Pand. 49. de iure fiſci.

Patron' Voluſianus, collega Gallieni in quarto ipſius Conſulatu, ann. V. C. MXIII.

Val. Patruinus & P. Val. Seuerus referuntur Inſcript. ant. pag. 56.

C. Valerius Petronianus, patre natus C. Val. Eutychiano, refertur in memoriis antiquis cum honore multo, pag. 53.

C. Valerius Placidius, cũ Valeria Mirtale coniuge, refertur in mem. Dalmat. p. 366.

Val. Pollio, Alexandrinus Philoſophus ſub Hadriano. De hoc Suidas Πωλίων.

Val. Ponticus, ſub Nerone Italia pulſus. Tacitus 14.

L. Val. Præconius, legatus L. Manlii, Proconſulis in Aquitania, exercitu pulſo, interfectus eſt. Cæſar belli Gallici comm. 3.

L. Val. Priſcus, refertur honeſte in mem. Italicis pag. 341.

C. Valerius Priſcus, cum coniuge Valeria Eutycha, L. Valerii Tironis liberta, ſimiliter pag. 352.

Valerius Priſcianus, Prætor vrbanus téporibus Diuorum fratrum, cui etiam ab ipſis reſcriptum eſt Pand. 25. de ventre inſpiciendo.

M. Val. Probus, Grāmaticus illuſtris, Berytius, de quo vide Tranquillum. Floruit ſub Nerone, vt Chronol. Euſebii. Meminit eius ſubinde Gellius. Martialis lib. 3. Illo vindice, nec Probum timeto. Macrobius lib. 5. virum perfectiſſimum vocat, ſed notat lapſum & imperitiam, qui locum Virgilii de Pane niueo lænæ munere lunam illiciente, neſcierit. ¶ Extant commentaria eius in Bucolica & Georgica Virgilii, itē de libris antiquis opuſculum. Forſan etiā idem eſt Probus, cuius Catholica inuenta in monaſterio Bobii oppidi, teſte Volater.

L. Val. Procillus, adoleſcens propter fidem, & Gallicæ linguæ ſcientiam, a Cæſare ad Ariouiſtum regem miſſus eſt, cuius pater C. Valerius Caburus a C. Val. Flacco ciuitate Rom. donatus erat. Cæſar. cōm. 1.

Val. Proculus, præfectus vrbis ſub Cōſtantino, & iterum poſt 24. annos ſub Cōſtantio, niſi velis filium accipere.

Valeria Profutura. Inſcript. ant. pag. 71.

Val. Pudens leg. Aug. Pr. pr. ſub Seuero Aug. & M. Antonino Cæſ. vt indicat inſcriptio apud Nouiomagū in hiſt. Batauic.

L. Val. L. F. Pudens, cum eſſet annorū 13. Romæ in certamine ſacro luſtro 6. claritate ingenii coronatus eſt inter Poetas Latinos omnibus ſententiis iudicum. Huic plebs vniuerſa municipum Hiſconienſiū (quod eſt oppidum in Brutiis) ære collato ſtatuam decreuit. Extat huius rei inſcriptio in memoriis Italicis pag. 191. Gyraldus male pro Pudente Prudentium vocat.

P. Valerius Seuerus. Inſcript. ant. pag. 56. Forſan I C. ille, de quo Pand. lib. 3. tit. 3. l. 8. tit. 5. l. 29.

Q. Val. Soranus, de quo L. Craſſus apud Cic. de Oratore 3. *Nemo eſt*, inquit, *quem litteratiſſimum togatorum omnium, Q. Valeriū Soranum, lenitate vocis atque ipſo oris preſſu & ſono facile vincat.*

Q. & D. Valerii Sorani, fratres, vicini & familiares Ciceronis, nō tā in dicēdo mirabiles, quam docti Græcis & Latinis litteris. Cic. in Brut. Q. citatur etiā a Varrone apud Gelliū 2. c. 10. Cæſus eſt idē iuſſu Pōpeii, teſte Plutarcho. Vide plura apud Gyraldū.

Valerius Soranus, quod arcanū Romæ nomen enunciaſſet, mox pœnas luit. Plin. 3. cap. 5. Fors huius ſunt libri ἐποπτίδων, id eſt ſpectaculorum, quos citat in præfatione. Meminere Cicero lib. 1. de Oratore, Solinus in Polyhiſtore, Plutarchus in Problemat. Macrobius lib. 1. Saturnal. Seruius 1. Georg. Auguſtinus de C. D. lib. 7. c. 9. & 11.

Soranus Barea (an & hic Valeriæ gentis ſit, adhuc dubito) cæſus eſt a Nerone, falſo P. Celeris teſtimonio circumuentus. Vide Tacitum 12. 16. 20. Conſul fuit ſub Claudio. Dion pag. 138. Meminit Iuuenalis:

Stoicus occidit Baream delator amicum,
Diſcipulumque ſenex.

Soranus, Epheſius, Medic⁹, citatur Auguſtino Tom. 7. Plura de eo Suidas Σωρανός.

C. Valerius Surus. Inſcript. ant. pag. 304.

Valerio, neſcio cui, reſcripſerunt Seuerus & Anton. Pand. 27. titulo de excuſat. tutelæ l. 12.

Valeriæ iidem AA. 2. Cod. de pactis.

C. Valerius C. F. Flauia ſpectatus *Siſcla* mil. coh. VIII. Prætoriæ. Fabricius in ſua Roma.

L. Valerius Tappus C. F. Prætor an. V. C. DLXII. Siciliam ſortitus eſt. Liuius 35.

C. Valerius Tappus Trib. pl. anno V. C. DLXVI. de Formianis Fundaniſque municipibus & Arpinatibus promulgauit, vt iis ſuffragii latio eſſet, idq; popul⁹ ſciuit, Li. 38

Valerius Theon, Sophiſta. Suidas Θέων.

C. Val. Triarius, in Sardinia contra M. Lepidum arma tulit. Legatus Luculli in Aſia, & Ponto, contra Mithradatem infeliciter pugnauit. Vxor illi fuit Flaminia. Periit in bello ciuili, ſecutus Pompeium, ſub quo nauibus Aſiaticis vna cū D. Lælio præfuit. Cicero in Bruto, Cæſ. cōm. belli ciuilis 3. Idem Cicero ad Att. 12. ſe liberorum illius tutorem eſſe ſcribit.

App. Triarius, filius illius, M. Æmilium Scaurum M. Catone Prætore accuſauit, teſte Pediano.

L. Val. Triarius, fors C. fr. Quæſtor vrbanus fuit cum P. Lētulo. Cic. in Verrinis.

Valeria

Valeria Paula, Triarii ſoror, ſine cauſa cũ marito, quo die e prouincia reuerſurus erat, diuortium fecit, nuptura D. Bruto. Cęlius Ciceroni epiſt. 7.

Tiro, Nicias, Valerius Ciceroni adſunt ad Attic. 12. pag. 478.

P. Valerius lib. Polat. Tacitus, refertur Inſcript. ant. pag. 32.

L. Valerius Tertius. Ibidem pag. 169.

Valerius Valentinus, cõſcripſit ficto nomine legem conuiualem iocoſo carmine. Sex. Pompeius lib. 18. De eodem Valerius Max. lib. 8. cap. 1.

Val. Varus, coætaneus Plinii. Meminit eius epiſtolarum 6. ad Priſcum.

Valerio Vero reſcripſit Hadrianus Pãd. 22. de teſtibus ſeu tit. 5.

Valeria Virginia. Inſcript. ant. pag. 43.

Valerii ſine cognomentis.

P. Val. qui ſe pro Iuriſcõſulto haberi volebat, cum non eſſet, ridetur a Cicerone in fine epiſtolarum ad Lentulum. Commendatum eidem Lentulo inibi ſignificat. Sed & lib. 3. Appio Claudio eũ cõmendat. Meminit vt familiaris & comitis ſui Philippica prima, in cuius villam, cum peteret Siciliã, Antonio Conſule, ſe diuertiſſe ſcribit.

Valeria, F. Diocletiani Imp. nupta Galerio Auguſto.

Valerio reſcripſere Seuerus & Antoninus Pand. 27. tit. de excuſat. tutelæ l. 12.

Valeriæ iidem AA. 2. Cod. de pactis.

Valeriæ Gordianus Imp. 3. Cod. tit. 10.

Valerio Carus, Carinus & Numer. 4. Cod. titulo 20.

Valeriæ AA. & CC. 4 Cod. tit. 38.

M. Valerius, Iadratinæ Eccleſiæ Pontifex, refertur in mon. Dalmaticis pag. 361.

L. Valerius Labolæ: *Seu ſtupor huic ſtudio eſt, ſiue eſt inſania nomen:*

Omnis ab hac cura, cura leuata mea eſt.

Antiquitates Fabricii pag. 90.

VALERIANI.

Valerianus, vnus ex ducibus Veſpaſiani in bello Iud. Hegeſip. lib. 3. c. 22. Ioſeph. lib. 3. Decadarchũ, officii nomine vocat.

Valerianus I C. citatur Vlpiano Pand. 46. de prætor. ſtipulat.

Valeriano reſcribitur a Cõſtãtino 1. Cod. de iuris & facti ignorantia & 5. Cod. tit. 1.

Valeriano a Seuero & Antonino AA. 3. Cod. tit. 15.

Valerianus Pætus, occiſus ab Heliogabalo. Dion.

VALGII.

C. Valgius Hippianus commendatur a Cicerone epiſtolarum 13.

¶ Valgos dici, qui diuerſas ſuras habeant, Sex. Pompeius lib. 19.

A. Valgius, Senatoris F. cuiꝰ frater apud Pomp. F. erat in Hiſpania, trãsfugit ad Cæſarem. Comm. 6.

¶ C. Valgius C. F. Saturninus, Conſulatũ geſſit cum C. Caninio Rebilo ſub Auguſto, an. DCCXLI. Hic vnus illuſtriũ eruditione ſpectatus ſcripſit ad Aug. Cæſarem de vſu herbarum, ſed imperfecto volumine, teſte Plin. 25. c. 2. Ad hunc opinor ſcribere Horatium lib. 2. Oda 9. item de hoc ipſo puto ſcribere Tibullũ lib. 4. elegia. 1.

Eſt tibi, qui poſſit magnis ſe accingere rebus,
Valgius æterno propior non alter Homero.

¶ Valgius Rufus, ſcripſit libros de rebus, per epiſtolam quæſitis. Citatur Gellio lib. 12. c. 3. Idemne fuerit cũ ſuperiori, & quẽ Appollodori diſcipulum vocat Quintilianus 3. c. 1. minus compertum habeo.

¶ VALLATIO reſcribit Antoninus 9. Cod. titulo 23.

VALLII.

Vallius Syriacꝰ, citatur Senecę inter celebres ſui ſeculi declamatores. Eius eſt illud in Stertinium Maximum, a quo premebatur, cum comes eius fuiſſet. *Per 12. annos in officio tuo fui. Dic, quid peccauerim? Sed hæc eſt conſuetudo veſtra, iniuriam vocatis ſinẽ ſeruitutis.* Initio 2. Declamationum.

L. Vallius Solon, porticum Syluano ex voto fecit. Floruit ſub Traiano, vt liquet ex inſcriptione & adiunctis Coſſ. Vide Marlianum 6. cap. 6.

VARENI.

¶ VARENVS, defenſus eſt a Cicerone, citante Quintiliano. Eadem oratio apud Priſcianũ mendoſe ꝓ Varrone nominatur.

L. Varenus, Centurio ſub Cæſare in Galliis, cuius aduerſus Neruios ſingularis audacia refertur Comm. 5.

L. Varenus alius, C. Varenum occidit, Cn. vulnerauit, Salarium item occidit, damnatus tandem. Fabius 7. c. 2. & 3. lib. 5. cap. 10. & 13. & lib. 9. cap. 2.

Varenꝰ Rufus, a Bithynis accuſatus. Plin.

¶ VARGVLA, homo dicax, & amicus C. Cæſaris eius, qui apud Ciceronem 2. de Oratore de facetiis diſſerit.

VARGVNTEII.

Q. Vargunteius, Grammaticus, annales Ennii certis diebus in magna frequentia pronunciabat. Tranquillus.

L. Vargunteius, vir Senatorius, ſocius L. Catilinæ, defenſus aliquando a Q. Hortẽſio in cauſa ambitus. Cicero pro P. Sylla & pro Flacco. Vide Saluſtium.

Vargunteius Pompeius de cœlo exanimatus. Iulius Obſequens.

Vargunteius, legatus M. Craſſi, cum eo in Parthos iuit, ſed deprehenſus cum 4. cohortibus oppreſſus eſt. Appianus.

V A R I I.

Q. Varius Sucronenſis, homo vaſtus & fœdus, æqualis Sulpitii & Cottæ. Cicero 1. de oratore. Ob ius ciuitatis obſcurũ dictus eſt Hybrida. Trib. pl. accuſauit M. Æmiliũ Scaurũ, vt eſt apud Val. Max. lib. 3. cap. 7. & Aſcon. Pedianũ, ſed a Valerii narratione nõnihil diſſentientem. Tulit & legem aduerſus collegarũ interceſſionem, qua quæreretur, quorũ dolo malo ſocii ad arma ire coacti eſſent, magna clade Reipub. ſociali prius, deinde ciuili bello excitato. ſed ipſe demum ſua lege conſtrictus & abſumtus. Auctore eodem Valerio lib. 8. cap. 6. libri 9. cap. 2. De hoc ipſo Vario puto loqui Ciceronem de natura Deorũ 3. cum inquit: *Varius homo importuniſſimus, ſummo cruciatu ſupplicioque periit, qui Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat.* Eundem in Bruto Oratorem acutum in rebus inueniendis, nec minus verbis expeditum nominat.

P. Varius, magna pecunia fraudauit Cæcilium, auunculum Attici, qui cum fratre eius Caninio Satrio agere cœpit de iis rebus, quas dolo malo mãcipio de Vario accepiſſet. Vide Ciceronẽ li. 1. ad Att. epiſt. 1.

¶ Q. Varius Cotyla, familiaris & amicus Antonii Triumuiri, quem Ædilitium Antonius per tempus obſidionis Mutinenſis cum mandatis ad Senatum miſit, & repetiturus Italiam, poſteaquam a Lepido receptus eſt, cum 6. legionib. Galliæ præfecit. Vide Plutarchum. Cicero Philip. 8. tũ, cũ Ædilis eſſet, iuſſu Antonii per ſeruos publicos in conuiuio loris cæſum eſſe tradit.

L. Varivs, Poeta, familiaris Horatio & Virgilio, cum primis vero gratus Auguſto principi, cuius Thyeſten Fabius cuilibet Græcorũ comparari poſſe ſcribit. Relictus ex parte hæres a Vergilio cum Plotio Tucca, iuſſus eſt ab Auguſto Cæſare cum eodẽ Tucca Vergilii poema emẽdare, ſed ea lege, ne quid adderent. Auctor Seruius.

¶ Varius Geminus, Orator, apud Cæſarem verba faciens: *Cæſar*, inquit, *qui audent apud te dicere, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem.* Seneca in fine 6. Declamationũ. Meminit Hieronymus lib. 1. contra Iouinian. & ſublimem Oratorem vocat, ſubiungitque hoc eius apophthegma: *Qui non litigat, celebs eſt.*

¶ L. Varius Clemens, ab epiſtolis Auguſtorum, & præſes Treuirorum, notus ex inſcriptione magnifica, quæ extat Inſcript. ant. pagina 388.

P. Varius Eutychus, refertur ibid. p. 37.

M. Varius Montanus vix. an. XXII. Varia Gemina mater. Reperitur in mem. Germ. pagina 441.

L. Varius Papyrius Papyrianus præf. fabr. Flamen Hadr. Pont. Augur, refertur pagina 354.

P. Varius Polycarpus. P. Varius Craſſianus. in epigraphis Italicis pagina 129.

L. Varius Prudens, cum Hoſtilia Priſca coniuge, pag. 123.

¶ Varia Semilla, citatur Pand. 49. de iure fiſci. l. 47.

¶ Varius Marcellus, Mœſæ, ſororis Iuliæ Auguſtæ, Seueri coniugis, gener, pater, vt opinor, fuit Varii Heliogabali Imp. Diõ.

V A R I.

A. Varus, qui habitus eſt iudex durior, dicere confeſſori ſolebat, cum datis teſtibus alii tamen citarentur: Aut hoc teſtimoniũ ſatis eſt, aut neſcio q̃d ſatis ſit. Cic. Finiũ 2.

Q. Varus, præf. equitum Cn. Domitii in partibus Cæſaris. Comm. 3.

L. Varus, Epicureus, perſtrictus ioco Caſſii Seueri, citatur Fabio 6. cap. 4.

Varus, Eques Rom. Vinicii comes, cœnarum bonarum affectator, quas improbitate linguæ merebatur. Seneca epiſt. 123.

Varo reſcribit Antoninus Imp. Cod. 8. titulo 18.

P. Varinvs, Prætor Aſiæ, ſic opinor, citatur Ciceroni pro L. Flacco.

L. Varinus, ſeu quomodo quibuſdã vocatur, P. Varenus, Proconſul a Spartaco ſtratagemate eluſus eſt, erectis ad palos cadaueribus, additis veſtib. & armis, vt procul intuentibus ſpecies ſtationis eſſet. Iulius Frontinus lib. 1. cap. 5.

¶ M. Varinvs M. F. Philippicus, memoratur Inſcript. vetuſt. pag. 183.

¶ M. Vartsidivs, Eques Rom. citatur epiſtolarum 10.

¶ Varonilla, Veſtalis, libero mortis arbitrio ſub Domitiano punita. Suetonius.

VATI-

VATIENI.

P. Vatienus, cum e præfectura Reatina Romã venienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixiſſent, regẽ Perſen illo die captum, Senatui nũciauit. Et primo quaſi temere de republica locutus in carcerẽ coniectus eſt. Poſtea a Paulo litteris allatis, cũ idẽ dies conſtituiſſet, & agro a Senatu & vacatione donatus eſt. Cic. de natura Deorum 2. qui ibidẽ adoleſcentẽ quoq; nepotẽ reliquiſſe tradit. ¶ Vide de eodem Notas Fuluii Vrſini in opera Ciceron. p. 45. & ſeq.

C. Vatienus, cũ ſiniſtræ manus digitos, ne bello Italico militaret, abſcidiſſet, publicatis bonis æternis vinclis addictus eſt. Valerius Maximus lib. 6. cap. 3.

¶ Vatienus Montanus, celebris ingenii vir & Orator, patria Narbonenſis, relegatus a Tiberio in Baleares inſulas, ibidẽ moritur. Auctor Tacitus 4. & ſecundum illum Euſebius. De hoc eſt illud Martialis:

Docti patria Narbo Vatieni.

Accuſauerat hunc apud Cæſarẽ Vinicius, rogatus a colonia Narbonenſi. At Montanus adeo toto animo ſcholaſticus erat, vt eodẽ die decertaret, & in Vinicii actionem ſententias ſuas retulerit. Oſtẽtationis cauſa adeo nunquam declamauit, vt ne exercitatus quidem declamauerit. Solitus eſt autem eadem repetere ſubinde, qua re ſententias ſuas corrumpebat, non contentus rem vnã ſemel bene dicere. Propter hoc Scaurus illum inter Oratores Ouidium appellabat. Nam & is, quod bene ceſſerat, relinquere neſciebat. Seneca cõtrouerſiar. 7. & 9. Ab Ouidio etiã inter Poetas numeratur.

Quiq; vel imparib. numeris, Montane, vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

VATINII.

Vatinios fuiſſe tribus Sergiæ, in qua fuere Sabini, Marſi & Peligni, liquet ex oratione Ciceronis in Vatinium teſtem.

P. Vatinius, quem ante e Cicerone P. Vatienum nominauimus. Vide Valerium Maximum lib. 1. cap. 8.

P. VATINIVS P. F. quamquã homo deformis & probroſæ vitæ, ad ſummos tamẽ honores peruenit. Quæſtor Cicerone Cõſule aquariã prouinciã obtinuit. Qua perfunctus, cũ C. Coſconio Proconſule legatus iuit in vlteriorẽ Hiſpaniã. Inde Tribunatũ pleb. nactus, totũ illũ ad Cæſaris tum Conſulis gratiã geſſit, Bibulũ illius collegã in carcerẽ duci iuſſit, cõtinentem ſe domi, viatorẽ miſit, qui vi extraheret. Leges, Heliã & Fuſiã, de auſpiciis P. R. latas, cõtemſit & cõculcauit, aliaq; teterrima facinora in eo magiſtratu deſignauit. In epulo Q. Arrii iã inſolẽter ſe geſſit, vt cõtra morẽ P. R. ſolus atratus accũberet. Poſtulat' lege Licinia & Iulia, Tribunos pl. appellauit, ne cauſã diceret, quæſitorẽ Memmiũ e tribunali deturbauit. Ædilitatẽ petens, repulsã paſſus eſt. Nec felicior fuit in petitione Præturæ, cuius cõſequẽdæ ſpe munus gladiatoriũ dedit, ſed tanto vniuerſi populi in ſe odio, vt lapidib. petitus ſit. Vnde facetũ illud Ceſellii Iurecõſulti dictũ, rogãte quopiã poſt latã legẽ, ne quis niſi pomũ in ſcenã mitteret, nũ pinea nux pomũ eſſet: *Si*, inquit, *in Vatiniũ iacies, pomũ eſt.* Laceratus a Cicerone poſt ipſi' ab exilio reditũ acerbiſſima oratione, quæ etiamnũ extat, per Pompeiũ & Cæſarẽ effecit, vt eidẽ non modo recõciliaretur, verũ etiã defenſionẽ obtineret, idq; nõ ſine ſui laudatione, vt teſtatur ipſe Cic. ad Lẽtulũ ſcribẽs, itẽ ad Q. fr. li. 2. De eadẽ re Quintilianus lib. 6. c. 5. Val. Max. li. 4. c. 2. qui hiſtoriã illã hac memorabili ſentẽtia claudit: *Speciosius aliquanto iniuriæ beneficiis vincuntur, quã mutuus odii pertinacia pẽſantur.* Priuſquã hæc gratia ſarciretur, contigit Vatiniũ Prætorem fieri, factis largitionibus, & palã adnitente Pompeio, & quidem M. Catone cũ ſummo dedecore P. R. deiecto. Quã rem Licinius Caluus, qui & ipſe aſperrimis orationibus Vatinium reum egit, tam iniquo animo tulit, vt occurrẽtem his verbis exciperet: *Perfrica frontem Vatini, ſi te digniorẽ putas Prætorem quam Catonem.* In bello ciuili Cæſaris partes ſtrenue iuuit, Octauio, Pompeiano duce nauali pugna ſuperato. Poſt pugnam Pharſalicã in locũ App. Claudii fact' Augur, & pariter ad Cõſulatũ euectus eſt. Profligatis ad Mundã Pompeii liberis, præfectus eſt Dalmatiæ. Vbi expugnatis aliquot oppidis, a militibus Imperator appellatus eſt, nec multo poſt ſupplicationem a Senatu impetrauit. Nunciata cæde Cæſaris, ab Illyriis in fugam actus, cũ & cohortes aliquot amiſiſſet, Dyrrhachii ſe continuit. Quo cum Brutus veniſſet, eidem & portas aperuit, & exercitum tradidit, vt eſt apud Ciceronem Philippica 10. Triumphauit tamẽ, vt habent tabulæ Capitolinæ, Lepido & Planco Coſs. Cũ autẽ homo podagric', & ſtrumis obnoxi', deformitatẽ ſuam multorũ ſalib. & iocis expoſitã videret, ipſe, vt erat ſcurra venuſt', & dicax, in ſuos pedes & fauces cõciſas multa dixit,

eoque modo inimicorum,& inprimis Ciceronis,vrbanitatẽ repreſſit. Vxor illi fuit Pompeia,fors ea,quam repudiauit Cæſar, aut certe ſoror eius. Nã Cæſarem affinem ſuũ dicere ſolebat,teſte Cicerone. De morte eius nihil vſquã cõperimus. Auctor Seneca in de Tranquillitate animi, vt nunc alios ſcriptores, vnde hæc noſtra mutuati ſumus,diſſimulem.

Vatinius Beneuẽtanus, inter fœdiſſima Neronianæ aulæ oſtẽta fuit,ſutoriæ tabernæ alumnus,corpore & ipſe detorto;facetiis ſcurrilibus. Teſtes Corn. Tacitus li.15. & Seneca. De hoc arbitror loqui Martialem in diſtichis:

Vilia ſutoris calicem monumenta Vatini
Accipe, ſed naſus longior ille fuit.

Item Iuuenalem:

Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quatuor.

De eodem Dion in Nerone.

Q. Vatinio Adiutori,quondam Centurioni leg.II.adi.H.M.V.Æ. h. Diodorus C.V. heres pius fecit. Hæc inſcriptio reperta eſt Budæ iuxta templũ Virginis matris, in ædib.plebani. Vide P. Apianum pag.490.

¶ Vectenvs, familiaris Ciceronis,cui pecuniam ſuam ἀποτόμως repetẽti, θυμικώτερον reſcripſerat,vt fatetur ipſe ad Att.10. epiſt. 13.idque ſi aliter acceperit, ac debeat,per ipſum leniri cupit. Meminit eiuſdem quoque 15.epiſt.13.& 19.

¶ Vectidivs, vt homo diues, citatur Perſio Sat.4.

VECTII.

Vectiorum familia plebeia fuit,parum honorata, quoad libertas ſtetit. Sub Principibus demũ ad honores reſpicere cœpit.

Vectium quendam, Præneſtinorũ ſermonẽ vſurpantem,inſectatus eſt Lucilius, teſte Quintiliano lib.1.cap.10.

Vectius,nominatur a Suetonio de claris Grammaticis.

P.& L. Vectil,fratres, quorũ P. C. Verris Quæſtor, Vectia ſoror eiuſdem Verris vxor fuit. Cicero in Verrinis.

T. Vectius, ſynchronus Ciceronis. Fit eius mentio in oratione pro Flacco, vt in Africa verſati, vel in eam cũ imperio mittendi, certe tum vnius ex numero iudicũ, & de L.Flacco ſententiam laturi.

T. Vectius alius,Catilinariæ cõiurationis Index, cũ inter Catilinæ ſocios & Cæſarem nominaſſet,& chirographũ eius Catilinæ datum polliceretur, Cæſar,qui tum Prætor erat,implorato Ciceronis teſtimonio, Vectium pignoribus captis, & direpta ſupellectile,male mulctatũ, ac pro Roſtris in concione pene diſcerptum, coniecit in carcerem. Suetonius.

Vectius quidam cum patris monumẽtũ exaraſſet, Hoc, inquit Auguſtus,eſt vere patrem colere.

Vectius Rhetor, citatur Iuuenali Sat.7. Vectio cuidã reſcrib. Alex.Imp.7.C.ti.45

¶ Vectius Bolanus,militauit ſub Corbulone in Syria,imperante Nerone. A Vitellio Britãniæ præficitur. Corn. Tacitus lib. 15.& 18.& in vita Agricolæ, ſimiliter Statius Papinius Syluarũ 5.qui ſcribẽs ad Criſpinũ filium,ſub Domitiano Præf. prætorio,patrẽ a rei militaris ſcientia, & a fortitudine laudat.

Vectius Criſpinus F. valde laudatur a Statio,quomodo diximus, Syluarũ 5. Domitiani principis Pręf.pręt. At idẽ ꝑſcinditur a Iuuenale Sat.1.*vt pars Niliacæ plebis & verna Canopi*, & Sat.4. vt adulter & inceſtus notatur.

¶ Vectius Cato, dux Latinorũ in bello ſociali,relatus Paterculo & Appiano, nihil ad hanc familiam pertinuit.

¶ Vecti⁹ Chilo,Eques Rom. amicus & neceſſarius C. Verris,laudatur a Cicerone, vt vir bonus & grauis in Verrinis.

¶ Vectius Cyrus,architect⁹ memoratur Ciceroni epiſt.7.ad Trebatiũ & 2.ad Att. Deceſſit ſub cædem Clodii,ipſo Clodio & Cicerone ſcriptis hæredib. Cicero pro Milone Eius libertus fuit Vectius Chryſippus.

¶ Vectius Marcellus, Eques Rom.inter primos, cuius oliuetũ viam publicã tranſgreſſum,aruis e contrario in locum oliueti profectis,notabili prodigio Neronis ruinã portendit. Vide Plinium 17.cap.25.

¶ M. Vectius M.F.Papius præf.coh.VI. Thracum,refertur Inſcript.ant.pag.122.

C. Vectius C.F.Pedo. Ibidem pag. 361.

¶ Vectius Prætextatus,vir priſcæ grauitatis & Cõſularis loci,præfuit Achaiæ ſub Iuliano. Poſtea ſub Valentinia.pręf. vrbi, Damaſo Epiſcopo reſiſtentẽ Vrſicinũ pepulit. Hæc & plura de illius laudib. Ammianus li.27. Mortis eius meminit Symmachus in epiſtola ad Valentinianum principẽ, vbi virũ omnium virtutum & veteribus parem appellat. Diuerſus ab hoc eſt Prætextatus, de quo Hieronymus ad Pannachiũ ſcribẽs aduerſus errores Ioã. Hieroſolymitani: *Miſerabilis*, inquit, *Prætextatus, qui deſignatus*

Coſ.

Coſ. eſt mortuus, homo ſacrilegus, & idolorum cultor. Solebat ludens beato Papæ Damaſo dicere: Facite me Rom. vrbis Epiſcopum, & protinus ero Chriſtianus.

Prætextata, nobiliſſima fœmina, coniugem habuit Hymettiũ, Iunii Toxotii fratrẽ, quæ quod mariti imperium Chriſtianæ religioni prætuliſſet, ſacræ virginis Euſtochii, cuius patruus Hymettius erat, habitũ cultumque cõmutando, denunciante Angelo, miſere citoque interiit. Vide Hieron. in epiſt. ad Lætam.

¶ Vectius Proculus, Cõſul ſub Nerua, cuius collega Publicius Certus per Pliniũ honore deiectus eſt. Plin. 9. ad Quadratũ.

¶ Vectius Sabinus, Maximum & Balbinum contra Maximinũ dicendos Auguſtos in Senatu cenſuit, & obtinuit. Capitolinus hunc ex Vlpiorum familia fuiſſe ſcribit, & a Max. Imp. factum præf. vrb.

¶ Q. Vectius Vectianus e Marſis, quem Cicero ſe cognouiſſe ſcribit, vir prudẽs, & in dicendo breuis, prædicatur in Bruto.

¶ Vectius Valens, Medicus Claudii principis, pariterq; eloquentiæ affectator, nactꝰ potentiam, nouã ſectã inſtituit, teſte Plin. lib. 29. c. 1. Idem nubente Meſſalina Silio adultero, cum & ipſe eius adulterio nobilitatus eſſet, per laſciuiam in præaltam arborem conniſus, interrogantibus quid aſpiceret? Atrocem, inquit, ab Hoſtia tẽpeſtatem. Neq; fefellit. Nã Claudius Hoſtia regreſſus, de Meſſalina, deq; Silio & cõſciis omnib. ſupplicium ſumpſit. Ipſum etiã Valẽtem, iudicium negotii totius offerentẽ, & confeſſum, occidit. Tacitus in fine 11.

Vectius Valens Antiochenus, ſcripſit Anthologias, in quibus de annis climactericis diſſerit.

VEDII.

P. Vedius, magnus nebulo, ſed tamen Pompeii familiaris. De hoc Cicero lib. 6. ad Attic. epiſt. 1.

Vedius Pollio, Eques Rom. ex amicis Auguſti, & multũ apud illum potens, murænarũ viuariis ſeruos damnatos immergere ſolebat. Accidit aũt aliquãdo, vt cum Auguſtus apud ipſum cœnaret, vnus e ſeruis calicẽ cryſtallinũ frãgeret. Ex quo rapi eũ ad mortẽ, & murænis obiici Vedius iuſſit. Puer ad Cæſaris pedes fugit, non mortẽ quidẽ deprecãs, ſed ne piſciũ eſca fieret. Ibi motus nouitate crudelitatis Cæſar, & puerum dimitti, & cryſtallina protinus omnia perfringi, piſcinamque compleri iuſſit. Seneca de clementia 1. & ad Nouatũ de ira, li. 3. c. 40. C. Plin. li. 9. c. 23. & 53. Dion lib. 54. qui illũ M. Liuio C. Piſone Coſs. anno V. C. DCCXXXVIII. diem obiiſſe tradit, magnis opibus relictis. Crudelitatis Vedianæ meminit quoq; Tertullianus in libro, quẽ inſcripſit de Pallio.

Vedius Aquila, legionis 13. legatus ſub Othone in bello ciuili fuit, quo victo & defuncto, ſimul atque data eſt occaſio, cum tota legione Veſpaſiani partibus acceſſit. Tacitus 18. & 19.

¶ FL. VEGETIVS RENATVS, vir illuſtris, ſcripſit ad Valentinianum Imp. epitomen inſtitutorum rei militaris e commentariis Catonis, Celſi, Traiani, Hadriani & Frontini. In quod opus προοιμιάζων: *Antiquis temporibus*, inquit, *mos fuit, bonarum artiũ ſtudia mandare litteris, atq; in libros redacta offerre principibꝰ: quia neq; recte aliquid inchoatur, niſi poſt Deum fauerit Imperator: neque quenquam oportet magis vel meliora ſcire vel plura quam principem, cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubiectis*, &c.

¶ VEIANIVS, gladiator, notꝰ eſt ex primo epiſtolarum Horatii. Sic enim ille:

--- Veianius armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.

Veianii duo fratres ex agro Faliſco, de quibus Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 16.

¶ Q. VEIONIVS Teuda, Q. Veionius Fauſtus, & Q. Veionius Suauius, referũtur in vetuſta inſcriptione, reperta Paduę 343.

¶ P. VELANIVS, Trib. mil. ſub Cæſare in Galliis, vt habet eius belli Cõmentarius 3.

VELII.

Velius Gallus, cæſus ſub Tiberio propter Seianum. Tacitus 5.

¶ Velius Cerealis, amicus Plinii iunioris, ad quem ſcribit ille epiſtolarum 4.

¶ Velius Paulus, Proconſul Bithyniæ ſub Domitiano, vel paulo ante. Meminit eius Plinius lib. 10. ad Traianum.

¶ Velius Fidus, Iuuentii Celſi collega ſub Antonino Pio. Refertur in mem. Rom. pagina 248.

¶ Velius Rufus, occiſus a Commodo. Lampridius.

¶ Velius Cornificius Gordianus Coſ. cũ eſt lectus Imp. Tacitus. Vopiſcus.

¶ Velius Aquilinus, Conſulatũ geſſit ſub Diocletiano anno principatus eius 2. V. C. MXXXVIII. Indicat id catalogus Conſulũ & inſcriptio vetus apud Volaterran. p. 350.

T. Velio Geniali, P. Velio Hygino, Veliæ Ruſinæ, Veliæ Hyginæ, Alexander lib. & ſibi. Hæc epigraphe reperitur in memoriis Italicis pagina 162.

¶ Velius Longus, commentator Virgilii, citatur Macrobio. Scripſit de arte Grãmatica, cuius quædam nuper in cœnobio Bobienſi reperta ſunt.

VELLEII.

C. Velleius, Senator, inducitur a Cicerone in libris de natura Deorum, Epicuri partes defendens, quem L. Craſſus Orator, cuius familiaris erat, omnibus togatis præferebat, paucos cum illo Epicureos e Græcia comparans. Cicero de Oratore 3.

¶ C. Velleius, præf. fabrûm Pompeii & M. Bruti, lectus a Pompeio in numerũ 300. iudicum. Poſt mortem Bruti, digrediente Neapoli Tiberio Nerone, cuius partiũ adiutor fuerat, gladio ſe transfixit. Paterculus illum auum ſuum fuiſſe ſcribit.

Velleius, pater Paterculi, floruit ſub Cæſare Auguſto, præfectus equitum illius.

P. VELLEIVS PATERCVLVS, Hiſtoricus, militauit ſub Tiberio, eoque imperante eniτuit. Genus ipſe ſuum ad Decium Magium refert, Campanorum principem celeberrimum. Eius nepotem Munatiũ Magium Aſculanenſem, qui Romanos bello ſociali enixe iuuit, atauum ſibi fuiſſe teſtatur, fratrem vero Magium Celerem nominat. Priſcianus lib 6. M. Velleium Paterculum citat, haud dubie vitiato prænomine. De eodem Tacitus lib. 3.

Velleius Capito, patruus Paterculi, vir ordinis Senatorii, M. Agrippæ in C. Caſſiũ ſubſcripſit, cum percuſſoribus Cæſaris, lege Pedia damnatis, igni & aqua interdictũ eſt. Paterculus.

¶ Cn. Velleius, Hiſtoricus, cuius annales citantur apud Gellium lib. 18. cap. 12. Quo tẽpore in repub. vixerit, non cõperi.

Velleius quidam ſub Claudio cum M. Syllano Conſulatum geſſit, cognomento Tutor, a quo dictum S.C. Velleianum. Teſtatur Vlpianus Pandect. 16. ad S.C. Velleiannm.

Velleio Rufo & Aſterio Scapula Coſs. temporibus Claudianis S. C. de aſſignandis libertis factum eſt. ff. 38. de aſſig. libert.

¶ Velleius Blæſus, vir locuples & Conſularis tempore Plinii iunioris, qui captatorem Regulũ ſuauiter eluſit. Plinius epiſt. 2.

¶ Velleius Celer, clarus ſtudiis tempore Hadriani, ad quem ſcriptam a Velleio epiſtolam citat Priſcianus 10.

VENANTII.

Venantius, Conſulatum geſſit cũ Theodorico, rege Gotthorum, anno vrbis conditæ MCCXXXVII. ſub Zenone.

Venantius, fors ſuperioris F. collega Anaſtaſii A. in tertio ipſius Conſulatu, annò V.C. MCCLX.

Venantius iunior, eundem honorẽ geſſit biennio poſt, anno MCCLXII.

Venantiæ ſcribit Fulgentius Epiſcopus Ruſpinenſis.

Venantius Honorius, Poeta, dictus eſt nobis in Honoriis.

¶ VENERIAE reſcribunt A A. & CC. 6. Cod. tit. 3. Sed cognomen id in pluribus familiis vſurparum eſt, quomodo & Venuſti.

VENNONII.

Vennonii Hiſtorici meminit Cicero de legib. 1. Eius hiſtoriam autem non habere ſe, queritur in epiſt. ad Att. lib. 12.

C. Vennonius, familiaris Ciceronis; ſic enim illum vocat ad Attic. lib. 6. epiſtola 3. Meminit eiuſdem ibidem epiſtola 1. & familiarium 13. epiſt. 73.

T. Vennonio Feliciano T. Vennonius Felix filio cariſſimo. Hæc inſcriptio extat Ladera. Vide inſcript. ant. pag. 362.

VENTIDII.

P. Ventidius, dux hoſtium in bello ſociali, memoratur Appiano lib. 1.

Venridii duo fratres, bello ciuili Mariano eiecti Auxino a Pompeio. Plutarchus.

¶ P. VENTIDIVS BASSVS, Picens genere, loco humili, captus cum matre a Pompeio Strabone, ſubactis Aſculanis, ab eodẽ puer tum in triumpho ductus eſt. Vbi adoleuit, comparandis mulis & vehiculis magiſtratibus, qui ſortiti prouincias eſſent, victum ſibi quæſiuit. In eo quæſtu cognitus C. Cæſari, & cum eo in Gallias profectus, quod in ea prouincia, & mox in bello ciuili, mandata ſibi pleraq; ſtrenue feciſſet, inter amicos a Cęſare aſſumptus eſt. Mox Trib. pl. ac deinde Prætor creatus eſt. In eo honore iudicatus hoſtis cum Antonio, coniunctis partibus, non modo dignitatem recuperauit, ſed & Pontificatũ ſimul & Conſulatum adeptus eſt. Quam eius fortunam populus his verſibus notauit:

Concurrite omnes Augures, Haruſpices,

Por-

Portentum inuſitatum conflatum eſt recens:
Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.

Idem poſtea a M. Antonio præfectus oriẽti, Parthos in Syriam irrumpentes tribus prælijs fudit, omniumq; primus de Parthis triũphauit. Obita vero morte publico funere elatus eſt. Gellius 15. c.4. & ante illũ Liuius 127. & ſeq. Valerius Maximus 6. c. 10. Plinius 7. cap. 4. Florus 4. c. 4. Dion 47.

Ventidius, proſcriptus a Triumuiris, opera liberti euaſit in Siciliam. Appian. 4.

Ventidius alius legatus Cornificii cæſus eſt a Sextio, Cæſaris iunioris legato. Appianus 4.

¶ Ventidivs Cvmanvs, procurator Galilææ ſub Claudio, propter ſua ſimul & Felicis flagitia damnatus eſt. Tacitus 12. Ioſephus 19.

¶ Ventidius Quietus, floruit ſub Seuero.

Ventidius, guloſus & diues, notatur a Iuuenale Sat. 11.

VENVLEII.

Venuleius Triumuir cæſus eſt a L. Sylla. L. Florus 3. capite 21. Oroſius 5. cap. 21. Eutropius 5.

Venuleii, vt ciuis Rom. ſuæ ætatis, meminit Cicero epiſtolarum 12. ad Cornificium in fine.

¶ Venuleius Saturninus I C. Alexandro Imp. gratiſſimus, auditor Papiniani. Scripſit ſtipulationum libros 19. Actionum 10. de officio Proconſulis 4. publicorũ 3. de interdictis 6. de pœnis paganorum 1. Huic opinor ſcribit Alexander 7. Cod. tit. 35.

VENVSTI.

Venuſtos inuenio in Aureliis & Octauiis. De ſequentibus, quarum ſint familiarum, adhuc dubito.

Venuſto reſcribit Antoninus A. 8. Cod. titulo 21.

Venuſtus, Conſulatum geſſit cum Sabino ſub Gordiano anno V.C. DCCCXCI I. Huic, aut certe filio, ſcripſit apud Pollionẽ Gallienus Imp.

Venuſtus, a Iuliano conſtituitur Vicarius Hiſpaniæ, apud Marcellinum lib. 23.

¶ Venvstianvs, ex præſide Thuſciæ, & perſecutore fit Chriſtianus. Vide 3. Calend. Ian.

¶ Veponivs Avitvs, cum Veponia Quarta F. memoratur in vetuſt. Inſcript. repertis in Carinthia pag. 399.

VERANNII.

Verannia, lecta a Numa inter primas Veſtales, quæ quatuor fuere. Plutarchus in vita Numæ, apud quem Græce Βερηνία legitur. Ego Verannia malo.

Verannius, a Catullo Poeta inter amicos habitus, quem ille Veraniolum vocat, & Fabullo iungit, ac ambos Piſonis comites & cohortem inanem vocat.

Q. Verannivs, legatus Germanici Cæſaris in partibus orientis, Piſonem, qui Germanicum veneno ſuſtuliſſe creditus eſt, accuſauit, & ad mortem compulit. Tacitus 2. & 3. Ad hunc arbitror ſcripſiſſe Onoſandrum Platonicum de optimo Imperatore & eius officiis, quem librum Nicolaus Saguntinus in Latinam linguã vertit.

Q. Verannius, haud dubie ſuperioris F. Conſulatum geſſit cum C. Pompeio Gallo ſub Claudio anno V.C. DCCCI. Præfuit Britanniæ ſub Nerone, magna dũ vixit ſeueritatis fama, ſucceſſor Auiti, ac ibidẽ defunctus. Tacitus 14. Fors idem, qui Tribunus cum Broccho a Senatu ad Claudium miſſus eſt, cum ageretur poſt cædem Caii de vindicanda libertate, vt eſt apud Ioſephum lib. 19. cap. 2.

Verannia, procul dubio Q. F. vxor fuit Piſonis eius, quem Galba adoptauit. Meminit eius Tacitus 17. Plinius epiſtolarum lib. 2. epiſt. vlt.

Verannius, de verbis Pontificalibus aduocatur Macrobio. Quis hic, aut quo tempore vixerit, nondum comperimus. ¶ Fragmentum Sex. Pompeii citat pag. 7. librũ eius priſcarum vocum, & pag. 97. librũ auſpiciorum de comitiis. Eſtque idem forte, cui Pauli epitome lib. 13. cognomentum Choriolæ attribuit.

Verannia Charita, Q. Puſitii Veronis cõiunx, memoratur in epigraphis antiquis pagina 329.

VERATII.

C. Veratius Atticus, Conſulatũ geſſit, cũ A. Aſinio Prætextato ſub Gordiano principe, ann. V.C. DCCCCXCIV. vt liquet ex inſcriptione vetuſta apud Volaterranũ pag. 350. Etſi ibi mendoſe opinor, Veraius legitur. An idẽ ſcripſerit de quæſtionib. Pontificalib. & ſupplicationib. quomodo citatur a Macrob. 3. c. 7. id dubiũ & incertũ eſt.

¶ Verconivs Herennianus, Præf. præt. Diocletiani. Vopiſcus in Aureliano.

VERGILII.

M. Vergilius, fr. T. Aufidii, Trib. pl. Syllæ imperatori diem dixit. Cicero in Bruto.

C. Vergilius, Q. Ciceronis in Præturâ collega, M. Ciceronem, etſi vetuſta ſibi cum illo amicitia intercederet, pulſum & exulem Sicilia prohibuit, P. Clodium metuens. Idem Pompeianarum partium in Africa Thapſo præpoſitus, vbi Cæſarem potitum victoria cognouit, ſe & oppidum Caninio Proconſuli, a quo obſidebatur, dedidit. Cicero pro Cn. Plancio & Cæſar comment. 5. Meminit eiuſdem Vergilii Cicero ſemel atque iterum in epiſt. ad Attic. lib. 13.

¶ Virgilio cẽtones memorat Hieronymus ad Paulinũ Felicitatẽ ingenii Vergilii oratione ſoluta reliquiſſe, Seneca annotauit proœm. li. 4. controuerſ.

P. VERGILIVS MARO, Poetarum Latinorum eminentiſſimus, natus eſt Pompeio & Craſſo primum Conſulibus. Deceſſit Sentio & Lucretio Coſs. anno ætatis LII. teſte Euſebio. Tumulo ipſius adſcriptum fuiſſe volunt hoc diſtichon:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini paſcua, rura, duces.

Plura de illo referri poterant, ſed cum ea paſſim vulgata ſint, nobis ſtudio breuitatis omittuntur. ¶ Egregia eſt operum Vergilii editio, tam a Georgio Fabricio, quã a Gregorio Berſmanno inſtituta.

Vergilius, negotiator & myropola, & ipſe ſub Auguſto Principe floruit, ad quem ſcribit Horatius libro quarto Carminum Oda 12.

¶ Vergilius Romanus, ſcriptor Comœdiarum ætate Plinii iunioris, quem ille epiſtolarum 6. ad Caninium ſcribens, probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilem prædicat, teſtaturque præter Comœdias, quæ inter Plautinas Terentianaſque numerari poſſent, mimiambos compoſuiſſe venuſtiſſimos.

¶ T. Vergilius Donatus, reperitur in antiquo marmore Romæ, teſte Politiano miſcell. 77. & antiq. Inſcript. pag. 290.

Vergilia Optata, C. Papyrii Ceſti coniunx, refertur in mem. Rom. pag. 208. Ipſa vero epigraphe adducitur etiam a Politiano miſcell. 77.

Vergilius, Epiſcopus Arelatenſis, imperante Mauricio. Beda hiſt. Eccleſ. 1.

¶ VERGILIANVS, filius Vibii Sequeſtris.

¶ L. VERGINIVS L. F. O. V. F. Attilianus VI. vir ſibi & Verginio Meſari patri & Veruetiæ Attiliæ matri & M. Didio Marcello, L. Verginio Quintiano fratrib. &c. Et Sentiæ & Paulinæ vxoribus & Conſtãtiis lib. Vide Inſcript. ant. pag. 27.

¶ VERO reſcribũt AA. & CC. 4. C. ti. 50.

¶ VERIANA mala referuntur Macrobio 3. cap. 19.

¶ Verianus Celer, notus ex Gallieni ad ipſum epiſtola apud Pollionem.

¶ VERINO, Vicario Africæ, reſcribit Conſt. 9. Cod. tit. 17.

¶ VERISSIMO AA. & CC. 7. Codic. titulo 48.

¶ VERONICANO Ant. A. 7. Cod. tit. 16.

Verinæ Alex. Imp. 6. Cod. tit. 44.

VERRES.

C. VERRES C. F. Quæſtor Cn. Carbonis, deinde legatus ac Proquæſtor Cn. Dolabellæ, vtrunq; prodidit. Lucullo & Cotta Coſs. Prætor vrbanam iuriſdictionem obiuit. Qua perfunctus, Sacerdoti in Sicilia ſucceſſit, eamque non ſuccedente ſibi Arrio per triennium tenuit. Sed libidinoſe, auare crudeliterq; verſatus in prouincia, poſtulatus eſt repetundarum a Siculis, Cicerone vero in gratiã Siculorum accuſationem magna vi & arte peragente, cum parum ſubſidii ſibi in Hortenſio eſſe videret, deſperato patrocinio, ſponte in exiliũ abiit. Vbi 26. annis per ſummam quietem traductis, a Triumuiris tandem proſcriptus & occiſus eſt. Plinius 34. c. 2. propter Corinthiã vaſa proſcriptum tradit, quod iis videlicet Antonio ſe cedere negauiſſet. Seneca etiam fortiter deceſſiſſe ſcribit ex auctoritate Pollionis. Liberos habuit, antequam in exilium abiret, filiam nuptam & filium prætextatum, parũ pudicum. Quãobrem Cicero, cũ vti cinædus a Verre patre notaretur: *An neſcis*, inquit, *liberis intra fores conuiciandum eſſe?* Vide Ciceronem in Verrinis, Aſconium Pedian. & Lactãuum, 2. capite 4.

Q. Verres Romilia, C. Verris amicus, patris Verris diſcipulus H. S. quingẽtis millibus depoſitis, deiecturum ſe Ædilitate Ciceronem pollicitus eſt. Cicero Verrinarum lib. 2.

C. Verres Eros, diſsignator Cæſaris Auguſti. Hæc Inſcriptio reperta eſt Romæ non ita pridem, teſte Volaterrano.

Verres, ſuperiorũ ne aliquis an ſequentium temporum, incertum, citatur vt ſcriptor Plinio lib. 1. in indice lib. 28.

VERRII.

Verrius Flaccus, iuris Pontificii peritiſſimus, citatur Varroni, Macrobio, Sex. Põpeio & Diomedi. Reliq̃t libros rerũ memoria dignarũ, & de obſcuris M. Catonis, citante

citante Gellio lib. 4. cap. 5. & 17. cap. 6. Macrobius aduocat librũ eius, qui inſcriptus Saturnus. An idem ſit Verrius, cuius ſit mẽtio vt Bruto & Caſſio fauentis apud Ciceronem familiarium 12. epiſtola 14. non facile dixerim.

Verrius Flaccus, ſuperioris libertus, docendi genere maxime inclaruit. Namque ad exercitanda diſcentium ingenia, æquales inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolum materia, quam ſcriberent, ſed & præmio, quod victor auferret. Id erat liber aliquis pulcer aut rarior. Quare ab Augusto quoque nepotibus ſuis præceptor electus, tranſiit in Palatiũ cum tota ſchola, verum vt amplius poſtea diſcipulum non reciperet. Docuit in atrio domus Catilinę, quæ pars Palatii tunc erat, & ſeſtertia cẽtena in annum accepit. Deceſſit ætatis exactæ ſub Tiberio. Statuam habuit Præneſte (alii legunt ad Veſtæ) in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo Faſtos a ſe ordinatos & marmoreo parieti inciſos, publicarat. Tranquillus. Meminit Euſebius, & ad annum Chriſti nati decimum floruiſſe, ait. monumenta eius intercidere. Scripſit autem inter alia de verborum ſignificatione, vnde collecta ea ſunt, quæ hodie Sex. Pompeii Feſti nomine leguntur. Idem tamen inconſtantiam eius notat libro decimoſeptimo. Volunt etiam illius eſſe tabularum Capitolinarum fragmenta, egregio commentario a Carolo Sigonio illuſtrata.

Verrius Cloatius, Grammaticus, ſcripſit librum de verbis a Græcis tractis. Citatur Gellio, Macrobio & Sex. Pompeio.

¶ VERSIMENO reſcribunt Valer. & Gall. AA. 7. Cod. tit. 16.

¶ VERVTO AA. & CC. Ibidem.

¶ VERVLANA Gracilia ſimul cum aliis obſeſſa eſt a Vitellianis in Capitolio. Tacitus 19.

¶ C. VESIVS Martialis, & C. Veſnius, referuntur in memoriis antiquis, hic pag. 150. ille pag. 333.

¶ VESPASIVS Pollio, Trib. militũ præfectuſque caſtrorum, Nutſiam incolens, filium habuit Prætoriæ dignitatis, filiam vero Veſpaſiam Pollam, quæ Veſpaſiani Imp. mater extitit. Suetonius.

VESPRONII.

Iulius Veſpronius Candidus, Conſul ſub Traiano, enituit anno vrbis conditæ DCCCLVI. Huius vxorem notat Martialis.

Iulio Candido, fors itidem Veſpronio, & filio ſuperioris, reſcribit D. Pius Pand. 48. de accuſationibus & inſcriptionibus.

Veſpronius Candidus, haud dubie nepos, quem veterem Conſularem, & olim militibus inuiſum ob durum & ſordidum imperium, Spartianus in Iuliano miſſum ſcribit a Senatu ad exercitum Seueri, vt illo repudiato, Senatus iudiciũ ſequeretur.

Veſpronius Candidus, vt humanus in Chriſtianos præſes, laudatur a Tertulliano ad Scapulam.

Candido item reſcribit Philip. Imp. 10. Cod. tit. 11. cuius autem gentis, incertum.

VESTILII.

Sex. Veſtilius, vir Prætorius, quem Tiberius Druſo fratri percharum in cohortem ſuam tranſtulerat, cum ob ficta crimina conuictu ipſius prohibitus eſſet, ſectis venis interiit. Tacitus lib. 5.

Veſtilia, Prætoria familia genita, Titidii Labeonis vxor impudica, ſub Tiberio in Seriphon inſulam ſepoſita eſt. Tacitus ſub finem lib. 2.

VESTILIA, C. Herdicii, ac inde Pomponii & Orphiti, clariſſimorum ciuium coniunx, 4. ex his partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Rufum 11. Corbulonem 7. vtrumq; Conſulem, & poſtea Cæſoniam, C. Principis vxorem, octauo. C. Plinius libri ſeptimi capite 5.

VESTINII.

M. Veſtinius, cum illi neſcio quid fœdæ rei nunciatum eſſet: Deſinet, inquit, aliquando putere. Fabius 6. cap. 4.

Veſtinia, nobilis matrona, condito teſtamento, templum ex bonis ſui, Geruaſio & Prothaſio martyribus ſacrum, excitari curauit, quod perfectum Innocentius primus dedicauit. Ex libro Pontificali.

VESTORII.

C. Veſtorius, Ciceronis & Attici familiaris, cuius ſubinde meminit in epiſt. ad Att. lib. 14. epiſt. 12. remotum a Dialecticis, in Arithmeticis ſatis exercitatum eſſe ſcribit. De gratia ipſius apud Atticum habes teſtimonium lib. 6. epiſt. 2.

T. Veſtorius Zolotus, memoratur Inſcript. ant. pag. 113.

VESTRII.

P. Veſtrius, Eques Rom. cui capto in Africa Cæſar ignouit. Fratrem eodē tēpore Romæ habuit. Vide Comm. eius belli 5.

¶ Vestricivs Spurina, cuiuſmodi vir, & quantopere clarus, docet Plin. epiſtolarũm ſecundo ad Macrinum. Huic, opinor, pater fuit Veſtricius Spurina, quem Tacitus inter duces Othonianos commemorat lib. 18.

¶ T. Vetidivs T. F. Strab. Valens cũ T. Vetidio Potente F. refertur Inſcript. ant. pagina 344.

VETILII.

M. Vetilius, Prætor, fuſo exercitu captus eſt a Viriato. Liuius 52. Oroſius hunc C. Vetilium, Raphael Volaterranus Ventidium appellat.

Vetilius, leno, bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas teſtamenti carere coactus eſt, ita decernente Q. Metello, Prætore vrbano, quod ſe ab omni honeſto vitæ genere abrupiſſet. Valerius Maximus 7. capite 7.

P. Vetilius, propinquus Sex. Ebutii, citatur M. Ciceroni pro A. Cecina.

¶ Vetranio, ſumſit imperium ſub Cōſtantio, cui ille ignouit, vtpote ſeni, nec animo ſatis conſtanti.

¶ Vetronivs Thurinus, quod his, qui aliquid ab Alexand. Imp. peterent, patrocinium & operam ſuam vendidiſſet, multa interim mentitus, alligatus ſtipiti, ſubiecto igni & humida materia fumo extinct⁹ eſt, adiecto elogio: *Fumo punitur, qui fumos vendidit.* Lampridius. Alii legunt ſcriptura variata Voconius.

VETTII.

Vettius (Βέτλιος) amicus C. Gracchi, defenſus ab illo, memoratur Plutarcho in eius vita.

L. Vettius, Eques Rom. Catilinariæ cōiurationis iudex. Dion lib. 37. Sic enim apud illum legitur Λεύκιος Βέτλιος. Supra Vecti⁹ appellatur. ¶ Vide Oroſium lib. 6. capite ſexto, & in eundem Franciſci Fabricii ſcholia.

¶ Sex. Vettius, Ædilis cum C. Annio, Cæſare Aug. tertium Cōſule. Inſcript. ant. pagina 315.

Q. Vettius, Duumuir cum L. Cornelio, Cæſare Aug. V. Conſule. Ibidem.

Vettius Germanus, cum vxore Thaide. Ibidem pag. 260.

Vettius Callimachus, cum Maximilla filia, refertur Scæuolæ Pand. 48. ad legem Corn. de falſis, & de S C. Liboniano.

Vettius Vrſinianus, cum vxore Clodia Cyrilla. Inſcript. ant. pag. 68.

¶ Vettius Panagathus, Martyr ſub Marco, Euſebio teſte hiſt. Eccleſ. 5. cap. 1. vbi tamen, opinor mendoſe, Pagatus legitur.

¶ Vettia Megiſte & Vettius Oneſimus commemorantur Antiquitatibus Fabricii pagina 80.

VETVRII.

Gentem Veturiam antiquiſſimam eſſe, teſtis eſt Veturius faber ille, qui ſub Numa rege floruit, de quo mox dicemus. Ordinis & dignitatis non omnes vnius fuere. Nam alii Patricii, alii habiti ſunt Plebeii. Patricios inuenias cognomentis Geminos & Cicurinos dictos, plebeios vero Caluinos & Philones: qui tamen ſecutis temporibus ad eos honores eamque nobilitatem conſcenderunt, vt Patriciis in nulla parte cederent. Cæterum vt vetuſtas Auſelios, Papyſios, Valeſios, ita & Vetuſios dixit, qui nunc Aurelii, Papyrii, Valerii & Veturii nominantur.

Veturius Mamurius, vnus ex ſummis opificibus, Numæ regi pelras 11. ad magnitudinem & formam e cœlo delapſæ tam ſcienter & dextre effinxit, vt dinoſci non poſſent, ne ab ipſo Numa quidem. Nomen eius ob id a Saliis cani ſolitum, ſcribit Ouidius, qui 3. Faſtorum hiſtoriam hanc, ſeu fabulam, multis verſibus perſequitur. Sūt tamen, qui veterem memoriam eius cantionis verba fuiſſe contendant, teſte Plutarcho in Numa, item Varrone libro 5. de lingua Latina.

¶ P. Vetuſi⁹ Geminus, primus Quæſtor cum M. Minutio factus a Val. Publicola primum Conſule, decennio poſt, id eſt anno V. C. CCLV. Conſulatum geſſit cum C. Ebutio Helua, a quibus Fidenæ obſeſſæ, Cruſtumeria capta, Præneſte ab Latinis ad Romanos defecit. Liuius 2. ¶ Vide an idem ſit, de quo Fragment. Sex. Pompeii pagina 23.

T. Veturius Geminus Cicurinus (Aſconius L. vocat) Conſul anno V. C. CCLIX. ab exactis regibus 16. eodem Aſconio teſte, Æquos, qui Latinum agrum inuaſerant, fudit. Seceſſit eo anno plebs in Sacrum montem, vnde Menenii Agrippæ oratione reducta eſt. Liuius 2.

¶ Quod a fe[illegible] ro dict[illegible] id [illegible] [illegible] quo Ve[illegible] quoque nobiles cognominati Cicero. Varro de lin. Lat. lib.

Vetvria, Cn. Martii Coriolani mater,

ter, vna cum Volumnia, ipſius vxore, filiū, quem nullis conditionibus ciues mitigare potuerunt, lachrymis flexit, ac pacem vrbi obſeſſæ retulit. Liuius 2. Val. Max. lib. 5. capite 4. & alii.

T. Veturius Geminus Cicurinus, haud dubie ſuperioris T. F. Conſul anno V. C. ccxci. de Volſcis fugatis ouauit. Idē poſtea factus eſt X. vir ferendis legib. anno vrbis conditæ ccc11. Liuius 3. Dionyſius 9.

C. Veturius Cucurinus, Conſul anno V.C. ccxcviii. Æquos cū collega T. Romilio ſtrenue vicit, 7. millibus illorum occiſis, ingentique præda parta. Quam cum ærarii cauſa vēdidiſſent Coſs. ambo ob inuidiam ab irato populo damnati ſunt. Veturius tamen anno proximo lectus eſt Augur in C. Horatii Puluilli locum. Liuius 3.

M. Veturius T. F. Sp. N. Craſſus Cicurinus, Tribunatum militarem Conſulari poteſtate geſſit anno vrb. conditæ ccclv. quo tempore ob ingentem peſtem, lectiſternium tunc primum in vrbe factum eſt. Liuius 5.

C. Veturius (nullum patris prænomen, nullum ipſius cognomen adiicitur) Trib. mil. Conſ. pot. bis, anno videlicet vrb. conditæ ccclxxviii. & iterum ccclxxxv.

L. Veturius L. F. Sp. N. Craſſus Cicurinus, Tribunus militum Cōſ. poteſtate fuit anno V.C. ccclxxxvi. Fragmenta Capitolina numerum duplicati honoris adiiciūt II. Sed & Liuius alterum Tribunatum largitur, anno videlicet ccclxxxvii. in quē Carolus Sigonius non militum Tribunos, ſed Conſules, L. Genutium Q. Seruilium reponit, cum ſuperiori anno miſſo Tribunatu res Romana ad Conſules redierit.

¶ T. Veturius Caluinus, Conſul anno V.C. ccccxix. cum Sp. Poſthumio Albino, & iterum cum eodem anno ccccxxxii. auctor Caudinæ pacis fuit, & ob id cū collega Samnitibus deditus eſt. Vide Liuium lib. 8. & initio 9.

T. Veturius, ſuperioris F. adoleſcens, cū propter domeſticam ruinam, & graue æs alienum, Cælio Plotio nexum ſe dare coactus eſſet, ſeruilib. ab eo verberibus, quod ſtuprum pati noluerat, affectus, querelam ad Conſules detulit, a quibus Senatus rem edoctus, Plotium in carcerem deduci iuſſit. Valerius Max. 6. cap. 1.

¶ L. Veturius L. F. Philo, Conſulatum geſſit anno dxxxiii. Triennio poſt, qui fuit belli Puni. ſecundi annus 2. Dictator creatus eſt comitiorum cauſa. Cenſor cum P. Licinio Craſſo, in eodem honore deceſſit, anno V.C. dxliii. Liuius 22. & 27.

L. Veturius L. F. L. N. Philo, Ædilis Cur. anno V.C. dxliii. proximo Prętor peregrinus, Galliam obtinuit, in qua prouincia prorogatū illi imperium eſt. Legatus miſſus a M. Liuio & C. Claudio Coſs. in vrbē, patribus populoque partam de Haſdrubale victoriam nunciauit. Conſul creatus a M. Liuio Dictatore belli Pun. ſecundi anno 13. contra Hannibalem in Bruttiis rem geſſit cum collega Q. Metello, cui poſt Dictatori creato comitiorum gratia ipſe Magiſter equitum fuit. Lectus eſt & Flamen Martialis. Poſtremo cum Scipione in Africam profectus eſt, a quo remiſſus domum, pugnatum cum Hannibale ſuprema Carthaginenſibus pugna, finemque tandem lugubri bello impoſitum, ingenti Patrum lætitia expoſuit. Liuius.

L. Veturius, citatur ab A. Gellio, & in eū Catonis Cenſorii oratio, noct. Attic. lib. 17. capite 2.

¶ T. Veturius Gracchus Sempronianus, fit Augur in locum T. Sempronii Gracchi, anno V.C. dlxxvii. Liuius 41.

L. Veturius, Eques Rom. ob inceſtum cum Æmilia, virgine Veſtali, commiſſum, damnatus eſt. Abbreuiator Liu. 63. Eutropius in fine 4. Oroſius 5. capite 15.

Veturius, magiſter militiæ ſub Diocleſiano. Martyrologium 20. Februarii.

T. Veturius, præceptor in primis rudimentis Alexandri Seueri fuit. Lampridius.

I. O. M. Sacr. Voto pro ſalute, &c. Aug. Germanici Pontificis Maxmi Trib. pot..., D. Veturius Sp. filius Philo D. Veturius Antigonus D. Veturius Albanus pater cum filiis poſuit. Hæc inſcriptio extat Romæ in horto D. Baptiſtæ Iacobi Matthæi. Vide Apianum pagina 243.

¶ T. Veturius Florus, veteranus ſcriba Dalmata vixit an. lv. poſuit T. Veturius Pannonius libertus patrono b. m. Hæc epigraphe extat Iaderæ apud Eccleſiam S. Agathæ maioris. Idem pag. 366.

Antonio Veturio A. F. Patri, Petroniæ A. F. Tanai matri, Terentiæ T. F. Secundæ vxori, C. Veturius A. F. legum teſtamento fieri iuſſit. Citatur in memoriis Patauinis a Scardeonio pagina 62.

¶ L. Veturninus, vir magnus ſub Traiano Imp.

¶ Vibennium cum filio, notat Ca-

tullus, patrem vt furem, filium vt cinædũ.

VIBII ſine cognomentis.

Vibius bello Pun. ſecundo Pelignæ cohortis Centurio, vir fortiſſimus, arreptum vexillum trans vallum hoſtium cõiecit, ſeque ſuoſq; commilitones execratus, ſi hoſtes eo potirentur, initium potiendorum Hannibalis caſtrorum fecit. Liuius 25. Valerius Max. 3. cap. 2.

T. Vibius, memoratur a Cicerone epiſt. famil. 11. epiſtola 12.

Vibius & Pompeius paribus lineamẽtis fuerunt. Val. Max. lib. 9. cap. 15. Plinius lib. 7. cap. 12. Solinus 5.

Vibius, vir Siculus, ſæpe Ciceronis adiut' beneuolẽtia, & in ipſius Cõſulatu præfectus fabrûm factus, Ciceronem exulem, Vibonem appulſum, domo quidem nõ recepit, pollicitus tamen eſt, ſe locum ei in agro, vbi lateret, aſſignaturum. Plutarchus in Cicerone.

C. Vibius adoleſcẽs, intemperato amore percitus Rutiliæ Sex. alteri viro traditã non ſuſtinens, gladio ſibi mortem conſciuit. Vide memorias antiquas pag. 194.

VIBII cum cognomentis.

Vibius Auitus, præſes prouinciæ in Galliis ſub Nerone, cuius auunculus fuit Caſſius Syllanus. Plinius 34. capite 7. Meminit Tacitus lib. 13. vitiato tamen nomine.

Vibiæ Aureliæ Sabinæ D. Martia Aug. F. Heliodorus lib. & libert. Inſcript. ant. pagina 221.

C. Vibius Capax, memoratur Ciceroni pro A. Cluentio.

Vibius Curius, eleganter redargutus a Cicerone eſt. Nam cum multum de annis ætatis ſuæ mentiretur; Tum ergo, inquit Cicero, cum vna declamabamus, non eras natus. Fabius 6. capite quarto. Hunc eſſe opinor Cæſarianum illum, qui belli ciuilis Cõmentario 1. perperam Biuius vocatur.

Vibius Criſpus & Vibius Secundus, fratres, Equites Rom. ſub Nerone, quorum Secundus, accuſantibus Mauris, repetundarũ damnatus Italia exigitur, ne grauiore pœna afficeretur, Criſpi fratris fauore cõſecutus, qui pecunia, potentia, ingenio inter claros magis quam bonos habitus, ſub Galba fratris accuſatorem Annium Fauſtum damnari perfecit. Tacitus 14. & 18. Pertigit idem Criſpus ad tempora Domitiani, & ad annum ætatis 80. vt indicat Iuuenalis Satyra 4. qui virum mitem & facũdum fuiſſe ſcribit. Eidẽ ſuffragatur Quintilianus, a quo & elegantis ingenii homo, & in dicendo compoſitus, iucundus & delectationi natus eſſe traditur. Dicente quadã in cauſa aduerſario, ſcire ſe, hoc ipſum dicturum, & ira perſecuturum, venuſte Vibius eludens: *Ego vero*, inquit, *iſta non dico. Quid enim attinet, illa bis dici?* Fabius 5. capite 13. & 10. cap. primo. Plinius in prooemio 19. aliquando proconſulari imperio adminiſtraſſe Africam oſtendit.

M. Vibius Dioſcorus, refertur in memoriis Germanicis apud Apianum p. 378.

Vibius Fronto, præf. equitum ſub Tiberio. Tacitus 2.

Vibius Fortunatus, refertur in mem. antiq. Carinthiæ. pag. 395.

Vibius Gallus, tam magnæ fuit olim eloquentiæ, quam poſtea inſaniæ, cui hoc accidiſſe vni ſcio, vt ad inſaniam non caſu caderet, ſed iudicio perueniret. Nam dum inſanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, quod ſimulabat, ad verum redegit. Seneca Declamation. 2.

C. Vibio C. F. L. N. Tro. Gallo Proculeiano, patrono Peruſinorũ, patrono & curatori reip. Veronenſium, iudici de. V. Dec. Sigonius pagina 147.

Vibius Helenius & Vibia Latina F. celebrantur Antiquitatibus Fabricii p. 77.

C. Vibius Trebonianus Gallus, patricia natus familia, perfide ad imperiũ peruenit, proditis Deciis. Imperauit cum C. Vibio Voluſiano F. 2. annis. Primus tributum hoſtibus pependit, cæſus ab Æmiliano Tyranno.

A. Vibius C. F. C. N. Habitus, Conſul ſub Aug. ex Cal. Iul. anno V. C. DCCLX. Faſti conſular.

C. Vibius C. F. Macer C. Trebatius Rufio faciundum curauerunt. Hæc inſcriptio legitur Romæ ad portam Latinam, teſte Paulo Manutio In epiſt. Ciceronis.

Vibius Marſus, legatus Germanici Cæſ. vetuſtis honoribus, & ſtudiis illuſtris, ſub finem vitæ Tiberii accuſatus, diſcrimen, tanquã inediam deſtinauiſſet, effugit. Sub Claudio legatus Syriæ p̃fuit. Tac. 2. 5 & 11.

Vibius Maximus quidam deſignatus Quæſtor, a Domino ſuo agnitus & abductus eſt. Euſebius Auguſti tempora perſequens.

Vibio Maximo reſcripſiſſe Diuos fratres, auctor eſt Vlpianus.

Vibius Paciacus Hiſpanus, M. Craſſum cum 10. comitibus in Hiſpania latentem, quo tempore pater & frater a C. Mario interemti ſunt, in ſpelunca quadam per 8. menſes benigne fouit & coluit. Plutarchus in Craſſo, Sabellicus exemplorum 7.

C. VIBIVS C.F.C.N. PANSA, familiaris Cæſaris & Ciceronis, Trib. pl. fuit Sulpitio & Marcello Coſſ. teſte Cælio in epiſt. Conſul cum Hirtio, pro libertate pugnans, interiit. Quidam non Vibium, ſed Iulium vocant. Gener fuit Q. Fuſii Caleni, quemadmodum liquet ex Philip. Ciceronis 10.

Vibius Paſſienus, Proconſul Africæ ſub Gallieno. Trebellius in Celſo.

C. Vibius C.F. Rufus, Sex. Sotidius Sex. F. Strabo Libuſcid. C. Calpetanus Ceſtati° Rufus M. Claudi° M.F. Marcellus L. Viſellius C. F. Varro curator riparum & aluei Tiberis ex S.C. Termin. Hæc inſcriptio legitur apud Georgium Fabricium in ſua Roma.

Vibius Rufus, cum ſedem Cæſaris, in qua ille ſedit & occiſus eſt, poſſideret, & vxorem Ciceronis duxiſſet, gloriari ſolebat, tanquam ob coniugem Orator, & ob ſedem Cæſar futurus eſſet. Vixit ſub Tiberio. Dion lib. 57.

Vibius Rufus, idem cum ſuperiore, an alius, ignoro, citatur ſubinde a Seneca inter declamatores ſui ſeculi.

C. Vibius Rufinus, Conſul cum M. Cocceio Nerua ſub Auguſto. Vide Manutium in Orthogr. in voce Sæculum.

Vibius Rufinus, citatur Plinio lib. 1.

Vibia L.F. Saluia Varia. Inſcript. antiq. pagina 66.

Vibii Sequeſtri libellus extat de fluminibus ſecundum ordinem litterarum ad Vergilianum filium.

Q. Vibius Serenus, Procos. vlterioris Hiſpaniæ, de vi publica damnatus, in inſulam Amorgum deportatur. Retractus in vrbem, & accuſatus a filio, quod res nouas & cædem Principis molitus eſſet, reportatur eodem. Tacitus 4.

C. Vibia Tertulla, memoratur in vetuſt. Inſcript. Tergeſtinis apud Apianum pagina 354.

Vibius Virius Campanus, auctor defectionis a P. R. ad Hannibalem, rebus poſtea deſperatis, cum vigintiſeptem Senatoribus venenum hauſit. Liuius vigeſimotertio & 26.

C. Vibius C.F. Volt. Virilio eq. leg. XV. ann. XLV. ſtip. XII. H.S.E. Inſcriptio hæc reperta eſt apud Vangiones. Extat apud Apianum pag. 484.

VIBIDII.

Vibidius Varro, ob prodigalitatem & flagitia a Tiberio Senatu motus. Tacitus ſecundo.

Vibidia, virginum Veſtalium vetuſtiſſima, tempore Claudii, quæ & pro Meſſalina, ne indefenſa daretur exitio, Claudio ſupplicauit. Tacitus 11.

¶ C. VIBIENVS, Senator, pulſatus a Clodianis, mortem obiit. Cicero pro Milone. Pedianus in turba eliſum ſcribit.

¶ VIBVLENVS, miles ſeditioſus. Tacitus primo.

Vibulenus Agrippa, Eques, venenum hauſit in curia ſub Tiberio. Tacitus 5. Diõ Vibullium vocat lib. 57.

¶ P. VIBVLLIVS Rufus, familiaris Põpeii Magni, bis captus a Cæſare & dimiſſus eſt.

¶ P. VICTOR, cuius extat de vrbis Romæ regionibus & locis libellus.

VICTORII.

Q. Victorius, primi pili Cẽturio ſecũdæ legionis ſub T. Sempronio Conſule, contra Boios Gallos rem ſtrenue geſſit, an. V. C. DLX. Liuius 34.

¶ Victorius Marcellus. Huic Fabius Quintilianus Inſtit. oratoriarum libros dedicauit, & Statius Pap. 4. librum Syluarum, teſte Crinito.

¶ *Victoris Quadrati & Iuliæ Veranillæ Iulius Victorius Quadratus filius eorũ hic poſitus.* Hæc inſcriptio extat Petouii in Carnia, & apud Apianum pagina 382.

¶ *Victorio Caſtiano Vet. leg.* VII. *qui vixit annis LV. Victorius Clementinus & Victorinus & Senecionius & Iulianus filii eius per Victorium Hermetem libertum eius patri piiſſimo F.C.* Hæc inſcriptio extat Moguntiæ.

Victorius, calculator ſcripturarum ſcrupuloſus, compoſuit Paſchalem curſum indagatione cautiſſima. Vide Gennadium.

¶ VICTORINVS, vnus e 30. Tyrannis, Victoria matre natus, interemptus apud Agrippinam cum F. vir ſtrenuus quidem,

ſed impenſe mulieroſus & impudicus. Pollio.

Victorino reſcribitur ab Alexand. Imp: 4. Cod. titulo 65.

Victorino a Dioclet. & Max. AA. 2. C. de tranſactionibus, & 4. Cod. tit. 37.

Victorinus, Rhetor Maſſilienſis. De hoc Gennadius.

¶ C. VIDVARIVS Laius & C. Viduarius Demoſthenes, haud dubie liberti, citantur in inſcript. quadam, Galbæ Imperatori poſita, apud Apianum pagina 201. Forte autem erunt Viridii.

VIGELLII.

M. Vigellius, Orator, amicus L. Craſſi, vixit cum Panætio Stoico, ab ea ſecta non alienus. Cicero de Oratore 3.

Vigellius Saturninus, qui primus hic in nos gladium egit, lumina amiſit. Tertullianus ad Scapulam, præſidem Carthaginis.

¶ VIGILIO cuidã ſcribit D. Ambroſi᷒.

VILLII.

P. Villius Tappulus, homo plebeius, cũ Ædilis eſſet, Prætor creatus eſt, ac ſorte Siciliam accepit. Quadriẽnio poſt, id eſt anno vrbis conditæ DLV. Conſul factus, P. Sulpitio in Macedonia ſucceſſit, nihilque memoratu dignum egit, anno, priuſquam Macedoniam intrare poſſet, circumacto. Fuit & X. vir diuidũdis agris. Vide Liuium 29. & 32. Quidam hunc malunt P. Iulium Appulum vocare, quorum ex numero eſt Henricus Glareanus.

L. Villius Tappulus, fors P. fr. Prætor eodem anno, quo P. Conſul, & ipſe Siciliam ſortitus eſt. Liuius initio 32.

C. Villius, interempto Tib. Graccho, quod amicus ipſius fuiſſet in culeo cum anguibus inſutus necatus eſt. Plutarchus in Gracchis.

¶ P. Villius C. F. Pal. Creſcens refertur in mem. ant. Rom. pag. 237.

Villius Maximus. Ibidem 239.

Q. Villius L. F. Rufus, apud eundem Apianum pagina 495.

Q. Villius Firmicus pro Iulio nuncupatur à quibuſdam nobilis ille Aſtrologus.

¶ VINCOMALVS Cos. cũ Opilione ſub Valentin. III. anno V. C. MCCVI.

¶ VINDICIANO reſcribunt AA. & CC. 5. Cod tit. 37. & alii haud dubie, Antoninus Aug. 6. Cod. tit. 21.

Vindiciani, magni noſtrorum temporum Medici dictum: Ideo male acceptus es, quia ego non iuſſi. Auguſtinus ad Marcellinum.

VINDII.

Vindius quidam, quod ex ludo pædagogi Pompeium confeſtim populi principem emicuiſſe dixiſſet, a militibus impetu facto interemptus eſt. Plutarchus in Pompeio.

Vindius Verus I C. ſub Pio, citatur Pãdect. 2. Si ex noxali cauſa, item 5. Vbi quis agere debeat. Meminit eius & Capitolin᷒.

Vindius Quadratus, ſororis Marci Philoſophi F. cui ille matre mortua bonorum maternorũ partem reliquit. Capitolinus.

Vindio reſcribunt Val. & Gall. 9. Cod. titulo 35.

VINICII.

L. Vinicius (ſic enim malo, quam Vicinius) refertur a Cælio epiſt. ad Ciceronẽ 8.

L. VINICIVS, Orator temporibus Auguſti, de quo Seneca Controuerſ. libro 2. Contr. 6. & iterum Declamat. lib. 2. L. inquit, Vinicius, quo nemo ciuis Rom. in agendis cauſſis præſentius habuit ingeniũ. Quicquid longa cogitatio illi præſtitura erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore cauſſas agebat, ſed non deſiderabat hanc commendationem, vt ex tempore agere videretur. De hoc eleganter dixit Auguſtus: *Vinicius ingenium in numerato habet*. De eodem Declamat. lib. 3. *Vinicius*, inquit, *vir exactiſſimi ingenii, nec dicere ineptias, nec ferre poterat*. Conſulatum geſſit anno V. C. DCCXX. ab Auguſto II. Conſule cum aliis ſuffectus.

L. Vinicius, clarus decoruſque iuuenis ſub Auguſto, cui princeps idem ſcripſit, parum modeſte feciſſe eum, quod filiam ſuã Baias ſalutatũ veniſſet. Sueton. in Auguſto.

M. Vinicius P. F. ſuffectus Conſul cum M. Agrippa anno vrbis conditæ DCCXXXIV. quo tempore bellum Pannonicũ inchoatum eſt. ſub hoc Germaniæ præſide immẽſum bellum exarſit, quod ab illo quibuſdã in locis geſtum, quibuſdam ſuſtentatum fœliciter. Quo nomine decreta illi cũ ſpecioſiſſima inſcriptione operum, ornamenta triumphalia. Paterculus.

P. Vinicius, M. F. Conſul itidẽ ſub Auguſto an. V. C. DCCLIV. cum Tiberio Rhodo in vrbem rediit. Citatur a Seneca inter celebres ſui ſeculi Declamatores. Vide quę idem habet epiſtola 40.

M. Vini-

M. Vinicius Quartinus P.F.M.N. Conſul ſub Tiberio anno DCCLXXXII. Huic Iulia, Germanici F. a Tiberio collocata eſt. Tacitus 5. Periit pharmaco, per Meſſalinã dato, cum veniſſet in ſuſpicionem, quod vxorem Iuliam occidiſſet. Sepultura tamẽ publica honeſtatus eſt. Dion 48. Fors ad hunc pertinet inſcriptio, quæ extat Neapoli; *M. Vinicio P. F. poſt mortem municipes ſui ære collato pietatis cauſſa poſuerunt.* Refert hanc Apianus pagina 115. Meminit eius, vt quem poſt cæſum Caium Minutianus dignum imperio iudicarit, Ioſephus lib. 19. capite quarto. Eidem hiſtoriam ſuam inſcripſit Velleius Paterculus. Quod prædicans Beatus Rhenanus: *An non eſt,* inquit, *immortalitate donare, ſemper victurum opus inſcribere cuipiam? Reuiuiſcit nunc cum Velleio M. Vinicius, cuius nomen ex hiſtoriarum memoria nemo delebit, quam diu ſuperęrunt Velleii monumenta,* &c.

Vinicius, auctor coniurationis in Neronem, oppreſſæ Beneuenti. De hac Suetonius in Nerone, & egregie Plutarchus in libello de garrulitate.

Vinicia A. F. Rufina vxori ſuæ cariſſ. L. Iulius Tertullus maritus. Hæc inſcriptio extat Neapoli, vt teſtatur Apianus pag. 120.

VINII.

Vinius memoratur Ciceroni ad Attic. ſecundo.

Vinius, amicus Horatii, ad quẽ ille ſcribit in epiſtolis.

¶ VINVLIA, Licinii cuiuſdam Craſſi vxor. Cicero ad Attic. 12.

VIPSANII.

M. VIPSANIVS L. F. AGRIPPA, quod cognomen ex vtero matris in pedes egreſſo natiuitas dedit, vir ingentis animi, nullis maiorum imaginibus, ſed ſuapte virtute & claris facinoribus nobiliſſimus euaſit. Allectus ab Auguſto Cæſare inter familiares & amicos, apud tribunal iudicum C. Caſſium accuſauit, cum L. Cornificius ſibi M. Brutum in quæſtionem vocandũ ſumpſiſſet. Bello Peruſino eximia eius opera & fortitudo ſpectata eſt. Miſſus hinc aduerſum Gallos, rem feliciter geſſit, quo tempore ſecundus Rom. Rhenum traiecit, Vbioſque flumen tranſgreſſos in fidem accepit. Reuerſus in vrbem, Conſulatum geſſit, triumphum pariter oblatum reſpuit, quod exiſtimaret, rebus Siculis minus proſpere cadentibus, & ob id ſollicito Cæſare, ſibi triumphandum non eſſe. Suſcepta autem eius belli cura, Pompeium intra Liparam & Mylas nauali pugna profligauit. Quamobrem cæruleo velo & corona roſtrata, qui honos ante nemini contigerat, donatus eſt: [Paterculus.] Ædilitate magnifice geſta, parem operam, perindeque felicem, in Actiaco bello præſtitit. Nam in ore atque oculis Antonianæ claſſis Leucas per illum expugnata, Patræ captæ, Corinthus occupata, claſſis hoſtium bis fuſa eſt. Ad extremum cum omne illi claſſici certaminis arbitrium commiſſum eſſet, ſuperato Antonio, clariſſimam victoriam Cæſar obtinuit. Propter quæ merita & cenſuram ſimul cum Auguſto adminiſtrauit, & ad ſecundum tertiumque Conſulatum euectus eſt. Profectus cum Auguſto in Hiſpaniam cõtra Cantabros, res egregias geſſit. Iam adoleuerat M. Marcellus, Octauia, Cæſaris ſorore genitu[s], quem ſucceſſioni deſtinarum, cum Aug[uſtus] Ædilem deſignaſſet, ne quam æmulationis ſuſpicionem incurreret Agrippa, ſecedere aliquantiſper ſtatuit. [Dion.] Profectus itaque ſpecie adminiſtrandæ Syriæ, legatos quidem in eam ſuos miſit, ipſe in Lesbum diuertit. Non multo poſt defuncto Marcello, Cæſari gener adſcitus eſt, collocata illi, quam Marcello coniugem dederat, Iulia filia, Lollio & Lepido Conſulibus. Inde quartum Conſul factus, quem honorem geſſit cum M. Vinicio, anno vrbis conditæ DCCXXXIV. victis Cantabris, qui rebellarant decretum a Senatu triumphum ex voluntate Auguſti agere noluit. Præterea ſemel atque iterum per quinquennium in Tribuniciæ poteſtatis conſortium aſſumitur. Ea fuit ſummæ rerum non obſcura communicatio, qua tamen illi per immaturam mortem diutius frui non contigit. Sed iam de interiori vita eius pauca cõmentemur. Dicere ſolebat, multum debere ſe Saluſtianæ huic ſententiæ: *Concordia parua res creſcunt, diſcordia magna dilabuntur.* [Seneca epiſt. 95.] Illius enim meditatione & fratrem & amicum optimum ſe factum eſſe. Profecto rogatus aliquando ſententiam a Conſule ſuper fratre ſuo, [Dion.] nihil reſpondit, haud dubie non afflicturus teſtimonio ſuo, quem tueri non poterat. Ignobilitatem paternam non ferens, Vipſani nomen faſtidiebat. Vnde in actione quadam eius accuſator: [Seneca Cõtrouerſiarũ 2.] *M. Agrippa,* inquit, *& quod vi medium eſt,* Vipſa-

nium intelligi volens. Apparet ſuſpicionibus & iræ nonnunquam indulſiſſe. Nã vt in Mæcenate taciturnitatem, ita in Agrippa quandoque patientiam ſe deſideraſſe Auguſtus dixit. Vxores Agrippa 3. habuit, Pomponiam, Attici filiam, Marcellã Octauiæ, & Auguſti Iuliam. Ex omnibus liberos ſuſtulit: ex Pomponia Vipſaniam Agrippinam, quam Tiberio Neroni, Cæſaris priuigno copulauit. Marcellæ liberorum nomina non traduntur. Ex Iulia 3. filios, C. L. & Agrippam & 2. filias, Iuliam & Agrippinam reliquit. Opera ad ornatũ vrbis, & populi gratiam, quam plurima excitauit: ſepta Iulia in Circo maximo, picturis & tabulis lapideis exculta, templum Neptuni cum porticu pulcherrima, gymnaſium Laconicum & Pantheon, quod adhuc fere integrum ſupereſt (ædem hodie S. Mariæ rotundæ vocant) vbi hæc extat inſcriptio: M. Agrippa L. F. Coſ. III. fecit. Aquam virginem in vrbem induxit. Publica ædificia, cum ædilis eſſet, & vias oẽs ſuis ſumtibus refecit, cloacas repurgauit, perque eas in Tiberim nauigauit. Ad hæc balnea gratuita præbuit, oleum & ſalem viritim diſtribuit. Præter ſpectacula autẽ, ſymbola variarum rerum in theatro ſparſit, & alii quidem argentum, alii veſtem, aliud alii, quod conueniret, dedit, multa etiam populo diripienda propoſuit His reb. omnibus magnam ſibi apud omnes gratiam conciliauit, cum & hoc nomine plurimum commendaretur, quod Auguſto honeſtiſſima ſemper ſuaſit, quod auctor reddendæ reip. fuit, & honoribus ab illo collatis non ad ſuos quæſtus aut voluptates, ſed ad ipſius Auguſti & populi commoditates vſus eſt. Supremis ſuis annis conflictatus graui pedum morbo, cum dolorem perpeti nequiret, vnius medicorum portentoſa ſcientia demerſis in calidum acetum cruribus, morbi quidem impetum euaſit, ſed pedum ſenſu poſtea caruit. Exceſſit e vita M. Valerio P. Sulpitio Coſſ. anno vrbis conditæ DCCXLI. ante natum Chriſtum 9. ætatis ſuæ 51. vnus omnium inter ſic genitos felix habitus, etſi felicitatem illam multis ærumnis interpolatam ſcribit Plinius lib. ſeptimo. Hæc ex Paterculo, Seneca, Plinio, Plutarcho, Suetonio & Dione. De fratre Vipſanio, & ſorore, nihildum comperi.

Suetonius. Dion. Plin. 23. cap. in fine.

Vipſania Agrippina M. F. ex Tiberio Nerone, qui poſt imperauit, Druſum Cæſarem peperit, iterumq; grauida a Tiberio dimiſſa eſt, cogente Auguſto, vt filiam ſuã Iuliam duceret. Nupſit inde C. Aſinio Gallo, viro Conſulari, & Pollionis Oratoris filio, ex quo plures liberos ſuſtulit. Deceſſit vna omnium Agrippæ liberorũ miti obitu, anno principatus Tiberii ſexto. Nam reliqui vel ferro vel veneno interierunt.

C. & L. adoptati ab Auguſto, Cæſareſque dicti, non multo poſt interierunt, vt creditum eſt, fraude Liuiæ. Agrippa & ipſe poſtea adoptatus, ſed ob amentiam abdicatus & ſepoſitus, iuſſu Tiberii, in imperio ſuccedentis, interemptus eſt.

Iulia, L. Paulo, Cenſoris filio, nupta, Æmiliam Lepidam genuit. Verum matris ingenium & flagitia referens, in inſulam Trimerum proiecta eſt, vbi viginti annis tolerato exilio, ſub Tiberio mortem oppetiit.

Agrippina, ex Germanico Cæſare cõplures liberos ſuſtulit, mulier ſingularis pudicitiæ, ſed vehementioris ingenii, & dominandi auida, quod nocuit. Periit ſub Tiberio. Auctor de his omnibus eſt Cornelius Tacitus.

¶ Vipſanius Gallus, Prætor, moritur in eo honore ſub Tiberio. Tacitus 2.

¶ L. Vipſanius Publicola, Conſulatum geſſit ſub Claudio, anno V.C. DCCC.

¶ Vipſanius Lænas, quod Sardiniam prouinciam auare habuiſſet, damnatus eſt ſub Nerone. Tacitus 13.

¶ C. Vipſanius Apronianus, Conſul ſub Nerone, anno V.C. DCCCXI. Proconſul ſub Othone & Vitellio Africæ præfuit. Tac. 17.

¶ Vipſanius Meſſala, Trib. mil. præfuit legioni ſeptimę Claudianæ ſub Saturnino, bello ciuili Vitelliano, claris maioribus egregius ipſe, & qui ſolus ad id bellum artes bonas attuliſſet. Idem ſcriptor Hiſtoricus & Orator inducitur apud Tacitum in Dialogo de Oratoribus. Fratrem habuit Aquilium Regulum, pro quo deprecari auſus, nondum Senatoria ætate, magnam pietatis eloquentiæque laudem tulit. Tacitus 19. & 20.

¶ Sex. Vipſanius M. F. Clemens, M. Licinius M. F. Puſilio Q. Caſſius C. F. Niger. Extat Veronæ in curia magiſtri pauperũ. Vide Apianum pag. 328.

Vipſanius Apollodorus, Attici præceptor, refertur Senecæ inter declamatores Declamationum 7. & controuerſia 14. libri tertii. Docuit Maſſiliæ, poſteaquam reus

reus veneficii, defendente licet Aſinio Polione, damnatus eſt. Ibidem.

VIRGINII patricii.

Opiter Virginius Tricoſtus, Conſul anno vrbis conditæ CCLII. cum collega Sp. Caſſio triumphauit de Auruncis. Liuius 2. ¶ Vide an idem ſit, de quo Fragment. Sex. Pompeii pag. 23. vt alter Virginius Tricoſtus intelligatur P.

P. Virginius Tricoſtus, Conſul anno V. C. CCLVIII.

Opiter Virginius, Conſul anno V. C. CCLXXXI.

L. Virginius Tricoſtus Conſul ann. vrbis cond. CCCXX. aduerſus Fidenates & Veientes, agrum Rom. populantes, A. Seruilium Priſcum Dictatorem dixit. Liuius 4.

L. Virginius Tricoſtus, Trib. mil. Conſul. poteſt. anno proximo poſt recuperatam vrbem a Gallis, id eſt, anno vrb. cond. CCCLXVI.

A. Virginius (Aſconius Tricoſtum vocat) Cælimontanus, natus patre A. Virginio, teſte Dionyſio libro ſexto. Conſul anno vrbis conditæ CCLX. cum plebs ſeceſſit in Sacrum mõtem, Volſcos fudit, Velitras in deditionem accepit.

A. Virginius Cælimontanus, huius F. Conſul fuit anno V. C. CCLXXXV.

Sp. Virginius A. fr. A. F. Cælimontanus, Conſul anno vrbis conditæ CCXCVIII Domi tum & foris otium fuit. Liuius 3. Filium habuit, qui adoleſcens ſub Romulio & Veturio Conſulibus militauit. Dionyſius 10.

T. Virginius Cælimontanus, Conſul anno vrbis conditæ CCCVII. Liuius 3. Glareanus etiam Tricoſtum vocat, neſcio qua ratione.

Virginius, proſcriptus a Triumuiris, quomodo euaſerit Appianus 4.

¶ Proculus Virginius Rutilus, Conſul anno V. C. CCLXVIII. collega Sp. Caſſii in tertio eius conſulatu, conatib. illius ſtrenue reſtitit. Liuius 2. Fratres huius opinor fuiſſe T. & A. Virginios Rutilos.

T. Virginius Rutilus, Conſul anno vrbis conditæ CCLXXV. collegam habuit Cæſonem Fabium, quo duce gens Fabia aduerſus Veios profecta eſt. Liuius 2. Idem Augur fuit. Moritur anno CCXCI.

A. Virginius Rutilus, Coſ. anno vrbis conditæ CCLXXVIII. contra Veientes bene pugnauit.

P. Virginius, vir grauis & primarius in Senatu, cuius ſententiã de ære alieno plebis refert Liuius lib. 2.

P. Virginius, Trib. mil. conſ. pot. anno vrbis conditæ CCCLIII. priuatim cum M. Sergio, & ipſo Trib. mil. diſſidens, laboranti illi apud Veios opem ferre noluit, cum nec ille petere ſuſtineret. Quare vtriuſque culpa res infeliciter geſta, & ipſis magiſtratus abrogatus eſt. Liuius 5.

Virginia, A. filia, reiecta a Patriciis matronis, quod plebeio homini, L. Volumnio, quamuis bis Conſuli, nupſiſſet, relicto ſacro pudicitiæ patriciæ, aram pudicitiæ plebeiæ erexit. Liuius 10. ¶ Fragment. Sex. Pompeii pag. 49.

VIRGINII plebeii.

A. Virginius, Trib. pl. anno vrbis condit. CCXCIII. capitis die dicta Cæſoni Quintio, L. Cincinnati F. damnari illum a populo perfecit. Cæſo in Thuſcos exulatum abiit. Liuius 3.

L. VIRGINIVS, homo quidẽ plebeius, cæterum domi militiæque bonus, filiam Virginiam, L. Icilio deſpõſam, priuſquam obnoxia fieret libidini App. Claudii Decemuiri, gladio transfixit in publico. Quę cauſa fuit, vt Decemuiris magiſtratus abrogaretur. Liuius 3. Dionyſius 11. Valerius Maximus lib. 6. capite 1. Plinius de viris illuſtr. Eutropius, Oroſius. Ipſe poſt eam contentionem factus eſt Trib. pl. & quidẽ primo loco, anno vrbis conditæ CCCV. De hoc & filia eius extat inſcriptio in mon. Rom. pag. 219.

A. Virginius, Trib. pl. anno vrb. cond. CCCLX.

L. Virginius, Trib. mil. tabellarios Haſdrubalis captos ad Claudium Conſulem duxit. Liuius 27.

Virginius, Trib. pl. cui dies dicta a L. Cornelio Cinna Coſ. Plutarchus in Sylla.

C. Virginius, legatus L. Piſonis in Macedonia, cuius moderatione & æquitate factum ſcribit Cicero, ne Byzantii per Piſonem omnibus ſignis ſpoliarentur, in de prouinciis Conſularibus. Eundem hunc eſſe puto, cuius meminit in fine 2. epiſt. fam. & ad Attic. 12. epiſt. 3.

Virginius, proſcriptus a Triumuiris, partim ſuauitate orationis, partim pecunia apud ſeruos ſuos & milites, ad ſe percutiendum miſſos, effecit, vt ſaluus in Siciliam ad Pomp. enauigarit. Appianus 4.

¶ P. Virginius Rufus, perfunctus tertio Conſulatu, 30. annis gloriæ ſuæ ſuperuixit, laudatus a Cornelio Tacito & Plinio libro ſexto & nono epiſtolarum. Primum Conſulatum geſſit cum Memmio Regulo ſub Nerone, alterum cum Pompeio Vopiſco, tertium cum Nerua Auguſto. Quartum quominus gereret, mors effecit. Nam à Traiano iam deſignatus erat.

Virginius alius eodẽ tempore, rexit ſtudia iuuenum eloquentia ob nominis claritatem vrbe pulſus a Nerone. Tacitus libro decimoquinto.

¶ Virginius Romanus, cuius ſua ætate in ſcribenda Comœdia dexteritatem laudat Cicero epiſtolarum 6. ad Caninium.

¶ Supra dicitur Vergilius.

¶ Virginius Valens, deceſſit ſub Marco Imp. 3. Inſtit. 12.

Virginii duo, Martialis pater & Dexter F. citantur in Inſcript. ant. 190.

Virginii item, & Virginiæ aliquot, referuntur in monumentis Mediolanenſiũ pagina 27. & 28.

¶ VIRIDIVS Gemellinus, procurator Traiani. Plinius 10.

Puto etiam Viridios eſſe, quos apud Apianum inſcriptio vetus perperã Virduros, ego ſupra Viduarios appellaui.

V I R I I.

Virios Romæ fuiſſe, liquet ex antiquis inſcript. quarum vna legitur Romæ in cœnobio D. Simpliciani, ſculpto in lapide viro togato, funem in manibus habente, & iuxta aſtante aſino: *Q. Virii Seuerini Attia Seuerina & Q. Virius, o neſas parentes*, &c. Altera extat Mediolani in parietibus templi S. Petri ad Vineam, porta Vercellenſi: *L. Virio LL. Blando amico*, &c. Vide Apianum pagina 38. & 209. Similiter pagina 35. refertur C. Vitius Ferinilanus VI. vir. Comi.

Viria item Marcella pagina 48.

C. Virius Terentianus VI. vir. Comi. pagina 70.

Virio Lupo reſcribitur Pandect. 28. de vulgari & pupill. ſubſtitutione.

V I S E L L I I.

T. Viſellius, Cicerone in exilium pulſo, ſcripſit legem T. Fadio, Tribuno pl. qua promulgata Cicero reuocaretur. Cicero ad Att 3. epiſt. 23.

¶ C. Viſellius Varro, conſobrinus Ciceronis, Ædilitius mortuus eſt, cum poſt curulem dignitatem iudex quæſtionis eſſet, vir cum primis doctus, Orator etiam, quanquã populo nõ ſatis vendibilis, quod oratione præceps & idcirco obſcurus eſſet, verbis tamen eximius & ſententiis frequens, vt quiſquam alius, tum perfectus in litteris, iuris etiam ciuilis a patre Aculeone accepta diſciplina. Ex Bruto Ciceronis.

C. Viſellius Varro, alius ab illo, cum graui morbo correptus Octaciliæ Laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat, 300. M. nummûm debiti nomine in teſtamẽti tabulis adſcripſiſſet, libidinis remunerationem, pauloque poſt conualuiſſet, illa nũmos petere cœpit, ſed C. tandem Aquilii prudẽtia & auctoritate repulſa eſt. Valerius Maximus lib. 8. capite ſecundo. Meminit Varronis huius Cicero in Bruto & Verrin. 3.

L. Viſellius Varro, temporibus Tiberii in repub. floruit, a quo factus eſt Conſul. Cum ante legatus inferioris Germaniæ fuiſſet, non veritus eſt in re nefaria Seiani
odiis gratificari. Silium enim, legationis DLXXVI.
quondam Germanicæ collegam, paternas inimicitias obtendens, reum apud principem fecit. Et quanquam bellum aduerſus Sacrouirum egregie geſtum ſcirent, cũ ipſe inualidus ſenecta collegæ id muneris conceſſiſſet, victoriam tamen per auaritiã fœdaram, & vxorem illius Soſiam, arguit, effecitque, maieſtatis etiam criminibus obiectis, vt Silius imminentem damnationẽ voluntario fine præuerteret. Ex lib. 3. & 4. Corn. Taciti.

C. Vitellius C. F. C. N. Varro, Conſul anno V. C. DCCLXIV. extremis temporibus Auguſti ex Cal. Iul.

Viſellius, non negligens auctor in Rhetoricis. Fabius 9. cap. 3.

¶ VITALIS, Conſul ſub Iuſtino ann. V. C. MCCLXXIII.

Vitali reſcribit Ant. 8. Cod. tit. 36.

V I T A L I I.

Vitallus Victor, occiſus a Seuero. Spart:

Vitalii, Vigor & Virilis, fratres reperiũtur in mem. Auguſtan. apud Apianũ p. 419

Vitalio reſcribunt Seuerus & Ant. AA. 5. Cod. tit. 51.

Vitalio alii Alex. Imp. 5. Cod. tit. 56.

Vitalio ſcribit Libanius Sophiſta in epiſtolis ſuis.

¶ C. VITALINIVS, cum Luciliana Honorata coniuge, refertur in memoriis Germanicis apud Apianum pag. 469.

¶ VITA-

¶ Vitalianvs, Præf. præt. Maximini, iuſſu Senatus occiſus eſt. Capitolinus.

Vitalianus, Tyrannus, homo Thrax; Anaſtaſii duces, Hypatium & Cyrillum, cepit, ipſeque tandem a Marino Syro profligatus eſt. Reuocatus ab exſilio per Iuſtinum, Conſulq; factus, ab eodem inſidioſe occiſus eſt. Nicephorus in Eccleſ. Hiſtor. Idem alicubi & Vitalio appellatur.

VITELLII.

Vitellios, quemadmodum tradit Tranquillus, nonnulli voluere Fauno, Aboriginum rege, & Vitellia, quæ multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperaſſe. Horũ reſiduã ſtirpẽ ex Sabinis tranſiiſſe Romã, atq; inter Patricios allectã. Indicia ſtirpis diu manſiſſe, viã Vitelliam ab Ianiculo ad mare vſq;, item coloniam eiuſdẽ nominis, quã gentili copia aduerſus Æquicolas tutandã olim depopoſciſſent. Tẽpore deinde Samnitici belli pręſidio in Apuliã miſſo, quoſdã ex Vitelliis ſubſediſſe Nuceriæ, eorũq; progeniẽ longo poſt interuallo repetiſſe vrbẽ atq; ordinẽ Senatoriũ. Contra multi auctorẽ generis libertinũ prodidere, Caſſius etiã Seuerus, & cum eo plures alii, ſutorem veteramentariũ. Nos hęc, quę incerta ſunt, in medio relinquentes, tantum ea, quæ bonis auctorib. comperta teſtataque nouimus, ſequemur.

Vitellii duo fratres, quorũ ſoror L. Iunio Bruto, primo Conſuli, nupta erat, quod cũ eiuſdẽ duob. filiis, & totidẽ Aquiliis, Collatini Conſulis ſorore genitis, pulſis regib. Tarquiniis ſtuderent, deq; iis reducendis conſiliũ iniiſſent, detecta coniuratione, ab auunculo capite puniti ſunt. Auctor Liuius lib. 2. Dionyſ. lib. 5. non Vitellios illos, ſed Gellios vocat, & quidem prænominib. M. & Manlii, quam emendate, neſcio, quando pluribus in locis libri eius fœde contaminati circumferuntur.

P. Vitellius, domo Nuceria, quæ ciuitas Campaniæ eſt, & Eques Rom. rerumq; D. Auguſti procurator fuit, quatuorq; filios ampliſſimę dignitatis cognomines, ac tantum prænominibus diſtinctos, reliquit, A. Q. P. & L. Vitellios.

A. Vitellius, inito Conſulatu cum Cn. Domitio, Neronis Imp. patre, mox in eodem honore deceſſit, an. V.C. DCCLXXXIV. ſub Tiberio, prælatus eloquio, famoſusque cœnarum magnificentia.

Q. Vitellius, Senatorio ordine motus eſt, cum auctore Tiberio ſecerni minus idoneos, remouerique placuiſſet.

P. Vitellius, Germanici Cæſaris comes & legatus, Cn. Piſonẽ, inimicũ & interfectorem eius, vna cum Verannio & Seruæo accuſauit, cõdemnauitq;. Vnde Cæſar Tiberius auctor Senatui fuit, Vitellio cæteriſq; ſacerdotia tribuendi. Deinde poſt honorẽ Præturæ, cũ inter Seiani conſcios arreptus, fratriq; in cuſtodiã datus eſſet, ſpem ac metũ iuxta grauatus, petito per ſpeciẽ ſtudiorum ſcalpro, leuẽ ictũ venis intulit. Quanquam autẽ nõ tam mortis pœnitentia, quã ſuorũ obteſtatione, obligari, curariq; ſe paſſus eſſet, mox tamẽ in eadẽ cuſtodia vitam animi ægritudine finiuit. Tranquillus & Tacitus. Citauit orationem eius, qua Piſonem accuſauit, Plinius lib. 11. cap. 37.

L. Vitellius, ex Conſulatu, quẽ cum Paulo Fabio geſſit an. V.C. DCCLXXXVI. a Tiberio Syriæ præpoſitus, Artabanum, Parthorum regem, ſummis artibus non modo ad colloquiũ ſuum, ſed etiã ad veneranda legionum ſigna pellexit. Regreſſus ex Syria, cum miri in adulando ingenii eſſet, C. Cæſarem adorari vt Deum inſtituit, non aliter adire auſus, quã capite velato, circumuertenſq; ſe, deinde procumbens. Mox cum Claudio principe duos ordinarios Conſulatus Cenſuramq; geſſit, curã quoq; imperii ſuſtinuit, abſente eo expeditione Britannica. Vir innocens & induſtrius, ſed adulationi ad ſeruile obſequiũ indulgens. Claudium namq;, vxoribus & libertis addictũ, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere a Meſſalina petiit, vt ſibi pedes pręberet excalceandos, detractumq; ſocculũ dextrum inter togam tunicamq; geſtauit aſſidue, nonnunquã oſculabundus. Narciſſi & Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Huius & illa vox eſt: *Sæpe facias*, cũ ſeculares ludos edenti Claudio gratularetur. Laborauit etiã amore libertinę ad infamiã vſq;, ſolitus eius ſaliuis, melle cõmixtis, quotidie ac palam arterias & fauces pro remedio fouere. Deceſſit paralyſi, ſuperſtitibus ex Sextilia, probatiſſima nec ignobili fœmina, duobus filiis, quos eoſdem ambos totoq; anno Conſules vidit, cũ maiori minor in 6. menſes ſucceſſiſſet. Defunctũ Senatus publico funere extulit, poſita etiam pro Roſtris ſtatua cum hac inſcriptione: *Pietatis immobilis ergà principem.*

A. Vitellivs L. F. natus eſt Druſo Cęſare & Norbano Coſſ. cuius genituram, a Mathematicis prædictam, parẽtes vehe-

menter exhorruerunt. Adoleſcentiam omnib. probris contaminatã egit. Caio deinde per aurigandi, Claudio per aleę ſtudiũ familiaris, Neroni etiã hoc acceptior fuit, quod citharœdicũ eius inſtitutũ comprobaret. Vnde trium principum indulgentia non ſolum honoribus, verũ & ſacerdotiis ampliſſimis auctus eſt. A Galba in Germaniam miſſus, factione militari imperiũ arripuit, idq; vix octimeſtre nõ niſi conſilio & arbitrio viliſſimi cuiusq; Hiſtrionis adminiſtrauit. Victo Othone, cum campos, in quib. pugnatũ eſt, adiit, abhorrentibus aliis cadauerũ tabẽ, ipſe deteſtabili voce, *optime*, ait, *olere occiſum hoſtem, & melius ciuem.* Luxuriæ ſæuitiæq; quãtopere deditus fuerit, ſatis indicat & patina, CC. ſeſtertiis adornata, & cædes multorũ, matrisq; etiã & F. veneno ſublati. Per hæc cunctis inuiſus, cũ iam Veſpaſianus ſumpſiſſet imperium, nequicquã tentatis omnib. latebris ſe abdidit. Vnde extractus a militib. iniecto ceruicibus laqueo, religatisq; poſt terga manib. in forũ perductus eſt, mento etiã mucrone gladii ſubiecto, vt viſendã faciẽ præberet, nonnullis ſtercore & cœno inceſſentibus, aliis incendiariũ & patinarium vociferantibus. Tandem apud ſcalas Gemonias, quo Flauium Sabinum, Veſpaſiani fratrẽ, proiecerat, minutiſſimis ictib. excarnificatus, vncoq; in Tiberim tractus eſt, anno vitæ 57. duobus liberis & fratre relictis.

L. Vitellius, Imperatoris fr. vt in Conſulatu illi, ſic & in Proconſulatu Africæ ſucceſſit, vit perinde infamis, nec virtutibus vt boni, ſed vt peſſimus quisq; vitiis valẽs. Fratri e Germania regreſſo cœnã aduẽtitiã dedit, in qua duo M. lectiſſimorũ piſcium, ſeptẽ auiũ appoſita traduntur. vxorẽ habuit Triariã, quã pleriq; in expugnatione Terracinæ tanquam gladio militari cinctam, multaque crudeliter operatam, notauere. periit mox a cæde fratris, cum arbitrio victorum ſeque & cohortes tradidiſſet. Ex Tranquillo & Tacito.

A. Vitellius Petronianus, Imp. F. ex Petronia, Conſularis viri filia, captus altero oculo, quem hæredẽ inſtitutũ a matre, ſub cõditione, ſi de patris poteſtate exiſſet, Vitellius pater manu emiſit, breuique, vt creditum eſt, interemit, inſimulatum inſuper parricidii, & quaſi paratum ad ſcelus venenum ex conſcientia hauſiſſet.

L. Vitellius, alter Imp. F. ex matre Galeria Fundana, quæ patrẽ Prætorium habuit, oris titubãtia prope mutus, cæſus eſt a Muciano, Veſpaſiani duce, manſurã diſcordiã obtendente, ni femina belli reſtinxiſſet.

Vitellia, huius ex iisdem parentib. ſoror, a Veſp. Imp. ſplendidiſſime maritata, dotataque etiam & inſtructa eſt.

Vitellius, honoratus prouincialis, quẽ ſub Traiano euocatũ ex Africa, quod cũ Mario Priſco nequiter egiſſet, cognitioni Senatus mors opportuna ſubtraxit. Plin. epiſtol. 2.

Vitellio cuidam ſcribit Paulus IC. Pand. de vſu & habitatione.

Vitellius ſub Commodo citatur vt præſes in Martyrolog. 26. Auguſti.

¶ Q. Vitellius Saturninus, filiiq; Veranius & Conſtans Vitellii, referuntur Inſcript. ant. pag. 32.

¶ Vitellius Afer, defendit ſchiſma Donatianum ſub Conſtante Imp. Gennadius.

VITII.

Vitius Salaſſus, proſcriptus a Triumuiris, cum videret ab vxore percuſſores adduci, præcipitem e tecto ſe dedit. Valerius Max. 9. cap. 11. & App. 4.

Vitia, C. Fuſii Gemini mater, quod filii mortem fleuiſſet, ſub Tiberio occiſa eſt. Tacitus lib. 5.

VITRASII.

Vitraſius Pollio, præf. Ægypti ſub Tiberio, moritur Cn. Domitio Furio Camillo Coſſ. Dion lib. 57.

Vitraſio Pollioni, legato Lugdunenſi, reſcripſit Hadrianus Pand. 26. de ſuſpectis tutor. & curator. & 27. de excuſatione tutelæ.

T. Vitraſius Pollio, floruit ſub M. Antonino Philoſopho, eoq; imperãte duos ordinarios Conſulatus geſſit. Certe poſterioris Conſulatus meminit inſcriptio, quæ extat Puteolis in quadam turri, dedicata VI. Idus Aug. T. Vitraſio Pollione II. M. Flauio Apro Coſſ.

¶ VITRASIA Fauſtina, cæſa eſt a Commodo, fors illius filia.

Vitraſius item quidam refertur in mem. Rom. apud Apianum pag. 287.

Vitraſius Orphitus, pręf. vrb. ſub Conſtãtio, ſextũ & 7. Conſule. Actus in exiliũ ſub Valentiniano, ope Volcatii Rufini reditum impetrauit. Ammianus lib. 14. & 27.

VITRVVII.

M. Vitruuius Vaccus Fundanus, concitis ad bellum Fundanis, a L. Plautio Conſule victus eſt, deinde traditus a ſuis, poſt triumphum necatus eſt, ædes, quas habebat in

bat in Palatio, dirutæ, ſolum inde Vacci prata appellata. Liuius 8. & Cicero pro domo ſua ad Pontifices.

M. Vitrvvivs architectus, ſub Auguſto enituit, cui ſcriptos de architectura libros 10. dedicauit. In præfatione Dinocratem a forma & proceritate laudans: Staturam, inquit, mihi non tribuit natura, faciem deformauit ætas, valetudo detraxit vires &c.

¶ Vitruuius Secundus, occiſus a Commodo. Lampridius.

L. Vitruuius L.L. Cerdo architectus C. Gaudio F. Strabonis. Hæc inſcriptio reperitur Veronæ in porta gemina, ex amphitheatro Rom. in arcem veterem translata, vt meminit Apianus.

¶ Vitruuius Aprilis, cum coniuge Limbricia Theodora, refertur in Inſcriptione vetuſta, quam tradit Apianus extare Neapoli in æde S. Stephani.

Aprili reſcribitur ab Alex. A. 5. Cod. tit. 37.

¶ Vito reſcribitur ab Alex. Imp. 3. Cod. titulo 19.

¶ Vitvlinvs, quæratur apud Apianum lib. 4. inter proſcriptos.

¶ Viventivs, Præf. præt. cuius ex ſorore nepos Fauſtinus, ſub Valentiniano carnificis manu perimitur. Ammianus 30.

¶ Vivio Varo, legato prouinciæ Ciliciæ, reſcribit Hadrian. Imp. Pand. 22. de teſtib.

¶ Viuiano Gordianus Imp. 4. Cod. ti. 29.
Viuianæ AA. & CC. 6. Cod. tit. 55.

VLPII.

Vlpiorum antiqua magis quam clara familia fuit, nobilitata primũ per patrẽ Traiani principis. Is fuit M. Vlpius Traianus, qui bello Iudaico decimæ legionis Trib. adeo ſtrenuã operã nauauit, vt poſtea triũphalibus ornamentis donatus ſit, & primus ex ſua gente ad Conſulatus faſtigium euectus. Plura de illo Ioſephus belli Iudaici 3. cap. 11. & Hegeſippus 3. cap. 13.

¶ Stemma petes ex Onuphrio Panuinio pag. 38.

M. Vlpivs Traianvs Crinitvs, ex vrbe Tudertina, quomodo prodidit Aurelius Victor, abſens Cæſar factus eſt, adoptatus a Nerua, cum eſſet Agrippinæ in Gallia, vir natura bonus & mitis, omnis malignitatis & liuoris expers, & qui ab ira nunquam vinceretur, ad hæc doctis & litteratis fauens, cum ipſe a litteris alienus non eſſet, Iuris ciuilis etiam bene peritus. Senatui, cum imperium adeptus eſt, promiſit, nunquam ſuo iuſſu, bonum virum occiſum iri, idque præſtitit. Præfecto prætorio gladium ex more tradens: *Hoc, inquit, aduerſus hoſtes meos vtere, ſi recte imperauero, ſin minus, in me diſtringito.* Ob hæc carus & amabilis omnibus, hoſti duntaxat formidoloſus fuit. Erat enim rei militaris ſcientiſſimus, & ad ſuſcipienda bella pro republica minime ſegnis. Et hercle poſt Auguſtum imperii Romani lacertos mouit, multis & magnis potitus victoriis, id quod deuictarum gentiũ tributa ipſi cognomẽta, Germanici videlicet, Pannonici, Dacici, Parthici teſtantur. Interiit morbo apud Selinuntẽ Ciliciæ, nullis ex vxore Plotina, ſanctiſſima fœmina, relictis liberis, ſolus Imperatorum omnium, relatis oſſibus, in vrbe ſepultus, cum imperaſſet annos fere 20. vixiſſet autem 64.

¶ Marcia, ſoror Traiani Imperatoris. Iornandes pagina 607. De eadem Plinius in Panegyrico.

M. Vlpius Crinitus, ſub Valeriano viuens, ex familia Traiani Imp. ſe progenitũ prædicabat. Dux Illyriciani limitis, Aurelianum, qui poſt rerum potitus eſt, ſucceſſorem habuit, quem & apud Valerianum adoptauit, ipſe iam tribus Conſulatibus inſignis. Vopiſcus in Aureliano.

Vlpii alii, ſecundum cognomenta digeſti.

Vlpio Adriano reſcripſit D. Pius. Pand. 37. de collat. doris

Vlpia Antiochenſis Hilari Aug. lib. coniunx. Inſcript. antiq. pag. 137.

Vlpius Bonicius, cum Octauia Calliſta Græcula ſocru, & eiuſdem nominis vxore, refertur ibid. pag. 17.

Vlpiæ Dotatæ, filiæ dulciſſimæ, ſibi & ſuis, M. Vlpius Trophimus fecit. Vixit ſub Veſpaſiano F.

M. Vlpius Epaphus, & Vlpia Modeſta, coniuges, referuntur Inſcript. ant. pa. 255.

M. Vlpius Epitynchanus, cum Flauia Laide. Ibidem 214.

M. Vlpius Firminus, cũ Vlpio Firmiano fratre, & Vlpia Firmina filia. Ibid. pag. 111.

Vlpia Gordiana, mater Gordiani ſenioris Imp. ex gente Traiani Imp. patre & auo, Conſularibus prognata. Capitolinus.

Vlpio Gordiano reſcribunt AA. & CC. 6. Cod. tit. 24.

Vlpius Iulianus, Cenſor ſub Caracalla. Dion.

Vlpius Limenius, præf. vrb. & Præt. ſub Conſtantio.

M. Vlpius Longinus veteranus. Inſcript. ant. pag. 104. 106.

Vlpia Maracina M. Iunii Montani vxor. Ibidem pag. 363.

Vlpius Marcellus IC. ſub Pio & Marco, a Commodo etiam Britanniæ præpoſitus, teſte Dione. Scripſit Pand. libros 31. ad leges lib. 6. reſponſorum lib. 1. In hunc notas ſcripſit Martianus, quemadmodũ in Scæuolam Claudius Tryphonianus & Paulus.

Vlpia Philumena, P. Ælii Reſpecti coniunx. Inſcript. ant. pag. 284.

Vlpius Primianus, fr. M. Vlpii Firmini.

Vlpio Proculo reſcripſit Imp. Vlpianus Pand. de tutela & rationib. detrahend. &c.

Vlpio Rufino Seuerus Pand. 26. qui petant tutores.

M. Vlpius Secundus, Trib. leg. III. Ital. Inſcript. ant. pag. 416. Alius pag. 281.

M. Vlpius Securus. Ibidem pag. 113.

M. Vlpius Seruatus. 399.

Vlpius Syllanus, primæ in Senatu ſententiæ fuit ſub Aureliano. Vopiſcus.

¶ Vlpiano militi reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. tit. 52. & 5. Cod. tit. 12.

Vlpianę iidem principes 6. Cod. tit. 58.

Vlpianus Emeſenus, & alter Antiochenus, ambo Sophiſtæ. De his Suidas.

Vlpianus, frater Iſidori Philoſophi, ingenio promtiſſimo ad diſciplinas Mathematicas, adoleſcens etiamnũ & cœlebs deceſſit, magna ſuę bonitatis laude relicta. Idem.

¶ P. VMBRENVS, ſocius Catilinæ. Cicero & Saluſtius.

VMBRICII.

Vmbricius Melior, ſcripſit de Hetruſca diſciplina.

Vmbricius, haruſpex, ſacrificanti Galbæ inſtantes inſidias & domeſticum hoſtẽ prædixit. Tacitus 17. & 18. Hunc, opinor, Plinius Haruſpicum in ſuo æuo peritiſſimum vocat, lib. 10. cap. 6.

Vmbricii, boni viri, digreſſum ex vrbe Roma deſcribit Iuuenalis Sat. 3.

Vmbricia Seuera Venuſti, refertur Inſcript. ant. pag. 286.

¶ VMBRIVS PRIMVS, Grammaticus, citatur a Chariſio.

¶ VMBRO, citatur Macrobio 1. cap. 16.

¶ VMBRONIVS Silo, præfectus Bæticæ, quẽ Claudius accitum Senatu mouit, quod in Mauritania militantib. parum frumenti miſiſſet. Hoc ei crimen obiectum, cum ob id plecteretur, quod libertos quoſdã offendiſſet. Atq; is quidẽ omnẽ ſuam ſupellectilem proſcripſit, copioſam & elegantẽ, quaſi omnẽ diuenditurus, nihil tamẽ vendidit, præterquã veſtem Senatoriam, oſtẽdens nihil ſibi mali accidiſſe, ac ſe poſſe priuatum bene viuere. Dion lib. 60.

VOCONII.

Voconii, quomodo & Scantinii, ex Aricino municipio in vrbẽ venere. Cic. Phil. 13.

¶ C. Voconius Saxa, Trib. pl. legem tulit, ne quis hæredem virginem aut mulierem faceret. Cicero Verrinarum 3. Suaſit eam legem Cato, teſte Liuio lib. 41. qui & orationem Catonis extare ſcribit, etſi apud illum mendoſe pro Voconius Volumnius legitur.

Voconius Saxa, refertur Vlpiano, qui Diuos fratres ad illum reſcripſiſſe teſtatur Pand 48. de quæſtionibus.

Voconius quidam inter duces ſeu legatos Luculli refertur Plutarcho.

Q. Voconius, iudex, memoratur Ciceroni pro A. Cluentio. Fors hic eſt, quẽ idem Cicero cum tribus filiabus inſigniter deformibus obuium habens, tacite ad amicos Græcum verſiculum recitauit:

Φοίβου ποτ' οὐκ ἐῶντος ἔσπειρε τέκνα. Id eſt.
Phœbo haud ſinente hic ſeminauit liberos.

¶ Voconius Victor, Poeta, celebratur Martiali vna cum Teſtilo puero lib. 7.

¶ Voconius Romanus, equeſtri familia ex citeriore Hiſpania, flamen Dialis, familiaritate iunctus Plinio Cæcilio, doctus cauſidicus, nec Poeta malus, cui Hadrianus epitaphium ſcripſit, prodẽte Apuleio, qui verſum citat:

Laſciuus verſu, mente pudicus erat.

In memoriis antiquis Hiſpanorum legitur: *Voconius Romanus patri optimo*, pag. 20.

¶ Q. Voconius Vitulus leg. 22. pr. P. F. ſub Pio Aug. refertur in mem. Moguntinis apud Apianum pag. 478.

C. Voconio C. F. Placido Aedili, II. viro, Flamini, Quæſtori, Saliorum magiſtro. Hæc Inſcriptio extat Sagunti. Vide Apianũ pa. 19.

Voconius, Caſtellani, Mauritaniæ oppidi, Epiſcopus. De hoc Gennadius.

VOLCATII.

L. Volcatius Tullus, Ædilitatis repulſam paſſus, teſte Cicerone pro Plancio, Conſulatũ obtinuit, & geſſit triennio antequam Cicero eum honorẽ conſequeretur, id eſt, anno

anno V. C. DCLXXXVII. Vixit ſuperſtes Cæſari, quod patet ex 14. epiſt. Cic. ad Atticum. Hic ne Volcatius ſit, an alius, qui Ceſellium ius ciuile docuit, & quē Aſturcone redeuntem e ſuburbano, cum aduēſperauiſſet, canis a graſſatore defendit, vt eſt apud Plinium lib. 8. cap. 40. pronunciare non auſim.

L. Volcatius L. F. Tullus, militauit bello Gallico & ciuili ſub Cæſare, teſtantibus id commentariis Cæſaris. Conſulatū geſſit cum Cæſare Octauiano, circumacto Triumuiratu, anno V. C. DCCXX.

¶ C. Volcatius Gurges, Senator, ſubito mortuus. Plinius 7. cap. 53.

¶ Volcatius Moſchus, exul a Maſſilienſibus in ciuitatem receptus, bona ſua reipublicæ eorum vt patriæ reliquit, ſub Tiberio. Corn. Tacitus 4.

¶ Volcatius Tertullianus, Trib. pl. circa initium principatus Veſpaſiani patris. Tacitus 20.

¶ VOLCATIVS SEDIGITVS, librum de Poetis ſcripſit. Extat illius iudicium de Comicis Latinis, id quod refertur apud Gellium lib. 15. cap. 24. Idem apud eundem Gellium 3. cap. 3. Helius non Volcatius appellatur.

¶ Volcatius Terentianus, ſcripſit hiſtoriam ſuorum temporum, hoc eſt Gordianorum. Capitolinus.

¶ VOLCATIVS GALLICANVS, quintum Conſul ſcripſit vitas Imperatorū ad Diocletianum, ex quibus nunc tantum Auidius Caſſius extat, is qui Imperium ſub Marco corripuit.

¶ *L. Volcatio Q. F. Vel. primo præf. con. t. Noricor. in Pannon. præf. ripæ Danub. & ciuitatum duarum Bolor. & Azaltor. Trib. mil. leg. v. Macedonicæ in Mœſia præf. ale. 1. Pannonior. in Africa 11. vir. Quinq. Flamini Diuorum omnium p. g. Ex teſtamento eius poſita M. Accio Seneca. Manlio Planta 11. vir. Quinq.* Hæc inſcriptio extat apud Manutium in Orthograph. in voce, Accius.

Q. Volcatius Hermes. Inſcriptionum antiq. pag. 247.

¶ Volcatius quidam ſcripſit in orationes Ciceronis. Hieron. contra Rufinum.

¶ Volcatius Rufinus, Præfectus prætorio ſub Valentiniano, in eo honore deceſſit. Sororis filium, Maximum Iulianum, Imperator vrbi præfecit. Eiuſdem ope Orphitus ab exilio reditum impetrauit. Am. Marcel. 21. & 27.

¶ P. VOLERO, Trib. pl. tulit ad populum, vt plebei magiſtratus tributis comitiis crearentur. Liuius 2.

¶ VOLSCIVS Fictor, Trib. pl. damnatus poſtea, quod in Cæſonem Quintium falſum teſtimonium dixit, nempe fratrem L. Volſcium natu maiorem ab illo per rixam noctu interemtum. Liu. 3. Dionyſ. 9.

¶ T. VOLTVRCIVS Crotonienſis, index coniurationis Catilinariæ. Cicero & Saluſtius.

VOLVMNII.

Volumnia, Martii Coriolani vxor. Liuius 2. Dionyſ. 8. Auctor de viris illuſtr.

¶ P. Volumnius M. F. M. N. Amintin. Gallus, patricii generis, Conſulatum geſſit cum Ser. Sulpitio Camerino anno V. C. CCXCII. Liuius 3. Dionyſius initio 10.

¶ C. VOLVMNIVS C. F. C. N. FLAMMA Violens, plebeius genere, Conſul cum App. Claudio Cæco, ann. V. C. CCCCXLVI. contra Salentinos multa ſecunda prœlia fecit. Eundem honorem anno decimo poſt cum eodem Claudio geſſit, vicitque Samnites, vir benignus & comis. Vxorē habuit Virginiam, A. filiam, quæ aram pudicitiæ plebeiæ erexit. Obiicienti collegæ Appio, quod ipſius opera ex muto & elinguis facundus factus eſſet: *Quam vellem*, inquit, *tu potius a me ſtrenue facere, quam ego abs te ſcite loqui didiciſſem.* Liuius 9. & 10.

¶ Meminit Fragmentum Sexti Pompeii pagina 45. & ſeq.

¶ C. Volumnius alius, de quo Fragmentum Sex. Pompeii pag. 136. Pauli epitome libro 17.

L. Volumnius, Ædilis, Victoriæ ædem prope forum Rom. ex pecuniis multatitiis faciundam curauit. Marlianus 3. cap. 12.

P. Volumnius, iudex, cum Cicero diceret pro A. Cluentio.

¶ P. Volumnius, cognomento Eutrapelus, notus eſt ex epiſtolis Ciceronis libri familiarium 7. & 9. ad Pœtum. Meminit eiuſdem ad Att. 15. epiſt. 5.

L. Volumnius Senator (ſic enim appellatur Terentio Varroni de re ruſtica lib. 2. cap. 4. vt cognomentum Senatoris vocem accipias) Ciceroni familiaris fuit. Nam multū ſibi cum eo vſum interceſſiſſe, ſcribit ad P. Volumnium ſuperiorem.

Volumnia, vt in Terentiam ſuam minus officioſa, notatur a Cicerone familiarium 14.

M. Volumnius, a Catilina necatus, memoratur Aſcon. Pediano.

¶ Volumnius Flaccus, partium D. Bruti. Cicero lib. 11. epiſt. 12.

P. Volumnius, præf. fabr. M. Antonii. Corn. Nepos in vita Attici.

P. Volumnius, amicus M. Bruti. De hoc in vita eius Plutarchus, vbi Philoſophum & Hiſtoricum facit.

Volumnius, profligato Caſſio & Bruto, ad M. Luculli amici, ab Antonio interempti, tumulum duci ſe & occidi ab Antonio petiit, & impetrauit. Valerius Max. 4. cap. 7.

Volumnius, legatus Cæſaris Auguſti apud Ioſephum lib. 16. cap. 8. 12. & 13.

¶ A. Volumnius Cerdo, cum vxore Decimia Primitiua, refertur in memoriis Rom. pag. 258.

VOLVSII.

Q. Voluſius, cum Cicerone in Ciliciam conceſſit ipſius legatus, quem ille in Cyprum ad ius dicendum miſit, hominē mirifice abſtinentem, & certum, vt ſcribit ad Att. in fine 5. Eundem in fine 6. Tiberii, qui fuit inter amicos Attici, generum vocat. Vatinius etiā ad Ciceronem ſcribens, ipſius, ni fallor, diſcipulum agnoſcit.

C. Voluſius, Attici Quæſtor, & ipſe cum Cicerone in Ciliciam contendit, ad Att. 5. epiſtola 11.

M. Voluſius, Ædilis, proſcriptus a Triumuiris, Iſiaci habitu euaſit. Valerius Max. 7. cap. 3. & Appianus 4.

L. VOLVSIVS, in familiam ſuam, veterem illam quidem, ſed tamen Præturam non egreſſam, primus Conſulatum intulit, Cenſoria etiam poteſtate legendis Equitum Decuriis functus, opum, quibus illa domus immenſum viguit, primus accumulator. Deceſſit ſub Tiberio an. V. C. DCCLXXII. Tacitus 2.

VOLVSIA, L. Voluſii ſoror, vxor M. Lollii.

¶ L. Voluſius Saturninus, Conſul & collega C. Cæſaris in quarto Conſulatu. Migrauit ex hac vita natus annos 93. extinctus in præfectura vrbis ſub Nerone, omnium, quos in Conſulatu ſententiam rogauerat, ſuperſtes. Tacitus 3. & 13. Plinius 7. capite 14. & 11. capite 38. De opibus eius, parſimonia partis, idem Tacitus libro 14. Meminit Columella libri primi capite 7.

Q. Voluſius Saturninus, ſuperioris propinquus, Conſulatum geſſit anno ſecundo Neronis, quo L. Voluſius in fata conceſſit.

L. Voluſius Saturninus, L. in præfectura demortui F. ex matre Cornelia, Scipionum generis, poſt annum eius 62. natus, perfunctus eſt & ipſe Conſulatu. Plinius 7. capite 4.

A. Voluſius Saturninus, collega Domitiani Cæſaris in decimotertio eius Conſulatu, & iterum in 16.

¶ Voluſius Bithynicus, notus ex Satyra 15. Iuuenalis, quæ ad illum ſcripta de numinibus Ægyptiorum hoc initio:

Quis neſcit, Voluſi Bithynice, qualia demens Aegyptus portenta colat? &c.

¶ L. Voluſius Meſianus, citatur ab Vlpiano vt IC. Scripſit fideicōmiſſorum 16. publicorum 14. libros, ad legem Rhodiam librum 1. Floruit ſub Pio, deditq; illi operam Marcus. A diuis fratrib. amicus, & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxie diligens prædicatur Pand. 37. de iure patronatus.

¶ Q. Voluſius Victorinus Phileto & Moſchidi fecit, parentib. ſuis pientiſſimis, ſibi libertis libertabusque poſteriſque eorum &c. Hæc inſcriptio extat in memoriis antiquis vrbis Romæ apud Apianum pagina 258.

L. Voluſius Threptus, cum Voluſia Primitiua coniuge, & Voluſia Expectata F. Ibidem pagina 133.

Voluſio, præf. vrb. reſcribit Conſtant. 6. Cod. tit. 22.

¶ Voluſius Patauinus, Poeta, rerum geſtarum P. R. annales poſt Ennium carmine deſcripſit. Hunc opinor eſſe, qui a Catullo inceſſitur.

VOLVSIANI.

Voluſiano, Præf. præt. reſcribit Conſtantinus 4. Cod. titulo 35. Quæratur in Ceioniis.

Voluſiano alii, itidem Præf. præt. reſcribitur a Theodoſio & Valentin. AA. 1. Cod. de legibus & conſtitut. Principum.

Voluſiano alii a Valentiniano & Valente AA. 7. Cod. titulo 39.

Voluſiano, viro illuſtri, ſcribit D. Auguſtinus in epiſtolis.

VOLVSENI.

L. Voluſenus, homo ſummo ſplendore. Cicero pro A. Cluentio.

L. Volu-

L. Voluſenus Quadratus, fors F. præfectus equitum ſub Cæſare in Galliis, Tribunus item militum, vir magni conſilii & virtutis. Commentario belli Gallici 3. & 8. & ciuilis 3.

Voluſenus Catulus. Pro hoc dixere Domitius Afer, Criſpus Paſſienus & Lælius. Fabius Quintilianus lib. 10.

¶ VOLVVIO Tertullo, negotiatori Sagario ex Apulia. Extat Mediolani in vallo ciuitatis. Apianus pag. 37.

VRANII.

Vranius Antoninus pro Iulio Pollione & Iulio Rufo, pecuniam mutuam accipientibus, apud Aurelium Palmam mandator extitit. Paulus Pand. 46. tit. 1. l. 71.

Vranio reſcribunt AA. & CC. 4. Codicis, titulo 35.

Vraniæ iidem 6. Cod. titulo 58. & lib. 8. titulo 54.

Vranio ſcribit in epiſtolis Libanius Sophiſta.

¶ Vrbanus Panopion, proſcriptus a Triumuiris, ſerui opera, qui decumbens in lecto ſe pro domino trucidandum obtulit, euaſit. Valer. Max. 6. cap. 8. Appianus 4. Macrobius 1. Sed hic Vrbinum vocat.

Vrbanus, vnus ex 18. Martyribus Cæſarauguſtanis, celebratur Prudentio.

¶ VRBICANÆ reſcribit Decius 5. Codicis tit. 12.

¶ VRBICVS, primum dictus Manichæus. Auguſtinus Tomo 6.

Vrbicus Scæuinus, citatur Iuuenali Satyra 6.

Vrbicus quidam ſimiliter apud Martialem, cui vt amico ſcribit lib. 7. & 11. Vxorem habuit Coſconiam, ſed infœcundam.

¶ VRBICIVS, ſub M. Imp. memoratur hiſt. Eccleſ. 4. cap. 17. vt iudex, ſeu præſes prouinciæ, & in Martyrologio quodam 14. Cal. Nouembris vt florens ſub Pio, & filio eius, cuius ſententia martyrio affecti ſunt Alexandriæ Ptolemęus, Lucius & tertius quidam innominatus.

VRBINII.

C. Vrbinius, Quæſtor Q. Metelli Pii in Hiſp. Macrob. 3. cap. 7.

Vrbinia, Veſtalis, ob inceſtum defoſſa anno CCLXXXII. Dionyſius 9.

Vrbinai, pro qua, vel eius teſtamento, dixit C. Aſinius Pollio, citante Fabio 7. capite 3.

VRBII.

C. Vrbius C. F. L. N. Trom. Gallus Proculeianus, & nepos illius, Vrbius Diminianus, referuntur Inſcriptionum antiquarum pag. 177.

Vrbio Maximo reſcripſere Diui fratres Pand. 40. de manumiſſionibus.

Vrbia Marcella Flaminia Auguſta L. Præſentini coniunx. Inſcriptionum antiq. pagina 154.

VRSI.

Vrſus, Tribunus apud Honorium Imp. citatur Auguſtino Tomo 6.

Vrſus Sacerdos Cabeſis montis Albani Curio, cum C. Nonia filiola & C. Nonio Iuſtino, referuntur Inſcriptionum antiquarum pag. 300.

Vrſo ſcribit Plinius epiſt. lib. 4.

Vrſus, cauſidicus, cui epicedion Statius Papinius Syluarum ſecundo mittit pro morte Pileti, Domitiani Imperatoris vxorem adulterii accuſauit. Hæc abbreuiator Dionis.

Vrſus Apus, cum Vituria vxore, Auguſti Cæſaris nepte, refertur in mem. Rom. eximia inſcriptione pag. 231. Opinor illum vixiſſe poſt tempora Gotthorum.

Vrſulus, Grammaticus, celebratur Auſonio.

Vrſæ reſcribunt AA. & CC. 8. Cod. tit. 51. & 9. Cod. tit. 2.

¶ C. VRSANIVS, Trib. pl. an. V.C. DLVII. Cn. Corn. Cethego Q. Minutio Rufo Coſſ. Liuius Dec. 4. lib. 3.

¶ VRSEIVS Ferox temporibus Hadr. & Pii, ad quem Saluius Iulianus 4. libros ſcripſiſſe traditur.

¶ VRSIDIVS Lentulus, reprehenditur Iuuenali Satyra 6. quod ducere vxorem vellet.

¶ P. VRSINIVS Maturus, cum Caſſia Cenſorina coniuge, refertur apud Apianum in memoriis Carniæ pag. 374.

¶ VRSINO reſcribunt AA. & CC. 9. Cod. tit. 47.

¶ VRSINIANVS, vir magnus & bellicoſus ſub Diocletiano.

¶ P. VRSIO *Sex. F. Pollioni patri, Vettia Lepidæ matri P. Vrſio P. F. Paulo* VI. *vir Iun. fratr. Cur. ar. P. Vrſio Aeliano L. Vrſia P. F. Priſca.* Hæc inſcriptio extat Mediolani in æde S. Babillæ. Vide Apianum pag. 39.

¶ VVIDIVS quidam diues, ob ſordes a li-

berta occiſus. Horat. Sermonum 1. Quidam legunt Vnidius.

¶ VVLNERATÆ reſcribit Alexander Imp. 4. Cod. tit. 35.

VVLTEII.

Vulteius, Ciceronis amicus, citatur ab illo in epiſt. ad Att. lib. 10. epiſt. 12.

L. Vulteius, memoratur Ciceroni Verrinar. 5.

VVLTEIVS, Cæſaris partium Tribunus, quo hortante, Transpadani Opitergini, Cæſ. auxiliares, rate ſua a Pompeianis circumuenta, cum per totum diem circumfuſi exercitus impetum ſuſtinuiſſent, potius quam in hoſtiũ poteſtatem venirẽt, cõcurrentes inter ſe mutuis ictibus interierunt. Liuius 110. Florus 4. cap. 2. Lucan. 4.

Vulteius Menas, præco, memoratur Horatio in epiſt. ad Mœcenatem.

X.

Xenophili, Conſularis, fit mentio apud Auguſtinum contra Donatiſtarum pertinaciam.

Z.

Zeno Imperator, de quo cum alii tum Suidas Ζήνων. Idem fratres eius peſſimos nominat, Λογγῖνος.

Zoæ reſcribitur a Dioclet. & Max. AA. 1. Cod. de iur. & fact. ignorantia.

¶ Zoilo reſcribunt AA. & CC. 4. Cod. titulo 30.

¶ Zoſimo AA. & CC. 4. Cod. tit. 29. & lib. 8. tit. 28.

¶ ZOSIMVS, Hiſtoricus, quem Ioannis Sambuci, Conſiliarii & Hiſtorici Cæſarei, bibliotheca nobis ſubminiſtrauit. De hoc præclare Ioannes Leunclaius interpres.

SEQVVN-

SEQVVNTVR COGNOMINA ET AGNOMINA, QVÆ IN ROM. familiis reperiuntur.

DE Romanorum nominibus agit Diomedes Grammaticus lib. 1. Chariſius lib. 2. Valerius Max. lib. 10. Plutarchus in vitis, Dion lib. 47. Appianus in proœm. Libyci, Pauſanias in Achaicis, & hac noſtra memoria omnium copioſiſſime & doctiſſime argumentum id pertractauit Carolus Sigonius: qui liber Faſtis eius conſularibus additus eſt. Erant autem quinque generum, Prænomina, Nomina, Cognomina, Agnomina, & quæ appellare ſic poſſe videmur, Adoptiua. Exemplum eſto P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus. Hic P. prænomen eſt, Cornelius nomen, nempe gentilitium; Scipio cognomen, Africanus agnomen, Æmilianus adoptiuum. nam Æmilia gente editus, adoptione in Scipionum domum tranſierat. Nec tamen hæc vſurpatio in omnibus familiis locum habuit: reperias enim alias cognominibus, alias agnominibus deſici. Imo in pleriſque ſeu cognomina ſeu agnomina vim nominum obtinuere; cuiuſmodi videri poſſunt LABIENI, CÆCINÆ, &c. Idem de adoptiuis recte quodammodo affirmauerimus; qualia ſunt, Ælianus, Æmilianus, Iulianus &c. Quod ad noſtrum inſtitutum attinet, nihil hic de prænominibus (quibus etiam fœminas appellatas fuiſſe docent Sex. Pompeius lib. 14. Quintilianus lib. 1. cap. 12.) faciendum verborum duximus. Satiſque conſtat, aliis temporibus alia recepta fuiſſe, tum gentes ipſas alia aliis familiariora habuiſſe. Nomina, ſeu familias, ſecundum initiales literas expoſitas, item cognomina & ſimiles appellationes, quæ pro nominibus irrepſere, tradit Onomaſticon. Hic ea Cognomina & Agnomina, congeremus, quæ familiis, & in his illuſtrioribus perſonis, adhæſere. Nam ad ſingulas eam explicationem deducere, infiniti laboris fuerit. Ac ſpectat ſubiectio hæc noſtra eo tantum, vt cum nunc Cognomina nunc Agnomina vſu magis trita ſint, quam ipſa nomina, lector hac in parte ſe facilius expediat.

A

	reperiuntur in
Abaſcantes	Corneliis, Sattiis &, Titinniis.
Achaicus	Mummiis.
Achilles	Statiis.
Achilles Romanus	Cotiis, Siciniis.
Acidini	Manliis.
Acilianus	Minutiis.
Aculeones	Furiis.
Acyndinus	Septiniis.
Æliani	Æmiliis, Caſperiis, Claudiis, Flauiis.
Æmilianus	Fuluiis.
Ænobarbi	Domitiis.
Æſapus	Clodiis.
Afer	Domitiis, Tediis, Terentiis.
Africani	Cæciliis, Iuliis, Pacciis, Scipionib.
Agilis	Pompeiis.
Agricola	Iuliis.
Agrippæ	Aſiniis, Atteriis, Fonteiis, Heluiis, Iuliis, Vipſaniis.
Agrippinus	Æliis, Paconiis, Regniis.
Agrippinæ	Cæſarum familia & Vipſaniis.
Alabandus	Apaturiis.
Alba	Æmiliis.
Albi	Poſthumiis.
Albini	Brutis, Ceioniis, Clodiis, Lucciis, Poſthumiis.
Alexander	Aureliis, Corneliis.
Alimentii	Cinciis.
Allenius	Papiniis.
Allobrogicus	Fabiis, Max.
Alphius	Flauiis.
Alpinus	Corneliis.
Ambuſti	Fabiis.
Amerinus	Roſciis.
Andro	Sextiliis.
Andronicus	Liuiis, Pompiliis, Popiliis.
Annales	Iuliis.
Antias	Furiis, Valeriis.
Antipater	Cæliis.
Antonini	Æliis, Arriis, Atteriis, Aureliis, Vrantiis.
Anulinus	Anniis, Corneliis, Fuluiis.
Aphrodiſius	Semboniis.
Apitius	Gauiis.
Apolauſtus	Rufiis.
Apollinares	Aureliis, Cæſeniis, Claudiis, Domitiis, Solliis, Sulpitiis.
Apollodorus	Vipſaniis.
Apri	Atriis, Flauiis.
Aproniani	Caſſiis, Noniis, Turciis.
Aquilæ	Acciis, Iuliis, Pontiis, Vediis.
Aquilinus	Herminiis, Veliis.
Arabiani	Claudiis, Flauiis.
Arabinus	Septimiis.
Arbiter	Petroniis.
Archias	Liciniis.
Ariſtides	Æliis
Aruinæ	Corneliis.
Arulenus	Ruſticis.
Aſclepiodotus	Caſſiis.
Aſella	Lucretiis.
Aſelli	Anniis, Claudiis.
Aſelliones	Semproniis.
Aſiatici	Iuliis, Scipionibus, Valeriis.
Aſidius	Sabinis.
Aſinæ	Scipionibus.
Aſper	Æmiliis.
Aſprenates	Calphurniis, Noniis.
Atellanus	Magiis.
Atratini	Semproniis.
Atta	Quintiis.
Attici	Antoniis, Chariſiis, Iuliis, Manliis, Numeriis, Pomponiis, Veratiis.
Auentinus	Ælianis.
Auentinenſes	Genutiis.
Auerriones	Sulpitiis.
Aufidienus	Pontiis.
Augurini	Genutiis, Minutiis.
AVGVSTI	Cæſaribus.
Auguſtulus	Romulis.
Auianus	Æmiliis.
Auienus	Rufis.
Auiolæ	Aciliis.
Auiti	Afiis, Antoniis, Galloniis, Iuliis, Iuniis, Octauiis, Vibiis.
Aurata	Sergiis.
Aurunci	Cominiis.
Auſpex	Iuliis.
B	
Balbi	Acciis, Corneliis, Iuliis, Luciliis, Octauiis.
Balbilli	Iuliis.
Balbini	Cæliis.
Baleatricus	Metellis.

reperiuntur in

Bambalio	Fuluiis.
Barba	Caſſiis.
Barbati	Capitolinis, Horatiis, Meſſalis.
Barbulæ	Æmiliis.
Barea	Marciis.
Baſilii	Galloniis, Minutiis, Valeriis.
Baſiliſcus	Pompeiis.
Baſſi.	Aufidiis, Aureliis, Cæciliis, Cæſiis, Ceioniis, Ceſelliis, Calphurniis, Galbiis, Iuliis, Iuniis, Liciniis, Luciliis, Pomponiis, Saleiis, Ventidiis.
Baſſianus	Æliis, Aureliis, Valeriis.
Beliſarius	Flauiis.
Bellienus	Anniis.
Belucus	Siciniis.
Beſtiæ	Piſonibus.
Bibaculi	Furiis, Sextiis.
Bibuli	Calphurniis, Publiciis.
Bithynici	Clodiis, Pompeiis, Voluſiis.
Blæſi	Iuniis, Pediis, Semproniis, Velleiis.
Blaſiones	Corneliis, Heluiis.
Boius	Fuluiis.
Bolanus	Vectiis.
Bradua	Metiliis.
Briſo	Antiis.
Britannicus	Cæſaribus.
Brocchus	Annæis, Armeniis, Furiis.
Bructio	Liciniis.
Bruti	Iuniis.
Bubulci	Brutiis.
Bucca	Æmiliis.
Bulbi	Atiliis, Norbanis.
Burdones	Iuliis.
Burrhus	Afraniis, Antiſtiis, Betutiis, Iuniis.
Burſa	Plancis.
Butas	Aciliis.
Buteones	Fabiis.
Buteus	Bebiis.

C

reperiuntur in

Cæcina	Liciniis.
Cæcus	Claudiis.
Cæpiones	Fanniis, Ruſciis, Seruiliis.
CÆSARES	Iuliis.
Cæſoninus	Suilliis.
Calarius	Atiliis.
Calca	Trebelliis.
Caldi	Cæliis.
Caleni	Fufiis.
Calidius	Iuliis.
Caligula	Cæſaribus.
Callaicus	Brutis.
Caluaſter	Iuliis.
Caluina	Syllanis.
Caluini	Domitiis, Sextiis, Veturiis.
Calui	Liciniis, Macris.
Calumnia	Latiniis.
Camerini	Sulpitiis.
Camilli	Furiis, Ouiniis.
Candidi	Veſpioniis.
Canis	Auidienis.
Canus	Gelliis.
Capax	Vibiis.
Capella	Antiſtiis, Felicibus.
Caper	Flauiis.
Capitones	Aſiniis, Atteiis, Coſſutiis, Egnatiis, Fonteiis, Herenniis, Oppiis, Siſennis, Titinniis, Velleiis.
Capitolini	Iuliis, Manliis, Meliis, Quintiis, Scantiniis.
Captarius	Metellis.
Carapedo	Popiliis.
Carbones	Actienis, Papyriis.
Cares	Oppiis.

reperiuntur in

Carfulenus	Statiliis.
Carinas	Secundis.
Carus	Aureliis, Ebutiis, Lucretiis, Metiis.
Caſca	Seruiliis.
Caſſiodorus	Aureliis.
Caſtor	Antoniis.
Cati	Æliis.
Catilina	Sergiis.
Catones	Firmiis, Hoſtiliis, Porciis, Vectiis.
Catuli	Luctatiis.
Catulini	Aconiis.
Catullus	Valeriis.
Caudex	Claudiis.
Caudini	Lentulis.
Celeres	Aſiniis, Metellis, Metiis, Nouiis, Valeriis.
Celſi	Æliis, Albinouanis, Aruntiis, Catiis, Corneliis, Furiis, Iuuentiis, Mariis.
Cenſorini	Marciis, Porciis.
Centones	Claudiis.
Centumali	Fuluiis.
Cerennes	Luctatiis.
Cereales	Aniciis, Iuliis, Iuniis, Petiliis, Turuliis, Veliis.
Cettus	Publiciis.
Cethegi	Corneliis.
Chærea	Caſſiis, Fanniis.
Chilo	Fabiis, Magiis, Vectiis.
Chlorus	Pompeiis.
Chryſogonus	Corneliis.
Cicerones	Claudiis, Tulliis.
Cicurini	Veturiis.
Cimber	Anniis, Gabiniis, Tulliis.
Cincinnati	Quintiis, Sulliis.
Cinnæ	Claudiis, Corneliis, Heluiis.
Cippos	Genutiis.
Ciuica	Pompeianis.
Ciuilis	Iuliis.
Clarus	Eruciis, Septitiis.
Claſſicus	Cæciliis.
Claudius	Aureliis.
Claudianus	Claudiis.
Clementes	Arriis, Atriis, Claudiis, Flauiis, Terentiis.
Clepſina	Genutiis.
Cloatius	Veſtiis.
Cocles	Horatiis.
Cælimontani	Virginiis.
Colo	Iuniis.
Columella	Iuniis.
Cominius	Pontiis, Poſthumiis.
Commodi	Æliis, Ceioniis.
Conſtantius	Æliis.
Corbio	Hortenſiis.
Corbulo	Domitiis.
Cordus	Cæſiis, Cremutiis, Iuliis, Iuniis, Valeriis.
Corduenus	Æliis.
Coriolanus	Martiis.
Cornicen	Ebutiis, Oppiis.
Cornicula	Anniis.
Cornuti	Annæis, Aureliis, Cæciliis, Mamiliis, Tertullis.
Coronas	Siciliis.
Coruini	Statiliis, Valeriis.
Coruncani	Iuniis.
Coruus	Aquiliis.
Coſſi	Corneliis.
Coſta	Pedaniis.
Cottæ	Aureliis, Aurunculeiis, Corneliis, Fuſiis.
Coryla	Variis.
Craſſi	Calphurniis, Claudiis, Fonteiis, Liciniis, Otaciliis, Papyriis.
Craſſipedes	Furiis.

Cremona	Magiis.
Creticus	Antoniis, Metellis.
Crinitus	Vlpiis.
Criſpi	Bebiis, Iuliis, Martiis, Næuiis Paſſienis, Saluſtiis, Vibiis.
Criſpini	Plotiis, Quintiis, Vectiis.
Croto	Metiliis.
Cruſcellus	Lentulis.
Culeo	Terentiis.
Cumanus	Bloſiis, Ventidiis.
Cunctator	Fabiis Max.
Curiones	Scriboniis.
Curius	Vibiis.
Curſores	Papyriis.
Coruus	Fuluiis, Galliis.
Cyrus	Vectiis.
D	reperiuntur in
Daduchus	Alipiis.
Dama	Septimiis.
Damaſippus	Liciniis.
Damio	Tettiis.
Decadarchus	Ebutiis.
Decola	Tulliis.
Dentatus	Curiis, Siciniis.
Denter	Cæciliis.
Dentrix	Cæciliis.
Dexter	Aemiliis.
Diadematus	Metellis.
Diocletianus	Aureliis.
Diones	Caſſiis, Cocceianis
Dionyſius	Caſſiis, Pomponiis.
Diuites	Bebiis, Canuleiis, Craſſis,
Dolabellæ	Corneliis.
Domicillæ	Flauiis.
Donati	Aeliis, Claudiis, Iuniis.
Dorſennus	Fabiis, Flauiis.
Dorſuones	Fabiis.
Druſi	Cæſarum familia, Liuiis.
Druſillæ	Cæſarum familia.
E	reperiuntur in
Eburnus	Fabiis Max.
Eculeo	Deciis.
Eua	Sextiliis.
Equiculus	Modiis.
Eſernius	Aſinius & Claudiis.
Euander	Auianis.
Eutrapelus	Volumniis.
F	reperiuntur in
Fabari	Calphurniis, Clodiis, Roſciis, Rubriis.
Fabiani	Anniis, Papyriis.
Fadilla	Iuniis.
Fadus	Cuſpiis.
Falcones	Pompeiis, Valeriis.
Falconii	Antiis, Metiis.
Fannius	Rhemiis.
Faucula	Cluuiis.
Fauentinus	Claudiis.
Fauſti	Antiis, Syllis.
Fauſtinus	Iuniis.
Fecialis	Aoniis.
Felices	Antoniis, Claudiis, Corneliis, Minutiis.
Feliciſſimus	Arminiis.
Ferox	Iuliis, Pompeiis, Vrſeiis.
Feſcennus	Sifinniis.
Feſtus	Caſſiis, Egnatiis, Iuliis, Pōpeiis, Porciis, Valeriis.
Feſtinus	Æliis.
Fictor	Volſciis.
Fidenates	Sergiis, Seruiliis.
Fidenatius	Caluiis.
Fidus	Corneliis, Trebelliis.
Figuli	Cluſinius, Martiis, Nigidiis.
Fimbriæ	Flauiis, Licinius.
Firmus	Æliis.
Firmici	Iuliis.
Flacci	Auianis, Aniliis, Calphurniis, Flauiis, Fuluiis, Furiis, Horatiis, Hordeoniis, Leniis, Maeuiis, Norbanis, Pomponiis, Valeriis, Vetriis.
Flaccinator	Foſtiis.
Flacilla	Antoniis.
Flaminini	Quintiis.
Flamma	Antoniis, Calphurniis, Volumniis.
Flaui	A'ſiis, Cæſetiis, Decimiis, Largiis, Sulpitiis.
Florens	Septimiis.
Flori	Annæis, Aquiliis, Ceſtiis, Iuliis.
Fortunati	Honoriis, Otacilius.
Fraternus	Atriliis.
Fregellanus	Papyriis.
Frontini	Æmiliis, Claudiis, Iuliis.
Frontones	Æterniniis, Aufidiis, Caiis, Corneliis, Iuliis.
Frugi	Piſonibus Craſſis.
Fullo	Apuſtiis.
Fundanius	Minutiis.
Furfanus	Poſthumiis.
Fuſci	Arelliis, Ariſtiis, Aureliis, Corneliis, Gelliis, Saluiis.
Faſcianus	Satis.
G	reperiuntur in
Gabolus	Liciniis.
Galbæ	Sulpitiis.
Galenus	Albutiis, Claudiis.
Gallæ	Meuiis.
Galli	Æliis, Aniciis, Antoniis, Aquiliis, Aſiniis, Antoniis, Caniniis, Ceſtiis, Corneliis, Didiis, Fabiis, Oppiis, Plotiis, Roſciis, Rubriis, Seſtiis, Sulpitiis, Vibiis.
Gallicanus	Gradulliis, Meſſiis, Maluiis, Oulniis, Volcatiis.
Gallici	Rutiliis.
Gallienus	Corneliis.
Galliones	Annæis, Iuniis, Nouaniis.
Gemellus	Memmiis.
Geminus	Atidius, Fufiis, Seruiliis, Variis, Veturiis.
Geminius	Liuiis, Metiis.
Genialis	Flauiis.
Gentiani	Terentiis.
Germanicus	Cæſarum familia.
Getæ	Didiis, Liciniis.
Gibba	Terentiis
Gillo	Fuluiis.
Glabriones	Aciliis.
Glauciæ	Seruiliis.
Globulus	Seruiliis.
Gnipho	Antoniis.
Gordianus	Aureliis, Cornificiis, Metiis, Veliis.
Gorgus	Claudiis.
Gracchanus	Iuniis.
Gracchi	Noniis, Semproniis.
Græcula	Turanniis.
Græcini	Iuliis, Octauiis, Pomponiis.
Granius	Petroniis.
Gratidii	Matiis.
Gratidiani	Mariis.
Gratus	Valeriis.
Groſphus	Pompeiis.
Gryphus	Plotiis.
Gurges	Fabiis Max. Galloniis, Volcatiis.
Guttæ	Carpineiis.

H

	reperiuntur in
Habiti	Cluentiis, Vibiis.
Hadriani	Æliis, Caſſius, Fabiis.
Halæ	Seruiliis.
Halieni	Allienis.
Hannibaliani	Afraniis.
Haſta	Iuniis.
Heluæ	Ebutiis.
Hemina	Caſſiis.
Heptachordus	Valeriis.
Herennii	Bebiis, Octauiis.
Hermogenes	Clodiis, Tigelliis.
Herodes	Aureliis.
Herodianus	Clodiis.
Herſenius	Octauiis, Pontiis.
Hieronymianus	Claudiis.
Hilarus	Criſpinis.
Hirpinus	Fuluiis, Quintiis.
Hirrus	Luciliis.
Hiſpalli	Scipionibus.
Hiſpo	Romanis, Terentiis.
Homullus	Valeriis.
Honoratus	Antoniis, Attiis, Mariis.
Hoplomachus	Liciniis.
Horeſtes	Aufidiis.
Horeſtinus	Mutiis.
Hortalus	Hortenſiis.
Hortator	Claudiis.
Hybrida	Antoniis.
Hyginus	Iuliis.
Hypſæi	Plautiis.

I

	reperiuntur in
Ianuarius	Aureliis, Flauiis, Pomponiis.
Imbrex	Liciniis.
Imperioſi	Manliis.
Inſanus	Domitiis.
Italicus	Siliis.
Iucundi	Æmiliis, Fauoniis.
Iuger	Aquiniis.
Iuliani	Antoniis, Claudiis, Didiis, Saluiis.
Iuſti	Claudiis.
Iuuenales	Iuniis.

L

	reperiuntur in
Labeones	Acciis, Antiſtiis, Aſconiis, Atteriis, Attiniis, Caſcellis, Claudiis, Domitiis, Fabiis, Pacuuiis, Pomponiis.
Laco	Corneliis.
Lactantius	Cæliis.
Lactucini	Valeriis.
Lænates	Octauiis, Pontianis, Popiliis, Vipſaniis.
Læti	Æliis, Clodiis.
Lamiæ	Æliis, Heluiis.
Lampadio	Octauiis.
Lanarii	Calphurniis.
Lanati	Meneniis.
Lappa	Rubreniis.
Largianus	Æmiliis.
Largus	Cæciniis, Scriboniis, Valeriis.
Laterani	Claudiis, Plautiis, Sextiis.
Lateranenſes	Iuuentiis, Otaciliis.
Latro	Porciis.
Laurea	Tulliis.
Lecca	Porciis.
Lenæus	Pompeiis.
Lento	Cæſenniis.
Lentuli	Corneliis.
Leones	Valeriis.
Lepidi	Æmiliis.
Lepta	Tulliis.
Leuini	Valeriis.
Liberalis	Saluiis.
Libones	Petilius, Scriboniis.
Licinii	Porciis.
Liciniani	Valeriis.
Ligus	Æliis.
Limitanus	Maniliis.
Longi	Atiliis, Cædiciis, Conſidiis, Luciliis, Semproniis, Sulpitiis.
Longini	Calphurniis, Caſſiis, Domitiis.
Lucani	Annæis, Claudiis, Terentiis.
Luculli	Fabiis, Liciniis.
Luperci	Ioliis, Mecis.
Lupi	Iuliis, Iuniis, Numiſiis, Rutiliis.
Lurco	Aufidiis, Perpennis.
Luſci	Anniis, Furiis.
Luſcini	Fabriciis.
Lyſias	Claudiis.

M

	reperiuntur in
Macetus	Liuiis.
Macedonicus	Metellis.
Macerini	Geganiis.
Macri	Æmiliis, Bebiis, Calphurniis, Liciniis, Pompeiis.
Macrinia	Pompeiis.
Macrini	Baduis, Bebiis, Ocrelliis, Minutiis, Oppiis.
Macro	Herenniis.
Macrobius	Aureliis.
Macula	Pompeiis.
Magnus	Fonteiis, Pactuleiis, Pompeiis Poſthumiis.
Malleoli	Publiciis.
Maluginenſes	Corneliis.
Mamerci	Æmiliis, Corneliis.
Mammæa	Iuliis.
Mammulæ	Corneliis.
Mamurius	Veturiis.
Mamurra	Corneliis.
Mancini	Hoſtiliis.
Manſuetus	Iuliis.
Mantia	Æliis, Cottiis, Heluiis.
Marcelli	Aſiniis, Claudiis, Eppiis, Graniis, Minidiis, Noniis, Pomponiis, Quintiliis, Variis, Vectiis, Vlpiis.
Marcellinus	Ammianis, Bebiis, Lentulis, Tulliis.
Mariani	Valeriis.
Maro	Vergiliis.
Marſus	Domitiis, Octauiis, Vibiis.
Martialis	Gargiliis, Valeriis.
Martiani	Æliis, Flauiis, Graniis.
Marullus	Epidiis, Iuniis, Mettiis.
Maſſa	Bebiis.
Maſſaliota	Terentiis.
Maſſones	Papyriis.
Materni	Æmiliis, Iuliis, Triariis.
Mathones	Næuiis, Pomponiis.
Mauricus	Iuniis.
Mauricius	Iuniis.
Maxentius	Aureliis.
Maximi	Androniis, Appiis, Artoriis, Cæſoniis, Caruiliis, Claudiis, Fabiis, Galeriis, Iuniis, Laberiis, Manliis, Pupienis, Trebelliis, Valeriis.
Maximiani	Galeriis.
Maximilla	Egnatiis.
Metennius	Egnatiis.
Medullini	Furiis.
Mega	Demetriis.
Megelli	Poſthumiis.
Mela	Annæis, Pomponiis.
Melior	Atediis, Ymbriciis.
Meliſſus	Heliis.

Melliculæ

	reperiuntur in
Melliculus	Minutiis.
Menander	Atriis, Publiciis.
Megas	Pompeiis, Titiniis, Vulteiis.
Menecrates	Iuliis.
Mento	Tulliis.
Merendæ	Antoniis, Corneliis.
Mergus	Caulius, Lectoriis.
Merulæ	Corneliis.
Meſſalæ	Iuniis, Valeriis, Vipſaniis.
Meſſalina	Aureliis, Statiliis, Valeriis.
Meſſus	Aruſianis.
Metelli	Cæciliis, Scipionibus.
Merianus	Voluſiis.
Milo	Anniis.
Mithres	Curtiis.
Mnester	Iuliis.
Modeſtinus	Herenniis.
Modeſtus	Anniis, Aufidiis, Iuliis.
Mœcenates	Heluis.
Momyllus	Romuliis.
Montani	Curtiis, Iuliis, Iuniis, Vatieniis.
Moſchus	Volcatiis.
Motacilla	Iuliis.
Mugillanus	Papyriis.
Mundus	Enniis.
Murænæ	Ablauiis, Liciniis, Varronibus.
Murcus	Statiis.
Mures	Deciis.
Muſa	Æmiliis, Antoniis.
Muſcæ	Semproniis.
Muſtela	Tamiſiis.
Mutianus	Licinius, Nouiis.
Mutili	Papiis.
Myrtilus	Minutiis.

N

	reperiuntur in
Naccæ	Fuluiis, Pinariis.
Naſicæ	Scipionibus Porciis.
Naſo	Actoriis, Iuliis, Otacilliis, Ouidiis, Sextiis.
Natales	Antoniis, Belliciis, Minutiis.
Mauius	Acciis.
Nepotes	Corneliis, Herenniis, Iuliis, Liciniis, Matiis, Metellis, Perpennis, Pompeiis, Valeriis.
Nerones	Cæſarum familia, Claudiis.
Neruæ	Acutiis, Cocceiis, Liciniis, Syliis.
Nicias	Curtiis.
Nicolaus	Aureliis.
Nigri	Aquiliis, Cæciliis, Peſcenniis, Trebiis.
Nigrinus	Auidiis, Pontiis.
Nobiliores	Fuluiis.
Noctua	Cædiciis,
Nonna	Iuliis.
Norbanus	Tigelliis.
Nouati	Iuniis,
Numa	Pompiliis.
Numida	Æmiliis, Lepidis.

O

	reperiuntur in
Obſequens	Iuliis.
Ocella	Seruiis.
Oreſtæ	Aurelius.
Oreſtilla	Fabiis.
Orphitus	Corneliis, Furiis, Ouiniis Saluidienis, Vitraſiis.
Otacilia	Marciis.
Othones	Iuniis, Roſciis, Syluiis.
Ouicula	Fabius Max.

P

	reperiuntur in
Pacatus	Claudiis, Minutiis.
Paciacus	Vibiis.
Pacilii	Furiis.
Pacouianus	Sextiis.
Pacorus	Aureliis.
Pæti	Æliis, Andronis, Aquiliis, Autroculeiis, Cæciniis, Cæſenniis, Fuluiis, Papyriis.
Palæmon	Rhemiis.
Palicanus	Lolliis.
Pallas	Claudiis.
Palma	Aureliis.
Palmatus	Iuniis.
Pamphili	Bæbiis.
Pandus	Latiniis.
Panopion	Vrbanis.
Panſæ	Apuleiis, Genutiis, Semiliis, Seſtiis, Vibiis.
Pappi	Æmilius, Soſiis.
Parrarrheneon	Cipiis.
Pharmenſis	Caſſiis.
Parthenianus	Æmiliis.
Paſſer	Cetroniis, Petroniis.
Paſſienus	Vibius.
Paſtores	Iuliis.
Patauinus	Caſſiis.
Paterculi	Albiniis, Sulpitiis, Velleiis.
Paterni	Aſpaſiis, Outiniis, Tarutius.
Parietus	Iuniis.
Paula	Corneliis.
Pauli	Æmiliis, Iuliis, Sergiis.
Paulini	Aniciis, Lolliis, Pompeiis, Pontiis, Suetoniis, Valeriis.
Pedarius	Cominius.
Pedianus	Aſconiis.
Pedo	Albinouanis, Iuuſtiis, Pompeiis.
Penula	Centenius.
Peræ	Iuniis.
Perpennæ	Hoſtilianis, Mariis, Petroniis.
Perſicus	Fabiis Max.
Pertinaces	Heluiis.
Peruuincus	Sextiis.
Petici	Sulpitiis.
Petronii	Flauiis.
Phagon	Fuſitiis.
Philemon	Æmiliis.
Phili	Furiis.
Philippi	Ælius, Iuliis, Marciis.
Phileſcus	Atiliis.
Philologus	Æliis, Atteiis.
Philones	Ceſſeniis, Curiatiis, Publiis, Veturiis.
Philopœmen	Iuniis.
Philoſtratus	Flauiis.
Philoxenus	Auianis.
Phrygio	Pompeiis.
Pictores	Fabiis.
Pietas	Æmiliis.
Pigmentarius	Acciis.
Pilatus	Pontiis.
Pinchius	Luſtatiis.
Pinus	Corneliis.
Piſciculi	Iuniis.
Piſones	Cæliis, Calphurniis.
Pitholaus	Otaciliis.
Pius	Antoninus, Ceſtiis, Metellis.
Placidus	Annæis, Furiis.
Planci	Acciis, Munatiis, Rubelliis.
Plancina	Munatiis.
Planta	Pompeiis.
Platina	Claudiis.
Plauti	Acciis.
Plotius	Cæliis, Munatiis.
Pœni	Iuniis.
Pola	Seruiis.
Pollienus	Claudiis.
Polliones	Anniis, Antiis, Antiſtiis, Aſiniis, Carbiliis, Claudiis, Clodiis, Herenniis, Iuliis, Memmiis, Næuiis, Romuliis, Trebelliis, Vediis, Veſpaſiis, Vitraſiis.
Pollux	Iuliis.

Cognomina	reperiuntur in
Polyhiſtor	Iuliis, Corneliis, Appioue.
Pompeiani	Claudiis.
Pompoſianus	Metiis.
Popa	Liciniis.
Porcellus	Granniis.
Porcina	Æmiliis, Lepidis.
Poſca	Pinariis.
Poſidonius	Annæis.
Poſthumi	Curtiis, Iuliis.
Poſthumii	Acciis, Ceioniis, Iuniis, Liuiis, Pontiis, Rabiriis, Seiis.
Potiti	Valeriis.
Præconius	Æliis, Valeriis.
Præſentes	Arriis, Brutiis.
Prætextatus	Aſiniis, Atteiis, Papyriis, Vectiis.
Primus	Antoniis.
Priſci	Acciis, Æliis, Anchariis, Cæſoniis, Fulciniis, Heluidiis, Iaboleniis, Iuliis, Iuniis, Neratiis, Seruiliis, Statiis, Tarquiniis.
Probatus	Cæliis.
Probi	Æmiliis, Falconiis, Valeriis.
Procillæ	Iuliis.
Procillus	Valeriis.
Proculi	Acerroniis, Arteriis, Iuliis, Liciniis, Plautiis, Scriboniis, Valeriis.
Propertii	Aureliis.
Ptolemæus	Æmiliis, Claudiis.
Publicolæ	Gelliis, Valeriis, Vipſaniis.
Pulchri	Claudiis.
Pullus	Iuniis.
Puluilli	Horatiis.
Purpurio	Furiis.
Puſillo	Liciniis.
Puſio	Flauiis.
Pyrrhicus	Deciis.

Q

Cognomina	reperiuntur in
Quadratus	Aſiniis, Namiis, Numidiis, Vindiis, Voluſenis.
Quadrigarius	Claudiis.
Quartinus	Claudiis, Violeſiis.
Quietus	Aufidiis, Auidiis, Luſiis.
Quintilianus	Fabiis.
Quintillus	Plautiis.
Quirinius	Sulpitiis.

R

Cognomina	reperiuntur in
Rabia	Martiis.
Ralles	Clodiis.
Rebius	Annæis.
Rebili	Caniniis.
Reges	Martiis.
Regilli	Æmiliis.
Regillenſes	Claudiis, Poſthumiis.
Reguli	Æmiliis, Aquiliis, Attiliis, Liciniis.
Repentinus	Fabiis.
Reſtiones	Antiis.
Reſtitutus	Claudiis.
Romanus	Aureliis, Granniis, Seruiis, Vergiliis, Voconiis.
Romulus	Aureliis.
Roſianus	Geminiis.
Rubrius	Aruntiis.
Ruſi	Acciis, Aciliis, Actiliis, Æmiliis, Anchariis, Anniis, Antoniis, Aſiniis, Atteriis, Ceioniis, Cæliis, Cæſetiis, Corelliis, Corneliis, Curtiis, Egnatiis, Geminiis, Iuliis, Meſſiniis, Minutiis, Paſſienis, Pinariis, Pompeiis, Pomponiis, Rutiliis, Satriis, Sextiliis, Suilliis, Sulpitiis, Vibiis, Virginiis.
Ruſini	Aniciis, Claudiis, Iuniis, Liciniis, Statiis, Volcatiis.
Ruſio	Trebatiis.
Ruga	Iciliis, Rubriis.
Rullus	Seruiliis.
Ruſo	Cremutiis, Octauiis.
Ruſtici	Antiſtiis, Fabiis, Iuniis, Ouiniis.
Ruſticanus	Pletoriis.
Rutili	Virginiis.
Rutilii	Martiis, Nautiis, Sempronijs.

S

Cognomina	reperiuntur in
Sabini	Albiis, Albutiis, Afidiis, Cæliis, Caluiſiis, Claudiis, Clodiis, Corneliis, Domitiis, Fabiis, Flauiis, Iuliis, Nymphidiis, Vectiis.
Sacerdotes	Liciniis.
Sacrouir	Iuliis.
Sagitta	Claudiis, Octauiis.
Salaſſus	Vitiis.
Salinatores	Liuiis.
Salonini	Aſiniis.
Salutio	Scipionibus.
Sammonici	Serenis.
Sanga	Fabiis.
Sapiens	Læliis.
Sarra	Saluiis.
Sattii	Caulniis.
Saturnini	Æliis, Anniis, Antoniis, Aponiis, Apuleiis, Caluiſiis, Fanniis, Furiis, Pompeiis, Sentiis, Valgiis, Venuleiis, Voluſiis.
Saxæ	Deciiis, Voconiis.
Saxula	Cluuiis.
Scæuæ	Aquiniis, Dediis, Brutiis.
Scæuinus	Pontiis, Vibiis.
Scæuolæ	Luctatiis, Mutiis, Septimiis, Trebatiis.
Scapulæ	Anniis, Corneliis, Hoſtoriis, Quintiis, Tertulliis.
Scarpus	Pinariis.
Scauri	Æmiliis, Attiliis, Aureliis, Terentiis.
Scholæ	Caſſiniis.
Scipiones	Corneliis.
Scorpianus	Æliis.
Scrofæ	Tremelliis.
Sebennius	Palemiis.
Seboſus	Statiis.
Secundi	Attiliis, Aufidiis, Gabiniis, Iuliis, Petroniis, Plinius, Pomponiis, Publiis, Saluſtiis, Terentiis.
Sedigitus	Volcatiis.
Seianus	Æliis.
Senecæ	Annæis.
Senecio	Claudiis, Corneliis, Herenniis, Soſiis.
Septennio	Agilliis.
Serapion	Scipionibus.
Sequeſter	Vibiis.
Serenianus	Æliis.
Serenus	Afraniis, Annæis, Granniis, Vibiis.
Sermo	Martiis.
Sertani	Attiliis.
Serinus	Anniis, Fuluiis.
Seueri	Aciliis, Aurfiis, Aquiliis, Arrianis, Arriis, Cæcinis, Caſſiis, Catiliis, Cinciis, Corneliis, Iuliis, Septimiis.
Siculi	Clœliis.
Sidicinus	Martiis.
Sidonius	Solliis.
Silo	Abroniis, Antoniis, Aruntiis, Gauiis, Pompeiis, Popediis, Vmbroniis.

Silli

Sili	reperiuntur in	Albutiis, Sergiis.
Simplex		Cæciliis.
Siſenna		Corneliis, Statiliis.
Solon		Iuliis.
Sophi		Semproniis.
Sorani		Valeriis.
Soſipater		Chariſiis.
Sparſus		Fuluiis.
Speratus		Æliis.
Spinther		Lentulis.
Spurina		Veſtriis.
Spurinus		Petiliis.
Squillus		Liciniis.
Stalenus		Æliis.
Statius		Tulliis.
Stellæ		Aruntiis.
Stelho		Afraniis.
Sthelenus		Aciliis.
Stilico		Flauiis.
Stolones		Liciniis.
Strabo		Fanniis, Gaudiis, Cæſaribus, Lætiis, Pompeiis, Seiis, Titiis.
Strigo		Pupiis.
Structulus		Claudiis.
Stylones		Ælius.
Suacius		Scipionibus.
Sulca		Bebiis.
Sulpitia		Memmiis.
Suræ		Acciis, Æmiliis, Brutiis, Lentulis, Liciniis.
Surculus		Statiis.
Syllæ		Corneliis.
Syllani		Caſſiis, Iuniis, Turpiliis.
Syluæ		Flauiis.
Syluani		Domitiis, Plautiis, Pompeiis.
Symmachus		Aureliis.
Syneus		Valliis.

T

Taciti	reperiuntur in	Anniis, Corneliis.
Talnæ		Iuuentiis.
Tappi		Valeriis.
Tappuli		Villiis.
Tarpa		Metiis.
Tatianus		Cæliis.
Tauri		Caluiſiis, Pacuuiis, Statiliis.
Taurinus		Ignatiis, Modeſtis.
Teleſinus		Martiis, Ponciis.
Tempſanus		Poſthumiis.
Tertius		Abutiis.
Tertulli		Ælius, Flauiis, Publiciis.
Tertullianus		Septimiis, Volcatiis.
Teſta		Trebatiis.
Teucer		Cæciliis.
Thallus		Petroniis.
Theophanes		Pompeiis.
Thermi		Minutiis.
Thraſea		Aufidiis, Fanniis, Valeriis.
Thuſci		Aquiliis, Clodiis, Fabriciis.
Tibullus		Albiis.
Tigillinus		Ophoniis.
Tiro		Tulliis.
Torquati		Belliciis, Luceiis, Manliis, Nouellis.
Toxotii		Iuniis.
Trachalus		Galeriis.
Traiani		Vlpiis.
Tranquillus		Suetoniis.
Traulus		Montanis.
Trebonianus		Vibiis.
Tremulus		Martiis.
Triarii		Valeriis.
Tribuli		Hoſtiliis.
Tricipitini	reperiuntur in	Lucretiis.
Tricoſti		Virginiis.
Trigeminus		Horatiis.
Trio		Fulciniis.
Trogus		Pompeiis, Quinctiis, Seſtiis.
Tuberones		Æliis, Setiis.
Tuberti		Poſthumiis.
Tucca		Plotiis, Seruiliis.
Tuditani		Semproniis.
Tulli		Iuliis, Torquatis, Volcatiis.
Turbo		Martiis.
Turdus.		Papyriis.
Turpilianus		Petroniis.
Turpio		Ambiuiis, Antiſtiis, Næuiis, Sertoriis.
Turrinus		Clodiis.
Tutor		Iuliis.
Tympanus		Poſthumiis.

V

Vaccus	reperiuntur in	Vitruuiis.
Vaccia		Lentulis.
Vacia		Martiis, Seruiliis.
Valentes		Aburniis, Fabiis, Iuniis, Pōpeiis, Vectiis.
Valentinus		Valeriis.
Valerianus		Corneliis.
Vari		Acciis, Alphenis, Arriis, Celonis, Geminiis, Liciniis, Pompeiis, Quinctiliis.
Variolæ		Acciis.
Varrones		Æliis, Cingoniis, Rubriis, Terentiis, Vibidiis, Viſelliis.
Vaticanus		Romuliis, Seſtiis.
Veiento		Fabriciis.
Velina		Anniis.
Velox		Anniis.
Veratius		Fuluiis.
Veri		Æliis, Anniis.
Verrucoſus		Fabiis Max.
Veſpa		Terentiis.
Veſpaſiani		Flauiis.
Veſpillones		Lucretiis.
Veſtinus		Catiniis, Iuliis.
Veteres		Antiſtiis.
Vetulinus		Caſſiis.
Verulio		Saturniniis.
Viatores		Iuliis.
Vibennus		Cæliis.
Vibulani		Fabiis.
Victores		Albiis, Aureliis.
Victorinus		Aufidiis, Mariis.
Vincentius		Ragoniis.
Vindex		Ceſelliis, Iuliis.
Vindullus		Pompeiis.
Vipſanus		Corneliis.
Viſcellinus		Caſſiis.
Vitulus		Voconiis.
Vlpianus		Domitiis.
Voimanus		Claudiis
Vocula		Dilliis.
Volſones		Manliis, Raciliis.
Vopiſcus		Flauiis, Pompeiis.
Vorenus		Lactatiis.
Vrbicus		Pompeiis.
Vrſulanis		Plautiis.
Vrinus		Mariis.

X

Xiſidicus	reperitur in	Æliis.

Z

Zeno	reperiuntur in	Iuniis.
Zoilus		Noſtiis.
Zoſimus		Æliis.

SEQVVNTVR PRAECIPVARVM ROMAN. FAMILIARVM STEMMATA, AVCTORE IOANNE GLANDORPIO MONASTER.

Lectori S.

SVBIECTA *ſtemmata vtcunque, & veluti* οἷον πάρεργον, *Glandorpius contexuerat. Nos & iſta ad qualemcunque limam noſtram reuocauimus, ſic tamen, vt plura addenda non putaremus, ſed eam rem totam lectoris diligentiæ & ſtudio permitteremus. Atque optandum eſſet, Glandorpio quadam diuturnioris ſiue otii ſiue vitæ vſura* ἀκριβολογῆσθαι *iſta in parte licuiſſe. Certe eam explanationem Onomaſticon, ſeu potius Rom. hiſtoriæ latifundia, in tot auctores diffuſa & diſperſa, plane exigebant. Placuit etiam de Carthaginenſibus Regibus & Ducibus, itidem a Glandorpio adornatam* ἰχνογραφίαν *(ſic enim ſyluulam illam, e Iuſtino potiſſimum & Liuio decerptam, appellare iure poſſe videmur) ſubiicere: quippe quæ in hiſtoria Rom. plurimum vſum habeat: quando nimirum hæ duæ Reſpublicæ grauiſſima inter ſe bella geſſerint, & demum Romani victores cum per reliquum terrarum orbem imperii pomœria late promouerint, tum Carthaginem funditus deleuerint. Quo loco tamen omitti illud minime debebat, Reges apud Carthaginenſes diuerſa atque apud alias gentes poteſtate fuiſſe. Sic enim Probus in Annibale*: Carthagine quotannis annui bini Reges, vt Romæ Coſſ. creabantur. *Item Zonaras pag. 66.* Carthaginenſium Rex annui magiſtratus, non diuturnæ poteſtatis auctoritatem habebat. *Hæc illi. Tuum fuerit, candide Lector, ea quaſi* λείψανα ἢ ἀποσπασμάτια *boni conſulere. Nam quicquid laboratum, quicquid operæprecium factum, totum commodo tuo cedit, nec alia quam beneuola fruitio,* ἀμοιβὴ *tua poſtulatur.*

STEMMA ACILIORVM.

M. Acilius, legatus P. R. ann. V. C. DXLIIII. — L. Acilius Prætor ann. DLVII. — C. Acilius Tribunus pl. DLVI.

¶ M. ACILIVS C. F. L. N. GLABRIO, homo nouus, Cos. ann. DLXIII.

L. Acilius legatus P. R. ann. DLXXIII. Hic opinor eſt, I C. ille & ſapiens, fors etiam Hiſtoricus, cuius meminit Cicero Offic. 3.

M. Acilius M. F. C. N. Glabrio C. ann. DC.

¶ M. Acilius Balbus Cos. ann. DCIIII.

M. Acilius Glabrio, lator legis Aciliæ. — Mutia Scæuolæ F.

M. Acilius Balbus Cos. ann. DCXL.

Æmilia Scauri F. — M. Acilius Glabrio Cos. ann. DCLXXVII.

M. Acilius Glabrio.

¶ Acilius Auiola ſub Tiberio.

¶ C. Acilius Butas, Prætorius.

* * *

M. Acilius Glabrio, Conſularis DCCCXLIII.

M. Acilius Auiola Cos. DCCCVI.

¶ Acilius Rufus Conſularis ſub Traiano.

M. Acilius Glabrio Conſularis DCCCLXXVI.

Acilius Auiola Cur. aquarum.

M. Glabrio Cos. DCCCCIIII.

Acilius Auiola Cos. DCCCLXXIIII.

M. Glabrio Cos. DCCCCXXXVIII.

Acilius Auiola.

M. Acilius Glabrio.

Acilius Auiola Cos. DCCCCXCI.

M. Glabrio Cos. MVIII.

¶ Acilius Seuerus Cos. MLXXV.

STEMMA ÆLIORVM PÆTORVM ET TVBERONVM.

P. Ælius Pætus Cos. ann. V. CCCCXVIII.

Q. Ælius Pætus.

C. Ælius Pætus Cos. CCCCLXVII.

Q. Ælius Pætus Prætorius & Pont.

L. ÆLIVS PÆTVS TVBERO, Prætor vrbanus.

P. Ælius Pætus Q. F. Q. N. Cos. ann. DLIII. itẽ Augur & Cenſor.

Sex. Ælius Pætus Q. F. Q. N. Catus Cos. DLVI. & Cenſor.

P. Ælius Pætus Tubero Prætor anno DLIII. iterum DLXXVII.

Q. Ælius Pætus Tubero Trib. pl. DLX.

Q. Ælius Pætus Cos. DLXXXVII. item Augur.

P. Ælius P. F. P. N. Ligus Cos. DLXXXII.

Æmilia Pauli F. — Q. Ælius Tubero.

Q. Ælius Tubero, Stoicus

L. Ælius Tubero, Hiſtoricus.

Sulpitia Ser. Sulpitii IC. F. — Q. Ælius Tubero, Stoici nepos, Iureconſultus.

Sex. Ælius Q. F. Catus Cos. DCCLVI.

Q. Ælius Q. F. Tubero Cos. DCCXLIII.

Ælia, L. Caſſio Longino nupta.

ÆLIA PÆTINA Claudio Imp. nupta.

L. Caſſius Longinus IC. Cos. DCCLXXXII.

Antonia Pætina.

STEMMA

STEMMA ÆMILIORVM MAMERCORVM, BARBVLARVM ET PAPPORVM.

¶ L. Æmilius Mamercus Cos. anno CCLXX. CCLXXVI. CCLXXXI.
- M. Æmilius ter Dictator.
  - M. Æmilius Cos. CCCXLV. & ter Tribunus mil.
    - M. Æmilius Tribunus mil. CCCLXIIII.
    - L. Æmilius Trib. mil. quinquies, Cos. bis.
      - L. Æmilius, bis Cos.

M. Æmilius Cos. DCLXXVII.

T. Æmilius Mamercus bis Cos.

C. Æmilius Trib. mil. CCCLXI. CCCLXIIII.

T. Æmilius Cos. CCCCXVI.

¶ Q. Æmilius Q. F. L. N. Barbula bis Cos.
- L. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula Cos. CCCCLXXII.
  - M. Æmilius L. F. Q. N. Barbula Cos. DXXIIII.
- M. Æmilius Q. F. Q. N. Barbula Cos. CCCCLXVIII. & Dictator.

¶ M. Æmilius Pappus Dictator CCCCXXXIII.
- Q. Æmilius Papp. bis Cos.
  - M. Æmilius Pappus, Curio max. obiit DXLV.
    - L. Æmilius Pappus Prætor DXLIX.

Cn. Æmilius.
- Q. Æmilius.
  - L. Æmilius Pappus Cos. DXXIX.

ALIVD ÆMILIORVM PAVLORVM *& Lepidorum.*

¶ L. Æmilius Paulus.

M. Æmilius Paulus M. Eq. ann. ccccLII.

M. Æmilius M. F. L. N. Paulus, Cos. ccccxcvIII.

L. ÆMILIVS M. F. M. N. PAVLVS, Cos. DXXXV. & DXXXVIII.

Papyria — L. ÆMILIVS PAVLVS Cos. DLXXO. & DLXXXVI.

P. Scipio Æmilianus. | Q. Fabius Max. Æmilianus | Æmilia nupta Catoni. | Æmilia nupta Q. Tuberoni.

¶ M. Æmilius Lepidus.

M. Æmilius Lepidus.

M. Æmilius M. F. M. N. Lepidus Cos. DXXI.

L. Æmilius. | M. Æmilius, Prætor D. XLI | Q. Æmilius.

M. ÆMILIVS M. F. M. N. LEPIDVS bis Cos. Cenſor & Pont. Max.

M. Æmilius Lepidus Cos. DXCVI.

M. Æmilius Lepidus Cos. DCXXVIII. | ¶ M. Æmilius Lepidus Porcina Cos. DCXVII.

M. ÆMILIVS LEPIDVS — Apuleia. Cos. DCLXXVI.

¶ Æmilius Lepidus — Cornelia, Cos. DCLXXXVIII. caſta illa.

M. ÆMILIVS LEPIDVS bis Cos. Triumuir & Pont. Max. — Iunia, ſoror M. Bruti.

Cornelia, Scriboniæ F. — L. Æmilius Paulus Cos. & Cenſor

Seruilia — M. Æmilius Lepidus

M. Æmilius Lepidus Cos. DCCLVIII. Hic eſt ille adeo laudatus apud Tacitum.

Aemilia Lepida, vxor Druſi, Germanici F.

Iulia, Auguſti neptis. — L. Æmilius Paulus | Æmilia Lepida.

Aemilia Lepida, deſponſata Claudio, ſed repudiata, nupſit deinde App. Iunio Syllano.

¶ L. Sylla, Dictator. | ¶ Cn. Pompeius Magnus.

Fauſtus Sylla. — Pompeia

Cornelia — Æmilius.

Manius Lepidus. | Scaurus — AEMILIA LEPIDA, Cæs. Auguſto nurus deſtinata, damnatur ſub Tiberio. — Quirinius.

Æmilia.

ALIVD

ALIVD ÆMILIORVM REGILlorum & Scaurorum.

¶ M. Æmilius Regillus,
Flamen Martialis DXLIX.

L. Æmilius Regillus Prætor DLXIIII. — M. Æmilius Regillus.

¶ L. Æmilius Scaurus floruit DLXIIII.

Cæcilia Q. Metelli Pii F. — M. ÆMILIVS SCAVRVS Cos. DCXXXIX. & Cenſor. — M. Æmilius Scaurus Hortenſius Cos. DCXLVI.

Regillus Lepidi F. Cicero ad Attic.

M. Æmilius Scaurus. — Tertia Mutia, a Pompeio repudiata.

Æmilia, nupta Glabrioni.

M. Glabrio.

Paulus Æmilius Pauli F. Regillus ſub Tiberio.

M. Æmilius Scaurus, ſub Auguſto.

Mamercus Scaurus Conſularis ſub Tiberio. — Sextilia.

STEMMA ANTISTIORVM Veterum.

Q. Antiſtius Vetus.

C. Antiſtius Vetus.

C. Antiſtius Vetus.


C. Antiſtius Vetus, Cōſul DCCXLVIII.

C. Antiſtius Vetus, Conſularis. — L. Antiſtius Vetus, Conſularis.

C. Antiſtius Vetus, Conſularis. — L. Antiſtius Vetus, Conſularis. — Sextia.

Rubellius Plancus. — Antiſtia

STEMMA ANTONIORVM, SEV FAMILIÆ ET POSTERITATIS, *a M. Antonio Oratore deſcendentis.*



STEM-

STEMMA ATTILIORVM, CALATINORUM, Regulorum & Serranorum.

¶ M. Attilius Regulus Cos. CCCCXX.

M. Attilius Regulus Cos. CCCCLIX.

¶ C. Attilius.

A. Attilius.

Martia.——M. ATTILIVS REGVLVS bis Cos.

A. ATTILIVS CALATINVS bis Cos. & Dictator.

M. Attilius Regulus bis Cos. & Cenſor.

C. Attilius Regulus Cos. DXXIX.

A. Attilius——Fabia Cunctatoris F. Calatinus.

C. Attilius Serranus bis prætor, & Cos. DLXXXIIII.

Sex. Attilius Serranus. Cos. DCXVIII.

C. Attilius Serranus Cos. DCXLVIII.

Sex. Attilius Serranus Trib. pl. DCXCVI.

¶ C. Attilius Regulus Serranus bis Cos.

C. Attilius Serranus Prætor DXXXVI. & Augur.

C. Attilius Serranus Prætor DLXII.

M. Attilius Serranus Prætor DLXXX.

STEMMA AVRELIORVM COTTARVM & Oreſtarum.

¶ C. Aurelius L. F. C. N. Cotta Cos. DI. & DV.

C. Aurelius Cotta Prætor vrb. & Cos. DLIIII.

L. Aurelius Cotta Trib. mil. DLXXII.

L. Aurelius Cotta Cos. DCX.

L. Aurelius Cotta Cos. DCXXXV.

L. Aurelius Cotta Prætoris, Cicero in Bruto

M. Aurelius Cotta, Decemuir ſacrorum, obiit DLIIII.

M. Aurelius Cotta legatus L. Scipionis DLXIIII.

M. Aurelius Cotta, a Carbone accuſatus.

M. Aurelius Cotta Carbonis accuſator.——Rutilia.

¶ L. Aurelius Oreſtes Cos. DXCVII.

L. Aurelius Oreſtes Cos. DCXXVIII.

C. Aurelius Oreſtes.

L. Aurelius Oreſtes Cos. DCLI.

C. Aurelius Oreſtes Prætor DCLXXVII.

Aurelia Oreſtilla, vxor Catilinæ.

C. Cotta, Orator, Cos. DCLXXIX.

M. Cotta Cos. DCLXXX.

L. Cotta, Cos. DCLXXXIX.

AVRELIA, mater Cæſaris Dictatoris.

M. Cotta, Pompeianus.

L. Cotta XVir ſacr.

Aurelia.

L. Cotta Meſſalinus Cos. DCCLVII.

M. Cotta, Cos. DCCLXXII.

Cotta ſub Nerone.

STEMMA CÆCILIORVM METELLORVM

- Q. Cæcilius Trib. pl. CCCXVI.
- ¶ C. Cæcilius Metellus.
  - L. Metellus Cos. CCCCLXIX.
    - L. CÆCILIVS Metellus M. P. Dictator, bis Cos.
      - Q. Cæcilius Metellus Cos. DXLVIII.
        - Q. METELLVS Macedonicus Cos. DCXI.
          - Q. Metellus Balearicus Cos. DCXXXI.
            - Q. METELLVS NEPOS, Cos. DCLVI.
              - Q. Metellus Nepos, Cos. DCXCVII.
              - L. Metellus Nepos.
          - Cæcilia Seruilii.
          - Cæcilia Scipionis.
          - L. Metellus Diadematus, qui & Dalmaticus Cos. DCXXXVII.
            - Q. Metellus Celer.
              - Q. METELLVS CELER, Cos. DCXCIIII.
              - L. Metellus Celer.
          - M. Metellus Cos. DCXXXIX.
          - C. Metellus Caprarius Cos. DCXLI.
            - C. Cæcilius Metellus.
        - L. Metellus Caluus Cos. DCXII.
          - Cæcilia, L. Luculli mater.
          - L. Metellus, Cos. DCXXXV.
          - Q. Metellus Numidicus Cos. DCXLV.
            - Q. Metellus Pius Cos. DCLXXIIII.
              - Q. Metellus Pius Scipio Cos. DCCII.
              - Cæcilia Syllæ nupta.
      - L. Cæcilius Quæſtorius.
      - M. Cæcilius Prætor vrb. DXLVIII.
- Q. Metellus.
  - L. Metellus.
    - Q. Metellus Creticus Cos. DCLXXXV.
      - Cæcilia Craſſi.
    - L. Metellus Cos. DCLXXXVI.
    - M. Metellus Prætor vrb. DCLXXXV.

STEMMA CALPHVRNIORVM PISONVM.

L. Calphurnius Piſo Cæſonianus, Cos. DCCI.

L. Calphurnius Piſo Cæſon. Cos. DCXLII.

L. Calphurnius Piſo Cæſonianus.

L. CALPHVRNIVS PISO Cæſon. Cos. DCXCVI. & Cenſor. — Cn. Piſo periit in Hiſpania.

L. Calphurnius Piſo præfect. vrb. per viginti annos. — CALPHVRNIA Cæſ. Dictatoris.

L. Calphurnius Piſo Cos. DCCLXXIX. — Calphurnius Piſo.

L. Piſo Cos. ſub Nerone DCCCIX.

C. Calphurnius Piſo. — L. Piſo Proconſul Africæ, cæſus ibidem.

Calphurnius Galerianus. —— Calphurnia.

Q. Calphurnius Piſo Cos. DCXIX.

L. Calphurnius Piſo Frugi Cos. DCXXI.

L. Carphurnius Piſo Frugi Prætor.

L. Calphurnius Piſo Frugi Prætor.

C. PISO L. F. FRVGI, gener Ciceronis.

L. Piſo, vir grauis & præſtans ſub Tiberio.

L. Calphurnius Piſo Beſtia Cos. DXLIII.

L. Calphurnius Piſo Beſtia.

L. Calphurnius Piſo Beſtia, ſocius Catilinæ.

C. Calphurnius Beſtia, Conſulatus petitor. Pro hoc dixit Cicero.

Cn. Calphurnins Piſo Cos. DCXV.

Calphurnius Piſo.

M. Pupius Piſo Cos. DCXCIII. & Orator. — C. Piſo Cos. DCLXXXVII.

Porcia Catonis F. —— M. CALPHVRNIVS PISO BIBVLVS Cos. DCXCV. — Cn. Piſo, Pompeianarum partium.

L. Calphurnius Bibulus. — Plancina. — Cn. Piſo, Cos. DCCXXXI.

L. Piſo. — Cn. Piſo. — M. Piſo.

C. Piſo, coniurauit in Neronem.

C. PISO FRVGI LICINIANVS.

STEMMA CLAVDIORVM PATRICIORVM

ACCIVS CLAVSVS SABINVS, mox Appius Claudius, Cos. CCLVIII.

App. Claudius Cos. CCLXXXIII. — C. Claudius Sabinus Cos. CCXCIIII.

App. CLAVDIVS REGILLENSIS xvir. CCCIII.

App. Claudius Craſſus. Trib. mil conſul. pot. CCCXXXI.

App. Claudius Craſſus Trib. mil. & Dictator.

App. Claudius Craſſus Cos. CCCCVI.

C. Claudius Craſſus Regillenſis, Dictator CCCCXVIII.

¶ C. Claudius Hortator M. Eq. CCCCXVIII.


Claudia Veſtalis. — App. CLAVDIVS CÆCVS bis Cos. & Cenſor. — App. Claudius Caudex Cos. CCCCLXXXIX.

Appius Claudius Craſſus Cos. CCCCLXXXV. — Tib. Claudius Nero. — P. Claudius Pulcher Cos. DIIII. — Claudiæ quinque. — C. Claudius Cento Cos. DXIII.

Tib. Claudius Nero. — P. Claudius Nero.

C. Claudius Nero Cos. DXLVII. triumphalis Cenſorius. — Tib. Claudius Nero Cos. DLII. — App. Claudius Nero Prætor DLIX. — App. Claudius Pulcher Cos. DXLII. — C. Claudius Cento Dictator DXLI.

Tib. Claudius Nero prætor DLXXIII. † — Tiberius Claudius Nero, Prætor DLXXXVII. — Claudia Pacuuio Campano nupta. — App. Claudius Pulcher Cos. DLXIX. — P. Claudius Pulcher Cos. DLXX. — C. Claudius Pulcher Cos. DLXXIIII. triumphalis Cenſorius. — C. Claudius Cento. — App. Claudius Cento Prætor DLXXIX. triumphalis. — L. Claudius Cento Prætor. DLXXIX.


App. Claudius Pulcher——Antiſtia.
Cos. DCXI. & Cenſor,
Augur, princeps Senatus.
C. Claudius
Cos. DCXXIIII.
T. Claudius
Cento.
App. Claudius
Pulcher.
Claudia, Gracho
nupta.
App. Claudius
Pulcher.
C. Claudius Pulcher
Cos. DCLXII.
Claudia, L. Philippi,
Oratoris, mater.
Tiberius
Nero.
Tib. Claudius
Nero.
Liuius Druſus
Claudianus.
App. Claudius Pulcher
Cos. DCLXXV.
C. Claudius Pulcher,
Prætorius.
Claudia Q.
Voluſio nupta.
Tib. Claudius Nero,——LIVIA, poſt Auguſti.
prætorius & pont.
App. Claudius
Pulcher Cos.
DCC. & Cenſor.
P. CLODIVS——Fuluia.
PVLCHER.
C. Clodius
Pulcher.
Tres Clodiæ
filiæ.
Vipſania.——TIB. CÆSAR
Aug.
Druſus Nero.——Antonia.
Claudia, Cn. Pompeio F. nupta.
P. Clodius
Pulcher.
Claudia.
Duo Appii Clodii,
fratres.
Druſus——Liuia.
Cæſar.
GERMANICVS——Agrippina.
Cæſar.
CLAVDIVS Aug.
cui nati ex
Tiberius.
Iulia mater Rubellii Planci.——Nero.
Druſus.
C. CÆSAR.——Cæſonia.
Aug.
Herculanilla.
Ælia Pætina.
Meſſalina.
Druſus Pompeius.
Claudia.
Antonia.
Octauia Neroni Aug. nupta.
Britannicus.

STEMMA CLAVDIORVM MARCELLORVM.

- M. Claudius Marcellus, Conſularis & Dictator.
  - M. Marcellus, Conſularis.
    - M. Marcellus.
      - M. MARCELLVS, quinquies Cos. triumphal.
        - M. Marcellus, Conſularis, triumphalis, Cenſorius.
          - M. Marcellus ter Cos.
            - M. Marcellus, Prætorius.
              - M. Marcellus.——Iunia.
                - C. Marcellus——Octauia Cæs. Aug. ſoror. Cos. DCCIII.
                  - M. MARCELLVS Ædilitius.
                  - Marcella.
                  - Marcella.
        - C. Claudius Marcellus.
          - M. Marcellus, Eſernini pater.
            - C. Marcellus Eſerninus.
              - M. Marcellus Eſerninus.
                - M. Marcellus Eſerninus Cos. DCCXXXII.
            - P. Lentulus Marcellinus.

- M. Marcellus Conſularis & xvir ſacrorum.

- M. Marcellus Ædilitius DCLXIII,
  - M. MARCELLVS Cos. DCCIII.
  - C. Marcellus Cos. DCCV.

STEMMA CORNELIORVM MALVGINENſium & Coſſorum.

- ¶ Ser. Cornelius L. F. Maluginenſis Cos. CCLXIX.
  - L. Cornelius Maluginenſis Cos. CCXCV.
    - Ser. Cornelius Malugin.
      - P. Cornelius Malugin. Trib. mil. Conſ. Pot. CCCLI. CCCLVIII. CCCLXV.
        - Serg. Cornelius Malug. Trib. mil. Conſ. poteſt. octies. M. Eq. CCCXCIIII.
        - M. Cornelius Malug. Trib. mil. CCCLXXXV. CCCLXXXVIII.
  - M. Cornelius Maluginenſis xvir. CCCIIII, & ſeq.
    - M. Cornelius Malug. Cos. CCCXIX.

- ¶ A. Cornelius M. F. L. N. Coſſus, Cos. CCCXXVII.
  - A. Cornelius Coſſus Cos. CCCXLII.
    - A. Cornelius Coſſus Cos. CCCLXX.
      - A. Cornelius Coſſus Cos. CCCCXII.
  - P. Cornelius Coſſus Cos. CCCXL.
  - Cn. Cornelius Coſſus Cos. CCCLVI. & ſeq.

- ¶ A. Cornelius P. F. A. N. Aruina Cos. CCCCXXXII.
  - P. Cornelius A. F. P. N. Aruina Cos. CCCCXLVIII.

ALIVD

ALIVD CORNELIORVM SCIPIONVM.



ALIVD RVFORVM ET SYLLARVM.

P. Cornelius Rufus, Dictator cccclxi.
P. Cornelius Rufus, bis Cos. & Dictator.
P. Cornelius Rufus.
P. Cornelius Rufus Sylla xvir & Prætor.
Ser. Cornel. Sylla vnus ex decem legatis, d lxxxviii. — Hic quinque medii deſiderantur.
Cæcilia Metella. — L. Cornelivs Sylla, bis Cos. & Dictator.
P. & Ser. Syllæ, Fratres, Catilinæ ſocii. — P. Cornelius Sylla Fauſtus. — Pompeia Magni F. — Cornelia Fauſta.
Æmilius. — Cornelia.
Manius Lepidus. — Scaurus. — Æmilia Lepida, Auguſti nurus, perimitur a Tiberio. — Quirinus.
Æmilia.

P. Cornelius Sylla.
Ser. Cornelius Sylla.
P. Cornelius Sylla, Cæſaris legatus. — L. Cornelius Sylla.
L. Cornelius Sylla Cos. dccxlix.
L. Cornelius Sylla Cos. dcclxxxv.
Fauſtus Sylla Cos. dccciiii.

ALIVD CORNELIORVM LENTVLORVM.

Lentulus, incluſus Capitolio, vrbe a Gallis capta ccclxv.
L. Lentulus, Cos. ccccxxvii.
L. Cornelius T.F. Ser. N. Lentulus Cos. cccclxxviii. Samnites vicit.
L. Cornelius L.F. T.N. Caudinus Cos. dxvi. — P. Cornelius L.F. T.N. Lentulus Caudinus Cos. dxvii
L. Lentulus Caudinus, Ædilis dxlvi. — P. Lentulus Caudinus Prætor dli.

L. Cornelius Lentulus.
L. Cornelius L. F. Lentulus.
Cn. Cornelius L.F. L.N. Lentulus, Cos. dliii. — L. Cornelius L.F. L. N. Lentulus Cos. dlv.
L. Lentulus Cn.F. L.N. Cos. dxcviii. & Cenſor.
L. Lentulus Cos. dcviii.
¶ Cn. Lentulus Clodianus Cos. dclvii.
Cn. Lentulus Cn. F. Clodianus Cos. dclxxxii. & Cenſor.
Cn. Cornelius L.F. Lentulus Cos. dccxxxvi. collega P. Marcellini.
Cn. Cornelius Lentulus Cos. dccxl.

Coſſus Cornelius Cn.F. Cos dccliii.
Cn. Lentulus Getulicus Cos dcclxxviii. — Coſſus Cornelius Lentulus Cos. dcclxxvii.
Cornelius Lentulus Coſſus, Cos. dcccxii.
Cornelia, Veſtalis.

¶ P. Lentvlvs P. F. Spinther Cos. dcxcvii.
P. Lentulus P.F. Augur.
L. Lentulus P.F. Cruſellus Cos. dccv.

¶ P. Lentulus Sura Prætor dxl. Siciliam ſortitur. Liuius lib. 22. & 24.

¶ P. Lentulus Marcellinus.
Cn. Lentulus Marcellinus Cos. dcxcviii. — P. Lentulus Marcellinus.
Cn. Marcellinus Cæſaris in bello ciuili Quæſtor. — P. Marcellinus Cos. dccxxxvi.

¶ P. Cornelivs Lentvlvs, princeps Senatus dcxxxiii.
P. Lentulus. — Fuluia.
P. Lentvlvs Svra Cos. dclxxxiii.

STEM-

STEMMA DOMITIORVM Ænobarborum.

L. DOMITIVS ÆNOBARBVS, auctor generis.

Cn. Domitius L. F. L. N. Ænobarbus Cos. DLXII.

Cn. Domitius Cn. F. L. N. Ænobarbus Cos. DXCI.

Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus Cos. DCXXXII.

Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus Cos. DCLVIII. P. M. — L. Domitius Ænobarbus Cos. DCLX.

Portia.——L. DOMITIVS Cn. F. Cn. N. ÆNOBARBVS Cos. DCC. — Cn. Domitius Ænobarbus CINNÆ gener.

Cn. Domitius Ænobarbus——Holbia.
Cos. DCCXXII.

Antonia minor.——L. Domitius Ænobarbus Cos. DCCXXXVIII.

Domitia. — Cn. Domitius Ænobarbus——Agrippina — Lepida.
Cos. DCCLXXXIIII.

Octauia, Claudii F.——CLAVDIVS NERO Cæſ. Aug.——Poppæa.

Claudia Auguſta.

STEMMA FABIORVM.

Cæſo Fabius Vibulanus.

Q. Fabius Vibulanus Cos. CCLXIX. & CCLXXII.
Cæſus Fabius Vibulanus ter Cos.
M. Fabius Vibulanus Cos. CCLXXI. & CCLXXIIII.

Q. Fabius Vibulanus ter Cos. & bis xvir
M. Fabius Ambuſtus Cos. CCCXIII.

Q. Fabius Vibulanus Cos. CCCXXXII. Trib. mil. CCCXLI. CCCXLVIII.
M. Fabius Vibulanus Trib. mil. CCCXXII. & CCCXL.
Cn. Fabius Vibulanus Cos. CCCXXXIIII.

¶ C. Fabius Dorſuo CCCLXV.
Q. Fabius Ambuſtus Cos. CCCXLIII. Trib. mil. CCCLXV.
Cæſo Fabius Ambuſtus Trib. mil. CCCLXV.
C. Fabius Ambuſtus Trib. mil. CCCLXV.

M. Fabius Dorſuo Cos. CCCCX.
M. Fabius Ambuſtus Trib. mil. CCCLXXIIII. CCCLXXXV. ter Cos. & Dictator.
C. Fabius Ambuſtus Cos. CCCXCVII.
Q. Fabius Ambuſtus primum M. Equitum, poſt Dictator.

Fabia, Sulpitio nupta.
Fabia Stoloni nupta.
Q. FABIVS MAX. Rullianus M. Eq. Dictator & quinquies Cos.
M. Fabius.
Cæſo Fabius.

Q. Fabius Gurges bis Cos.
C. FABIVS PICTOR pinxit ædem Salutis CCCCL.

Q. Fabius Max.
Q. Fabius Max. Pictor Cos. CCCCLXXXIIII.
N. Fabius Pictor Cos. CCCCLXXXVII.
M. Fabius C. F. M. N. Buteo bis Cos. Cenſor & Dictator.

¶ Q. Fabius Dorſennus Poeta.
Q. FABIVS MAX. Cunctator, quinquies Cos. Dictator.
Q. FABIVS PICTOR Hiſtoricus ille miſſus legatus DXXXVIII.

Q. Fabius Max. Cos. DXLI.
Fabia nupta A. Calatino.
M. Fabius Max.
Q. Fabius Pictor Prætor DLXV.
M. Fabius Buteo Prætor DLIII.
Q. Fabius Buteo, Prætor DLVIII.

Q. Fabius Max. Augur.
Q. Fabius Max.
Ser. Fabius Pictor DC.
Cn. Fabius Buteo Prætor DLXXXI.
¶ Q. FABIVS Q. F. Q. N. LABEO Cos. DLXXI

Q. Fabius Max. Æmilianus Cos. DCIX.
Q. Fabius Max. Seruilianus Cos. DCXII.
Q. Fabius Labeo DC.

Q. Fabius Max. Allobrogicus Cos. DCXXXII.
Q. Fabius Max. Eburnus Cos. DCXXXVIII.

P. Fabius Max. adoleſcens perditus.
Q. Fabius Max. quem accuſauit Pomp.

Q. Fabius Max.
Q. Fabius Q. F. Q. N. Max. Cos. DCCIX.

Paulus Fabius Max. Cos. DCCXLIII. — Martia, L. Philippi F. L. N.
Q. Fabius Africanus Cos. DCCXLIIII.

P. Fabius Perſicus Cos. DCCLXXXVI.

Q. Maximus Cos. DCCCLV.

STEMMA

STEMMA FLAVIORVM PRINCIPVM.

T. Flauius Petronius. —— Tertulla.

Veſpaſia Polla. —— T. Flauius Sabinus.

T. Flauius Sabinus. — T. FLAVIVS VESPASIANVS Aug. —— Flauia Domicilla.

Flauius Sabinus. — Flauius Clemens Cos. — Flauia. — T. FLAVIVS VESPASIANVS Aug. — Domitia. —— DOMITIANVS Aug.

Veſpaſianus. — Domitianus. — Flauia Domicilla.

STEMMA FVLVIORVM.

L. Fuluius L. F.

L. Fuluius L. F. L. N. Curuus Cos. CCCCXXXII. — M. Fuluius L. F. L. N. Cos. CCCCLIIII.

¶ Cn. Fuluius. — Q. Fuluius Flaccus. — M. Fuluius Nobilior.

M. Fuluius Cn. F. Cn. N. Pætus Cos. CCCCLIIII. — Cn. Fuluius Cn. F. Cn. N. Max. Centumalus Cos. CCCCLV. — Q. Fuluius Flaccus Cos. CCCCLXXXIX. — Ser. Fuluius M. F. M. N. Nobilior Cos. CCCCXCVIII.

Cn. Fuluius Centumalus. — M. Fuluius Flaccus XVIr ſacrorum. — Q. FVLVIVS FLACCVS quater Cos. — Cn. Fuluius Flaccus Prætor DXLII. — C. Fuluius Flaccus. — M. Fuluius Nobilior.

Cn. Fuluius Centumalus Cos. DXXV. & DXLIII. — Q. Fuluius Flaccus Cos. DLXXIIII. — M. Fuluius Flaccus. — M. FVLVIVS M. F. Ser. N. Nobilior Cos. DLXV. & Cenſor.

¶ Q. Fuluius Gillo Prætor DLIIII. — M. Fuluius Centumalus Prætor DLXII.

Q. Fuluius Flaccus Cos. DLXXV. & Cenſor. — M. Fuluius Flaccus. — Cn. Fuluius Flaccus. — M. Fuluius M. F. M. N. Nobilior Cos. DXCV. — Q. Fuluius M. F. M. N. Nobilior Cos. DCI.

Ser. Fuluius Flaccus Cos. DCXIX. — C. Fuluius Q. F. Q. N. Flaccus Cos. DCXX. — M. FVLVIVS M. F. Q. N. FLACCVS Cos. DCXXIX.

Fuluia. — Q. Fuluius Flaccus

P. Lentulus, ſocius Catilinæ.

¶ M. Fuluius Bambalio. — Sempronia.

L. Fuluius Nacca. — FVLVIA, vxor Clodii, Curionis & ANTONII Triumuiri.

STEMMA IVLIORVM *Cæſarum.*

1 Sex. Iulius Cæſar, Siciliam prouinciam habuit DXLVI.

2 Sex. Iulius Cæſar miſſus ad Criſpinum DXLVI.

3 Sex. Iulius Cæſar, Trib. mil. DLXXII. legatus DLXXXIIII.

4 L. Iulius Cæſar.

C. Iulius Cæſar, Dictatoris proauus. ¶ De huius poſteritate vide pag. ſeq. notam *.

5 Sex. Iulius Cæſar Cos. DXCVII.

6 Sex. Iulius Cæſar Prætor DCXXXI.

7 C. Iulius Cæſar.

8 Sex. Iulius Cæs. Cos. DCLXIII.

9 Sex. Iulius Cæſar Flamen Quirinalis.

10 Sex. Iulius Cæſar, præfectus Syriæ.

11 L. Iulius Cæſar.

12 L. Iulius Cæſar Cos. DCLXIIII.

13 C. IVLIVS CÆSAR STRABO.

14 L. IVLIVS CÆSAR Cos. DCXC.

15 Iulia. — M. Antonius Creticus.

16 L. Iulius Cæſar, interemptus a militibus Dictatoris.

M. Antonius Triumuir.

AVCTOR LECTORI S.

Adiecimus, candide Lector, ſingulorum nominibus certos numeros, reſpondentes numeris, qui in libro huius familiæ perſonis, ſunt præmiſſi: vt tanto facilius vuiuſque vitam & res geſtas perſpicere queas, & ne prænominum ſimilitudine falſus, duorum pluriumve facta in vnum confundas.

* C. Iulius Cæſar, Dictatoris proauus.

Martia. — [17] C. Iulius Cæſar, Dictatoris auus.

[19] C. Iulius Cæſar Prætorius, mortuus Piſis. — Aurelia. | [20] L. Iulius Cæſar. | [18] Iulia. — C. Marivs.

[21] C. Ivlivs Cæsar Dictator. — [22] Cornelia, Cinnæ F. | [27] Iulia. — M. Accius Balbus. | [24] Iulia, quæ duos reliquit nepotes, L. Pinarium & Q. [25] Pedium. [26]

Cn. Pompeius Magnus. — [23] Iulia, deceſſit in partu.

[28] Accia. — C. Octauius. — Ancharia prior coniunx.

[29] Octauia maior.

Cornelius Scipio. — [37] Scribonia. — [36] C. Cæsar Octavianvs Avgvstvs. — [39] Liuia. — Tib. Claudius Nero. | C. Claudius Marcellus. — [30] Octauia minor. — M. Antonius Triumuir.

[38] Cornelia.

[40] Ivlia. vide notam

[31] M. Marcellus, deſtinatus Auguſto gener moritur. | [32] Marcella maior. | [33] Marcella minor. | [34] Antonia maior. | [35] Antonia minor. — [84] L. Domitius Ænobarbus Cos. DCCXXXVIII.


α | β

[80] ¶ Cn. Domitius Ænobarbus Cos. DCXXXII.

[81] Cn. Domitius Ænobarbus Cos. DCLVIII.

[82] L. Domitius Ænobarbus Cos. DCC.

[83] Cn. Domitius Ænobarbus Cos. DCCXXII.


α
β
TIBERIVS Aug.—Vipſania Agrippina.
Claudius Druſus Germanicus.—Antonia maior.
Agrippina.—Cn. Domitius Cos. DCCLXXXIIII.
Druſus Cæſar.—Liuia.
Agrippina.—GERMANICVS Cæſar.
Plautia Herculanilla.—CLAVDIVS Aug.—Meſſalina.
Druſus.
Claudia.
Antonia.
C. Rubellius Plancus.—Iulia.
Tiberius.
Nero.
Druſus.
C. CÆSAR Aug.
Druſilla.
Iulia, quæ & Liuilla.
AGRIPPINA.
Britannicus.
Octauia.—NERO Aug.—Poppæa.
C. Rubellius Plancus.
Pomponia.—M. Vipſanius Agrippa.—Iulia.
Vipſania Agrippina TIBERIO Auguſti priuigno, collocata.
Iulia.—L. Æmilius Paulus.
Agrippina nupta Germanico.
C. Cæſar.
L. Cæſar.
Agrippa Poſthumus.
Æmilia Lepida.—App. Iunius Syllanus Cos. DCCLXXX.
M. Iunius Syllanus Cos. ſub Claudio.
L. Syllanus.
IVNIA CALVINA.
Syllanus Torquatus, cæſus a Nerone.
Syllanus.
Lepida.—C. Caſſius.
L. Syllanus, vltimus ex poſteritate Auguſti per Iuliam.

STEMMA LAE-

STEMMA LÆLIORVM.

C. Lælius.

C. Lælius Cos. DLXIII.

C. Lælius.

C. Lælivs, Sapiens ille, Cos. DCXIII.

Q. Mutius Augur. —— Lælia maior.
Mutia maior. Mutia minor.

Lælia minor. —— C. Fannius M. F.

D. Lælius, legatus Pompeii contra Sertorium.

D. Lælius, legatus Pompeii in bello ciuili.

Lælius, legatus Cornificii in Africa.

D. Lælius.

D. Lælius Balbus Cos. DCCLVIII.

STEMMA LICINIORVM CRASSORVM.

P. Licinius P. F. P. N. Craſſus Diues, Cos. DXLIX. & Cenſor.

M. Licinius Craſſus floruit DLXXIIII.

C. Licinius Craſſus.

P. Licinius C. F. P. N. Craſſus Cos. DLXXXIII. —— Vincilia.

C. Licinius Craſſus Cos. DLXXXVI.

P. Licinius Craſſus.

P. Licinius Craſſus.

C. Licinius Craſſus Trib. pl. DCIX.

M. Licinius Craſſus Prætorius ἀγέλαστος.

P. Licinivs P. F. P. N. Crassvs Mutianus. Cos. DCXXIII. P.M.

Licinia Veſtalis DCXXXI.

P. Licinius M. F. P. N. Craſſus Diues Cos. DCLVII.

Licinia, nupta C. Sulpitio Galbæ.

Licinia, C. Graccho collocata.

P. Licinius Craſſus.

M. Licinivs Crassvs bis Cos. —— Tertulla.

L. Licinivs Crassvs Orator, Cos. DCLIX. —— Mutia Q. Auguris F.

Craſſus decoctor.

P. Craſſus

M. Craſſus.

M. Craſſus Cos. DCCXXIII.

M. Craſſus Cos. DCCXL.

M. Craſſus Frugi Cos. DCCLXXIX.

Licinia nupta Scipioni Naſicæ.

L. Licinius Craſſus Scipio.

P. Scipio.

Licinia C. Mario iuncta.

C. Marius.

Cn. Pompeius Magnus Craſſus.

M. Licinius Craſſus Scribonianus. —— Sulpitia Prætextata.

Licinius Craſſus Scribonianus.

Piſo Licinianus adoptatus a Galba Imp.

STEMMA LOLLIORVM.

Cn. Lollius.

Q. Lollius Eques Rom. — M. Lollius Palicanus.

Q. Lollius. — M. Lollius. — C. Lollius. — Lollia nupta Gabinio.

M. LOLLIVS PAVLINVS Cos. DCCXXXIII.

M. LOLLIVS, vir Conſularis. —— Voluſia.

C. Memmius Regulus. —— LOLLIA PAVLINA Aug. —— C. Cæſar Caligula.

STEMMA MANLIORVM CAPITOLINORVM, *Torquatorum & Volſonum.*

Cn. Manlius P. F. Cincinnatus Cos. CCLXXIIII.

A. Manlius Cn. F. P. N. Volſo Cos. CCLXXXXVII. ferend. leg. CCCIII.

M. Manlius Capitolinus, Cos. CCCXXI. Trib. mil. CCCXXXV. — L. Manlius Capitolinus Trib. mil. CCCXXXIII. — A. Manlius Volſo Capitolinus Trib. mil. CCCL.

A. Manlius Capitolinus Trib. mil CCCLXVI. CCCLXX. CCCLXXII. CCCLXXXIIII. — T. Manlius Capitolinus Trib. mil. CCCLV. Dictator CCCLXXXVI. — M. MANLIVS CAPITOLINVS Cos. CCCLXIII. deiicitur d: ſaxo Tarpeio CCCLXXI.

L. Manlius A. F. Imperioſus, Tribunus mil. Conſ. pot. CCCLXXXVIII. Dictator CCCXCII.

T. MANLIVS L. F. A. N. TORQVATVS ter Cos. & Dictator CCCCII. — Cn. Manlius L. F. A. N. Imperioſus Cos. CCCCXCVI. & CCCXCVIII.

T. Manlius, Torquatus. Fors hic eſt, quem pater occidit.

T. Manlius T. F. T. N. in Conſulatu mortuus CCCCLIIII. — L. Manlius Torquatus, legatus L. Scipionis. — L. Manlius A. F. P. N. Volſo Cos. DIII.

T. Manlius Torquatus. — L. Manlius Volſo Prætor DXXXVI. — P. Manlius Volſo Prætor DXLIII.

A. Manlius T. F. T. N. Torquatus Atticus Cos. DIX. DXII. — T. Manlius T. F. T. N. Cos DXVIII. DXXX. Cenſor, Dictat. DXLVI. — P. Manlius Volſo bis Prætor.

A. Manlius.

T. Manlius A. F. T. N. Cos. DLXXXIX — A. Manlius A. F. T. N. Cos. DXC. — L. Manlius Volſo Prætor DLVII. — Cn. Manlius Volſo Prætor DLIX. Cos. DLXV.

Manlius Torquatus. — Manlius Torquatus. — M. Manlius Volſo Cos. DLXXVI.

T. Torquatus. — A. Torquatus. — L. Manlius Torquatus Cos. DCLXXXIX.

T. Torquatus. — A. Torquatus amicus Ciceronis. — L. Manlius Torquatus, periit in bello ciuili.

Torquatus.

STEMMA MAR-

STEMMA MARTIORVM Regum.

Numa Martius M. Martii F. primus Pont. Max. ſub Numa.

Martius——Pompilia, Numæ regis F.

Ancvs Martivs, quartus Romanorum Rex.

Volumnia——Cn. Martivs Coriolanvs, ortus ab Anco Martio.

Martius. Martius.

Q. Martius Rex Trib. pl. DLVIII.

P. Martius Rex, legatus P. R. DLXXXIII.

Q. Martius Rex Prætor DCX.

Q. Martius Rex Cos. DCXXXVI. Martia, Cæſaris Dictatoris auia.

Q. Martius Rex F. vniens obiit ante patrem in eius Conſulatu.

Q. Martius Rex Vacia——Claudia. Cos. DCLXXXVI.

Martius Rex Vacia.

ALIVD MARTIORVM RVTIL. Cenſorin. & Figulorum.

L. Martius C. F. C. Martius Trib. pl. CCCLXV.

D. Martius Rutilus Cos. quater, Dictator, Cenſor.

C. Martius C. F. L. N. Rutilius Cenſorinus, Conſul, Cenſor.

L. Martius C. F. Cenſorinus Cos. DCCV. Cenſor DCVII.

L. Martius Cenſorinus. C. Martius Cenſorinus.

L. Martius Cenſorinus. L. Cenſorinus. C. Martius Cenſorinus. Cicero in Bruto.

C. Martius Cenſorinus Cos. DCCXLVI. L. Martius Cenſorinus Cos. DCCXIIII.

C. Martius Figulus bis Cos.

C. Martius Figulus Iureconſultus.

C. Martius C. F. Figulus Cos. DCXC.

ALIVD MARTIORVM Philipporum.

Q. Martius Philippus
Cos. CCCCLXXII.

Q. Martius

L. Martius.

Q. MARTIVS PHILIP-
PVS bis Cos.

Q. Martius Philippus——Claudia, amita P. Claudii
Pulchri.

Gellia, Conſularis——L. MARTIVS Q. F. Q. N. PHILIPPVS
viri ſoror. Cos. DCLXIII. & Cenſor.

L. Martius Philippus——Accia.
Cos. DCXCVIII.

L. Martius Philippus. MARTIA
Catonis.

Martia, coniunx
Fabii Max.

STEMMA MVTIORVM SCÆVOLARVM.

P. Mutius Scæuola
C. Mutius Scæuola
Cordus.

Q. Mutius Scæuola Prætor
DXXXIX.

Q. Mutius Q. F. P. N.
Scæuola Cos. DLXXIX.
P. Mutius Q. F. P. N. Scæuola
Cos. DLXXX.

Q. Mutius Scæuola.
P. Mutius P. F. Q. N. Cos.
DCXXI. Pont. Max.
P. Craſſus Mutianus P. M.
Cos. DCXXIII.

Lælia, Sa-——Q. Mutius Augur
pientis F. Cos. DCXXXVII.
Q. MVTIVS
Pont. M. Cos.
DCLIX.
Licinia, nupta
Galbæ.
Licinia, C. Grac-
cho collocata.

Q. Mutius
Augur per-
comis vir
habitus.
Mu-——L. Craſ-
tia. ſus.
Lici-
nia.
Licinia.
Mutia,
vxor C.
Marii iu
nioris.
P. Mutius
Pontifex.
Mutia, primum
Pompeio, deinde
Scauro nupta.

STEMMA PA-

STEMMA PAPYRIORVM MVGILLANORVM & Craſſorum.

¶ L. Papyrius Mugillanus, bis Cos. & Cenſor.

M. Papyrius Mugillanus Trib. mil. bis & Cos.

Fratres.

M. Papyrius Craſſus Cos. cccxiiii.

L. Papyrius Craſſus Cos. cccxii. cccxxv.

M. Papyrius Craſſus, cæſus in vrbe capta ccclxv.

C. Papyrius Craſſus Trib. mil. ccclxxi.

M. Papyrius Craſſus V. vir menſarius & Dictator.

L. Papyrius Craſſus Trib. mil. ccclxxxvi.

L. Papyrius Craſſus prætor & Dictator ccccxv. Cos. cc. cxix. & ccccxxii.

L. Papyrius M. Eq. ccccxxx.

ALIVD PAPYRIORVM CVRSORVM & Maſſonum.

L. Papyrius Curſor Trib. mil. ccclxviii. & ccclxx

L. PAPYRIVS CVRSOR M. Eq. ccccxv. Cos. quinquies, Dictator ter.

L. Papyrius Curſor Cos. cccclx. & cccclxxii. triumphalis.

Papyrius Curſor.

Sp. Papyrius Curſor.

¶ L. Papyrius Maſſo, Æ. tribunus.

Q. Papyrius Maſſo.

C. Papyrius Maſſo Cos. dxxiii triumphalis.

Papyria, L. Paulo nupta.

L. Papyrius Maſſo.

C. Papyrius Maſſo xvir ſacrorum.

L. Papyrius Maſſo Prætor dlxxviii.

ALIVD PAPYRIORVM CARBONVM.

C. Papyrius Carbo Prætor dlxxxvi.

C. Papyrius Carbo.

P. Papyrius Carbo, accuſatus a Flacco.

C. PAPYRIVS CARBO, Orator, Cos. dcxli.

C. Papyrius Carbo, Orator.

M. Papyrius Carbo, fugit è Sicilia.

Cn. Carbo.

Cn. Carbo Cn. F. accuſatus ab Antonio.

Cn. CARBO Cn. F. Cn. N. ter Cos.

C. Carbo.

Cn. Carbo Arvina Prætorius.

Fratres, Ciceroni noti

Cn. Carbo.

Carbo, ſcurra.

STEMMA FAMILIÆ POMPEII MAGNI,

& aliud Pompeiorum Ruforum,

Cn. Pompeius.

Sex. Pompeius.

Cn. Pompeius Strabo, Conſularis & triumphalis. —— Licinia. | Sex. Pompeius vir doctus.

Q. Pompeius A. F. Nepos Cos. DCXIII. Cenſor.

Sex. Pompeius. | Cn. Pompeius Magnus tribus Conſulatibus & totidem triumphis clarus. —— Mutia. | Pompeia. | Memmius, Quæſtor Pompeii. | L. Cornelius Sylla, Dictator, collega Q. Pompeii Rufi in conſulatu. | Q. Pompeius Rufus Cos. DCLXVI.

Sex. Pompeius Cos. DCCXIX. | Cn. Pompeius. —— Claudia Cenſoris F. | Sex. Pompeius. —— Scribonia. L. F. | Pompeia. —— Fauſtus Sylla. | Fauſta Cornelia. —— Q. Pompeius Rufus.

Sex. Pompeius Cos. DCCLXVI. | Pompeia, deſponſa M. Marcello. | Æmilius. —— Cornelia. | Q. Pompeius Rufus Trib. pl. | Pompeia —— C. Iulius Cæſar, poſt Dictator.

Manius Lepidus. | Æmilia Lepida.

STEMMA POM-

STEMMA POMPONIORVM.

M. Pomponius Trib. pl. CCCVI.

Q. Pomponius Trib. pl. CCCLXII.

M. Pomponius Trib. pl. CCCXCIII.

Pomponius.

Pomponius. — Pomponius.

M. Pomponius Matho bis Cos. — Pomponia mater Scipionis Africani. — M. Pomponius Matho, Augur.

M. Pomponius Matho Prætor DL.

M. Pomponius, Prætor DXCIII.

Pomponius, amicus C. Gracchi.

M. Pomponius Ædilis DCLXXII. — Pomponius. — Q. Cæcilius.

Pomponius. — Cæcilia. — Q. Cæcilius — Cæcilia, nupta Anitio.

T. POMPONIVS ATTICVS. — Pilia. — Pomponia. — Q. Cicero.

M. Agrippa. — Pomponia. — Q. Cicero.

M Pomponius, Prætor ſub Cæſare. — C. Pomponius, dux Pompeianus. — Vipſania Agrippina.

Pomponius.

Q. Pomponius Secundus. — L. Pomponius Secundus, Cos. DCCXCIII.

STEMMA POPILIORVM LÆNATVM.

M. POPILIVS LÆNAS, quater Cos.

M. Popilius Lænas Cos. CCCCXXXVIII.

Popilius Lænas.

Popilius Lænas.

T. Popilius. — P. Popilius. — Popilius Lænas.

M. Popilius Lænas Cos. DLXXXI. & Cenſor. — C. POPILIVS LÆNAS bis Cos.

M. Popilius Lænas Cos. DCXV. — P. Popilius Lænas Cos. DCXXII. — Q. Popilius.

C. Popilius Senatorius damnatus. — P. Lænas Trib. pl. DCLXVIII.

STEMMA PORCIORVM *Catonum.*

Licinia.——M. Porcivs Cato——Salonia.
Cenſorinus.

M. Cato, Prætorius——Æmilia, L. Pauli F. & Iureconſultus.

M. Cato Salonianus.

M. Cato, Conſularis & Orator. C. Cato, Conſularis. L. Cato, Conſularis. M. Cato, Tribunitius.——Liuia, Druſi F.

M. Cato, Prætorius.

M. Cato, Vticenſis,——Martia, L. Philippi F. Prætorius. Porcia, L. Domitio nupta.

M. Cato, periit in Philippis. Porcia, primum Bibulo, deinde Bruto nupta. Martia.

STEMMA QVINTIORVM *Cincinnatorum & Capitolinorum.*

L. Qvintivs L.F.L.N. Cincinnatvs, Conſularis & Dictator.

T. Qvintivs Capitolinvs Barbatus ſexies Coſ.

Cæſo Quintius Cincinnatus. L. Quintius Cincinnatus. T. Quintius Cincinnatus Conſularis. Q. Quintius Cincinnatus. T. Quintius Capitolinus Conſularis.

T. Quintius Cincinnatus Dictatorius. L. Quintius Cincinnatus. C. Quintius Cincinnatus. T. Quintius Capitolinus, Conſularis. L. Quintius Capitolinus, Trib. mil. Conſ. pot.

T. Quintius Pœnus Conſularis.

Q. Quintius Capitolinus Trib. mil. Conſ. pot. CCCLXX.

ALIVD QVIN-

ALIVD QVINTIORVM Flaminiorum.

C. Quintius Flaminius, Flamen dialis.

Cæſo Quintius Flaminius II. vir locandæ ædis DXXXVII.

C. Quintius C. F. L. N. Flaminius bis Cos. DXXXI. DXXXVII.

L. Quintius Flaminius Augur DXLI.

T. QVINTIVS FLAMINIVS, Conſularis & Cenſorius.

T. Quintius Flaminius, Flamen Quirinalis.

T. Quintius Flaminius, Cos. DCIIII.

T. Quintius Flaminius Cos. DCXXXI.

L. Quintius Flaminius Cos. DLVII.

C. Quintius Flaminius Cos. DLXVII.

¶ T. Quintius Criſpinus.

T. QVINTIVS T. F. CRISPINVS Cos. DCCXLV.

STEMMA QVINTILIORVM.

Sex. Quintilius Sex. F. P. N. Cos. CCCI.

M. Quintilius Varus Trib. mil. CCCLII.

Cn. Quintilius Varus, Dictator CCCCXXIII.

P. Quintilius Varus Prætor DLI.

M. Quintilius Varus.

P. Quintilius Varus, Flamen Martialis, obiit DLXXXV.

P. Quintilius Varus, Prætor DLXXXVIII.

Sex. Quintilius, ſtudioſus Ciceronis, Prætor DCXCVII.

P. Quintilius Varus, iudex dicente Cicerone pro Quintio.

Sex. Quintilius Varus, periit in Philippis.

Claudia Pulchra. —— P. QVINTILIVS, Sex. F. VARVS, Cos. DCCXLI periit in Germania.

Quintilius Varus.

Quintilia, mater Aſprenatis.

STEMMA RVTILIORVM Ruforum & Luporum.

P. Rutilius Rufus.

P. Rutilius Rufus, Cos. DCXXII.

* * *

L. Rutilius Rufus.

¶ P. Rutilius Lupus, notatus a Lucilio.

P. RVTILIVS RVFVS, Cos. DCXLIX. Iureconſultus.

Rutilia, C. Cottæ, Oratoris, mater.

Rutilia, Q. Fabio nupta.

C. Rutilius Rufus.

P. Rutilius Lupus Cos. DCLXIIII.

P. Rutilius Lupus, Prætor DCCV.

P. Rutilius Lupus, Rhetor tempore Fabii.

Rutilius Lupus ſub diuis fratris.

VV

STEMMA SEMPRONIORVM
Atratinorum & Sophorum.

A. Sempronius Atratinus bis Cos.

A. Sempronius Atratinus Trib. mil. Conſ. pot. CCCXI.	L. Sempronius Atratinus, Conſularis.	P. Sempronius Sophus, Conſularis, Cenſorius, &c.
A. Sempronius Atratinus ter Trib. Conſ. poteſt.	C. Sempronius Atratinus, Conſularis.	P. Sempronius Sophus, Conſularis, & Cenſorius.
A. Sempronius Atratinus M. Eq.	Longo poſt tempore	
	L. Sempronius Atratinus, Cos. ſub Auguſto.	
	Atratinus Cos. DCCCXLI. ſub Domitiano.	

ALIVD SEMPRONIORVM
Tuditanorum & Longorum.

M. Sempronius Tuditanus, Conſularis.		T. Sempronius Longus.
P. Sempronius Tuditanus, Conſularis & Cenſorius	C. Sempronius Longus.	T. Sempronius Longus Cos. DXXXVI.
Cn. Sempronius, Tuditanus, Prætor DLVII.	T. Sempronius Longus, XVIR ſacrorum.	T. Sempronius Longus Cos. DLX.
M. Sempronius Tuditanus, Conſularis & Pontif.		P. Sempronius Longus Prætor DLVIII.
C. Sempronius Tuditanus Conſularis, proauus Hortenſii.		P. Sempronius Longus Prætor DLXX.
Sempronius Tuditanus, inſanus.		
Sempronia mater Fuluiæ, quam duxit P. Clodius &c.	Sempronius Longus, tempore Antonii Oratoris.	

ALIVD

ALIVD SEMPRONIORVM *Gracchorum.*

T. Sempronius Gracchus Cos. DXV.

T. Sempronius Gracchus M. Eq. & bis Cos.

Tib. Sempronius Gracchus vir clarus, præfectus ſociûm.

Cornelia Africani F. — TIB. SEMPRONIVS GRACCHVS, bis Cos. Cenſor, Augur, duplici triumpho inſignis

P. Sempronius Gracchus Trib. pl. DLXV.

Tib. Sepronius Gracchus Trib. pleb. — Claudia.

C. Sempronius Gracchus. — Licinia.

Sempronia Scipioni Æmiliano nupta.

Tib. Sempronius Gracchus, Augur, moritur DLXXVIII.

Tib. Gracchus. C. Gracchus. Poſthumus.

Sempronius Gracchus Cos. ſub Auguſto.

Gracchus, ſub Domitiano

Gracchus, præfectus vrbis ſub Valentiniano.

STEMMA SERVILIORVM.

P. Seruilius Priſcus.

P. Seruilius Priſcus Cos. CCLIX.

P. Seruilius Priſcus M. Eq.

C. Seruilius Priſcus, Cõſularis.

Sp. Ser. Priſcus Cos. CCLXXVIII.

Q. Seruilius Priſcus, bis Cos.

P. Seruilius Priſcus Cos. CCXCI.

A. Seruilius, bis Dictator.

C. Seruilius Priſcus Trib. & M. Eq.

Q. Seruilius Priſcus Fidenas ſexies Trib. mil.

Q. Seruilius Priſcus Fidenas ter Trib. mil.

¶C. SERVILIVS HALA Cos. CCCXXVIII.

C. Seruilius Hala ter Trib. mil. Cons. pot.

Q. Seruilius Hala, ter Cos. & Dictator.

Sp. Seruilius Priſcus. Cenſor CCCLXXVII.

Sp. Seruilius Priſcus Trib. mil. Cons. pot. CCCLXXXVI.

STEMMA SVLPITIORVM Galbarum.

Serg. Sulpitius.

P. Sulpitius, antiquiſſimus Galbarum Cos. DXLIII. & DXLIX.

Serg. Sulpitius Galba Ædilis DLXVI. & Prætor ann. ſeq.

C. Sulpitius, Galba, Pontifex & Prætor DLXXXIII. — Serg. Sulpitius Galba Trib. mil.

SERGIVS SVLPITIVS GALBA Orator Cos. DCX.

C. Sulpitius Galba. —— Licinia P. Craſſi F. — Sergius Sulpitius Galba Cos. DCXLVI.

Serg. Sulpitius Galba, legatus Cæſaris Dictatoris, & percuſſor.

Serg. Sulpitius Galba, Prætorius.

Mummia Achaica. —— C. Galba, Conſularis.

C. Galba, Conſularis. — SERG. GALBA Imp.

STEMMA TVLLIORVM Ciceronum.

M. Cicero. —— Maria Gratidia.

C. Aculeo. —— Tullia. M. Cicero. —— Helvia. — L. Cicero.

Terentia. —— M. CICERO —— Publia. Orator, Conſularis. — Q. Cicero, Prætorius. —— Pomponia, Attici ſoror. — L. Cicero.

Piſo Frugi. Craſſipes. Dolabella. —— Tullia. — M. Cicero, Conſularis. — Q. Cicero.

¶ M. TVLLIVS TIRO. M. Tullius Laurea. Liberti Ciceronis. — M. Tullius Lepta, neceſſarius Ciceronis.

STEMMA VA-

STEMMA VALERIORVM.

M. Valerius Voleſus.

P. VALERIVS PVBLICOLA Cos. CCXLV. CCXLVI. CCXLVII. CCL. — M. Valerius Max. Cos. CCXLIX. Dictat. CCLIX. — Valena. — L. Valerius Potitus Cos. CCLXX. & CCLXXXIIII.

P. Val. Publicola Cos. CCLXXIX. & CCXCIIII. — M. Val. Max. Cos. CCXCVIII. — L. Val. Potitus Cos. CCCVI.

P. Valerius Publicola. — M. Val. Publicola. — M. Valerius Max. — C. Val. Potitus, Trib. mil. CCCXL. Cos CCCLV. — L. Valerius Potitus, Trib. mil. quinquies, Cos. CCCLXIII.

P. Valerius Publicola Trib. mil. quinquies. — M. Valerius Publicola. — M. Valerius Max. Trib. mil. CCCLVII. CCCLX. — L. Valerius Potitus ſexies Trib. mil.

P. Valerius Publicola Cos. CCCCIII. Dictator CCCCXI. — P. Valerius Publicola M. Eq. CCCCXXII. — M. VALERIVS PVB. CORVINVS primum Cos. CCCCVII. — M. Valerius Max. M. Eq. & bis Cos. — M. Valerius Potitus.

M. Valerius Corvinus Cos. CCCCLXIIII. — M. Valerius Max. Cos. CCCCXLIII. Cenſor CCCCXLVIII. — C. Val. Potit. Flaccus Cos. CCCCXXIII. — L. Val. Potitus Flaccus M. Eq. CCCCXXXIII.

M. VAL. CORVINVS MESSALA bis Cos. — M. Valerius Max. Cos. CCCCLXVII. — M. Valerius Potitus.

M. Valerius Corvinus Meſſala. — L. Valerius Potitus Flaccus M.F.L.N. Cos. CCCCXCII.

M. Valerius Meſſala Cos. DLXVI. — P. Valerius Potitus Flaccus L.F.M.N. Cos. DXXVII.

M. Valerius Meſſala Cos. DXCIII. — L. Valerius Flaccus P.F.L.N. Cos. DLIX. — C. Valerius Flaccus, Flamen dialis.

M. Valerius Meſſala. — L. Valerius L.F.P.N. Flaccus, Cos. DCII.

M. Valerius. — L. Valerius L.F.L.N. Flaccus Cos. DCXXIII.

Valerius Meſſala, natus ſorore Hortenſii. — Polla. — M. Valerius Meſſala Niger Cos. DCXCIII. — Valeria, L. Syllæ nupta. — L. VALERIVS FLACCVS Cos. DCLIIII. & iterum DCLXVIII. — C. Valerius Flaccus Cos. DCLXI.

M. VALERIVS M.F. M.N. MESSALA, Orator, Cos. DCCXXIII. — Aurelia. — M. Valerius Meſſala Augur, Cos. DCCI. — L. Valerius Flaccus Prætor DCXCI.

M. Valerius Meſſala Cos. DCLI. — L. Aurelius Cotta Meſſalinus, Cos. DCCLVII. — Valeria, Statilio nupta. — M. Valerius Meſſala Barbatus Cos. DCCXLII. — L. Valerius Flaccus. — C. Valerius Flaccus, periit in partibus Pompeii.

M. Valerius Meſſala Cos. DCCLXXII. — M. Aurelius Cotta Cos. DCCLXXII. — Statilius Corvinus. — M. Valerius Barbatus. — Lepida.

M. Valerius Meſſala Cos. DCCCX. — M. Aurelius Cotta. — VAL. MESSALINA, nupta Claudio Imp.

Valerius Catullus Meſſalinus Cos. DCCCXXV. DCCCXXXIIII.

Valerius Meſſala Cos. DCCLXVII. — Meſſalinus Cos. DCCCXCIX.

Meſſala ſub Decio. — Meſſala ſub Arcadio & Honorio.

APPENDIX DE REGIBVS
& Ducibus Carthaginenſium.

DIDO, conditrix & regina Carthaginis.

MACHAEVS, vir rebus geſtis clarus, damnatus exilio Carthaginem cepit. Iuſtinus lib. 18.

¶ MAGO, ſucceſſor MACHAEI & imperii Carthaginenſium conditor, Iuſtinus lib. 18. & ſeq.

Cartalo, a patre in crucem actus. Iuſtinus ibidem.

ASDRVBAL, interiit in Sardinia quatuor triumphis, & vndecim Dictaturis clarus. Iuſtinus lib. 19.

AMILCAR, periit in bello Siciliensi. Iuſtinus lib. 19.

¶ Suniator, inſtitutus Græcis literis, aduetum HANNONIS DIONYSIO, Tyranno Syracuſano, per epiſtolã prodit. Iuſtinus lib. 20.

Annibal. Aſdrubal. Sappho.

AMILCO, patris in belli Siculi adminiſtratione ſucceſſor, amiſſo vi peſtis exercitu, ſeipſum interemit. Iuſtinus ibidem.

HANNO imperator Carthaginenſiũ cõtra DIONYSIVM. Idem eſt, puto, qui affectati regni nomine cum tota domo cæſus eſt. Iuſtinus lib. 20. & ſeq.

GISCO, exul in patriam reuocatus, dux contra TIMOLEONTA conſtitutus, vir animi ingentis, & rei bellicæ peritiſſimus. Diodorus lib. 16.

¶ MAGO, fugiens ex Sicilia propter TIMOLEONTA, ſeipſum interemit, nihilominus tamẽ a Carthaginenſibus in crucem actus. Plutarchus in Timol.

¶ AMILCAR Rhodanus legatus Carthaginenſium apud ALEXANDRVM, occiſus demum ab ingratis ciuibus. Iuſtinus lib. 21.

AMILCAR imperator in Sicilia, damnationis calamitatẽ fato naturali præuenit. Iuſtinus lib. 22.

Filius eius incertus.

¶ Hanno, victus & cæſus ab AGATHOCLE.

¶ Amilcar, alius, & ipſe Giſgonis F. victus & cæſus in Sicilia, cũ antea AGATHOCLEM bis viciſſet, & Syracuſas obſideret. Iuſtinus lib. 22.

BOMILCAR quod tranſitionẽ ad AGATHOCLEM meditatus eſſet, in Foro cruci affixus eſt. Iuſtinus libro 22.

BELLVM PVNIC. I.

¶ HANNO, dux Carthagin. victus a L. Cornelio Cos. Liuius lib. 17.

¶ ANNIBAL dux Carthagin. victa claſſe, a militibus in crucem ſublatus eſt Liuius ibidẽ. Volaterranus hunc Seniorem vocatum ait, & Aſdrubalis filium facit, citatque Oroſium 4. qui lapidibus obrutum tradit.

Annibal. Vide Volaterran.

AMILCAR, cognomento Barcha magnus Imperator, cæſus eſt in Hiſpaniis. Huius fuere liberi

BELLVM PVNIC. II.

Aſdrubal cæſus a ſeruo in Hiſpania.

Filia eius — vxor.

ANNIBAL ille magnus Imperator.

ASDRVBAL cæſus in Italia.

Mago, euocatus in Africam, in itinere ex vulnere, interiit. Liuius lib. 30.

Mago Barchinus, captus a T. Manlio, propinquus ANNIBALIS.

Himilco, factionis Barchinæ.

¶ HANNO, Bomilcaris F. cum ANNIBALE in Italiam tranſiit.

¶ ASDRVBAL Giſgonis F. imperator in Hiſpaniis.

¶ Hanno captus in Hiſpaniis, & Romã miſſus a Scipione.

Hãno alius, in Africa a Scipione cæſus.

¶ Adherbal, Prætor Carthagine.

MAHERBAL præfectus equitum ANNIBALIS, cuius eſt illud *Vincere ſcis Annibal victoria vti neſcis.*

¶ Himilco & Bomilcar præfecti claſſium in Sicilia contra MARCELLVM, è quibus Himilco cum ſuis peſte periit, Bomilcar, rebus deſperatis, in Africã aufugit. Liuius.

SOPHONISBA, nupſit Siphaci, & hoc capto MASANISSAE regi Numidiæ.

¶ Giſgo, Boſtar & Mago, legati ANNIBALIS ad Philippum, regem Macedon. Sed a Romanis intercepti. Liuius li. 23.

¶ Cartalo, nobilis Carthaginenſis, præfectus præſidii Punici dum recipit Tarentum Fabius. Liuius lib. 27.

Hanno, vir ſpectabilis artibus pacis, factioni Barchinæ infeſtus, pacis ſemper auctor. Liuius.

Aſdrubal Hœdus, itidem factioni Barchinæ aduerſus, pro pace Romam legatus it.

¶ AMILCAR in Inſubribus bellũ moliẽs, a L. Furio acie victus & cæſus eſt, pace cum Carthaginenſibus iam compoſita. Liuius lib. 31.

BELLVM PVNIC. III.

¶ ANNIBAL Satus Maſaniſſæ deditus.

¶ HIMILCO dux Carthagin. bello Punico 3. cuius equitum præfectus Phanias cum equitatu ſuo, auctore Scipione Æmiliano, ad Romanos tranſiit. lib. 50.

GISGO, homo ſeditioſus, populum Carthagin. ſuadendo bellum ita cõcitauit, vt parum abeſſet, quin legati Rom. violarentur. Liuius lib. 48.

¶ ASDRVBAL, Maſaniſſæ nepos, prætor Carthagin. proditionis ſuſpectus, in Curia interemtus eſt. Liuius lib. 50.

¶ ASDRVBAL, Carthag. dux, capta Carthagine, Scipioni ſe dedidit: vxor eius, quæ paucis ante diebus id a marito impetrare non potuit, ex arce ſe cum duobus liberis in mediũ flagrantis vrbis incendiũ præcipitauit. Liuius lib. 51.

F I N I S.



Ic4 2.a